CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS I.C. CELEBERRIMI

Liber Secundus.

ABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis Orthodoxam Ecclesiam lædebant.

VO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA restituta, vnum, quod est xxxiij. lib. 4. multis ab hinc annis prætermissum. Alterum verò est in vij. libri calce, quod inter consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur.

Item Alexandri vitam per Nicolaum Antonium Grauatium I.C. editam.

*stremò Additamenta doctissima præstantiss. J. C. Marci Antonij Nattæ Astensis hucusque non edita, quæ cum hoc signo * ad quodlibet responsum adscripsimus. Et eo quidem ordine, vt omnia citra laborem inuentu faciliora cognoscas.*

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,

Ex Officina Damiani Zenari. MDLXXVIII.

LIBER SECVNDVS CONSILIORVM

CLARISSIMI OMNIVM, & doctissimi I. C. D. Alexandri Tartagni Imolensis;

RECENTER EXPVNCTORVM, ET AB INFINItis propè mendis exactißimè repurgatorum:

CVM ANNOTATIONIBVS ANALYTICIS DOCTISSIMOrum I. C. nunc primum, in Iuris, & syncera praxis, studiosorum, Togatorumq; omnium gratiam, & vtilitatem in lucem editis, & in calce vniuscuiusque consilij ordine literario accommodatis, feliciter incipit.

QVAESITVM est de tribus, Primò, vtrum
Papa dispensare potuerit super vsuris exigē
dis per Hebræos in Ciuitate Mātuę, & per-
mittere quod liceat Principi Mantuano to-
lerare dictos Hebræos volentes exercere fœ
nus in Ciuitate Mantuę prout fecit. ¶Secū-
dò, an Illustris Marchio poterit de iure dicta decreta per eum
concessa dictis Hebræis infringere durante tempore conces-
sionis. ¶Tertiò, an pro tempore quo post finita tempora dicto-
rum decretorum Marchio sciēter passus esset & tolerasset He-
bræos mutuare sub vsuris, & exigere modis consuetis tempo-
re decretorum licuerit ipsi Marchioni aut suis officialibus cō
tra ea quę ipse tolerauit venire pro tempore quo tolerauit. ¶Et
per consequens an possit contra Hebræos innouare pro pigno
ribus quæ pro tempore dictæ proclamationis & dictorum ca
pitulorum datorum Massario erant apud Hebræos.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ an possint licitè permitti.*
2 *Iudæis vsuræ permittuntur ob publicam vtilitatem. nu. 8.*
3 *Ius diuinum humano potest dispensari.*
4 *Fœnerari hosti an liceat.*
5 *Causa in Papa præsumitur iusta etiam in illicitis.*
5 *Papa potest facere de peccato non peccatum, in particularib.*
7 *Consuetudo iniusta facit vt Papa dispensare possit.*
9 *Opinionum varietas eneruat legem, & tollit peccatum.*
10 *Vsurariæ quæstiones ad Canonistas non ad Theologos spectant.*
11 *Princeps tenetur seruare pacta facta cum Iudæis.*
12 *Priuilegium concessum princeps non potest auferre.*
13 *Pacta censentur reuocari pro tempore quo vsus toleratur.*
14 *Præsens & tacens an videatur consentire.*

CONSILIVM I.

Redemptoris Nostro inuocato suffragio. ¶Cir
ca primum * dubium. primò ar
guitur pro parte negatiua, ꝙ Romanus Pontifex super toleran
tia & permissione vsurarum exercendarū dispensare non pos-
1 sit: † quia nedum iure positiuo, sed ēt diuino prohibitæ sunt
c. quia in omnibus. de vsur. & 14. q. 4. quia dicam. & ea. cā. q.
3. pleriq;. ergo nō potest Papa legem superioris tollere 10. di.
c. 1. & 2. & c. cum inferior. de maio. & obe. l. nam & magistra-
tus. ff. de arb. Et plenè tradit Spe. in ti. de leg. §. nunc breuiter.
& gl. & doc. in c. cum ad monasteriū. de statu mon. ¶Secundò
videtur tex. in c. super eo. extra de vsu. vbi tex. formaliter dixit
cùm vsurarum crimē vtraq; pagina detestetur super vsuris di-
spensationē aliquam fieri non videmus aliquo modo posse: qa
cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri: mul-
to magis prohibendus est quis ne pro redimenda vita captiui
vsurarū crimine inuoluatur & c. Ecce ergo tex. expressum pro-
hibentem dispensationem super crimine vsurarū etiam si fiat
pro aliqua pia & honesta causa. ¶Tertiò quia consuetudo con
tra ius diuinum nil inducere potest. c. fi. & ibi plenè no. de cō-
sue. Ad idē tex. in l. eos. §. j. ver. in traiectitijs. C. de vsur. ubi se-
cundū Bal. probatᷣ nō valere consuetudinē q̄ super vsuris di-
sponere ꝯ ius cōe. ¶Ad hoc facit tex. in d. c. quia in oīb. in prin.
vbi vr̄ probari ꝙ cōis vsus & obseruantia nō facit licitam esse
exactionē usurarū, q̄ prohibita est a iure diuino. Si ergo cōsue
tudo non pōt quæ habet vim legis & ēt tollit: vt l. 1. 2. & 3. C.
q̄ sit lon. consue. l. de quibus. ff. de legi. ergo nec Papa qui simi
liter est lex animata, & habet ēt potestatē legē tollendi. c. pro-
posuit. de cōces. p̄b. & in auth. de consue. §. fi. & l. 1. de consti.
prin. ¶Accedit, quia vsura est rapina 14. q. 4. si quis vsuram. &
vsura dr̄ esse exactio nequissima 47. dist. §. erit autem 8. dist. c.
mala. ¶Quartò, quia iura neq; naturalia neq; canonica debent
permittere vsurarum exactionem: etiam propter aliquod ma-
lum bonū temporale quod inde orietur: vel pp aliquod ma-
a lum quod inde vitaretur: vt latè [a] probat Io. An. in regula pec
catū, in mercurialib. cuius verba breuitatis causa non refero.
¶Quintò, quia videmus ꝙ ius ciuile aut. etiam permittebat in
aliquibus casibus vsuras propter publicam vtilitatem ad hoc
vt homines pecunia indigentes conseruationi vitæ suæ & ali-
mentis & alijs suis necessarijs consulere & prouidere possint:
vt est tex. in auth. nullum credentem agricol. in prin. col. 4. vn
de sumpta est auth. ad hæc. C. de vsu. & tamen constat ꝙ ista di
spositio & permissio de iure saltem canonico non habet effe-
ctum, vt in d. auth. ad hæc. per gl. & doc. in d. auth. nullū cre-
dentem. & no. doc. in c. cum sit generale. de fo. comp. & in c.
1. de vsu. in 6. cum concor. de quibus ibi. ¶Sextò, per ea quę di
cit Bal. in l. cunctos populos. in 4. col. C. de sum. Tri. vbi inqt
Imperator non pōt permittere vsuras ēt propter bonum publi
cum: quia inferior non potest permittere id quod vetat supe
rior. i. ipse Deus. Et idem dicit Bal. in auth. ad hæc. in 2. col. C.
de vsur. vbi in hoc reprehendit Nico. de Matt. contrarium te-
nentem, & ita est etiam de mente Bal. in l. 2. C. de vsur. in 3. q.
¶Septimò, pro hoc facit cle. 1. de vsur. vbi damnantur omnia
statuta & consuetudines quibus præstatur fauor exactioni vsu
rarum. ¶Et iuxta hoc per illum tex. dicunt ibi Laud. & domi-
nus Car. & Io. de Imo. ꝙ Rex Arogonum non iustè accipit tri
butū a iudæis & saracenis propter vsuras quas permittit eos
exercere: & ꝙ Rex propter hoc incidit in excommunicatio-
nē per illum tex. & quod no. ibi gl. in ver. censura. ¶Et quia ne
dum Christiani, sed nec etiam iudæi possunt vsuras exercere,
cum etiam lege veteri vsuræ sint prohibitæ: & hoc maximè si
exigantur per iudæos a Christianis. c. post miserabilem. & c.
quanto. de vsu. vbi etiam iniungitur principibus sæcularibus,
2 vt super hoc iudæos prohibeant. ¶† Sed [b] præmissis non obstā
b tibus contrariam sententiam in casu de quo quæritur proba-
* biliorem esse puto: videlicet quod dictus Romanus Pōtifex *
poterat ex dictis causis publicam vtilitatem concernentibus
permittere dicto Principi Mantuæ licentiam paciscendi cum
dictis iudæis, quòd valeant vsuras ibi exercere secundum cō-
suetudines præteritas, & antiquas, a tanto tempore circa cu-
ius initium memoria non existit: vt probatur per id quod no.
Specu. in titu. de leg. §. nunc de episcoporum. versi. sunt etiam

qui dicunt.ubi Spec.sequitur dominum suum Hosti. & dicit
q in his in quibus secundum legem diuinā committitur mor
tale peccatum sicut in furto & rapina 14.q.5.pœnale, dispen-
sare non potest etiam Papa quò minus pœnitētia agatur, & re
stitutio fiat: extra de vsu.c.cum tu.& 24.q.5.c.si quod.& ca.
nulli.In his verò in quibus secundum ius positiuum mortale
peccatum committitur,& est episco.seu inferioribus interdi-
* cta dispensatio*, nullus dispensare vel pœnitentiam præstare
potest nisi solus Papa: vel is cui specialiter Papa commiserit.
Et istam doctrinā sequitur etiam Archi.14.q.6.ca.fi.¶Sed ita
est q Papa permittendo ex causa q iudæi in certo loco vsuras
exerceant,non facit committi peccatum mortale secūdum le-
gem diuinam quia respectu iudæorum fœnerantium (superua
cuò quæritur an committatur mortale peccatum: quia vt di-
cit Pet.de Anch.in consi.244. incipit. Christianissimè & Illu-
strissime Princeps &c. superuacuæ rei operam dare vr̃ qui co-
ercere iudæos nititur a peccato: quia iam damnati propter
perfidiam eorum tolerandi sunt igitur in eorum iuribus.45.
c dist.q̃ sanctè. & quia nihil c ad nos de his quæ fori nostri * nō
* sunt.c.gaudemus,de diuor.¶Nec respectu Christianorum re-
cipientium a iudęis pecunias sub vsuris committitur morta-
le peccatū: vt no.Host.& alij in c.super eo.de vsur.& Archid.
22.q.1.monet.& in c.si quis vsuram 14.q.4.& do.Pet.de An
cha.in cle.1.de vsu.& Ioā.de Imo.in c.debitores.de iureiu.&
3 probatur per illum tex.in c.1.eo.ti.¶†Et quod possit Papa di-
spensare contra ius diuinum in certo casu quando ex hoc nō
venit committendum peccatum mortale, probatur in c.fi.de
consue.cum ibi no.vbi probatur quod consuetudo contra ius
d diuinum valet si non d inducitur ex eo mortale peccatum:er-
go pari ratione potest Romanus Pontifex dispensare. Cum ēt
Papa sicut & cōsuetudo habet potestatem ad legem tollendā:
vt in prin.dixi,ver.ad hoc facit.¶Ad idem tex.in c.licèt. & c.
e fi.de fer. vbi ex causa potest dispensari e & tolli in certo casu
ius diuinum disponens q feriati & solennes dies in honorem
Dei debent venerari,ad hoc quod no.gl.25.q.1,sunt quidem.
idem in effectu voluit Bart.plenè in l.omnes popu.in 3.quest.
prin.ff.de iusti.iur.& c.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.&
Cy.in l.rescripta.C.de preci.imp.off.& alij legistæ in l.fi.C.si
contra ius vel vti.pub.& in l.1.ff.de consti.prin.vbi voluit q
statutum superioris contra ius diuinum valeat si nō commit-
titur peccatum dummodo statutū fiat super eo quod spectat
ad superiorem statuentem vt si est superior temporalis non sta
tuat super materia spirituali iuxta ea quæ habentur in c. eccle
sia S.Mariæ.de consti.& in auth.cassa.de sac.san.eccl. & in c.
nouerint.de sen.excom.cum si.¶Ideo Inn.in c.quia plerîq;.ad
fi.de immu. eccl. fuit sanè locutus dum dixit quod constitu-
tiones superioris existentes contra salutem animarum non va
lent.sed ista non est huiusmodi : ergo &c.¶Secundò principa
liter probatur : nam concludunt doc.communiter: & Bar.in
d.l.omnes popu.in 3.q.prin.cum conco.proximè allegatis,q
vbicunq; de iure diuino prohibitio non est simpliciter facta,
sed in aliquo casu permissa est illa res prohibita.Exemplum in
pręcepto diuinæ legis quo cautum est: Non occides. nā sim-
pliciter non fuit prohibita occisio, patet: quia etiam lege di-
uina cautum erat quod qui occidit occidatur:& gladio feriēs
gladio peribit . ideo tunc superior potest ex causa permittere
homicidium in casu non permisso a lege diuina: vt patet in l.
1.& 2.quando li.sine iud.vin.& l.3.§.fi.ad l.Cor.de sica.& in
l.Gracchus.C.de adul.cum si. Sed ita est quod lege diuina nō
4 erat simpliciter prohibita vsura,†imò in aliquo erat permissa,
* quando saltem mutuabant hosti:* vt habetur Deut.23.c. vbi
dicitur. Non fœneraberis fratri tuo pecuniam , sed alieno : vt
f habetur 24.q.4. c.ab illo f secundum vltimum intellectū glo.
ibi quem approbat Io.And.in c.super eo.de vsu.& Host. in c.
salubriter.de vsu.& in summa de vsu.§.in aliquo.ver.8.& Sa-
li.in auth.ad hæc.in 3.col.C.de vsu.¶Et dixit B.Tho.vt refert
Archi.in d.ca. ab illo.q lex antiqua permisit iudæos accipere
vsuras a gentibus vt euitarent iudæi maius malum scilicet ne
a Deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiam cui
dediti erant . sicut dicitur in libello repudij qui fuit eis per-
missus ne vxores occiderent.enumerat etiam glo.13.qō.3.in
sum.& Host. in summa de vsur.post glo.aliquos alios casus in
quibus erāt vsuræ permissę.¶Tertiò hoc videtur decidere Ar-
chi.31.q.1.c.hac ratione,vbi per illum tex.not.sic dicit vide-

licet quod quādo multi mali videlicet vsurarij vel alij sunt &
non possunt sine scandalo coerceri permittendi sunt.ar.23.q.
4.cum quisq;.& c.ipsa pietas.& c.non pōt.¶Cū ergo Pontifex
possit ex iusta causa permittere vsurarios fœnus exercere, de-
bet præsumi quod dictus Pontifex motus fuit etiam ob iustā
causam ad permittendum hebręos exercere fœnus in ciuitate
5 Mantuæ quæ est ciuitas subiecta imperio & non ecclesiæ,†qa
summus Pontifex qn̄ aliquid facit quod fieri non pōt sine cer
g ta iusta causa pręsumitur facere ex iusta g & certa causa pmis-
sa.no.Cy.in l.rescripta.C.de preci.impe.offe.& Iac.Bu.in l.fi.
C.si ꝯ ius vel vti.pub.& Ant.de But.& Io. de Imol.in d.c.quæ
in ecclesiarum.& Ant.de Butr.in c.cum inter. de renun.& in
c.constitutus.de rel.do.& Bal.in l.testm̄.C.de test.¶Et satis ve
risimile est quod ista fuerit talis causa in qua sine scandalo nō
possunt coerceri vsurarij hebræi in ciuitate Mantuę : quia si
non essent iudæi qui mutuarent, Christiani hoc facerent pro-
ut fecerunt aliàs, vt deponunt testes:quod esset magis scanda-
losum & pręiudiciale, ac etiam fuit prohibitum iudęis ēt ibi
ne vsuras exercerēt:& tn̄ propter clamores populi fuit oppor-
tunum qđ postea permitterentur: vt deponunt testes,ita quod
6 ista decisio Archi.vr̃ casui nostro bene conuenire. ¶†Quartò
hoc ēt vr̃ decidere d.Car.in cle.1.§.fi.in 17.q. de vsu .vbi seq̄-
tur Laud. vbi quęrit an sicut Papa decreuit ī certis casibus nō
esse peccatum recipere vltra sortem iuxta no.in c.conquestus.
alleg.cum alijs alleg.s̄.in 2.arg.ita etiā possit decernere in om
nibus, ita quod de peccato vtraq; lege damnato posset facere
non peccatum.& concludit cum Lau.quod non: quia aliqua
licent in singulo quę non licent in vniuerso.Potest ēt Papa ali
quas personas prohibere ne contrahant matrimonium, nō ta-
men omnes, aliàs peruerteret statum fidei,quod non licèt.¶Il-
lud idem voluit Pet.de Anch.& Io.de Imo.in d.cle.1. de vsu.
vbi vltra prędicta adducunt, quia videmus q quamuis deci-
mę fuerint inductę de iure diuino.c.tua nobis.de dec.inde po
test Papa decimas remittere vni vel duobus,& etiā tribus &c.
non autem potest eas vniuersaliter tollere,ita legitur & not. in
c.tua nobis,de deci.& sic videntur isti velle, quod in certis ca
sibus ex causa Papa potest permittere vsuras,non autē vniuer-
saliter.¶Quintò accedat id quod voluit gl.no.in c.venerabili,
de consue.per quam ibi dicunt Ant.de But. & alij scribentes,
7 †quod licèt consuetudo irrationabilis nō validet actum ne ex
cuset a peccato: tn̄ operatur vt facilius possit super actu dispē
sari, prout fuit in casu nostro,in quo apparet quod viguit Mā-
tuę vetustissima a tanto tpe,cuius initij memoria non existit
quod iudæi mutuarent sub vsuris . ¶Sextò vr̃ fuisse de mente
Pe.de Anch.in consi.255. vbi vr̃ velle quod princeps tempo-
ralis non possit per decretum iudęis permittere fœnus exerce
re propter bonum publicum : quia hęc cognitio non spectat
ad superiores temporales, sed bene spectat ad Papam cum sa-
piat spiritualitatē.alle.in simili no.p Pau.de Leaz.ī cle. dispē-
diosam,de iud.& per Bar.in l.Titia.ff.so.ma.cum concor.¶Et
vr̃ velle Pet.de Anch.in d.consi.quod si Papa hoc iudæis per-
mitteret pp bonum publicum, valeret illa permissio , quia ex
aliqua partium,s.tam hebręorū q̃ Christianorū recipientium,
non vr̃ dari peccatum pręiudiciale animę:ut dixi in 1.ar. ¶Et
quia pp bonum quod ex aliquo malè gesto sequitur ipsum ma
lum toleratur,ut patet 3.dist.nemini.¶Et per id quod no.glo.
1.in c.inter opera.de spon.nam ecclesia tolerat publicas mere
trices & sub dissimulatione pertransit,ut maius malum euite
tur , pśertim concurrente consensu illius populi,cuius nomi-
ne ēt pro hac permissione impetranda fuit supplicatum Ro-
mano Pon.ut probat latè Pet.de Anch.in pręall.consi.¶Septi-
h mò hoc ēt fuit de mente Pau. h de Ca.* in consi.358.quod in-
* ci.Quoddam cōe conuenit &c.† ubi tenet quod sint laudabi-
8 les,& sine onere conscientię cōuentiones,quas faciunt popu-
li & cōitates cū iudęis de mutuando sub usuris , prout inole-
uit cōis mos & obseruantia p totā Italiam.& dicit quod super
hoc extabat ēt priuilegium Martini quinti,& Eugenij quarti:
quia in casib.conuentionalibus cessant rōnes per quas text.in
cle.1.de usu.reprobat statuta,quæ fierent sub usuris exigēdis:
quia dispositio illius clem.uoluit obuiare prauitati & insaniæ
quorūdam laicorū uolentiū plus credere capiti suo, q̃ scriptu
ris diuinis & humanis : & uolētiū pinaciter usuras sustinere
pp necessitates hominū de iure fore permissas : & sup hoc sta-
tuta condunt seu condi faciunt non solum in personis iudæo-
rum,

rum, sed ēt Christianorum, vt alia statuta & assertiones continentia, seu continentes hęresim illa cle. detestatur & annullat, sed obseruantia generalis quæ hodie viget per totā Italiam de tolerando iudæos in ciuitatibus sub vsuris mutuātes Christianis pp necessitates hominum quibus alio mō non pōt bene ꝓuideri, cum talis prouisio sit summè necessaria, nō est illius cōditionis qualitatis, & naturæ cuius erat opi. illorum. quæ dedit causam illi cle. non. n. populi Christiani tales cōuentiones cum iudæis faciunt: quia credunt vsuras posse fieri licitas per tales conuentiones: quia si hoc crederent facerent, & exercerent vsuras intra se nō cum iudæis. imò cum sentiunt ꝯrium, volunt potius illaqueari animas iudæorum, qui tenent ꝙ non sit peccatū eis si mutuant Christianis sub vsuris per illam authoritatem Deuter. quam allegaui. s. cum non teneant nos fratres eorum: vt no. per gl. in d. cle. 1. & sic concludo necessariū & salutiferum fuisse talem consuetudinem introducere, & sine peccato: quia de animab. Iudęorum & eorum salute nihil ad nos & de his quæ foris sunt. 2. q. 1. multo. nec quo ad eorū animas se impedit ecclesia, sed solum quò ad restitutionē vsurarum, vt d. c. post miserabilem. & c. quanto, de vsu. & latius hoc prosequitur Pau. de Ca. concludendo vt dixi. Vltimò pro hoc adduco, quia ēt dato ꝙ circa hoc variæ essent opi. tamen
9 seruans vnā opi. non peccaret: † quia ille qui facit contra legē
i ꝓcepti in quo sunt variæ opi. seu intellectus, non peccat: [i] vt singulariter colligitur ex tex. & gl. & ibi no. per Ant. de But. in c. capellanus, de fer. pro quo ēt bene facit quod no. Inn. in c. ne innitaris, de consti. ¶Et sic vr̄ ex prædictis concludendum di-
10 ctam permissionē fieri iustè potuisse de iure. ¶†Et si aliq* for-
* tasse sacræ Theologiæ professores inueniuntur qui aliter sentirent, tn̄ in hac materia potius standū est doc. iuris canonici, q̄ Sacræ Theologiæ magistris vt egregiè concludit Pet. de Anch. in sua disputatione eleganti inci. Antiquis & modernis tēporibus viri catholici & consciētiæ timoratæ &c. vbi tractat, an decisio quæstionum emergentium in materia vsurarū spectet ad Sacræ Theologiæ magistros, an verò ad doc. iur. cano. & ciuilis. Et dicit prima facie videri dicendū qđ ad magistros sacræ Theologiæ: quia prohibitio vsurarum trahit originē a iure diuino noui & veteris testamenti, vt c. quia in omnib. & c. super eo. de vsu. ergo ad peritos in illa scientia debet pertinere interpretatio dubiorum: nam in oībus hoc dicimus, ꝙ cuilibet experto in sua scīa credendū est. c. fraternitati. de frig. & malefi. c. significasti. el 2. de homic. circa princ. l. 1. ff. de vent. inspi. l. semel. C. de testa. mil. lib. 12. ¶Tamen contrarium concludit ipse, s. quod spectat talium casuum decisio principaliter ad doct. iuris can. quia scīa canonica principaliter ad hoc tendit, s. interpretari ius diuinum in dubijs casibus pertinentibus ad moralem Philosophiam, vt patet in prin. decre. Scientia autem Theologica pertinet ad īterpretationē iuris diuini, quò ad opera dn̄i nostri Iesu Christi. & illud dicit bene probari in lib. mora. B. Greg. super Iob, super illa duplici expositione noui & vete. testa. & videmus quod in volumine decretalium sunt decisiones summorum Pontificum super dubijs iuris naturalis, & iuris diuini. Patet hoc ēt in cōpilatione decr. vbi habemus de dec. de Bap. de voto, de matrimonio, de simonia, de furtis, de vsuris, de iuramentis, & similib. tractatibus, & titulis specialibus: quorū proprium est dubia lucidare quę oriuntur in prędictis materijs originem trahētibus de iure naturali & diuino. & sic residet interpretatio iuris diuini, quatenus spectat ad moralitatē, quę dirigit actus nostros in Deū, pertinet ad doc. decretorum qui ex constitutionib. canonicis, & decretis sanctorum patrum dicunt ius diuinum adiuuare, corrigere, & supplere, iuxta no. per doc. in c. quę in ecclesiarū. & per gl. & doc. in d. l. fi. C. si quis contra ius vel uti. pub. Quatenus verò ius diuinū tendit ad spiritualitatem, & agnitionem veræ fidei contra hæreticos, iudæos, & alios infideles, spectat ad Theologos secundum Pet. de Anch. qui subdit, quod sæpe vidit magistros in sacra pagina respondentes sup dubijs q̄ occurrunt super decimis, testamentis, matrimonijs, vsuris, & similibus errare: & ideo est illis periculosum aliquid affirmare vel negare secundum eos. ¶Modò restat respondere ad allegata in contrarium, ad quæ tn̄ satis responsum est ex supradictis. ¶Nam primò non ob. primus 2. & 3. artic. ꝙ vsuræ prohibentur iure diuino super quo non potest dispensari: nec etiā super hoc potest consuetudo aliquid inducere & c. quia respondeo ꝙ istud non procedit quando dispensatio esset sine peccato mortali, & interitu salutis animæ, prout in casu nostro qn̄ permittitur iudæis: & saltē qn̄ in certo loco particulari & pp bonum publicum hoc permitteretur vt probaui per sex, vel septem media superius inducta. ¶Vel rn̄deo quod contraria nō procedunt qn̄ vsurarij non possent sine scandalo coerceri: qa tunc Papa permittere pōt, vt singulariter dicit Archi. in c. hac ratione 31. q. 1. ob quam cām pręsumitur Pontificē fuisse motum ad præmittendum prout permisit, vt probaui s̄. in 3. art. & maximè accedente consuetudine vetustissima in hebręis, quæ facilius permittit dispensari, vt dixi in 3. ar. ¶Vel aliter respondeo ad d. c. super eo. in 2. art. in cōtrarium allegato: quia non sequitur, lex vel canon prohibet dispensari, nam iura sæpæ prohibent rescripta concedi vel valere in certis casib. & tn̄ fallit ubi in rescriptis sit clausula, non ob. ut per glo. & Cy. & Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. Non ob. ea q̄ no. Ioa. An. in regula peccatum. quia respon. Io. An. ibi soluendo concludit quod ius canon. non debet permittere usuram pp aliquod bonum temporale, vel quod inde oriatur, vel pp aliqđ malū, ꝙ inde vitetur. non aūt q̄rit ibi Io. An. vtrum de plenitudine potestatis Papa possit ex causa permittere, nam videtur qđ Papa in loco certo, casu, & cā possit permittere: vt probant ar. q̄ s̄. deduxi. & præsertim qn̄ sine scandalo non possent coerceri, vt iam dixi. ¶Præterea arg. & rōnes Ioā. An. militant qn̄ ex tali permissione induceretur pactum mortale & interitus salutis æternæ: vt qn̄ quis exercendo vsuras contemneret legem diuinā per infidelitatem quæ est opposita fidei, quam in baptismo professus est: ita dicit Io. And. in d. regula peccatum. in 3. q. & sic non militant rationes suæ in casu nostro in quo iudæis, non autem Christianis hoc permittitur. ¶Non ob. arg. sextum ꝙ ius ciuile permittit in certis casibus usuras pp bonum publicum quia fuit reprobatum per ius cano. quia vltra alias responsiones de quibus s̄. rn̄de. quod si ius canonicum illud reprobauerit, non sequitur; ergo Papa non pōt in hoc tollere vel dispensare super dispositione iuris canonici, cū sit ꝯ ius: vt d. c. proposuit. de cōces. pb. Non ob. septimū ar. s. de his quæ no. Bal. in d. l. cunctos populos, quia rn̄deo vltra prędicta qđ verū est quod Imperator non pōt dispensare: quia non spectat hæc cognitio ad forū eius, sed ad Papam & Ecclesiam, vt dixi suprà referendo Pet. de Anch. in suo consi. ¶Et per hoc est etiam rn̄sum ad octauum & vltimū arg. ad cle. j. de vsu. iunctis ibi no. per do. Car. ad quam cle. fuit ēt rn̄sum s̄. referendo Pau. de Ca.
11 in suo consi. ¶†Venio ad secundū dubium, videlicet vtrū princeps Mantuanus potuerit de iure dicta decreta, & conuentiones initas cum dictis hebræis infringere, ēt durante tpe conuētionis. ¶Et in hoc dubio & seq. breuius me expediam, postquā in primo me oportuit parumper esse longiorē solito in cōsulēdo. Et cōcludo ꝙ princeps nō potuit infringere stantibus his, q̄ dicta sunt in priori dubio nulla superueniente iusta cā. ¶Maximè attento qđ in dictis pactis, conuentionibus, & capitulis expresse conuentum fuit qđ durare debeat per quinquenniū absq; aliqua innouatione. nā q̄libet ēt si sit supremus princeps pacta & suos ꝯtractus seruare tenetur c. 1. de na. feu. & ibi Io. An. de prob. l. digna vox. de ll. & ibi hoc no. Guid. de Suz. Cy. Bart. & Bal. ēt in l. ex imperfecto. de test. ¶Attento maximè, ꝙ dictæ conuentiones sunt reciprocę, & vltro citroq; obligatoriæ: quia ēt ex aduerso iudęi ad aliqua se obligarunt, vt patet in dictis capitulis, in quibus posita sunt hæc ꝑ modum conuētionis & cōtractus vltro citroq; obligatorij: quo casu ēt supremus princeps non pōt ea reuocare saltē nō superueniente aliqua iusta cā; vt no. oēs in c. nouit. de iudi. & in c. nostra. de iniu. & dā. da. & in c. q̄ in ecclesiarum. de consti. & Archi. 11. q. 1. q cunq;. & in c. licet cau. de elec. in 6. & Bar. in l. oēs popu. in 3. q. prin. ff. de iust. & iu. in l. quod semel. de decre. ad or. fac. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de censi. §. nunc videndū. uer. quid si uniuersitas fecit peccatum ¶Et Bal. in l. si cum mihi. ff. de do. & in l. donationes quas. per illum tex. C. de do. īter vir. & vxo. vbi dicit quod princeps tenetur seruare ciuilitatem cōcessam alicui per modum contractus, nisi ex causa. s. qn̄ ipsi principi non seruarentur conuenta. & idem Bal. in l. fi. C. de condit. ob cau. & in l. qui se patris. C. vnde lib. in 4. col. in ver. & scias. qđ Bal. in addi. Spe. in ti. de sen. in 23. col. ver. sententia aliquādo fertur & c. Cy. not. in l. amplius. §. 1. ff. de leg. 1. & mod. in c. 1. de consti. in 6. Facit qđ voluit gl. reputata sing. in l. decu. C. de

 silen-

silentiarijs & decu.li. 12.¶Et qđ no.gl. 12.di.in c. 1.in gl.quæ
12 inci.nec Papa.vbi gl.inq.†qđ Papa nō debet ius alteri q̃situm auferre sine cā:vt dixit Io.An.in add.Spe.in ti.de legato.§.nūc ostendendū.ver.57.& no.Inn.& Io.An.in c.innotuit.de elect. & in c.constitutus.post gl.de reli.do.& legiſtę in l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub.cū ſuis conc.¶Et per hoc patet nō ob.id qđ no.gl.fi.in ca.decet.de re.iu.in 6. vbi gl. dicit quod princeps priuilegiū a ſe conceſſum reuocare pōt vt no. Ang.in l.Antiochenſium.de priui.cre.quia illud verū eſt in mero priuilegio: ſecus in pacto vel in cōtractu,vt no.Cy.Bart.& alij in d.l.digna vox cū alijs s.alleg. ſed illa de q̃bus in caſu nr̃o q̃rit̃ fuerunt pacta vt expreſsè atteſtat̃ ſcriptura: ergo &c.¶Per hoc ēt apparet non ob.id qđ no.p gl.16.q.j.in c.eccle.& gl.9.q.3.cō quæſtus.in gl.pe.& qđ no.gl.in d.c.conqueſtus.& Spec.& Io. And.in ti.de leg.§.nunc oſtendendū.ver.57.& ver. 88.& Bal.in l.reſcripta.C.de prec.imp.off.& in l.fi.C.ſi contra ius vel vti. pub.vbi voluit qđ princeps poſſit ius alteri q̃ſitū auferre:quia r̄ndeo qđ debet illud intelligi q̄n erat q̃ſitū p modū ɔ̃ctus q̄n fieret cum cā,non aūt ſine cā p ea q̃ s.allegaui vbi hoc probat̃. ¶Vel ſi intelligas qđ ſine cā poſſet, intelligit̃ in ſupremo Imperatore ſuperiorē non recognoſcente q̄n vellet facere non de iure,ſed de plenitudine ꝑtātis:q̄a tunc ut dicit Spe.in d.ver.88. hoc iō eſt: q̄a non eſt ſuperior aliquis qui ei dicat cur ita facis 18.diſ.ibi memoria.de pę.diſ. 3. ex pſona. q̄a apud eū eſt pro rōne volūtas: ſed nos loquimur de Illuſtriſ. Principe Mantuano,qui ſicut legibus ſubiectus eſt, vult ſecundū leges viuere:
13 & ſic non ſumus in caſu iurium in ɔ̃rium alle.¶†Venio ad tertium & vltimum dubiū videlicet,an pro tpe quo poſt finita tēpora decretorū prędictorū Marchio ſcienter paſſus eſſet,& toleraſſet hebræos mutuare ſub vſuris,& exigere modis conſuetis tpe capitulorum,& pactorū prædictorū, licuerit, & liceat ipſi do.Marchioni & officialib.ſuæ excellentię contra ea, q̃ ipſe tolerauit venire ꝓ tpe quo tolerauit: & per ɔ̃ns an poſſit cōtra hebręos innouare pro pignorib.q̃ tpe dicti proclamatis,& dictorum capitulorū datorum maſſario erant apud hebræos. ¶Et in hoc concludo hoc nō licere dicto principi,nec eius officialib.quia tolerātia & patientia ſubiecta per tp̄s ꝑteritarū cōuentionum, operatur vt pro tpe quo princeps ſcienter paſſus eſt,& tolerauit eodē modo & forma,quibus tpe pactorū & capitulorum faciebat, videatur renouata virtus dictorū ca.l.itē q̃ritur.§.qui impleto.cum ibi no.& in §.fi.ff.loc.l.legē.C.loc. l.in reb.§.fi.de preca.& q̃ no.doc.in l.ſi mora.ſo.ma.¶Nam ex parte Iudęorū perſeuerantia deprehenditur pro cōſenſu renouationis capitulorū & pactorū: quia aliàs illicitè exercuiſſent menſam uſurariā.d.c.poſt miſerabilem.& d.c.quanto.quia ex forma bullę apoſtolicę non concedebatur iudęis fœnus exercere,niſi cū permiſſione & licentia principis Mantuani,ſecundum conuentiones & pacta inter eos ineunda. in dubio ergo p̄ſumitur ipſos iudęos perſeuerantes voluiſſe renouare dicta capitula,ne aliàs illicitū, & a iure interdictum eis miniſteriū exercerent.& hęc eſt ratio d.§.qui impleto,ſecundum Bar. facit l.meritò.ff.pro ſoc.& in l.gerit.ff.de acq.hęr. ¶Itē ex parte principis vr̄ renouata pacta & capitula: q̄a paſſus eſt in ciuitate ſua dictos iudæos exercere menſam vſurariam, & exigere vſuras in oībus & p oīa prout ex forma capitulorū tenebatur pro tēpore pro quo durabat virtus ipſorū capitulorū initorū vigore bullæ apoſtolicæ: ergo habuit intentionē princeps qđ bulla Apoſtolica & capitula facta vigore bullæ ſeruarentur iudæis: q̄a aliter tenebat̃ pr̄ceps de iure coercere dictos iudęos ne p̄dicta facerēt,ut eſt tex.in d.c.quāto. ergo ex eis patientia patet qđ habuit intentionem qđ effectus bullæ ſeruarentur iudæis.& ſic p oīa vr̄ qđ rō d.§.qui impleto, habeat locū in caſu nr̄o p ea q̃ ibi no. Bar.in 1.col.iunctis p̄dictis: vt no.doc. in l.ſi mora.ff.ſol.ma.¶Nec ob.ſi diceretur ꝙ princeps durāte ēt tpe inhibuit,ne vigore capitulorū conceſſorum iudæis poſſent ſfœnus exercere:q̄a poſſet r̄nderi qđ illa inhibitio,& intimatio,& denunciatio ſeu proteſtatio fuit facta tpe incongruo: & ſic nō valuit.l.cum filius.§.fi.& ibi Bar.ff.de ver.ob.& l.ſi ſolutus. de ſo.c.cum in veteri.de elec.& no.plenè in l. non ſolū.§.morte.ff.de ope.no.nun.circa vlt.car. nā eo tpe quo facta fuit inhibitio vigebant adhuc capitula & pacta : quia adhuc durabat tp̄s quinquennij. Præterea illa inhibitio habuit reſpectum ad capitula & pacta. tunc inter principē & iudęos expreſsè contracta: non autē ad capitula,& pacta tacitè ineunda, & poſtea inita per patientiā ſubſecutā poſt lapſum quinquennij cum ſolū tunc, ſ. tpe inhibitionis eſſet contentio & diſputatio de ipſis capitulis expreſsè factis pro illo quinquennio.ar.l.ſi de certa.C.de tranſa.& l.ſi ex pluri b.ff.de ſol.& plenè no.per doc.in l.Aurel.§.Caius.de li.leg. & limitata cā limitatū parere debet effectū.l.Caius.de acq.re.do.l.ſi mr̄.§.eandē. & l.ſi mr̄.§.cum q̃rit̃.ff.de exce.rei iudi. ¶Nec vr̄ trahi dicta inhibitio ad tp̄s ex interuallo ſecutum poſt tp̄s dicti quinquennij, quo tpe ex interuallo ſecuto ꝑſtita eſt dicta patientia,& tolerantia:& ſic no
* uus tacitus conſenſus,& licentia fœnerandi,* p l.cum plures. §.locator.ff.locati.ſecundum unū intellectum quē approbant Iac.But.Bar.& alij in l.pacta nouiſſima. C.de pac.& Bart.in l. non ſolū.§.morte.in 7.col.& can.in c.cum M.Ferra.de conſti. ¶Fortificant̃ p̄dicta p ea q̃ dixit Bar.& alij in l.quę dotis.ff.ſo. ma.& per doc.in l.inuitus.C.de procu. & can.in c.nonne.de p̄ſum. dum dicunt qđ ſi quis erat p̄ns & tacens actui difformi a me celebrato ſi non tractat̃ de magno p̄iudicio ipſius patientis vr̄ conſentire.l. quā Tuberonis.§.ſunt q̃dā.ff.de pec.et l.Sabinus.cōi di.& l.Labeo.cum gl.ff.de aqua plu.ar. & l.qui bona.§.ſi quis.de dā.infe.ubi autē tractatur de cōmodo alicuius ſcientis & patientis,talis patientia habet vim conſenſus.l.ſi remunerādi.§.paſſus.& l.q patit̃.ff.man. ¶Sed ut apparet ex bulla Apoſtolica,& ex proceſſu inde ſecuto iuxta ea q̃ dixi in prīmo dubio, non tractatur de p̄iudicio aīæ, & bonorum dicti principis:imò tractat̃ de cōmodo ſuę reip.& ſuę cōitatis: er-
* go vr̄ conſenſiſſe geſtis dictorum hebręorū. ¶Pro hoc* qđ dici not.Sal.in l.nulli.in prin. C.de iud.p illum tex.vbi dicit qđ ſi banniti ex forma ſtatuti poſſint impune offendi,& aliquis
l ſit bannitus a ciuitate, & tn̄ poſtea fuit toleratus[l] permanere in ipſa ciuitate,non pōt impunè offendi, licèt nō fuerit cācellatus a banno:q̄a iſta tolerātia vr̄ ei ſecuritatē p̄bere. ¶Ad hoc ēt facit.l. 1.§.ſciam.ff.de tribu. & l. 1.§.magiſtrum.ff.de exer. per quē tex.dicit Guil.de Cu.in l. 1.in prin c.de exer. ꝙ ſi quis geſſit ſe pro locū tenente alicuius ſuperioris ſcientis, & patiētis ſuperior vr̄ ſibi tacitè mandaſſe vt ſe pro locum tenente gereret.¶Facit quod no.Inn.in c.ex parte decani.in prin.de reſc. & in c.in nr̄a.de procu.& Arch.in c.qui ad agēdum. de ꝓcu. in 6.cum ſi.¶Nec ſubintro articulum utrū per tolerantiā ſuperioris videat̃ ſuperior diſpenſare ɔ̃ ius de quo in c.cum iandudum.de pb.& in c. q̄a circa.de cōſan.& aff. quia nō ſumus in caſu illo, q̄m cōſenſus principis nō erat ille qui induceret diſpenſationē ɔ̃ ius.quinimò ipſe tāquam ſuperior ſecularis nō potuiſſet in materia uſurarū diſpenſare,vt dixi in j.dubio, ſed ipſa diſpenſatio iam erat expedita p Romanū Pontificem ſeu per Reuerend. Epiſcopum Mantuanum commiſſariū Apoſtolicū.¶Nec ob.proclama emanatū de anno p̄nti de mandato dicti principis: q̄a illud ſolū prohibet mutuari ſub uſura in futurū. iſtud aūt ad ɔ̃ctus iā celebratos nihil diſponit ut ex eius inſpectione clarè appareat.Et ita dico & conſulo ego. Alex.

ADDITIONES.

* Circa primum.]De hoc etiā Alex.ponit cōſ.57.lib.1.& iſtud idē per eadē fundamenta conſulit.Barb.conſi.16.lib.4.& cum Alex.ſentit,& tenet Fel.in c.quia de Vſu.Cōtra tenet Ant.de Prato inter cōſ.Alex. cōſ.49.col.2.li.4.Et frater Ang.in ſumma in verbo vſura, il ſecūdo, §.14.& tenet ēt Bap.in l.cunctos populos car.7. Matth.de Affl.in cōſtitu.vſurariorum. M.A. Natta.

a ¶Latè.Conrad Summench.de contra. q.48.

b ¶Sed. idem conſi.ſeq.& tertio infra eo.lib.conſi.107.quod abbreuiatum habetur infra lib.6.conſi.8.

* Romanus Pontifex poterit.]Idē ſequitur Io. Campeg.in trac.do.q. 49.inferens, ꝙ filius nō poterit petere portionē bonorū paternorū, q̃ſitorū p patrē Iudęū vſurariū,vt ipſe effect⁹ Chriſtian⁹ reſtituat.N.

* Diſpenſatio.]Papa non pōt de peccato facere non peccatū, vt per Fely.latè in c.quę in eccle.col.8.de conſti. Natta.

c ¶Nihil.imò ſicut magiſtratus tenetur iudęos, gētiles & quoſcunq; ſubditos ab homicidijs,blaſphemijs & alijs delictis arcere.l.2.§.iudęis.C.de iu.ita ab vſu.& alijs illicitis exactionib.l.illicitas.de of.p̄ſi.

* Fori noſtri.]Immo ſicut magiſtratus tenetur Iudęos ab homicidijs blaſphemijs,& alijs quibuſcunq; delictis arcere,l.nullus. C.de iud. ita ab vſuris,& alijs illicitis exactionib.l.illicitas.ff.de off. p̄ſi. Nat.

d ¶Si nō. prout ad impoſsibile ſequitur quodlibet ſecundum logicos.

e ¶Diſpenſari. cautius & verius dicunt theologi interpretari ſeu declarari in 3.ſen.diſ.37.

* Mutuabāt Hoſt.]De hoc,an liceat mutuare. Hoſt.ſub vſuris latè ponit Lau.de Rod.i tra.vſu.q.55.Io.de Ana.latè in c.j.col.pe.de vſu.N.

f ¶ Ab illo.ſed quod ille tex.falsò attribuatur Ambroſio, & nec hoſti quidem fœnerari liceat.Corrad.de contract.q.42.

g ¶Iuſta.

g ¶Iusta supra lib.1.consi.2.ad fi.vbi contradixi.
h ¶Paul.consi.295.cum seq.lib.2.
* Paul.de Cast.consi.358.]Habeo consi.398.incip. Non videtur expe diens.lib.2. Natta.
i ¶Non peccat.transeat in legibus humanis vt per Acc.in 1.cõstit.C. §.quib.ver.certas Bar.in l.qui Romę.§.duo fratres.col.3.& ibi Frã. Ri.col.7.de ver.ob.
k ¶Theologiæ.contra tenet Corrad.de contract.q.49.
* Et si aliqui.] In his,quæ sunt iuris diuini,cui potius sit standum, an doctoribus Theologis an vero iuris can.& fac.quod scribit Abb. & ibi ẽt Fel.in c.ne innitaris de consti.ꝙ circa qualitatem vulneris ma gis stabitur chirurgicis quàm physicis,licèt physici idẽ profiteãtur, quia standũ est magis expertis.& facit quod dicit Host.in c.1.de con sang.& aff.ꝙ Canonista pręfertur Theologo in electione, vbi nõ pul lulant hęreses.Sequitur Feli.in c.fi. de Magis. & Alex. hic sequitur Deci.consi. 111.col.2. Natta.
* Et licentia fœnerandi.] No.ꝙ ex,his quæ sequunt̃ ex interuallo videtur recessum a prioribus pactis .Ita sentit Bar.in d.l.pacta.de quo latè ponit Ias.in l.Titia.§.idẽ respondit,il primo.ff.de ver.ob. Natta.
* Pro hoc.] Istud dictum Salic.sequitur Alex.cons.8.circa fi.lib.6.vbi ex hoc infert,ꝙ quando princeps aliquid palã,& publicè factum tolerat videtur dedisse facultatem & securitatem ita faciẽdi , quod ẽt Alex.hic sentit.Et circa istud dictum Sal.vide Hipp.in prac. crimi. §. aggredior nu.28.Rui.not.consi.48.col.3.lib.4. Natta.
l ¶ Toleratus.Hip.Mat.sing.78.& in prac.§.aggredior.nu.28.

SVMMARIVM.

1 *Mandati formam seruari per æquipollens sat est.*
2 *Declarationi eius standum, cuius conscientia oneratur.*
3 *Rescripto, verbum, si constiterit,facit monitionem, non conditionem.nu.4.& 5.*
6 *Feriæ competunt etiam non impeditis per se,sed per alios.*
7 *Dispensatio Papę quæuis vt valeat,sat est dicere,non obstante.*

CONSILIVM II.

Visis dubitationibus subhortis circa illum articulum, an potuerit de iure permitti principi Mantuano licere conuentiones facere cum iudæis super fœnore exercendo in ciuitate Mantuæ, modo & forma, quibus continetur in bulla apustolica.& commissione facta reuer.d.Episcopo Mãtuano super quo arti.superioribus diebus consului, quod sic, rationibus in consi.redditis, quas repetere non expedit.& visis his quæ probabiliter & subtiliter in contrarium adducuntur in consiliis partis aduersæ. ¶ Videtur mihi non ob.veram esse conclusionem ex consiliis habitam.¶Et in primis non ob. inquantum dicitur, quod non videtur fuisse probatum corã R.Episcopo commissario apostolico præcessisse illam necessitatem,ex quo concessio & commissio emanauit: & forma cõmissionis erat diligenter seruanda.c.cum dilecta.de rescrip.c.
1 venerabilem.de off.deleg.c.diligenter.in princ.ff.man.† quia
ad hoc respondeo, quod q̃uis forma mandati debeat seruari, tamen sufficit seruari per æquipollens: licèt nõ in specifica forma præcisè, vt est bonus tex.in l.fin.ff.man.¶Et præsertim vbi exprimitur aliquid quod erat necessarium ad ipsum actũ seu eius effectum:quia tunc sufficit æquipollenter adimplere. l.si mater.C.de insti.& substi.l.mulier in princi.ad treb.l.Gallus. ver.quid si tantum.de lib.& posthu.¶Sed commoditas & vtilitas publica de qua fit mentio in cõmissione, videbatur expediens in dicta cõmissione fienda:quia tales permissiones & dispensationes non debent fieri sine causa publicæ vtilitatis vel alia, cum sumus circa ea quæ concernunt ius diuinum, vt in conclusione dictum est:ergo sufficit quod per testes est probatum æquipollenter de necessitate & publica vtilitate, pp quã æquè verosimiliter fuisset motus Pontifex ad committendum prout commisit. ¶ Secundò respondeo, quod Papa commisit
★ conscientiæ D.Epi,an reperiret vera esset narrata* in supplica
tione Pontifici porrecta.& d. Eps in sua sententia affirmat sibi cõstitisse in effectu vera esse narrata in bulla Apostolica: & de illis suam cõscientiam fuisse informatam, & per testes,& per libros, & cũ eo onere quo Papa conscientiam ipsius episcopi
2 onerauerat:† ergo stãdum est declarationi & affirmationi suę
per ea,quæ dixit glo.no.in c.statutum.§.assessorem. in ver. relinquatur.de rescri.in 6.pro qua gl.Bal.in l.rem non nouam. C.de iudi.ponderat ibi esse tex.& no.Inn.in c.super his.de accusa.& Ang.& Io.de Imo.in l.inter stipulantẽ.§.j.ff.de ver.ob. & ibi Io.de Imo.declarat qualiter debeat intelligi glo.in cle.j. de iure patro.quę videtur contrariari d.glo.positę in d.§.assessorẽ.& not.Bal.in l.2.ad fi.C.de sen. ex breui.rec.& Lap.in 2. c.de iur.cal.li.6.& do.Ant.de Bu.in c.j.de cõst.& Io.de Imo. in l.ab executore.in fi.prin.ff.de ap.& in l.si sic.in prin. de le. 2.¶Tertiò rñdeo p id quod regulariter dixit Inn.in c.pruden-
3 tiã.de offi.deleg.vbi voluit† quod si Papa mãdat Titiũ condẽ-
nari Seio ad 10.si Seius probauerit illa sibi deberi ꝙ valet sententia condemnatoria,licèt illud non fuerit probatum.& no. hoc Bal.in l. p̃scriptione,in 4.col.C.si cõtra ius vel vti.publi. ¶Et est rõ secundũ doc.maximè Io.de Imo.in c.venerabilis.de offi.deleg.quia Papa non potest facere ꝙ condemnetur ille cõtra quem non probatur debitũ: quia illud est facere contra ius naturale vel gentiũ :& Papa non põt auferre defensionem sine iusta causa,iuxta no.p Inno.in c.quę in ecclesiarũ.de cõsti. vñ ille ordo datus a Papa in cõmittendo ꝙ condemnetur Titius Seio in 10.si probatur, est ordo necessarius, vñ potius videtur denotare monitionẽ quã conditionẽ,iuxta no.per glo.in cle.j. de offi.deleg.& per Inno.in c.fi.de p̃sum. ¶Vnde cũ in proposito nostro conditio inserta in bulla apostolica valet, si constaret d.Epo vera esse narrata in supplicatione,q̃ concernat id qđ non pendeat a libera voluntate Pontificis, cũ ẽt vsuras non possit permittere vel dispensare Papa regulariter, & requiratur causa vt in consilio dixi:sequitur ꝙ illa verba non faciunt cõditionẽ:& sic dato ꝙ non essent verificata, illa tamen de iure declaratio Epi valeret; & præsertim cum assereret suæ conscientiæ constare vera esse narrata, vel ea de quibus in cõmissione.¶Bñ facit ẽt qđ no.Inn.in c.qm̃ cõtra.de prob.vbi voluit
4 †ꝙ si iudex dicit:condemno Titium in 10. Seio ex cã mutui:
quia sic probatum est per A.& B.testes. quod licet testes dixerint de illo mutuo nihil scire: tñ valebit sententia, & transibit in rem iudicatam.idem tenet ibi Host.& Io.And.& not. Bart. in l.si is ad quem.ff.de acq.hęr.& Bal.in l.1.C.de indi. vid. & in l.prolatam.C.de sen.& in l.2.C.de reg.iur.& in l.1. C.de et ro.cal.cum quo ẽt ibi trãsit Pau.de Cas.& d.Abb.in c.inter cęteras.de re iu. ¶Successiuè non ob.inquantum dicat̃ ꝙ cõcessio potuit fieri p necessitatem patientibus, & facta est concessio per dñm epm indistinctè,siue mutuauerint hebręi patientibus necessitatẽ siue nõ. & sic vr̃ ꝙ declaratio d. epi non correspondeat concessioni pontificis : quia rñdeo ꝙ conditio inserta in bulla & concessione Ro. pontificis est indefinita sicut est ipsa declaratio,& licentia d. Epi, & in rescriptis debet attẽdi conclusio,vt inquit Inn.in c.super literis,de rescr. & Bal.in
6 d.l.præscriptione.in vlt.col.C.si contra ius. † Pro hoc ẽt facit
quod no.gl.in l.1.circa princ.ff.de fer.ubi die feriato pp messes & vindemias nõ redditur ius.& cum illud seruat̃ ẽt quò ad milites,& quò ad omnes alios qui non impediantur pp messes & vindemias : quia dato ꝙ Episcopi per se non impediantur, tñ possent dicere ꝙ hñt necesse habere testes,& alias personas necessarias ad illam cãm, quia impedirentur adesse pp messes & vindemias.Vnde ratione huius incertitudinis, & quia difficile hoc constare posset,permittitur militibus,doctoribus, & fœminis,& quibuscunq; allegantibus exceptionem absque eo qđ aliter probetur, ꝙ personæ quibus epi volunt vti in causa, sint impeditæ pp ferias,vt ibi no.per doct.in c. conquestus.de fer.§.fi.ver.sed nunquid milites. ita in proposito cum sit difficile discernere qui sunt illi qui pro causa vtili, vel necessaria habeant accipere pecunias sub vsuris,& qui non, potuit indistinctè permitti.¶Deniq; non ob.ꝙ in §.super eo.de vsu.dicatur qđ dispensatio vsurarum non permittitur,ẽt pro redẽptione captiuorum:& sic pro vna cã speciali & fauorabili. & hoc dicit ille tex.esse, quia vtraq; scriptura detestatur crimen vsurarum : ergo iudæi qui ligantur secundum nos lege diuina & Mosayca ẽt quò ad usuras,ut legitur & no.in c.post miserabilem.de vsu.& no.in cle.1.eo.ti.delinquunt & peccant.& propterea non vr̃ ꝙ etiam quò ad eos possit dispensare per d.c.super eo.& per ea quę no.Spec.in tit.de leg.§.nunc de episcoporum.in ver.sunt qui dicunt.cũ concor. ¶ Quia ad hoc rñdeo, qđ iura in multis.ll.dicunt,ꝙ rescriptum principis contra publicam vtilitatem,vel aliam similem causam non valeat, & tñ princeps non ob.illis legibus poterit talia rescripta concedere contra prohibitionem illarum legum dummodo sit apposita clausula,non ob.l.fi.cum gl.& ibi Cy.in 3.q.& ibi etiam Bal. C.si contra ius vel vti.publ.l.quoties.& l.rescripta.C.de prec. impe.offer.l.1.cum ibi no.C. senten.rescin.non poss.& plenè
7 per doc.in c.nonnulli.de rescr.† ita ergo in proposito, quam-
uis tex.in d.c.super eo.prohibeat dispẽsationẽ, tñ per hoc nõ

 impedi-

impeditur Papa dispensare, apponendo clausulam non ob. cũ ipse sit s. ius. c. proposuit, de concess. preb. dummodò ex hoc non sequatur peccatum in perniciem salutis animarum: quia a ẽt ius diuinum potest in certo casu tolli [a] dummodò nõ sequatur peccatum præiudiciale saluti animarum. c. fi. cũ ibi no. de consue. & c. a nobis. de deci. Sed in casu nr̃o non põt dici esse in consideratione pactũ mortale p̃iudiciale saluti animarum, nec Christianorum recipientium, ut probatur per allegata in consi. & sic dispositio canonis prohibentis dispensationẽ aliquã fieri posse, non impedit supremũ Pontificẽ posse dispensare cũ clausula non obst. dũmodò cesset pct̃m p̃iudiciale saluti animarũ, vt est dictũ: ac ẽt põt dispensare ꝯ ius diuinũ qñ ius diuinũ indistinctè non ꝓhibet, vt in casu nostro. & ĩ. probabo circa mentẽ. c. ab illo. 13. q. 4. ¶ Et hæc permissio super vsuris maximè fieri põt, qñ sine scandalo coerceri non possit: vt inq̃t Archi. in c. hac ratione. 21. q. 1. & retuli in consi. ¶ Et per hoc arbitrandum est Roma. Pontificem tandiu tolerasse & tolerare Iudæos exercere publicum fœnus ẽt in terris omni iure subiectis ecclesiæ Romanæ: quia sine scandalo hæc prohibitio fieri non põt tanquã illud sit populo satis necessarium. ¶ Nec istud est p̃suadere Iudæis, ꝙ possint fœnerari licitè. & a Christianis vsuras exigere: quia istud fortè posset esse verũ: qñ vniuersaliter istud Papa concederet, sed qñ in certo loco & certis particularibus personis hoc ex cã cõcedit, secus est, vt dñt doctõ. in cle. 1. de vsu. quorũ dicta retuli in cons. ideo nõ repeto. ¶ Non obst. ẽt quod dr̃ r̃ndendo ad c. ab illo. 14. q. 4. secundũ vltimum intellectum gl. qui in dubio vr̃ approbatus a gl. iuxta no, per gl. in l. qui filium. §. j. ff. ad tre. & l. finautẽ. & ibi Bal. C. ne de sta. defun. l. bona fides. & ibi per Bart. ff. deposi. ꝙ iudæi non sunt nobis hostes. & per consequens non infertur ꝙ iudæi non possint nobis mutuare: quia respondeo prout in cõsi. ꝙ ille tex. inducitur alio modo, videlicèt ꝙ ibi de iure diuino prohibitio non est simpliciter facta, imò in alio casu reperitur permissa illa res prohibita; tunc ex causa superior potest contra ius diuinum dispensare, vt no. Bar. in l. omnes populi. in 3. quæstio. principali. ff. de iusti. & iur. ¶ Exemplum in homicidio prohibito a lege diuina; nam homicidium non erat a lege diuina omnino prohibitum, imò erat aliquo casu permissum: quia lege diuina cauebatur quod occidens occideretur, ideo tunc superior potest ẽt in aliquo casu non permisso a lege diuina permittere homicidium ex causa. l. 1. & 2. C. quando lic. sine iu. se. l. 4. §. fina. de sica. vnde secundum cõmunes conclusiones valet statutum, ꝙ bannitus possit impune offendi, vt traditur in locis vulgaribus. ¶ Sed ita est ꝙ vsurę non fuerũt simpliciter & indistinctè prohibitæ, imò permittebantur quãdo mutuabatur hosti, vt habetur Deut. 23. c. cum dicitur: Nõ fœneraberis fratri tuo, sed alieno, vt d. c. ab illo, ergo superior potest cum clausula, non obstan. dispensare. ¶ Et per hoc etiam potest sustineri inductio facta in consi. de c. licèt de feriis. Ex quibus omnibus simul iunctis colligitur vt mihi videtur ueram esse conclusionem superioribus diebus in consilio habitã, Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Vera esse narrata.] Vide in similibus terminis omnino Alexã. consil. 45. col. 1 lib. 7. Natta.

a ¶ Tolli. latè Roc. Cur. repe. c. fi. col. 21. de consue. Feli. Dec. ca. quæ in ecclesiarum. de consti. sed non placet, & omnino standum est verbo Dei & theologis, vt dixi,

SVMMARIVM.

1 *Scriptura vna quando se refert ad aliam, vtraq; edenda est.*
2 *Causæ defectus vitiat etiam libros rationum, & confessionem.*
3 *Exceptio derogans qualitati acquisitæ semper potest opponi.*
4 *Iuramentum probatoriũ debet prẽstari post litem contestatã.*
5 *Voci viuæ plus creditur quàm mortuæ.*
6 *Statutum, ꝙ creditur omni scripturæ mercatoris, non valet.*
7 *Priuilegia odiosa strictissimè interpretanda.*
8 *Curatoris datio, in testamẽto, nisi a iudice cõfirmetur, nõ valet,*

CONSILIVM III.

In causa & lite vertente inter Abraham quondam Emanuelis Hebræum agẽtem & Raynaldum de Marchionibus. Tam ex processu, q̃ ex meritis causæ de pluribus dubitari contingit: quæ omnia seriosè & multum magistraliter deductæ sunt per excellentissimum dominum præceptorem meum dominum consulentem. ¶ Et primò vidẽdum est vt petitur, an dictus Hebræus teneatur, Rayn. ad editionem scripturæ manu ser Pauli, de quo fit mentio in dicto saldo producto per dictum Abraham. ¶ Et circa hoc absq; dubio dico dictum Abraham teneri ad editionem dictæ scripturæ. Pro hoc primò adduco authoritatẽ Bal. in terminis in
1 l. in ciuile. ff. d. ll. formaliter dicentis, † ꝙ vbi una scriptura se remittit ad aliam prout in casu nostro, ꝙ vtraq; edenda est, qñ vna continuatur alteri ex natura relationis: qm̃ si non apparet
2 bus. ¶ † Quod ostenditur,quando protestatio fit ad aliquid faciendum, prout erat ista, debet esse certa, & certum reddere aduersarium,cui fit protestatio, adeo, ꝙ ipse intelligere possit clare se obligari ad illud, ad quod per protestationem incitatur,& seu euenisse casum, in quem se obligauit. l.si quis inficiatus,ff. depositi,l.nomen,C.quæ res pigno.oblig.poss. l.fin. §.j.C.de bon.auth.iud.possid.l.aut qui aliter.§. 1. ibi,ne quid persunctoriè,aut obscurè dicere,ff.quod vi aut clam, & in clemen.causam, de electio.& est doctrina Bart.ita declarantis in l.non solum.§.morte,in ver.3.principaliter videndum est &c. ff.de nou.ope.nunci.& cum eo communiter ibi transeunt moderni,& no.Bart.& alij in l.emp.C.de euict.& in l.quod te. ff. si certum pet.per illum text.& in l.pater. §.ex quo,ff.de administra.tuto.cum sim. Sed dicta denunciatio seu protestatio nõ fuit huiusmodi,ergo &c. Quod autem non fuerit dicta protestatio talis,prout requirebatur,vt dixi,patet, quia in dicta protestatione, in qua est insertus tenor supplicationis dicti Barth. continetur,ꝙ dictus Bartho.in supplicatione narrauit,ꝙ cum esset minor fecerat compromissum cum dicto magistro Dominico,& fratribus in dictum magistrum Christophorum curatorem,& in magistrum Antonium de Gli.in quo non interuenerant debitæ solennitates, & quod super compromisso fuerat laudum,& attento quod erat minor, & tunc ignarus iuriũ suorum,fuit enormiter læsus per dictum laudum,& quod dictus Bartholomæus de hæreditate aui sui parum, aut nihil habuerat,quòd erat contra ius naturale saltem ratione legitimæ. Et præterea supplicabat principi,ꝙ viso,& attento enormi dãno,non obstante laudo committeret,cogi dictos suos patruos ad nouiter compromittendum de omnibus eorum differẽtiis, vsque ad præsentem diem,& quod princeps rescripsit,si ita est fiat per potestatem, & quod dicta supplicatio fuerat producta contra & fratres,per Melchiorem procuratorem dicti Bartholomæi, & protestabatur dictis magistro Antonio, & magistro Andreę,vt deberent dictam litem & defensionem subire: alias protestabatur de dictis pœnis.Dico igitur, quòd ex dicta protestatione non reddebatur certus dictus magister Andreas, ꝙ in casu narrato in dicta protestatione esset obligatus ad defensionem subeundam: quia non apparet ex illa protestatione, ꝙ illud cõpromissum & laudum, de quo fit mentio in d.potestatione, fuerit factum ante vel post dictum instr̃m obligationis, & intercessionis dictorum magistri Antonij, & magistri Andreæ,nam si laudum,de quo fit mentio in dicta supplicatione non erat latum eo tempore,quo dictus magister Andreas,quõdam Dominici intercessit:& se obligauit pro dicto Bartholomæo non potest dici dictus Andreas esse obligatus ad subeundam defensionem contra dictum Bartholomæum, volentem impugnare laudum postea latum,quia dictus magister Andr. esset obligatus ad suscipiendum defensionem contra dictum Bartholomæum volentem impugnare laudum postea latum ; quia dictus magister Andreas promisit, ꝙ Barthol. non veniret contra ea;quæ tunc & ante fecerat: non autẽ ea quæ in posterum fierent.l.ꝙ si stipulatus fuerim illud aut illud.§. 1. & l. si à colono.ff.de verb.obl.l.si ita scripsisset. ff.de leg.2.l.si ita. ff.de aur.& arg.leg. & quod voluit glo.notabilis in l.hæredẽ. ff.mand.cum gl.¶Fundamentum intentionis magistri Dominici & fratrum esset,ꝙ laudum, cõtra quod venit, esset latum tempore, quo dictus magister Andreas se obligauit pro Barthol.vel ante & debuit deduci & clarè specificari?alias protestatio non concludebat nec arctabat, vt in l.matrem. ff.de probat.l.eum actum,cum ibi not. ff.de neg. gest.not.in clem.fin. de rescrip.& est doct.Bart.& aliorum in l.non solum. §.sed vt probari.ff.de ope.noui nunc. & in l si is qui.in fi.ff.de iure fisci.& in l.an eadem.§.actiones.in vlt.col. ff.de except.rei iud. & in l. non potest.ff.de iud.& not.in c.abbate sanè.de re iudi, in 6.& not.Bal.& Sal.in l.fi.per illum text.C.an ser.ex suo fac & in d.l.matrẽ. ¶Facit quod not.Io.And. in c.auditis.de præ
3 scrip.vbi refert se habuisse de facto: quia † quidam conduxerat equum pro certa mercede pro eundo vsque ad certum locum,& equus mortuus est in via naturaliter, vt dicebatur: locator petebat emendam equi: conductor allegabat, & probabat in itinere equum esse mortuũ naturaliter, & per illos probauit, qui secum erant, quòd equus quem equitabat tali die, erat mortuus naturaliter. dicebat tamen locator probasti vnũ equum mortuum, sed non illum, quem tibi locaui, quare illa probatio non iuuat per id, quod habetur in d.c.auditis facit. c.in præsentia.de probat. ¶Ad propositum ergo ad hoc,vt ex narratis in supplicatione & protestatione redderetur certus dictus magister Andreas, prout reddi debuit, quod iste erat casus,in quo ipse erat obligatus ad defensionem, oportebat, ꝙ ex supplicatione & protestatione appareret,quòd illud laudum, quod volebat impugnare Bar.erat latum inter eos ante confectionem dicti instrumenti,adeò, quod induceretur in obligatione facta per magistrum Andream. ¶Attento, quòd in dicto instrumento, in quo fit mentio de certo laudo rogato per ser Hieronymum, non fit mentio de nominibus arbitrorũ nominatorum in supplicatione, & iustã ac præsumptam habuit ignorantiam dictus magister Andreas, qui fuerint illi arbitri: quia in facto alieno probabilis est ignorantia. l.fi.ff.pro suo.l. verius.ff.de probat.¶Et licet in dicta protestatione fiat mentio de hæreditate aui,non tamen materni, vel paterni. duos enim habet de necessitate auos; vnum.s.paternum, alium maternũ, ita quod ex illa protestatione & narratis non reddebatur certus magister Andreas, quod Barth. vellet petere de hæreditate aui paterni, de qua loquitur instrumentum obligationis dicti magistri Andreę.¶Nec in supplicatione & rescripto petit compromitti de differentijs, quæ fuerunt ante dictum instrumentum obligationis, nec vlla fit ibi mentio de dicto instrumento quietationis,aut eius effectu, in dubio debet interpretari, qđ non senserit de illis differentijs,quę fuerunt ante tempus dicti instrumenti, quæ erant scriptæ per dictum instrumentum pœ
4 nale contra facienti † & per verba generalia non videtur quis velle facere id,per quod incideret in pœnam. l.3.§.si procurator.& ibi Bar.& doct.ff.quod quisque iuris.& l.pen.ff.quę in fraud.cred.& in d.c.non potest.de procu.Alia euidenti ratione potest dici ꝙ non fuerit legitimè notificatum dicto magistro Andreæ de aliqua motione litis facta per Barthol. prædi
5 ctum contra dictos protestantes: †quia cum sit protestatio litis motæ: debet illi, cui fit protestatio, exhiberi petitio seu libellus: & citatio in forma publica seu authentica, de ipso libello & citatione debet dimitti copia ei,cui fit protestatio, ita concludit Bar.& alij in d.l.non solum.§.morte. de noui oper. nunc,in versic.3.principaliter est videndum, & in d.l.empti. & ibi hoc sequitur Salic. & idem tenet Ang.& Moder.in l.in executione.§.insolidum,& in l.cum ex causa. ff.de verb.obli. per text.in cle.causam. de elect.cum alijs s.allegatis.sed istud non reperio seruatum in dicta protestatione,s.ꝙ fuerit per dictos protestantes exhibita dicto magistro Andreæ in forma publica dicta petitio Barthol.nec rescriptum in forma authentica vnà cum citatione facta ad causam de dictis magistro Dominico & fratribus : ergo ꝓtestatio & notificatio fuit nullius momenti,ergo non incidit in pœnam magister Andreas, cum non fuerit seruata forma requisita de iure, & ex tenore dicti instrumenti. Accedit,quia etiam non apparet deductum,ꝙ ille ser Melchior procurator dicti Barthol. qui procurator produxit,vt videtur, dictum rescriptum, fuerit specialis procura
6 tor, prout de iure requirebatur : † quia vbi principalis posset ex aliquo facto incidere in pœnam,requiritur ad illum actum speciale mandatum.d.l.3.§.si procurator.& ibi Bartol. & alij cum concord.supra allegatis. nec per litem postea motam ordinariè in iudicio per Bartho. contra dictum magistrum Dominicum & fratres non potest dici,quod magister Andreas in pœnam inciderit:quia de illa lite nulla fuit facta intimatio dicto magistro Andreæ, vt ex forma instrumenti requirebatur, & hæc procedunt de pœna, in qua diceretur incurrisse dictũ magistrum Andream ex facto, vel non facto suo, vt non suscipiendo litem vel defensionem, & non faciendo ea, quæ se facturum promisit in dicto instrumento, prout quærit in facto. ¶Non autem insisto,an dictus Barthol.in pœnam inciderit,& an

an ex persona sua peti possit ab eius fideiussore: quia de hoc à me non quæritur, quinimò verbo fertur, quod inter dictum Barthol. ex parte vna, & dictum Dominicum & fratres ex altera post prædicta factæ sunt absolutiones reciprocæ, quæ absolutio prodesset etiam fideiussori, nisi aliud contrarium conuẽtum esset iuxta l. & hæredi. §. si. cum l. seq. ff. de pact. & l. exceptiones, quæ personæ. ff. de except. Et ita dico & consulo ego Alexander.

ADDITIO.

a ¶Liquidissima. Bal. l. Titius. in fi. ff. de libe. & posthu. Ias. l. admonendi. in lect. col. 22. in repet. colum. 94. de iureiur. l. vna. col. 2. C. de his, quæ pœn. not. Dec. rubr. de probatio. col. pen. consi. 454. nu. 1. consil. 531. consi. 659. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non censetur obligari pro pœna, vel interesse.*
5 *Fideiubens simpliciter videtur in omnem causam.*
6 *Dilationis causa cessante cessat dilatio.*

CONSILIVM XXXIIII.

Viso instrumento, de quo fit mentio in themate. Videretur prima consideratione dicendum dictum Masinum conueniri non posse, nisi finitis sex annis: quia non promisit Masinus* restituere d. Iac. & fratribus, nisi finito dicto termino sex annorum, ergo ante diem malè agitur. l. 1. in fi. ff. de vsufruc. accrescen. de verb. sig. l. cedere diem. †& fideiussor obligatur ex contractu stricti iuris, & ex contractu stipulationis. l. blanditus. C. de fideiuss. l. stipulationum aliæ. §. satis accepto. ff. de verbo. oblig. & per consequens non potest ab eo plus peti, quam verba promissionis strictè sumpta important. l. quicquid astringẽdæ. in prin. & l. in conuentionalibus. ff. de verb. obli. ¶Pro hac conclusione bene facit text. in d. l. fideiussores magistratuum. in princ. iuncta gl. & in §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. † vbi fideiussor, qui promisit pro officiali Reipublicæ, non videtur obligari ad pœnam maleficij pro ipso officiali, sed solum ad interesse & damnum Reipublicæ, & etiam fideiussor[a] qui fideiussit pro sorte, non videtur fideiussisse pro vsuris postquam expressè, pro illis non promisit, vt in d. §. pro Aurelio. & l. si fideiussor. C. de fideiuss. ¶Ad idem tex. in l. si in pignore. ff. de fideiussor. vbi fideiussor, qui pro debitore mutuum recipiente* promisit, non potest conueniri occasione pignoris traditi à debitore pro dicto mutuo, si in pignoris cõstitutione creditor fuit deceptus à debitore & ad idem plura deduci possent, sed hæc satis sint. ¶Quibus non obst. in proposito contrariam sententiam puto de iure veriorem & æquiorem, magis de mente contrahentium: quia etiam † in contractibus plus attendi debet mens, quàm verba:* l. si in venditione. & quod ibi glos. in ver. virtus. ff. communia præd. & l. ita stipulatus. & quod ibi gl. in verbo, sententia est. de verb. obl. & in l. triticum. eod. tit. ¶Præsuppono igitur in primis, ꝙ cõtractus celebratus inter dictos Iacobum ex parte vna, & Ioannem recipientem pecuniam ad mercandum & exercendum in arte pãnorum pro tempore sex annorum ad dimidiam lucri, & cum pacto, quod damnũ eueniens casu fortuito spectet ad dictum Iacobum, dicitur esse cõtractus societatis, in qua Iacobus ponit pecuniam, & Ioannes ponit operam. l. 1. C. pro soc. cum ibi not. per gl. & doct. & maximè Bar. & Bald. in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. eod. tit.

4 ¶†Secundò præsuppono, quod talis societatis contractus etiã ad certum tempus finitur in morte vnius ex socijs: quia conuentione aliqua fieri non potest, quod societas regulariter ad hæredem transeat. l. nemo potest. & l. adeò, in princ. & l. actione. §. morte. ff. pro soc. & sic potest intentari actio pro socio finita societate, vt tradatur ratio administrationis* cum consignatione reliquorum iuxta l. tam diu. cum ibi not. C. pro soc. iunctis, quæ not. per glo. & doct. in l. 1. in prin. ff. de eden. & l. pro socio arbiter, pro socio. Et ex hoc infertur, quod per mortem dicti Ioannis finita fuit dicta societas, & conueniri potest hæres eius actione pro socio, vt reddat rationem administrationis d. Ioannis cum consignatione reliquorum. ¶Istis sic præsuppositis, dico, quòd eodem modo debet posse conueniri dictus Masinus, sicut & hæredes dicti Ioannis, † probatur, fideiussor simpliciter acceptus fideiubere videtur in omnem causam totius obligationis contractus, & ideo ex persona principalis debitoris potest conueniri ad vsuras & accessiones, in quibus commissa esset obligatio principalis. l. si postea. ff. rem pup. sal. fore. l. si quis pro eo. §. si nummos. & l. amissi. §. fideiussores à colonis. ff. de fideiuss. & not. glo. & docto. in l. centum Cap. ff. de eo, quod cert. loc. vbi habetur, quòd videtur fideiussisse quò ad omnia, quæ sunt de natura illius actionis, in qua intercessit fideiussor. ¶Ergo cum d. Masinus fideiusserit, simpliciter videtur fideiussisse in omnem causam, & debet posse conueniri ad omnia, quæ veniunt ex natura illius contractus seu actionis, & per consequens cum de natura contractus societatis & actionis pro socio sit, quòd finita societate per mortem, agi possit ad redditionem rationis ad consignationem reliquorum, vt dixi, debet posse conueniri fideiussor. ¶Pro hoc bene facit tex. in l. Latinus Largus. ff. de odi. edict. vbi apparet, quòd fideiussor contractus potest conueniri pro distractu. vnde quærit Bal. in l. si prædium. in fi. ver. vltimò quæro. C. de ædil. &c. nunquid fideiussor potest conueniri redhibitoria, & sic ad distractum & dicit primò videri quòd non: quia aliud est fideiubere in distractum. contrarium decidit ipse per d. l. Latinus. quia secundùm eum videtur fideiussor in omnẽ causam fideiubere, probatur in iuribus supra allegatis. ¶Ergo videtur, quòd dictus fideiussor, qui fideiussit in contractu societatis, possit conueniri pro distractu seu distractione dictæ societatis, dato quòd ille casus distractionis societatis, qui euenit, non fuerit expressus, vt in dicta obligatione. ¶Non obst. si diceretur, quod fideiussor videtur promisisse simpliciter, & per consequens non in omnem causam quia tantum promi-
b sit[b] in fine dicti termini restituere dictas pecunias cum dimidia lucri percepti ex opera, vel tanto minus, quantum esset dãnum inde secutum &c. ergo non videtur obligari fideiussor
6 ad restitutionem ante faciendam: quia respondeo, † quod causa concessionis dilationis sex annorum fuit, vt dictæ pecuniæ deberent per d. Ioannem in societate & mercantia pannorum exerceri & negociari, vt patet in dicto instrumento, vnde cessante causa dilationis, cessare debet dilatio[c] tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. l. continuus. §. cum ita.* ad fi. ff. de verb. oblig. l. à filia. §. alumno. ff. ad Treb. l. si quis hęres ita scriptus. ff. de acqui. hære. ¶Pro hac opin. videtur optimus tex. in l. libertum. §. fi. * ff. de ann. leg. vbi secundùm communem intellectum habetur, quòd dispositio collata in tempus, quo tutela finietur pubertate, sortitur effectum, si tutela finita sit non pubertate, sed morte: quia ibi cogitatum fuerit, quòd deberet fieri restitutio per tutorem pupilli, cum erat ætatis annorum quatuordecim, & sic cum erit finita tutela per aduentum pubertatis: tamen sub illo casu comprehenditur casus æquipollens, scilicet si finita fuit tutela ante pubertatẽ per mortem, ita ergo in proposito, licet fuerit expressè in instrumento cogitatum, quod restituerentur pecuniæ finita societate per lapsum temporis: tamen non comprehenditur casus æquipollens, scilicet si finita fuit societas alio modo, scilicet morte, cũ videatur esse eadem ratio in casu nostro, quæ erat in casu dictæ l. liberto. §. fin. & procedit argumentum de vno ad alium, scilicet de tutela ad societatem. l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & l. quæ de legato. ff. de leg. 1. nam etiam in contractibus obligatio facta in vno casu extẽditur ad casum similem, vt est
7 tex. in l. si. §. fi. ff. mand. ¶†Fortificantur prædicta per id, quod leg. & not. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. vbi habetur, quod etiam in conuentionibus idem seruandum in casu non statuto, seu non conuento, prout seruatur in casu cõuento, quoties verosimile est, quod si de casu non conuento quæsitum fuisset, idem fuisset statutum in eo, quod fuit in alio. Sed verosimile est, quòd d. Iacobus eo modo, quo voluit sibi caueri per fideiussorem in casu, quo finiretur societas tempore, eodem modo & multo magis voluisset sibi caueri in casu, quo finiretur societas morte Ioãnis: quia eadem ratio, vel maior debuit mouere Iacobum ad volendum sibi caueri in casu societatis finiẽdæ per mortem Ioãnis, & eodem modo verosimile[d] est, quod sicut Masinus fideiussit pro Ioanne in casu, quo duraret societas per totum tempus sex annorum, eodem modo fideiussisset in casu, quo societas durasset minus, & morte alterius sociorum finiretur: quia magis obligabatur Masinus, si societas durabat per sex annos, quam si minus durasset: quia quanto magis durabat societas, tanto magis erat obligatus Ioannes propter redditionem rationis tanti temporis & locorum auth. interesse

tereſſe ſecutorum.¶Reſtat tamen reſpondere ad ea, quæ in cõtrarium allegabantur.& in primis non obſt. ſi ante diem ſocietatis finita ſit, vt probatum eſt ſupra. ¶Non obſt.ſi fideiuſſor conueniretur ex ſtipulatione, quæ non debet comprehendere
8 vltra,quam verba ſtrictè ſumpta importent:† quia reſpondeo quod etiam in ſtipulationibus & in contractibus ſtricti iuris etiam attenditur mens,per quam extenduntur & declarantur verba, vt d.l.triticum. & d.l.ſi in venditione. vt probatur in præalleg.l.fi.§.1.ff.mand.iuncta l.diligenter. in princ.ff.man. vbi mandatum extenditur ad caſus ſimiles licet ſtrictè & diligenter cuſtodiendos.bene facit d.l.tale pactum.§.fi. cum gl.fi. ¶Non obſt.etiam tex.in l.ſi fideiuſſores magiſtratuũ. in princ. quia ibi ideo eſt: quia fideiubens apud Rempublicam pro officiali videtur promittere indemnitatem tãtum ; non mirum, ſi non comprehenditur pœna. l.libertus. §.fin.ff.ad municip. ¶Non obſt.text.in d.§.pro Aurelio. quia reſpondeo,quòd ibidem ſi fideiuſſor promiſit ſola centum, non poteſt conueniri pro vſuris,ſed ſolùm pro illis centum: quia ſi teneretur etiam ad vſuras,quas non promiſit,non ſubeſt ibi ratio, quare debemus dicere. ſed in propoſito noſtro cauſa dilationis ſex annorum facit tempus durare dilationis, & quomodocunque finita ſit ſocietas,debet ceſſare dilatio, & eſſe idem effectus, vt oſtenſum eſt ſupra. ¶Et præſertim cum ceſſatio huius cauſæ dilationis pendebat à facto non exiſtente in poteſtate fideiuſſoris, ſcilicet finiri dictam ſocietatem ante tempus ſex annorũ, in quo caſu ceſſante cauſa dilationis non expectabat tempus, ſeu dilatio.l.hoc iure.ff.de verb.obl.& not.glo.& doct.in l.in illa ſtipulatione,ſi calendis.eod.tit.

ADDITIONES.

* Maſinus.] Si inter ſocios conuenerit,quòd capitale ſocietatis repeti non poſsit,niſi infra triennium, intelligitur niſi morte vnius ſociorũ diſſoluta ſit ſocietas,vt Alexan.infra concludit, & ſequitur Dec.poſt Pet.de Anch.quem adducit conſi.215.col.j. Natta.

a ¶Fideiuſſor. Ant.Neguſ.par.2.membro 4.nu.47.

* Recipiente.]Hinc etiam fideiuſſor pro certo tempore, facta temporis prorogatione inter partes principales,liberatur; Bald.in l.ſi cum Hermes.C.loca.Cano.in c.conſtitutus.de fideiuſſ. Natta.

* Verba.]Ad hoc text.in l.ſed Celſus.§.ſi fundus.ibi. Id potius, quod actum eſt, q̃ quod dictum, ſequendum eſt. ff.de contrah.empt.Iuſtum eſt enim voluntates contrahentium magis,quàm verborũ conceptionem inſpicere.l.fi.C.quæ res pign.oblig.poſſ. Natta.

* Adminiſtrationis.]Quòd ſocius ſocio teneatur rationem adminiſtrationis reddere,clare dicit Bal.conſi.152.lib.3.quod incipit, Ad euidentiam præmittendum,quòd ſocius ſocio &c. per tex.in l.quædã. in princ.ff.de eden.Sentit Bar.in l.Mutius.ff.pro ſoc.Bal. & Sal.in rubri.C.eod.tit. Natta.

b ¶Tantum promiſit.Si hoc eſſet verum,Alex.malè conſuluiſſet.Eſt ergo præſupponendum , quòd obligatio fideiuſſoris referatur ad finẽ ſocietatis,& ad totum contractum; ſecus ſi tantum promiſit ſoluere in fine dictorum ſex annorum: quia tunc obligatio eſſet limitata.

c ¶Dilatio tex.l.aliquando.in fi.ad Velleia.l.qui fundum.§.ſi tu ex parte.& ibi Alex.nota.j.ad l. Falc.Paul.l.fi.in fin.C.qui admit.conſi.303. lib.j.Bal.conſi.302.lib.4.Anch.conſi.394.

* §.cum ita.]Et ibi vide Alex.vlt.notab. Natta.

* §.fi.]Ad idem facit tex.in l.mater.ff.ad Trebel.& in l.3. C.de inſtit.& ſubſtit.Et quod per illa verba ſcribit Ioã. And.in addit.Spec.in tit.de ſecundis nupt.in rubr.Et in effectu illa videtur vera concluſio, quòd diſpoſitio in vnum caſum collata procedat in ſimili, vbi diſponens conſiderauit magis effectum,quàm formam. Et in notab.caſu conſuluit Alex.conſi.100.lib.4. Natta.

d ¶Veroſimile.Imò non eſt veriſimile, ne in plus & durius obligetur fideiuſſor.

SVMMARIVM.

1 *Domini locorum an poſſint exigere collectas à ſubditis.*
4 *Eximentis alium à iudicio quæ ſit pœna.*
5 *Magiſtratus municipalis & mulctare poteſt.*
6 *Teſtis falſus ſine nouo proceſſu puniri poteſt.*

CONSILIVM XXXV.

Viſo themate, & dubijs mihi tranſmiſſis ſuper pendentibus à laudo per Ant.de Racheſijs de Regio arbitrum ſeu arbitratorem electũ per magnificum & generoſum virum comitem Azonem de Manfredis ex parte vna, & quoſdã homines de monte Richio
1 ſubditos & vaſallos præfati comitis Azonis. ¶†Circa primum dubium, quo quæritur, an dictus comes poſſit exigere collectas à dictis ſubditis & vaſallis pro dote conſtituenda cuidam ſuæ ſorori, quàm maritare & dotare tenetur dictus Comes, ac etiam pro quibuſdam expẽſis factis per dictum Comitem pro aduentu Illuſtriſſimi Principis domini Ducis Mutinæ & Regij, cuius ipſe Comes Azo eſt etiam vaſallus, videtur prima cõſideratione dicendum quod non primo per id, quod not. Bar. in l.1.C.de excuſat.mune.lib.10.vbi dixit, quod illi, quibus ſunt conceſſa caſtra ſub protectione & regimine cum mero & mixto imperio, non poſſunt imponere collectas per l.placet. eo.tit.& l.1.C.de ſuperindicto.& ideo dicit,quod actum fuit in capitulis pacis,ꝙ omnia caſtra occupata per Vbaldinos,remaneant ſub regimine & protectione eorum, & cum mero & mixto imperio,cum non poterint ſibi imponere collectas in talibus caſtris.¶Secundò quæſtionem videtur decidere, Bald.
2 in l.cum mulcta.C.de bo.quæ lib.† vbi quærit,an domini poſſint pro neceſſitate vendere rem ſui vaſalli. Et primò arguit quod ſic, cum ipſi ſunt ſui,etiam omnia bona. vt C.in quibus cau.coloni.l.2.& l.fi.lib.11. cõtrarium dicit eſſe verius. quia nec vaſallus compelli poteſt per dñm ad præſtandas ſibi colle-
* ctas,vel angarias. *ff.quod met.cauſ.l.extat. & l.1.ff.qui.& à qui.& l.domini prædi.C.de agri.& cenſi.lib.11.& reſpondet Bald.ad d.l.fi.quod illa.l.intelligitur quò ad protectionem & defenſionem, non quò ad exactionem talliarum : quia cũ ſint regalia,ſoli principi competũt,in c.1.quę ſint regalia.col.10. dicit Bal.quod iſtud etiam tenet Richar.Malum. & quod dicebat eſſe valde nota.¶Sed præmiſſis non obſtantibus in caſu, quo quæritur, puto contrarium eſſe verius, & omiſso multiloquio dico, ꝙ caſum noſtrum decidit in ſpecie Specu.in tit.de
* feu.§.quoniam.* in pen.col.in ver.& no.†ꝙ vaſalli Comitum
3 & Baronum tenentur dominis ſuis in ſe obedire & ſeruire ꝓpter feuda, quæ ab eis recipiunt:& inter cætera dicit, ꝙ tenentur pro coredo Imperiali, vt quando Imperator tranſiret per illum locum, contribuãt in ſumptibus eius:ac etiam tenentur pro filia dñi maritanda.& licet Io.An.ibi in addi.referat nonnullos tenuiſſe contrarium:tamen in caſu noſtro nõ eſt neceſſaria hæc diſputatio: quia per teſtes eſt probatum , ꝙ ſimiles collectas conſueuerunt imponere anteceſſores dicti Comitis, quorum ipſe eſt hæres ſucceſſor, cum in talibus ſtetur conſuetudini.l.1.& ibi not.Bar.C.de auro coronato.lib.11. ¶Et etiã conſulo , quod d.Comes etiam probet de conſuetudine tanti temporis, cuius in contrarium memoria non exiſtat: quia fertur hoc eum probare. nam talis conſuetudo vim priuilegij habet.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verb.ſign.c.diſt.contra morem.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aqua quot.& æſti.no. in propoſito Bar.in l.qui neq;.C.de incolis.& in l.1.C.de mulie.& in quo loco.lib.10.& ex hoc patet eſſe reſponſum ad al-
4 leg.in contrarium.†Circa ſecundum dubium,quo quæritur, an illi homines de monte Richio potuerint condemnari ad illam pœnam per poteſtatem dictorum caſtrorum eò , quia in magna congregatione acceſſerint ad locum,in quo de mandato poteſtatis erant detenti illi tres, & dixerunt iſtis tribus detentis, vengano,chi vuol con noi,che ſe niſſuno deuerà pagare, noi vorremo eſſer quelli,che pagano;& exemerunt eos à loco iudicij & detentionis doloſæ, ſic ſcientes ipſos eſſe detentos iuſſu poteſtatis prædicti,& in hoc concludo,quod puniri poterunt:quia conturbauerunt officium ſuum,& exercitium iuriſdictionis dicti poteſtatis non patiendo illos detentos præſtare obedientiam poteſtati, iuxta l.vim facit. ff.de vi & vi ar. & dando ei auxilium & conſilium in non obediendo poſſunt puniri & manu militari per ipſum poteſtatem pro defenſione ſuæ iuriſdictionis,vt in ca.1.in ver.fautores. & ibi plenè not. Innoc.& alij de offi.deleg.& not.Bart.l.1.§.1.ff.ſi quis ius dicen.& Ang.in ea.l.1.in princ.& interdum lex eximentem pu-
* nit pœna decem librarum auri, vt quando eximeret raptorẽ,* vt in auth.vt omnes obe.iudi.prouin.§.arripiant.iuncto §.fin. quandoque punitur pœna criminis læſæ maieſtatis, vt ſi eximeret confeſſum & condemnatum de crimine, vt l.quiſque. & ibi plenè per Bar.ff.ad l.Iul.maie.& in extraua.ad reprimẽdum.in verbo,tangat, quandoq; punitur pœna vltimi ſupplicij, vt ſi quis eximat reum maleficæ ſeu magicæ artis.l.fi.C.de malefic.& mathe. ¶In alijs autem caſibus dicimus,ꝙ vbi ille, qui eximitur, erat reus alicuius criminis punitur eximens eadem pœna, qua veniebat puniendus ille exemptus pro delicto ſuo, vt probatur in l.1.C.de his,qui latro.quem tex.in propoſito allegat Bart.in l.ſi quis. in fi.ff.ne quis eum, qui in ius vo-

vi.exi. Facit l.quoties.C.de exacto.tribu.libr.10.& quod not. Ang.in l.1.in princ.ff.ne quis eum,qui in ius vo.vi.exi. vbi et dixit non esset attendendũ,an ille exemptus esset iuste, vel iniustè detentus, vt ibi per eum, & not.Innoc.in præalleg.ca.1.de offic.deleg. ¶Sed vbi eximitur quis,qui nõ esset reus criminis, seu detentus non esset pro aliquo crimine, & tunc cũ eximere aliquem à iudicio,& turbare iurisdictionem iudicis sit de genere prohibitorum, vt in d.c.1.de offi.dele. & per totum titulum.ff.ne quis eum,qui in ius voc.& l.1.ff.si quis ius dicen.& l.1.ff.de eo,per quem fac.fuer.& pari pœna puniuntur inobedientes ac turbantes, sicut fautores ac consultores & instigatores eorum,vt in d.c.1.& in d.l.1.C.de his,qui latro.l.is cuius ope.ff.de adul.l.1.§.incidit.ff.ad Turp.& plenè not.Bart.in l.is,qui opẽ.ff.de fur.& alij maximè Sali.in l.1. C.de rapt.virg.

5 & do.Ant.in d.c.1.¶†Aut volumus dicere,quod dictus potestas,qui appellatur magistratus municipalis, põt punire mulctando,& extra ordinem eos pecuniariter condemnare, & certè potest, vt not.Innoc.& alij in d.c.1.nam etiam magistratus municipalis in his,quæ spectant ad suam iurisdictionem, leues mulctas potest imponere.l.1.in prin.cum ibi plenè notat. per doct.ff.si quis ius dicen.non obtempe. & in §.audient. in auth.de defen.ciui. & no.Spec.in tit.de sent.prolat.§.species, in ver.1.Ad idẽ l.2.§.fi.ff.de iud.& l.aliud est fraus.ff.de verb. sig.vbi omnibus videtur concedi potestas mulctãdi, exceptis delegatis,& leuis mulcta intelligitur esse inspecta qualitate p̄sonæ,& modo contemptæ iurisdictionis,& secundùm consuetudinem loci.ita dicit Spec.in tit.de sent.prola.§.species. ver. nunquid titulus.& Io.And.in addit.Spec.in tit.de contu.§.fi. ver.1.& dicit Spec.in d.ver.sed nũquid titulus, quod de facto

* seruatur, ꝙ potestas & iudices imponunt mulctas* vltra metam taxatam in l.eos.C.de modo mulctarum, & sic vr istud esse arbitrarium fateor,ꝙ non inspecta obseruantia, sed mero iuris rigore leues mulctæ sunt illæ, quæ non ascendunt ad duas vncias auri per d.l.eos.iunctis not.in d.l.1.in princi. ff.si quis ius dicen.non obtempe. quæ duæ vnciæ auri constituunt duodecim aureos:quia de iure aurei septuagintaduo debent ascẽdere ad librã auri.l.quoties.C.de suscep.& arca.lib.11.& not. in l.quicunque.C.de ser.fug. & in l.fi.ff.de in ius voc.cum si. & sic à duodecim aureis.ꝫ.potuisset mulctare potestas quemlibet prædictorum arbitrio suo & hoc considerato, si non apparet aliter de consuetudine mulctandi, possit sentẽtia arbitratoris reduci ad dictam sententiam, s.condemnando prædicto modo à duodecim aureis ꝫ.arbitrio ipsius iudicatis. ¶Nec p̄dictis obst.l.3. §.si quis ad pedaneum. ff. ne quis eũ,qui in ius vo.vi.exi.quia respondeo,ꝙ ille text.non negat pedaneis iudicibus & inferioribus potestatem mulctandi: quia esset contra text.in l.1.in ver.in omnibus,cum ibi not.ff.si quis ius dicen. & dictum est s̄.sed solum vult ille text.quod eximens citatum coram pedaneo iudice non incidit in pœnam illius edicti positam in l.pen.§.in eum,eo.tit. ¶Quinimò secũdùm Bar.& Sal. in d.§.si quis ad pedaneum,ille text.intelligitur, quãdo citatio erat nulla, vt quia delegatus faciebat aliquem realiter citari, quod facere non potest,vt in auth.de exhib.re.§.si verò. etiam not.in l.sed etiam.ff.de in ius voc. nam eximens talem realiter citatum ab eo,qui non habebat potestatem sic citãdi,non incidit in pœnam illius edicti.¶Et pro isto intellectu facit,quia ille tex.venit continuatiuè ad præcedentes leges, quæ etiam loquuntur in casibus,in quibus citatio erat nulla. aut dicere volumus, quod prædictus potestas per viam principalis inquisitionis possit ordinariè & plenariè de illo delicto & iniuria facta officio procedere & punire,prout fecit, & dicẽdum est qđ sic, & istam viã in veritate amplexus & sequutus est potestas. ¶Et ad hoc ostendendum præsuppono,ꝙ ad mulctæ impositionem iudex potest procedere ex officio suo extra ordinẽ, & absque accusatore & ordinario processu.vt not.Bart.in l.1.in fin. prin.ff.si quis ius dicen.non obtemp.item præsuppono, quod pro delicto potest iudex interdum procedere mulctam arbitrariam imponendo ex officio suo suo tuendo iurisdictionẽ suã, & pro eodem delicto etiam potest imponi ordinaria & plena-

6 ria pœna exemplum,† testis coram iudice falsum deposuit.nã potest iudex ex officio in eodem processu mulctam imponere extra ordinem arbitrio suo,ac etiam pro illomet delicto posset accusari,& ordinariè puniri plenaria pœna.l.Corneliæ, de fal. vt not.gl.in l.nullum. C.de test. & licet quidam ibi reprehendant gl. tamen secundùm Bal.seruatur illa gl. qñ pœna plenaria non esset imposita per iudicem mulctantem, & h.d.Bal.in l.vbi.C.ad leg.Corn.de fal.& in l.ancillæ.in vlt.col. C.de fur. ¶Vel dato,quod vtraq; pœna copulatiuè non potest imponi,tamen verum est licere saltem alternatiuè, quod pœna & multa possunt pro eodem delicto habere locum, posito quod iudex eligendo vnam viam non potest alteram cumulare, & hoc et patet ex his, quæ no.Spec.in tit.de iud.deleg.§.sequitur.versi. quid ergo si altera, & expressius Innoc.in d.c.1.de offi.deleg. vbi voluit, ꝙ iudex delegatus interdũ potest pro delicto facto in offensam suæ iurisdictionis mulctam extraordinariam imponere,vt sic prouideat,quod nõ impediatur eius iurisdictio: tamen magnam pœnam non potest ipse delegatus imponere: quia talis causa spectat ad iudicem ordinarium: quia delegatus non potest cognoscere ordinariè,nisi de his, quæ sibi delegata sunt.c.cum olim Abb.& c.P.G.de offi.deleg. ¶Tertiò p̄suppono,quod formatus fuit libellus inquisitionis contra dictos eximentes per dictum potestatem,in quo inter cætera narrabatur, quod dictam exemptionem fecerunt in vilipendium & opprobrium officij dicti potestatis, & propter eorum contumaciam ex forma statutorum & consuetudinum Italiæ fuerunt habiti pro confessis,ex quo apparet, quod dicentur intulisse iniuriam officio prædicto.c.dilectus.de pœ. & not.Spec. in d.versi.quid ergo si altera.facit. l. apud Labeonem. §.generaliter.ff.de iureiur. item præsuppono, quod ipsemet potestas poterit esse iudex super iniuria illata officio suo.l.2. C.de sportu.l.si quis forte.§.si quos.& ibi hoc not.Bar.ff.de pœ. & not.

7 Innoc.in d.c.dilectus.& ibi sequuntur docto. ¶†Vltimò præsuppono,quod pœna iniuriæ illatæ est arbitraria,& moderanda à iudice pro qualitate delicti, & personæ, Instit.de iniur.in summa,& ibi bona glo.in ver.extraordinaria, quæ dixit,quod etiam potest imponere pęnam pecuniariam, vt in l.fi.C.de iniur.Ex quibus omnibus elicitur conclusio, quod dictus potestas pro illata iniuria suo officio potuit dictos inquisitos condemnare arbitrio suo ad pœnam prædictam;& sic non est tractandum de mulcta & vsque ad quantam quantitatem potuit ascendere dicta mulcta iuxta l.eos. C.de modo mulctarũ. sed sumus in plenaria pœna imposita pro communi delicto, hoc est pro iniuria, iuxta not.Bar.in l.si qua pœna, post medium. ff.de verb.sign. ¶Et istam puto esse meram veritatem.

ADDITIONES.

* Angarias.]Istud dictum Bal.sequitur Alex.consi.in prin.infra eo.lib. Idem etiam tenet latè Iac.de S.Georg.in tract.col.8. Ias.in l.placet. col.2.C.de sac.san.eccl.& tenet Dec.cons.199.in princ.Gram.Voto. 12. vbi egregiè dicit, ꝙ domini non possunt exigere seruitia personalia à subditis,nisi ex lapsu centum annorum.Et ꝙ,cum sint contra libertatem præsumuntur extorta.Et vide Bal.consil.435. Super eo.2. dubio.lib.5. vbi,ꝙ feudatarius in casu necessitatis potest imponere collectam. Et Alex.hic sequitur Rui.consi.111.col.5.lib.5.Et pro publicis necessitatibus non suis,vasallus collectat.Alb.in l.fin.col.5. C. de iuris.om.iud.Tempore guerræ an imponi possit subditis subsidiũ charitatiuum,Ias.in l.principalib.col.2.vers.Quartò limita. ff.si cert. pet. & ad custodiam castri non possunt cogi, sed domini custodire habent suis sumptibus tempore pacis,& belli, Ang.in l.turris,per illum tex.C.de ope.publi.Ias.in l.sumptus in fi.ff.de leg.1.Iacob.de S. Georg.in tract.de homagis.col.fi.Item an possit imponi collecta pro fortificando,Bal.in l.si in aliquam.in fi.ff.de offi.procons.Et de dote latè ponit Tiraq.in tract.de primogenitura.q.69. Natta.

* §.quoniam.]Speculator ibi ponit sex casus,qui communiter improbantur;& inter cæteros ille de filia maritanda; quia paternum duntaxat officium est,dotare filias. Et mater,& pater non tenentur dotare. Ideò Alex.hic cautè fundat se super consuetudine. Et de prædictis vide plenè Iac.de S.Georg.in tract.feu.super gl.Qui quidem inuestiti præstiterunt.in antepen.& pen.col.& consuluit do.Alber.Brunus consi.24.Et,ꝙ non teneatur subditus maritare filiam, tenet Pau.de Cast.cons.20.lib.j.de quo per Matt.de Affl.decis.265.col.9. Natt.

* Raptorem.]Vide Ang.Aret.in tracta.malefic.in verbo,fama publica præcedente versi.Secundò quæro.Ias.in §.pœnales. Insti.de actio.& aliquid per Alex.consi.13.col.3.lib.6. Hyppol.in pract.crimi.in §.attingam.num.39. Natta.

* Mulctas.]Adde etiam,ꝙ l.eos non procedit in pœna nominatim imposita secus si simpliciter dictum fuisset,sub pœna arbitrio &c. Alexan.in l.1.§.1.si quis ius dicen. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Cedens non potest allegare simulationem,ubi tertius potest.*
2 *Confessio sola non reddit cessionem simulatam.*
3 *Iurans omnia uera non excipit de simulatione.*

Statutum

4 *Statutum disponens, quod socius teneatur habere ratum mercatum cum socijs suis, intelligitur de illis, qui erant socij tempore mercati.*
5 *Verba singula debent aliquid operari.*
6 *Mercis verbum ad res mobiles tantum pertinet.*
7 *Ferijs renunciari potest, etiam si statutum negatiuè loquatur, nisi sint ob publicam vtilitatem. & nu. 8.*
9 *Stylus non valet contra ius cõmune; sed requiritur consuetudo.*

CONSILIVM XXXVI.

1 Viso themate suprascripto &c. circa primum videtur † mihi superuacuò dubitari, an illa cessio fuerit simulata, non obstante, quod Iacobus cedens cõfessus fuerit ab Antonio cessionario recepisse pretium, & eadem die postea ipsimet contrahentes in alio instrumento affirmauerint nõ fuisse numeratum, & præterea cessionarius promisit cedenti partẽ ad certum terminum soluere. ¶ Nam aut volumus inferre ex eo, quod non interuenit numeratio vera tempore cessionis, sed sola confessio, dicatur istud instrumentum esse simulatum, & istud non est verum: quia licet si quæreretur, an contra cessionarium agentem contra eos, contra quos iura cessa erant, posset opponi per eos exceptio simulationis, ex hoc posset aliqualis dubitatio esse: tamen respectu ipsius cedentis non est simulatio, nec potest cedens ex hoc allegare simulationem,* vt indiuidualiter firmat Bart. quem alij sequuntur in l. per diuersas. C. mand. in ver. pręsumitur &c. sed in proposito simulatio ista opponitur per cedentem, ergo &c. quinimò etiam tertius, cõtra quem facta est cessio, non posset opponere exceptionem simulationis, nisi appareret de vera numeratione partis pretij, & non de tota; ita dicit de consuetudine seruari: tamen de hoc non disputo: quia non est casus noster. ¶ Aut cedens vult allegare, quod confessio est simulata ex eo, quia per illud instrumẽtum eadem die Antonius cessionarius confessus est non fuisse numeratum pretium, & propterea dictum pretium promisit soluere ad certum tempus. Nam dico ex hoc, quod proculdubio non infertur opponi posse exceptionem simulationis; hoc decidit Bar. quem alij sequuntur in l. pen. §. si vir. ff. sol. matr.
2 nam † quærit: pone maritus confessus est habuisse cẽtum pro dote integra mulieris, quam dotem promisit restituere in casum restituendæ dotis, & statim non obstante confessione prædicta pater vel extraneus dans dotem, promisit illam dotẽ soluere; quæritur, an soluto matrimonio hæredes mariti possint cogi soluere illam dotem mulieri, an verò liberentur cedendo actionem contra illum, qui dotem promisit: arguit pro & contra, & tandem subdit, ꝙ illa verba mariti, quibus confessus est se habuisse dotem, videntur emanasse spe futuræ numerationis,ª vt patet ex sequenti promissione, vnde illa verba non inducunt obligationem efficacem: quia exceptio non numeratę dotis obstabat à principio. vel dicit ipse cum opin. Iaco. de Aret. ꝙ illa confessio nõ videtur facta spe futuræ numerationis, sed spe illius futuræ promissionis subsecutæ. pro illa enim ꝓmissione futura fuit ille confessus habuisse illam dotem, & illam promissionem tanti æstimasse videtur, argu. l. pretij. C. de rescind. vend. & sic periculum est ipsius viri, & tenetur dotem reddere mulieri. nec est tractandum de exceptione non numeratæ pecuniæ: quia confessio videtur fuisse facta spe futuræ promissionis, quæ quando secuta fuerit. omnia sunt impleta; ita concludunt doct. in d. §. si vir. & not. Bar. in l. si absentes. in pen. col. C. si cer. pet. & in l. 3. C. de donat. ante nup. ergo si potest cogi maritus soluere, sequitur, quod non obstat exceptio simulationis. ¶ Pro hoc facit, quia etiam dato, ꝙ diceremus in quæstione proposita dictam confessionem videri factã spe futuræ numerationis, vt refert Bar. in d. §. si vir. circa primam op pos. & Bald. in d. l. si absentis. & sic quod possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quando illi exceptioni non esset renunciatum, vel non esset lapsum tempus ad opponendum; tamen hoc non sequitur, ꝙ contractus debeat dici simulatus. l. sub specie. & ibi not. Bar. & clarius Bald. C. de postu. & facit ad propositum. l. si ex pretio. & quod ibi Bar. C. si cer. pet. & l. Lucius. cum sim. ff. depos. ¶ Ad hoc, quod not. Bal. in l. ab Anastasio, prope finem. C. manda. vbi per illum tex. dicit, ꝙ si quidam fuit confessus habuisse nomine dotis centũ; tandem post istam confessionem fuerunt ei numerata quinquaginta ex illa summa, quod ex hoc præsumetur, quod nõ receperit nisi quinquaginta, & ꝙ vltra nõ teneatur, nisi appareat, ꝙ illa quinquaginta essent soluta pro residuo; quia illa verba sonant, quod totum sit receptum. l. 2. C. de hæredit. institu. ¶Ergo vbi apparet subsecutum esse implementum confessionis præcedentis, statur veritati, & cessio non redditur simulata virtute confessionis, vt expresse not. Bar. in d. l. per diuersas. in ver. iuxta prædicta quæro, pone ꝙ in instrumento cessionis &c. allegat. d. l. ab Anastasio. sed ita est, quòd in proposito apparet subsecutam esse promissionem illius quantitatis, quæ in confessione deducta fuit; ergo debet sufficere, quemadmodum in instrumento cessionis interuenisset, si promissio cessionarij promittentis pretium contractus non potuisset infringi per ipsum cedentem, vt not. Bar. in d. l. per diuersas. in 13. q. ¶†Plus videtur, ꝙ
3 attento quod si in contractu cessionis cedens in fine contractus iurauit omnia, de quibus in instrumento, esse vera, & contra ea non venire, etiam si contractus fuisset simulatus: attamẽ
* non obstante absolutione à iuramento * non posset [b] nec debe
b ret audiri, volens venire contra, & allegare simulationẽ secundùm Ant. de But. in c. cum contingat. in ver. octauus casus, de iureiur. Et idem tenet do. Abb. qui refert Ant. ita consuluisse. & idem tenet Io. de Imo. in l. nemo potest. in 3. col. ff. de leg. 1. & in c. ad nostram. ad fi. de empt. & vend. quia allegaret turpitudinem suam. & sic non deberet audiri. cap. inter dilectos. de donat. l. transactionem. C. de transact. istud etiam in proposito videtur velle Bart. in l. fi. C. de non num. pecun. circa quod tamen latius non insisto: quia non video expedire. ¶†Circa secũ-
4 dum dubium, an authoritate dicti statuti sub rubrica de mercato &c. intelligatur ratificata dicta cessio, & satisfactum promissioni factæ per d. Iacobum concludo, quòd non. ¶Primò. quia dictum statutum intelligitur de illis, qui erant socij tempore mercati: quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Treb. & plenè not. Bart. in l. ex facto. circa princi. ff. de vulg. & pup. in d. l. Titius. ergo illa verba, quòd de quacunque re vnus sociorum fecerit mercatum &c. intelliguntur, quando tunc contracta erat societas tempore mercati. Sed dictus contractus cessionis fuit celebratus 1341. & non apparet probatum saltem per duos integros & concordes testes, quod dicto tempore Iacobus, Paulus, & Latiosus erant socij tali societate, quod intelligeretur in eorum societate venire dictus contractus cessionis; ergo &c. ¶Nec obst. quoddam instrumentum factum de ann. 1351. inter dictos Iacobum, Paulum & Latiosum, in quo apparet narratum, ꝙ d. Iacobi & Pauli steterunt à morte quondam sui patris citra in communionẽ omnium bonorum, etiam respectu bonorum quæsitorum sub nomine dicti Latiosi: quia respondeo, quod illa verba enunciatiua societatis præteritæ non faciunt fidem inter alias personas, sed solum inter ipsos contrahentes. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. not. Bar. in auth. si quis in aliquo. in vlti. col. C. de eden. & in l. sciendum. in 2. col. ff. de verb. obli. & Innoc. in c. cum in iure. de offic. deleg. ad hoc etiam tex. in ca. illud. & quod ibi not. Ant. de But. in 4. notabili. de præsumpt.
5 ¶†Secundò respondeo, ꝙ in contractibus debemus interpretari semper, quod verba aliquid operentur, vt in iuribus vulgaribus. vnde, vt dicit Bart. in rub. C. de contrahen. empt. 9. q. ꝙ nedum clausula in instrumento, sed etiam quodlibet minimũ verbum in contractu debet aliquid operari, si fieri potest. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsufr. & l. hac lege. ff. de contrah. emptio. sed in dicto instrumento cessioni: dicitur, quod Iacobus promisit se facturum & curaturum omni exceptione remota, ꝙ d. Paulus, & Latiosus legitimè, & in forma solenni, & valida ratificabunt, & approbabunt singula in dicto instrumento cõtenta. modò aut tempore dicti instrumenti cessionis Iacobus & Paulus & Latiosus non erant socij; & sic cessat statutum, vt probaui: aut erant socij, tunc si illa verba promissionis factæ, per Iacob. quod faciet & curabit, quod Paulus & Latiosus ratificabunt, intelligerentur de ratificatione resultante ex societate, iuncta virtute statuti, certè verba nihil operabũtur: quia absque dicta promissione & alia solenni ratificatione erant obligati socij. habere ratum & firmum. ¶Nec est conueniens, quod, etiam posito, quod essent socij, & ex virtute statuti fuissent obligati habere ratum; attamen deducantur in expressam promissionem & ratificationem. l. qui mutuam. in princip. ff. mand.

mand.l.sed si pupil.§.1.ff.de neg.gest.& pariunt vtilitatem di
cta expressa: quia promissio & ratificatio releuauit Anto.ab o-
nere probandi societatem dictorum de Latiosis: quinimò ex-
pedit expressè agi, quod interesse facilioris & promptioris p-
bationis attendendum est, vt dixit gl.in l.si pupillus.in ver.cõ
demnare debet.ff.de noua.& in glo.l.cogi. post princi.in ver.
defensum rei, cùm simil.ff.ad Treb. & in l.pen.in ver.cautela
idonea.ff.deposi. ¶Item non esset absurdum dictum statutum
6 intelligi de mercato rerum mobilium,† quia istud verbũ mer
catum procedit à merce, & mercis appellatio ad res mobiles
tantum pertinet.ff.de verbo.sign.l.mercis. & not.in l.1.C.de
nundinis.in ver.mercantibus.& auribus nostris consonat, qđ
statuentes habuerunt respectum ad casum nostrum aut simi-
lem; tamen hoc vltimum, s.quod istud statutum comprehen-
dat tantum res mobiles, non pono pro cõstanti pro nunc. Quò
ad tertium an iudicari debeat de tempore messium & vinde-
miarum quò ad ipsum Iacobum prout si fuisset tempus iuri-
dicum, adeò, quod currat tempus istud in instantia causæ ap-
pellationis, non durante constitutione sub rubr. quibus die-
bus &c. & alijs constitutionibus mihi transmissis, præsupposi
to quod d. Antonius fuerit paratus dicto tempore messium &
vindemiarum procedere in ipsa causa, & steterit per Iacobũ;
7 & dico, quod tempus illud currit. † nam præsuppono, quod
Iacobus in instrumento potuit renunciare dictis ferijs messiũ
& vindemiarum.c.fi.de ferijs.§.1.ver.1. vbi propriè loquitur
de renunciatione facta in instrumento, etiam si statutum dice
ret, quod tempore messium ius non redderetur, & sic negati-
uè loquendo, vel pro illo tempore sint feriæ; ita concludunt Ia
cob.Butr.& Bal.in l.1.§.sed excipiuntur.ff.de fer.quia statutũ
recipit interpretationem, & determinationem à iure commu-
ni.l.2.C.de noua.l.ita nobis pudor.cum ibi nota.C.de adult.
nisi secundùm Bal.in d.§.sed excipiuntur. statutum exciperet
certos casus, in quibus disponeret procedi posse tempore fe-
riato, quia talis exceptio firmaret regulam in casibus non exce
ptis.l.quæsitum.§.denique Neratius.ff.de legi.& in l.in his.ff.
de leg.& in l.1.ff.de reg.iur.& ideò tunc non posset in alijs ca
sibus à iure communi expressis procedi illo tempore, vt in ca-
su, in quo esset renunciatio, vel in alio ex casibus positis in l.2.
ff.de fer.cum sim.& hæc secundùm Iaco.Butr.in l.1.ff.de fer.
in ferijs inductis in fauorem singularium personarum princi
8 paliter, prout sunt feriæ messium. ¶†Secundò dicit, si statutũ
induceret ferias ad publicam vtilitatem, vt quia diceret, quod
in die mercati sint feriæ, non posset renunciari, quemadmodũ
repentinis inductis in fauorem publicæ vtilitatis principali-
ter, quibus renunciari non potest, vt declarat Bal.in l.si vt pro
ponis.la 1.in princ.C.qũo & quando iud.per not.per gl.& do
cto.in d.clem.sæpe.cum concord. Sed ita est ꝙ statutum præ-
dictum sub rubrica, quibus diebus &c.non excipit aliquos ca
sus specialiter, in quibus posit procedi tempore messium, &
sumus in alijs ferijs, quàm messium & vindemiarum; ergo ex
supradictis remanet decisus articulus, quod consentiente An-
tonio, prout consensisse dicitur, illa renunciatio tenet; & cum
fuerit in instrumento facta indefinitè, non dubito, quod com-
* prehendit omnes causas tã principales, quàm appellationis: *
quia æquipollet vniuersali.l.si seruitus. ff.de ser.vrba.præd.c.
9 solitæ.de maior.& obed.¶†Pro hoc, quia videmus, quod pro-
curator generaliter constitutus videtur nedum constitutus ad
causam principalem, sed etiam ad causam appellationis. l.fin.
cum glo.& ibi nota.doct. ff.an per alium causæ appell.& not.
doct.in l.inuitus.C.de procur.& doct.in c.non iustè. de pro-
bat.¶Nec obst.id, quod deponunt ser Anto. & Fed.testes Iaco.
(non dico de alio teste: quia non concludenter deponit) quo-
niam respondeo, quod aut nos volumus dicere. ꝙ per illos te-
stes sit probatus stylus & non consuetudo, & de hoc nõ curo:
quia stylus vnius curiæ iudicis non potest operari & induce-
* re derogationem legis cõtra ius commune: * sed solum potest
inducere declarationem eius, quod esset arbitrio iudicis con-
cessum. Exemplum lege cautum est, quod in causis iudiciali-
bus producatur libellus in scriptis, nisi in causis breuioribus,
& non reperitur expressè determinatum, quæ sint causæ bre-
uiores, nisi secundùm quod iudex arbitratus fuerit, pone mo-
dò, quod in curia potestatis ipse potestas hunc stylum secutus
est, s.quod in causis viginti solidorum non detur libellus in
scriptis; certè hic stylus potestatis etiam in posterum seruan-
dus erit: quia non est contra legem: sed tendit ad declarandũ.
10 ¶Sed vbi esset cõtra legem,† quia magistratus deputati ad ius
reddendum non habent potestatem derogandi legi, seu con-
dendi statutum contra ius commune.l.formam.C.de offi.præ
fe.præto.& not.in c.fi.de hæreti.in 6.& per docto.in l.omnes
populi,& in l.1.in prin.ff.quod quisque iur.& in c.fi.de offi.
arch.nõ possunt ipsi magistratus per stylum inducere aliquid
contra ius commune, ita in specie declarat Pet.& Cy.in l.2.in
4.col.in ver.3.circa hoc quæritur, cum nos habemus &c. C.
quæ sit lon.consuet. & expressius Anto.de But.in c.fi.de con-
suet.in ver. pro hoc datur differentia inter consuetudinem &
11 stylum &c. ¶†Sed ita est, quod dictus stylus erat in derogatio
ne legis, & contra ius commune; ergo non sufficit stylus: sed
requiritur consuetudo, idest, quod appareat in tanta frequen-
tia hominum prædicta fuisse seruata, quod appareat de tacito
consensu maioris partis populi, qui habet potestatem conden
di statutum contra ius commune; & pari ratione habet pote-
* statem per consuetudinem per tacitum consensum derogare
legi.l.omnes populi.de iustit.& iure. iuncta l.de quibus.cum
ibi not.ff.de legi. in qua consuetudine requiritur cursus tem-
Si autem econtra mulier alienat, tunc si quidem fecit sine consensu uiri, & clarum est, quòd ab hæredibus viri nihil petet. Si autem alienauit cum consensu uiri, & etiam iurauit, tunc si mulier sola est obligata de euictione, & pretium recepit, ut dicitur in instrumento; nō poterit aliquid petere ab hæredibus uiri. ista sunt formalia uerba eius ibi. Et idē dicit ipse in l. cum uir, ff. de usucapio. in 19. col. in uer. itē aduerte, quia potest esse dubium, quādo uir uel mulier &c. ¶ Præstito enim iuramento per mulierem in alienatione dotis, standū est illi: nec contra illud potest uenire, cum seruari possit sine interitu salutis æternæ, d. c. cum cōtingat, & c. si uerò, eo. tit. c. licet mu-
2 lieres, eo. tit. lib. 6. & in c. quamuis, de pact. eo. tit. ¶ † Fortius
a uoluit Bar.[a] in suo consil. incip. do. P. nupsit &c. quod etiam si ambo vendiderunt, simul & in solidum se obligantes, & in instrumento dicatur, ꝙ ambo receperunt pretium, probabitur
* per talem instr̄m, ꝙ mulier dimidiam pretij perceperit* per l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis: quia ita importanr verba instrumenti; & ideò talem dimidiam non posset repetere ab hæredibus viri secundum Bart. sic vult Bar. ibi omnino stari instrumento ꝯ mulierem, etiam quando tam maritus, quàm vxor vendidit. & de illo consilio mētionem facit Bal. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. & l. 1. C. de duob. re. licet ibi non determinet; tn̄ ipsemet Bal. in l. mater, C. de rei vend. in 7. col. in ver. sed hic quæro, quid in tali casu maritus &c. determinat & approbat d. opi. Bar. in prealle. consil. nisi appareret, ꝙ vir primò recepisset pretium totum, & postea vxor consentiret, & cōfiteretur emptori se participasse pretium, nam ex præambula numeratione appareret, ꝙ vir recepit totum; ex consequenti verò confessione licet inducatur probatio inter emptorem, & mulierem; non tamen inducitur probatio inter mulierem & maritum, cum quo non est facta confessio. l. fi. ff. de interro. actio. & ibi latius per eum. ¶ Tamen quia in hoc nonnulli te-
* nuerunt contra Bar.* ibi, non pono pro constanti hoc, qn̄ maritus aliud fecisset, quàm simplicem consensum præstare. ¶ Et si reperietur contractum illū alienationis apothecæ nō valuisse aliquo iure, tūc do. Antonia haberet agere ad ipsam apothecam tanquam ad rem dotalem & suam, nō autem ad pecuniā, cum non fuerit data æstimata in dotem; & per consequēs non pōt agere hypothecaria ad alias res mariti, l. in reb. cū ibi not. C. de iu. do. ¶ Nec etiam prætextu dictarum pecuniarum vt dicitur, datarum per Appollonium ad transficandum, vt cōstat per instr̄a, in quibus dicit illas pecunias esse dotales dictæ dominæ, pōt agere domina hypothecaria ad dictam partem domus, vel illam retinere, vt sibi hypothecatam pro dictis pecu-
3 nijs: † quia si dicta instrumenta & confessiones Appollonij in dictis instrumentis contentæ fuerunt factæ absente dom. Antonia, non sufficiunt tales confessiones, in d. l. fi. ff. de inter. ac. & l. si certum. §. si quis absente, ff. de cōfes. & in proposito declarat Bar. in l. admonendi, ff. de iureiu. in ver. item quæro, qđ si instr̄m publicum non est factum inter easdem personas, & cum suis concor. Idem dico quo ad confessiones dictæ quantitatis librarum septingentarum eadem ratione; & sic nō pōt dici per do. Antoniam, quod fuerit empta dicta domus de pecu-
* nijs dotalibus dictæ dn̄æ, & p consequens in subsidium* non existente soluendo hæreditatem Appollonij, ꝙ spectat ad eam iuxta. not. in l. si vt proponis, C. de rei ven. & in l. vxor marito, ff. de do. inter vi. & vxo. & in proposito declarat Cy. & Bal. in l. ex pecunia, C. de iu. do. & no. in l. 1. C. si quis alteri vel sibi, & in l. fi. vbi Bal. C. de ser. pig. da. manu. ¶ Item posset rn̄deri, ꝙ tales probationes seu narrationes tanquam inter personas, inter quas est prohibita donatio, non valeant. l. cum quis decedens. §. tacita, ff. de leg. 3. & in l. qui test̄m, ff. de prob. tamē quia Appollonius prędecessit superstite vxore prędicta, non facio firmum fundamentū in hoc capite, s. ꝙ confessio ista non noceat eò, quia sit facta inter personas prohibitas propter ea, quæ habentur in l. antep. C. de do. inter vir. & vxo. & in l. quod de suo maritus, cum ibi no. C. de do. cau. non nu. & in l. Papinia. cum ibi no. ff. de do. inter vir. & vxo. & per Bar. in d. §. Titio, cum si. ¶ Alia ratione ēt non potest nec rōne pretij apothecæ, nec rōne dictarum pecuniarum restituendarum, nec dictarum librarū septingentarum d. do. Antonia habere regressum: quia ad dictam dimidiam domus quondam Appollonij obligantis extinctum est ius hypothecæ. l. lex vectigali. ff. de pign. & in c. 1. §. rursus, in ti. qui. mo. pig. amit. sed dictum ius emphyteuticū acquisitum ab ecclesia per Appolloniū suo nomine & nomine vxoris fuit extinctum pro rata dicti Appollonij: quia præsupponitur decessisse sine hæredibus saltem talibus, qui con-
4 sueuerunt succedere in tali iure emphyteutico: † quia decessit sine descendentibus, ad quos tātum transit emphyteusis ecclesiastica de sui natura secundum magis communes* cōclusiones. vt in §. emphyteusim, & in §. alienationis, & in §. si verò etiam perpetuum, in auth. de non alie. & not. glo. Bar. & alij in l. etiam, ff. sol. ma. & Spec. Io. And. in ti. de loca. §. nunc aliqua, ver. 113. & no. Bar. in l. si tibi. §. si pactus, ff. de pac. & in l. si patroni, in prin. ff. ad Treb. & in l. Gallus. §. quidam rectè, ff. de libe. & posthu. & in l. quod dicitur. ff. de ver. obli. & Io. And. & Ant. de But. in c. in pręsentia, de prob. & Bal. in auth. defuncto C. ad Tert. & in l. cum virum, in fi. C. de fideic. & in l. 2. C. de suis & legit. & in l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. & in l. vsufructu, ff. so. mat. vbi refert, ꝙ Bar. ita consuluit, & Bal. in l. fi. in 6. opp. C. de here. insti. & in c. j. de feu. dato inuicem legis commis. & in l. 2. C. de iure emph. in d. l. etiam, & Pau. de Liaza. in c. potuit, ad fi. de locato. si consuetudo ecclesiæ nō se habeat in contrarium, vt no. doc. in dictis locis per id, quod habetur in c. 1. in prin. cum ibi no. qui feu. da. pos. iuncta. l. licèt excepto, C. loc. cum si. ¶ Nec ob. si dicatur, ꝙ si in dicta vltima concessione emphyteusis facta Appollonio fuit actum, ꝙ decedente alio ex predictis Appollonio & domi. Antonia sine liberis, ꝙ accresceret portio decedentis alteri superstiti ex eis:
5 quia respondeo, quod præsupponitur dictum pactum † non esse consuetum apponi in similibus concessionibus, quę fiunt
b per dictam ecclesiam. Et per consequens non valuit pactum[b] illud pręsertim cū non interuenerint solennitates, de quibus. in c. sine exceptione. 12. q. 2. c. præsenti, cum ibi no. de reb. eccle. non alie. in 6. nec etiam illę solennitates, de quib. fit mētio in §. licentiam, auth. de alien. & emph. ita firmat Bart. in auth. si quas ruinas, circa primam col. C. de sacrosan. eccl. per §. neque illud, in Authen. de non alien. l. placuit, ff. de vsu. ¶ Quinimò Bal. in Auth. si quas ruinas, reprehendit Bart. in auth. qui rem, cod. tit. vbi videtur sentire, ꝙ in totum reddatur nulla cōcessio. & dicit Ioan. de Imo. in c. ex parte, in vlti. char. extra de feu. quod opi. Bal. est verior per id, qđ dicitur, ꝙ vtile per inutile non uitiatur. ita etiam tenet Lud. Roma. in l. 1. §. pen. ff. de
6 verb. oblig. † & talis nullitas pacti prędicti appositi in concessione facta ab ecclesia, potest opponi per dictum dominum Philippum, & sic per tertium, dato quòd ecclesia nihil dicat, vt no. Bald. in l. 1. in 2. col. C. de reb. eccl. non alien. & expressè Io. de Imo. in c. ea noscitur, in 4. col. de his, quæ fi. a præl. quia etiam de iure tertij potest opponi, quando est in totum exclusiuum iuris aduersarij iuxta. l. fi. C. de rei vend. & no. in l. cum seruum quispiam, C. de seru. fugi. & in proposito est etiam de mente Bar. in distinctione, quam ponit in l. 2. ff. de except. rei iudi. maximè dum allegat. l. filio præterito, ff. de iniusto testamen. vnde faciunt no. per gl. & doc. in c. 1. ne sede vacant. ¶ Ex quibus omnibus videtur resultare conclusio, quòd dicta domina Antonia nec occasione apothecæ, seu eius pretij, nec occasione dictarum libratum septingentarum, quas dicit in dotem dedisse, nec occasione dictarum pecuniarum datarum, vt dicitur, ad trafficandum, nec etiam occasione pacti appositi in dicta inuestitura circa ius accrescendi possit habere regressum ad dictam dimidiam domus, de qua reuocatur in dubium, & de qua fuit inuestitus Appollonius, & generaliter illa pertinere ad dictum Philippum, vigore tituli sui.

ADDITIONES.

* Viri.] Plures tenent, ꝙ vbi mulier vendit cum consensu viri valeat alienatio, etiam nullo iuramēto interposito, quasi dos videatur vna manu mulieri restituta, & altera tradita emptori. Tamen veritas est in oppositum, vt per Bart. in l. si ęstimatis. ff. sol. mat. Ias. consi. 44. lib. 1. Et adde quòd vbi vir & vxor vendunt, seu vnus cum consensu alterius. Ille cuius res est, intelligitur contrahere. tex. no. in l. si liqueat C. de inoff. don. Ias. consi. 193. lib. 2. Natta.

a ¶ Bar. consi. 224. adde 3. eo. consi. 4. nu. 8. plenè dixi in consue. Paris. §. 105. vide Pau. consi. 41. consi. 360. lib. 1. Cur. Seni. consi. 53. Matth. Afflic. decis. Neap. 209. And. Tyr. in consi. Picto. ti. retr. §. 30. nu. 4.

* Perceperit.] Facit quia in simili videmus, quòd si pater filius confiteantur simul recepisse dotem, intelligitur pro dimidia, per d. §. cum in tabulis, vt per Alex. in l. si cum dotem, §. transgrediantur. col. 2. ff. sol. matri. Et adde opt. tex. in l. si hęredes nominatim. ff. de lega. 1. ibi, Vt viriles partes debeant: quia enumeratio hunc effectum habet quem

quem tex habet pro singula. Cuma. in l. turpia. §. fi. ff. de leg. 1. Eodem modo si maritus recipiat emphyteusim pro se, & vxore, acquiritur pro dimidia vxori. Dec. consi. 58. col 2. Natta.

* Contra Bar.] Verior opi. ꝙ precium totum pręsumatur ad maritum peruenisse: ideò tota dotem repetit mulier. vt per Matth. de Afflic. decis. 209. ꝙ not. ne erres. de quo tamen vide Bal. nouel. in tra. do. 7. parte prin. priui. 1. col. 2. & opi. Bal. in auth. si qua mulier. contra Bar. tenet Alex. consi. 4. col. 5. supra lib. 2. & consil. 172. col. pen. lib. 6. Sed opin. Bartol. tenet Pau. de Cast. consil. 360. Barto. in l. quodam consil. lib. 1. & opi. Bal. sequitur Are. in §. est & a iudi. insti. de do. plures authoritates pro & contra cumulat Tiraq. in trac. de vtroque retractu fol. 657. Rolan. consi. 64. Natta.

* In subsidium.] Res empta ex pecunia dotali, non efficitur dotalis, nisi in subsidium in casu isto Alex. non defecta probationis, quod ex pecunijs dotalibus res fuisset comparata.

b Pactum. plenè dixi in consi. Par. §. 12. q. 10. nu. 49.

SVMMARIVM.

2 *Fides mala defuncti an noceat hæredi.*

4 *Fides mala authoris non nocet in Publiciana.*

6 *Mentionem de testamēto faciens præsumitur habuisse notitiā.*

CONSILIVM XXXIX.

Visis scripturis & instrumentis mihi exhibitis circa controuersiam Ser Iacobi, quondam dicti Ser Ioannis, Dicam breuiter, quid de iure sentio. ¶Et primò ad fructus perceptos ex petia terræ nouem tornaturarum postea posita in vil

1 la Agelli in loco dicto, la longata, † dico dictos hæredes Ser Iacobi non teneri ad fructus. Primò, quia præsupponitur nō cōstare, ꝙ ante, quàm d. dom. Bartholomæa vxor dicti Ser Iacobi emeret dictā petiam terræ, & ex ea fructus perceperit, aut fuerit interpellatus, & in mora constitutus per di. do. Geneueram de restitutione dictæ petiæ terræ, & sic nō veniunt fructus nec tanquam percepti per ser Iacobum: quia nulli percepti sunt per eum, nec tanquā percipiendi, quia non fuit in mora. hæc habētur in l. equis, & in l. fructus, cum ibi no. ff. de vsu. & in l. 3. & fi. cum ibi no. C. de vsu. & fruc. leg. ¶Quinimò, etiam si apparet & Ser Iacobum possedisse, nisi probetur eū percepisse fructus, & fuisse interpellatum, & in mora constitutum, non tenetur ad fructus aliquos: quia potuit impunè negligere cultu-

* ram fundi * debiti do. Geneueræ, vt l. venditor ex hæreditate, ver. queādmo. ff. de hær. vel act. vendi. ¶Quinimò, si non appareat dictam rem spectasse iure dominij vel quasi ad do. Iacobā testatricem, dato ꝙ appareret Ser Iacobū possedisse, & fructus percepisse ante, quàm esset interpellatus per di. do. Geneuerā. vt illam rem legatam ei traderet, non tenetur ad fructus, vt nota. tradidit Bar. & Ange. in l. in fideicommissaria, ff. ad Treb. per ibi no. per gl. & per l. mulier. §. si hæres. eo. ti. ¶De fructibus autem ex dicta petia terræ perceptis per do. Bartholomæam nec

* ipsa tenetur: quia habuit probabilem ignorantiam, * quod dicta res fuerit legata dom. Geneueræ per l. fi. ff. pro suo, & c. ab excommunicato, de rescr. & habuit titulum, & præsumptam bonam fidem. l. pen. C. de euict. quo casu tenetur ad fructus perceptos, non consumptos, l. quęsitum, ff. de acq. re. do. & no. in l. 1. in fi. per gl. & doc. C. de vsu. & fruc. leg. ¶Nec ob. si dicatur, ꝙ do. Bartholo. prędictæ, quæ fuit hęres dicti Ser Iacobi, nocet mala fides Ser Iacobi defuncti iuxta. l. primam, C. de lō. temp. præscr. quia primo potest dici non apparere Ser Iac. vnquam habuisse dictam petiā terræ, aut sciuisse illam spectasse

2 ad dictam matrem aliquo iure. †Item mala fides defuncti, id est ser Iacobi non nocet hæredi, id est, do. Bartholomæ, si Bartholomęa. quæ conuenitur tanquā persona, quæ fructus percepit, se fundat pro illo tempore titulo suæ emptionis, non autē ex eo, quod sit hęres d. Iacobi, seu Ser Iaco. ergo non nocet sibi mala fides ser Iac. ¶Nec ob. ad hoc illud, quod not. gl. fi. in l. an vitium, ff. de diuer. & temp. præscr. dum dicit, quidam tamen dicunt &c. quia illa opinio est reprobata ibi per Ray. Ang. & communiter doc. quia hæres in terminis illius. §. non opponit illam exceptionem, vt hęres illius primi defuncti, sed vt habens titulum emptionis per se. Vnde titulus ille sibi suffragari debet, vt ibi tex. est etiam de mēte gl. in c. cum quis in ius, de reg. iur. in 6. quæ sentit expresè, ꝙ vbi hęres non se fundat in titulo, & iure defuncti, non nocet. ¶Item potest responderi, qd saltem de iure canonico, quod seruari debet in terris ecclesiæ, tenuit Dy. in c. possessor, de re. iur. in 6. quod mala fides defun

a cti non nocet hæredi, a qui non vtitur adminiculo defuncti, etiam quo ad casum præscriptionis; & ita etiam tenet Bar. in l. vitia, C. acq. poss. & Bar. in d. l. cum hæres, & Cy. & Ang. in l. si ego. §. pactum. ff. de publ. & Ioan. de Imo. in l. sequitur. §. hæres, ff. de vsuc. & Pau. de Cast. ita etiam tenet in suo consi. 282. inci. In Christi nomine, visa suprascripta facti narratione &c. multominus ad fructus teneri debet Michael quondam Petri, qui fuit conuentus per dictam Geneueram: quia Michael titulum & bonam fidem habet. ¶Quantum verò est ad restitutionem dictæ petiæ terræ dictæ la Longata, constat non posse condemnari Michaelem ad restitutionem. possidet enim titulo, vt verbo fertur. Nā propter titulum præsumitur esse in bona fide. l. fi. C. de euictio. vnde de directo dominio domi. Geneueræ in dicta petia terræ non est probatum contra dictum

3 Michaelem ex his, quæ mihi transmissa sunt. Talis enim†probatio directi dominij quasi difficillima est, vt not. in l. cū res, per glo. & doc. C. de proba. & Spec. in tit. de act. versic. sin autem velis, & per Bar. in l. rem quæ nobis, de acqui. poss. cū concor. & secundum modos traditos in dictis locis non fuit probatum hic de directo dominio. ¶Et posito, quod aliquò modo posset apparere de aliquo quasi dominio dictæ olim domine Geneueræ, & sic ꝙ competeret Publiciana dictę dominę Geneuerę legatariç iuxta. l. primam & secund. ff. de Publicia. non daretur talis Publiciana contra dictum Michaelem titulo possidentem, siue habeat titulum ab alio, quam ab eo, a quo habet titulum. & causam domina Geneuera. l. siue autē. §. si duobus. ff. de Public. siue habeat ab eadem, attento quòd mediantibus alijs mediatis authoribus habuit titulum in effectu a magist. Bernardino aurifice, qui obtinuit adiudicare sibi dictam petiam terrę insolidum tanquam sibi obligatam per dictam quondam dominam Iacobam, & sic potuisset ipse magister Bernardinus vincere, & excludere dictam quondam dom. Iacobam in dicta re, multomagis dictam Geneueram, & causam habentem a dicta quondam domina Iacoba, vt patet ex no. per glo. in d. §. si duobus, & sic per hoc apparet, quod non potest allegari aliqua mala fides authoris dicti Michaelis, prętereà authores dicti Michaelis fuerunt in bona fide, & eis non obstabat aliqua allegata mala fides Ser Iacobi, vt

4 probaui supra allegando. l. an vitium. §. ex facto. ¶† Præterea quo ad materiam istam, quia non tractamus nunc de præscriptione, mala fides authoris non noceret Michaeli conuento

* Publiciana, * si habet titulum & bonam fidem secundum magis communes conclusiones. l. eum qui. §. prętor, & ibi nota. Bar. & Ang. ff. de Publicia. & Bald. in l. ancillę. C. de fur. Sal. in Auth. mala fide. C. de præscr. lon. temp. ¶Quinimò dato, quod aliquo modo mala fides authoris ipsius Michaelis noceret sibi, oportet, quod proximus & immediatus author Michae-

* lis, * qui fuit magister Bernardinus, vt fertur, fuisset in mala fide: quia mala fides alterius mediati authoris non noceret, vt signanter probat Iac. de Are. l. libertis. §. si quis sciens, & l. qui sciens, ff. de lib. causa. ¶Minus etiam datur petitio hæreditatis contra Michaelem possidentem cum tit. l. hæreditatis, & l. regulariter, ff. de peti. hære. ¶Posset Michael etiam se tueri exceptione præscriptionis coniungendo tempus possessionis continuæ authorum suorum cum possessione sua, quę videretur excedere tempus viginti annorum: quia de anno 1451. dictus magister Bernardinus, qui habebat dictam petiam terræ ex secundo decreto, vendidit eam procuratori Andrææ de Arimino: & postea Andręas vendidit domi. Bartholomææ, quam etiam postea dedit in dotem Carolo pro filia, & Iacobus ven-

5 didit eam Michaeli. ¶†Vnde, probato initio & fine possessione dictorum temporum, esset ostensum de præscriptione sufficientis temporis, quo ad hoc, vt Michael condemnari non debeat. l. super longi, & quasi per totum titulum. C. de pręscrip. long. temp. & quod not. per glo. 15. q. 4. volumus. & per Bald. in l. Celsus, cum si. ff. de vsuca. saltem constito, quod appareat dominam Geneueram ante dictos 10. annos in aliquo instrumento fecisse mentionē testi matris suę, & reperitur deductū

6 in actis: † quia in faciendo mentionē de testō pręsumitur habuisse notitiam & scientiam testamenti, & declarat Bar. & alij in l. qui Romæ. §. duo frates, in 4. & 5. q. ff. de ver. ob. & Bal. in c. j in ti. Imperator Lotharius, in vsib. feu. & Ang. in conf. 58. incip. quidam paterfamilias &c. per l. 1. C. de pac. iuncta. l. de his, cum ibi no. ff. de tran. ¶Hoc dico: quia in instrumento indemnitatis mihi transmisso est cancellatum tempus, & dies

confecti instrumenti, & sic non potui prospicere tempus; de quo etiam satis apparet ex inspectione instrumenti mandati facti per dominam Geneueram in Ser Antonium ad remediandum iuribus sibi competentibus ex dicto testamento; & sic non poterit allegari ignorantia ad finem obtinendi restitutionem in integrum aduersus præscriptionem ex clausula iustæ ignorantiæ iuxta no. per glo. in l. 1. C. de patria potesta. & in l. si partem. §. 1. in ver. non vtendo, ff. quemadmo. serui. amit. & no. Spe. in tit. de præscr. §. si quis autem propter. ff. de iti. actuque priua.
7 †Vbi autem non sit petita ista restitutio in integrũ, quam in actis mihi transmissis non inuenio petitam, constat quod non impeditur cursus præscriptionis etiam contra ignorantem. l. fi. de præscri. long. temp. Vtrum autem, si cõueniretur actione ex testamento pro legato vxor dicti Caroli, quæ mediante persona dominæ Bartholomeæ, & ser Iacobi parentum suorum vr̃ esse heres quondam do. Iacobę, possit se tueri a dicta petia terræ, non inuenio in scripturis mihi transmissis, ꝙ ista via agendi sit intentata: tamen si intẽtata esset, isto casu satis vr̃, ꝙ si probatum esset ser Iacobum adiuisse hæreditatẽ dictæ dom. Iacobę suę matris, & quod dicta petia terræ tempore mortis do. Iacobæ & ignorantia pręsumitur. l. quoniam sororem, C. de iure delibe. l. verius. ff. de proba. & pro ea rata esset hæres, teneretur ad dictam petiam terrę dictam la longata, præstandam dictæ dom. Geneuerę, si eam redimere potest a di. Michaele pro iusto pretio. Michael autem nolente vẽdere pro iusto pretio, tenetur hæres do. Iacobę pro rata pro qua est hæres, ad ratam iusti pretij dictæ petiæ terræ iuxta. l. non dubiũ. §. 1. ff. de leg. 3. & l. cum alienam, C. de leg. & l. si res obligata, ff. de leg. 1. Si autem hęc uia non est deducta, nec intentata, nõ potest condemnari dictus Michael, nec eius defensor, vt patet ex prædictis. ¶Nunc est videndum super alia petitione producta contra dom. Bartholomęam super alijs petijs terrarum, & fructibus de quibus in dicta petitione, & quo ad fructus non video, ꝙ posset agens obtinere tamen quia non est probatum, ꝙ ante promissionem conseruationis indemnitatis factam per Ser Iacobum haberet malam fidem, nec scientiam testamenti, aut scientiam rei alienę, & per cõsequens potuit negligere culturam dictarum terrarum, vt d. l. venditor ex hæreditate. vnde cum non appareat ex scriptis mihi transmissis, ꝙ fructus perceperit dictus Ser Iaco. ex dictis petijs terrarum, nec quot & quantos perceperit, non potest eis heres condẽnari ad aliquos fructus perceptos ex dictis petijs terrarum relictis do. Geneueræ.
8 ¶†Et per eadem rõnem etiam infertur, quod nec põt condemnari ad aliquos fructus pro tempore secuto post dictã repudiationem, & promissionem indemnitatis: quia non apparet probatum de perceptione aliqua fructuum per Ser Iacob. facta, Nec quod Ser Iacob. fuit interpellatus, & in mora constitutus: quinimò etiam, posito ꝙ appareret probatum de perceptione aliqua fructuum post tempus dictæ renuntiationis, & promissionis indemnitatis, non potest domi. Geneuera in dicto instrumento rogato per Ser Ioannem Christophori de Fauentia: quia illa bona Ser Iacobi fuerunt pignoris iure & hypothecæ obligata dictæ dom. Geneuerę pro rata ac valore æstimationis bonorũ matris dictæ do. Geneueræ. Vnde si qui fructus fuerunt percepti ex dictis bonis Ser Iacobi obligatis, non debent illi fructus spectare, & cedere ad lucrum do. Geneuerę creditricis: sed ipsius Ser Iacobi debitoris. l. 1. 2. & 3. C. de pig. c. cum contra, & c. significante, de pig. imò ad dictos fructus non põt fieri condemnatio. ¶Propter quod vltimum apparet, quod do. Bartholomæa, posito ꝙ percepisset fructus post mortem Ser Iacobi obligantis dominæ Geneuerę, non teneretur ad illos. ¶Quantum vero ad causam petitionis dom. Geneuerę, in qua petit sibi consignari tantum de bonis dicti Ser Iac. in causam pignoris, quæ valeant vsq; ad ratam & quantitatẽ ęstimationis bonorum maternorum, prout in instr̃o indemnitatis cõtinetur, licet in puncto & subtilitate iuris aliqua dici possent ꝯ dictam do. Geneueram: tñ adhęrens purę veritati & ęquitati, pręsertim cum intelligam causam agi coram arbitratorib. vr̃, ꝙ condemnari debeat hęres dicti ser Iacobi ad dandũ do. Geneuerę tantam quantitatem pecunię, quę ascendit ad iustũ valorem & communẽ æstimationem bonorum, de quibus loquitur instr̃m indemnitatis: aut ad consignandum in cãm pignoris & hypothecę tot & tãta bona dicti Ser Iacobi, quę sufficere possint ad dictum valorem, consignãda dic. do. Geneueræ in causam pignoris & hypothecę, donec ei ex dicta æstimatione satisfactum sit. etiam debet attendi & assignari ad dictũ valorem tempus dicti instrumẽti indemnitatis, & sic tempus non præsens, & sic de æstimatione illius temporis intelligetur per ea, quæ traduntur in l. si ita. ff. de au. & arg. lega. & not. per do. in l. fi. C. quæ res pig. & in l. si mandauero. §. is cuius. ff. mãdati.
8 ¶Pro hoc facit: † quia verba in dubio debent interpretari ꝯ illum, qui se fundat ex eis. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de ver. obli. ¶Item condemnando aduertant arbitratores in pronunciando, & declarando, ꝙ d. Geneuera non possit aliquem regressum habere ab bona sibi legata in testamẽto dictæ do. Iacobæ, nec agere contra aliquos possessores dictorum bonorum ad dicta bona, vel fructus inde perceptos, nec expedit insistere an dicta renunciatio valuerit vel non: quia domi. Geneuera eam non impugnat: imò ei insistit, quantum est respectu præsentis iudicij, vt patet ex inspectione sui libelli ꝓducti contra dominam Bartholomeam. Ex quibus oĩbus concludo, dicta omnia iudicia fore debere absolutoria, præter q̃ si appareat petitum esse condemnari hæredem dicti Ser Iacobi actione personali ex testamento ad petiam terræ dictam la longata: quo casu, si appareat dictã petiam terræ spectasse iure dominij vel quasi tempore mortis domi. Iacobæ ad ipsam quondam dominam Iacobam, debet condemnari dictus hæres ad præstandum dictæ dom. Geneueræ dictam rem, si dicto pretio redimi potest, vel ad iustam æstimationem: & ẽt debet condemnari ad æstimationem & valorem petiarum terrę, de quibus fit mentio in promissione indemnitatis prędictę? vel ad consignandum in causam pignoris tantundem de bonis dicti quondam Ser Iacobi, donec dic. domi. Geneuerę fuerit satisfactum de dicto pretio, habito respectu ad quantitatem, q̃ valebat dicta petia terrę, de quibus facta est renunciatio tempore dictæ promissionis indemnitatis, declarando ꝙ do. Geneuera non potest habere regressum aliquem ad bona sibi legata in testamento matris contra aliquem possessorem, vt supra.

ADDITIONES.

* Fundi.] Vtrum aliquis posit negligere fundi culturam vide Alex. in l. si mora col. fi. post Bart. & alios ibi. ff. sol. ma. Vbi dicit ꝙ est leuis culpa. Sed, ꝙ lata, Soci. in l. Marcellus. §. res, quæ col. 2. ff. ad Tre. Nat.

* Ignorantiam.] No. de probabili ignorantia, aliàs tenetur a die aditę hæreditatis, vt per Alex. & Ias. in l. si sibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. 1. Natta.

a ¶Hęredi. dicendum, vt tetigi supra eo. consi. 40. & supra lib. 1. consi. 110. in fine.

* Publiciana.] Sequitur Matth. Affl. decis. 40. col. 4. Natta.

* Michaelis.] Vtrum mediatus successor posit pręscribere, non obstante mala fide authoris, vide Ruin. consi. 45. colum. pen. lib. 4. Nat.

CONSILIVM XL.

Se summat in fin.

Prospectis verbis statuti mercantiæ disponentis, quod in aliqua causa, vel quæstione ꝑtinente ad aliquem, qui esset in dicto, vel de dicto officio Cõsiliariorum, vel ad eius socium vel societatem, non possit vel debeat interim procedi, sed debeat supersederi, donec officiũ talis consiliarij finem acceperit, & interim aliqui termini, vel aliqua præscriptio non currat, vel currere intelligatur in tali causa vel quęstione: & quicquid secus factum fuerit sit inane: & in alio statuto ẽt disponitur, ꝙ in causa aliqua alicuius, qui esset consul, vel eius socius, non possit procedi durante officio talis consulatus in fauorem ipsius consulis, aut eius socij, nec contra eum eius socium. ¶Modò quęritur, an reperitur, quod de numero dictorum sex Consiliariorum mercantiæ, quòd est vnus de vigintiduobus sodatoribus, cuius damna seu ius balonerię, qui vigintiduo separatim & pro diuersis quantitatib. scilicet quilibet eorum pro sua quantitate, & rata pro qua voluit subire periculum, se obligarunt: prohibeatur ille, cui factã fuit dicta assecuratio, agere interim contra alios, qui non sunt de dicto officio Consiliariorum. ¶Et visis his, quę eleganter & copiose scripta & conclusa sunt per pręstantissimũ dominum consultorem mihi patrem obseruandum, in hoc adhęrens cõclusioni suę, Dico mihi videri dictum, cui facta est obligatio pro dicta obligatione ob secutum periculum, agere posse contra alios obligatos, qui non sunt de officio prędicto. Ad quod oñdendum pſuppono, quod dictum statutum est ꝯ ius

1 ius commune. † propterea verba eiusdem statuti debent strictæ accipi & propriè.l.j.§.si is,qui naue,ff.de exercitoria.l.qđ statutū.ff.de testa.mili.l.constitutionib.ff.ad munic. no.Bart. in l.1. & in l.labeo.§.contractum,ff.de ver. sig.& in l.apud Iulianum.§.fi.ff.qui.ex cau.in pos.ea. & Bal. in l.siue apud acta, C.de trāsa.& in l.cōtractus,C.de fi.instr.& Bal.& Ang.& moder.in l.mutus.§.eum qui.ff.de acq. hęr.cum suis multis concor.Quòd dictū statutū sit ꝯ ius cōe,patet:quia ad hoc vt causæ expediri possint per dictum officium consiliariorum,sufficit,ꝙ interueniat maior pars consiliariorum, vt fertur prouisum esse per statutum loci, & ēt ita est de iure cōi, vt propriè in consulibus mercatorū dicit Bal.in l.nulli, in 4.q.cum seq. ff.quod cuiusc.vni.no.& l.quod maior,ff.ad muni.c.cum oēs,
2 de consti.¶†Et vbicūq; aliqui de vniuersitate,vel collegio redduntur inhabiles, actus pōt expediri per alios de collegio qui
* sunt habiles.cap.fi.de procu.ca.gratum,de postu.præla.c.auditis,de elec. vnde propter personam vnius ex dictis consiliarijs non debet impediri, quin per reliquos de collegio possit actus expediri: & ēt de iure cōi propter suspitionem vnius ex dictis consiliarijs,nō debet impediri iurisdictio respectu aliorum,nec ēt alij poterunt ex hoc recusari,vt no.Io. An.in add. Spec.in ti.de iudi.dele.§.fi.in addi.inci.in ista &c.& no.do.c. 1.super gl.2.de iudi.attento,quod,vt dixi,alij poterant sine illo iudicare.Itē dato,quod potuisset aliqua recusatio fieri: non per hoc de iure cōi, durante toto tempore officij consulatus, debet supersederi in causa:patet per ea quæ habentur. in c. si contra vnum,de off.deleg.in 6.& in c.2.de requi.re.& in c.cū speciali,de app.¶Istis sic pręsuppositis articulis,dico, quod attento ꝙ isti separatim & in diuersis quātitatibus se obligarūt, non dicuntur socij saltē propriè,hoc probo per text.in l.vt sit
3 pro socio,cum tribus sequentibus,ff.pro so. † vbi non seqtur, negotium est cōe inter te & me,ergo dicitur esse inter nos contracta societas: vel si duobus eadē res legata est,vel si duo vnā rem emerunt,& non apparet, qđ animo contrahendi societatem hoc factum sit.pro hoc est ēt tex.in l.2.in princ.iuncta.l.
* ff.commu.diui.¶Et ponderandum est * id, quod dicit etiā ibi tex.in ver.pariter. & secundum prædicta etiam intelligitur.l. 2.& ibi no.Cy.C.pro socio.hoc probatur ēt insti.de obli.quæ ex quasi contra.§.si inter aliquos, & ibi in terminis hoc volūt duæ gl.quas in proposito esse puto notandas. vna est in verbo,
4 societatem, † quæ dicit ꝙ talis communio, quæ est inter aliquos absq; eo,ꝙ appareat aliter de animo cōtrahendi societatem,non dicitur vera societas,sed quędam incidens commu-
a nio. [a] Alia est gl.ibi in ver.socius,quæ dixit,ꝙ tales non dicūtur esse socij, sed cohortes,& ideo rñdetur ad id,quod not.ꝑ gl.in d.l.vt sit, & in l.4.ff.pro socio.potest ēt aliter rñderi, vt colligitur ex no.per Bar.in d.l.4.quæ incipit,societas. ¶Ex quibus omnibus concludo,ꝙ dictum statutum loquens de socijs consiliariorum,vel consulum in casu proposito sibi locū non vendicat: quia isti non dicuntur socij,saltem verè & propriè.

ADDITIONES.

* Habiles.] Ex hoc infertur,ꝙ Cōdominus potest cognoscere de iniuria alteri condomino illata; Craue.consi.232.col.pen. Natta.
* Et ponderandum est.] Vide Are.in l.ex duobus colum.11.ff.de duobus reis. Natta.
a Communio Ias.consi.185.col.2.lib.1.

CONSILIVM XLI.

VIDE supra lib.1.consi.65.

CONSILIVM XLII.

Viso processu inter dominam Gasparinam,& Dominicā sorores & filias quōdam Conini de Turono ex parte vna agētes, & dominam Gladiam quondam Zanoti de Passetis ex altera se defendentem. Vertitur dubium, an attento ꝙ Dominicus filius quondam Baltassaris olim dicti Tonini hæres vniuersaliter institutus in testamento dicti Baltasseris eius patris decessit viuo testatore,hæreditas sit in causa intestati & omnia in testamento ipso relicta sint in causa caduci, adeò, ꝙ relictum vsusfructus omnium bonorum factum dictæ do-
1 minæ Gladiæ a dicto Baltassare eius viro sit extinctū. ¶†Et videretur dicendum,ꝙ sic: quia quocunque casu contingat hæreditatem ex testamento non adiri,neque legata, neq; fideicōmissa debentur.l.nemo,ff.de testa.l.proximè,de his quæ in testa.delen.l.si nemo,ff.de reg.iur.¶Et dato, quod relictum valeret & deberentur: tamen videtur,quod non possit petere,dicta Gladia vsumfructum omnium bonorum, sed tantum alimenta: quia per illa verba,item reliquit dictam dominā Gladiam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorū in domo sua cum hæredibus suis infrascriptis &c. attento ꝙ testator tempore testamenti habebat filium scilicet Dominicum, quem instituit hęredem vniuersalem, videtur testator tantummodò voluisse relinquere vxori vsumfructum quo ad necessitatem alimentorum tantum, & non vltra, cum nōn sit verosimile testatorem voluisse coniugem propriè soboli anteponere. ita firmat glo.& doc.in auth.hoc locum, C.si secun. nup.muli.& Spe.& Io.And.in tit.qui sint legi.§.1. versi.quid si quis ita dixe.&c.& Ange.in l.1.ff.rer.amota. Bald.in l.fina. C.de indi.viduit.& in l.si pater,C.de vsufruct. Sed præmissis non ob.in casu nostro contrarium est verius,quod clarè ostenditur: nam in testamento Baltassaris est adiecta † clausula co- 2
dicillaris per verba nedum præsentis, sed etiam futuri temporis, scilicet si nō valet, vel valebit iure testamenti, voluit eum valere iure codicillorum. quæ clausula operatur, vt casu quo testamentum non confirmetur, vel non valeat vt testamentū, venientes abintestato videantur grauati de pręstando legata & fideicommissa, & alia in testamento contēta.l.ex ea,ff.de test. l.fina.C.de condit.in l.posthumus.§. fina.ff.de iniusto rup. & irri.testa. & etiam in casu, quo testamentum a principio valeat,& ex postfacto destituatur, eò quia ex eo non sit adita hæreditas quacunque causa.l.quia autem,in princi.& ibi glo.in ver.fuerunt,ff.si quis omis.cau.test.& l.eam quam.C.de fideicom.& not.Bart.in l.fin.ff.de codic.in 12.& 15.q.Et per hęc patet responsum ad allegata in contrarium: quia illa proce-
3 dunt, vbi non esset adiecta clausula codicillaris.¶†Non obst. quod videantur tantummodo legata alimenta per dicta verba: quia dico, quòd imò plenius vsusfructus omnium bonorum debetur, attento quòd non sumus in casu, quo vsusfructus veniat præstandus a filio testatoris: quoniam pręsupponimus eum prædecessisse, sed a sorore testatoris hærede legitimo ab intestato, & sic non debet considerari persona filij, sed hæredis ab intestato, a quo vsusfructus præstandus est, ꝓbatur in l.cum patronus,ff.de leg.2.& in l.si contra.ff.de vul. & pup.& ita in terminis nostris firmat Bart.in l.Titia cum testamento.§.fi.de leg.2.& ita consuluit pluries Bar.maximè in
* consi.incip.Nic.* & Bal.in præall.l.si contra Bar.in l.si ita scriptum,per illum tex.de manu.testa. Alex.

ADDITIO.

* Nicolaus Donati.]Est in ordine consi.171.& ibi,Et consi.inci.quidā Bar.Refeli.] Habeo in ordine consi.56. Natta.

CONSILIVM XLIII.

Attenta, & considarata pręfata vltima voluntate dicti Ghini testatoris,& potissimè in ea parte, in qua hęredum institutione, & substitutione fit mentio. ¶Visoq; super ea,quid ob facti contingentiam dubitari opor-
1 teat, requisitus, vt quid iuris sit, consulam. ¶ † Primo præsuppono, quòd dicta substitutio fuit compendiosa per illa verba, & si alius ipsorum decesserit, substituit, eidem alios superuiuentes &c.C. de impuber.& alijs substitut.l.prima.& l.centurio, ff. de vulga.& pupill.c.si pater, de test.in sexto.& fuit concepta per verbum commune, substituo. ff. de vulga. & pupilla.l.iam hoc iure, versi.sed si alter, & ff.ad Trebellia. l.Scæuola,& not.vbi supra. ¶In qua substitutione sic per talia verba concepta, quamquam inter glossatores & doctor.iuris ciuilis fuerit magna disceptatio, quia quidam voluerunt ꝙ intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo: post pubertatem verò trahatur ad fideicommissum. alij voluerunt,ꝙ omni tempore sit fideicommissaria de qua disceptatione plenè per glo.& doct.in præalleg.l.precibus, & l.centurio, & in l.ex tribus,per gl.& ibi Bal.C.de inoffi.testam.& in d.c. si pater,& in ca.Raynu.de testam.cum similib.tamen cum dictus Sabadinus in casu nostro decesserit post excessum tempus pu-
2 pillaris ætatis,dicta substitutio est fideicommissaria:†quia directa post pubertatem nō potest fieri a pagano.ff.de vul.& pu. l.verbis ciuilib.& l.centurio.insti.de pup.subst.§.extraneo,& plenè discutitur in præall.locis. ¶Hoc præsupposito pro constanti,

ſtanti, prima facie videtur dicendum, ꝙ dicta ſubſtitutio in ſe fideicommiſſariam cõtinens ſubſtitutionem, vires non habet, pubertate adueniente, & per conſequens quòd dicto Sabadino facto pubere, ſibi fuerit permiſſum teſtari, & hæredem facere eo modo, quo ſibi libuerit in totum, & videtur probari in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lega. 1.
3 †vbi ſi filius impubes fuit hęres inſtitutus, & grauatus fuit hęres legitimus impuberis de reſtituendo per fideicommiſſum, valet dictum fideicommiſſum ita demũ, ſi impubes in pupillari ætate deceſſerit; eo verò pubeſcente vires non habet. ¶Secundo comprobatur per tex. C. de inoffic. teſta. l. ex tribus, argumen. a contrario ſenſu, quod eſt licitum in iure. ff. de teſt. l. ex eo. l. 1. §. huius, ff. de off. eius, cui man. eſt iuri. extra de his, quæ fiunt a prela. ſine conſen. cap. c. apoſtolica 25. diſt. qualis, ſed in d. l. ex tribus, dicitur ꝙ pater poteſt filio inſtituto ſubſtituere intra tempora pubertatis, ergo a contrario ſenſu poſt tẽpora pubertatis non poteſt. ¶Tertio videtur dicendum econuerſo, quod Sabadinus præfatus in nullo potuerit teſtari ſtante dicta ſubſtitutione, quæ vniformis fuit in perſona filiorum omnium, & per cõſequens cum ita commodum potuerit afferre, ſicut incommodum, non dicitur dictus Sabadinus ẽt quoad legitimam ſibi debitam iure naturę per talem ſubſtitutionem grauari, & per conſequens in totum valere videtur dicta ſubſtitutio, vt eſt text. apertus in l. ſi pater pupillæ, & ibi hoc expreſsè tenet Richar. Malum, C. de inoffi. teſt. Sed his nõ ob. dico, quòd dictus Ghinus per talem ſubſtitutionem compendioſam per verbum commune conceptam non potuit grauare Sabadinum effectum puberem legitima ſibi debita iure naturæ, nec in quarta Trebellianica detrahenda ex fideicommiſſo. Et ſucceſſiue dictus Saba. teſtari, & hæredem facere de dicta legitima, & Trebellianica, hoc eſt dimidia totius partis, quæ ſibi obuenit ex hęreditate paterna, & non de reliqua dimidia reſtituenda pro rata dictis eius confratribus & cohæredibus. iſta omnia expreſsè probantur per caſum apertum extra de teſt. c. Raynut. & c. Raynald.
4 †vbi tam per ſubſtitutionem cõpendioſam in ſe fideicommiſſariam continentẽ, quam per expreſſam ſubſtitutionem fideicommiſſariam filius a patre inſtitutus non potuit grauari in legitima, neq; in Trebellianica, & in illa poteſt filius teſtari in reſiduo vero nõ. ita etiam procedit, quod no. gl. & Io. An. in c. 1. in ver. abſque deductione, in fi. gl. de teſt. in 6. & quod no. Bal. in d. l. precibus, in 14. col. ver. modò ergo reuocemus: ad idem bene facit. ff. de vul. & pup. l. cohęre. §. cum filię, ibi: nec fideicommiſſo proprię facultates filij &c. Pro hoc optima ratio. l. q̃m in prioribus, cum ibi no. & l. ſcimus, in prin. C. de inoff. teſt. vbi de legitima debita iure naturæ etiã grauamen remouetur. ¶Idem probat tex. ff. de leg. 2. l. cum patronus.
5 † vbi patronus inſtitutus in parte ſibi debita a liberto nõ poteſt in illa grauari per fideicommiſſum; ergo magis in filio, cui magis & fortius eſt ſibi debita iure naturæ, vt no. ff. de fal. l. ſi quis legatũ. §. fi. & in l. 5. in prin. ff. de bo. lib. & in l. ſi patronus. ff. de dona. & in l. fi. ver. ſi. n. patronus, C. de inoff. teſta. ¶Ad idem poſſent adduci quàm plures rationes, & iura, de quibus plenè per Cyn. in d. l. ex tribus, poſt Dyn. in quodam ſuo cõſi. quod ibi recitat Cy. & quod ibi no. Dy. Bar. & Ang. & do. Io. de Imo. in l. 1. ad fi. ff. de vulga. & pup. ¶Reſtat, vt reſpondeamus ad iura in contrariũ adducta. & primò ad tex. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum l. ſeq. quæ non eſt alibi ſecũdum Dy. quia rñdeo, quia ideò ibi tranſit fideicommiſſum filio pubere decedente: quia poſt pubertatem magis videbatur legitimus hæres filij habere ipſius hæreditatem caſu & fortuna, quàm ex voluntate teſtatoris: qa potuiſſet pubes teſtari, & alij fortè relinquere; & ideò nimirũ, ſi non potuit a teſtatore grauari. ff. de leg. 3. l. ſed ſi ſic. §. ſi autem; & hæc eſt ratio, quę placuit Bar. in d. l. ſi fundum. §. fi. cũ ſeq. ¶Secundo non ob. d. l. ex tribus: quia reſpondeo, ꝙ ſumẽdo arg. a ↄ̃rio ſenſu, ideò nõ poteſt ibi pater per fideicommiſ-
6 ſum ſubſtituere filio: † quia ibi filius tm̃ erat inſtitutus in legitima, videlicet in tribus vncijs, & nõ vltra. ſi verò fuiſſet inſtitutus vltra legitimam, nemini dubium, ꝙ in illo pluri tenuiſſet grauamen d. c. Raynu. & Rayna. ne vtile per inutile vitiari contingeret. l. teſta. C. de teſt. l. 1. §. ſed ſi mihi, de ver. obl. ff. de hęre. inſti. hęreditas ex die: & in ſpecie dicit d. l. q̃m in prioribus. Pręterea in d. l. ex tribus, dicitur, quod põt pater intra pubertatem directè ſubſtituere, & a ↄ̃rio innuit pubertatem, l. & aditam hęreditatem non poſſit pater directè ſubſtituere filio, vt d. l. verbis, cum ſi. non ſequitur ergo, ꝙ per fideicõmiſſum
* ſubſtituere non poſſit. ¶Tertio non ob. d. l. ſi pater * pupillæ:
7 quia dico, ꝙ illa lex eſt correcta per d. l. q̃m in prioribus: † quia
a omne grauamen reijcitur de legitima,[a] & ita tenet gl. Bart. & Bal. in d. l. ſi pater pupillæ, & Bart. in l. filius matrem. eo. tit. & idem Bar. & doc. poſt gl. in l. cum ex filio, in prin. ff. de vul. & pup. & ita dicunt doc. de conſuetudine ſeruari. Et ex his breuiter cõcludo, quod ſi d. Ghinus habebat v.g. 136. aureos in bonis, in quibus dictos quatuor filios hæredes inſtituit vt ſupra, ꝙ legitima debita iure naturę dictis omnibus filijs erat tertia, ſecundum ꝙ habetur in auth. nouiſſima. Et in corpore, vnde ſumitur. C. de inoff. teſt. & per conſequens portio omnium ipſorum de numero dictæ quantitatis capiebat 34. aureos, quarum quarta pars videlicet octo cum dimidio erat legitima dicti Sabadini, in qua potuit dictus Sabadinus teſtari. Itẽ potuit teſtari in Trebellianica, quę in effectu capit de parte, quæ obuenit dicto Sabadino ex teſtamento & inſtitutione dicti Ghini, quartam partẽ eius, quod remanet, de ducta ſua legitima. Pars autem, quę obuenit ſibi ex inſtitutis, q̃ eſt quarta totius, capit de dicta quantitate flor. 25. cum dimidio. vñ quarta Trebellianica, quæ debet deduci de iſtis 25. Flor. cũ dimidio, detractis prius octo aureis cũ dimidio pro legitima, eſt, & aſcendit ad ſummam quatuor Floren. & vnius quarti, ita quod legitima vna cum Trebellianica, in qua tm̃ potuit teſtari dictus Sabadinus, aſcendit ad ſummam duodecim aureorum cum dimidio & uno quarto, quæ eſt octaua pars totius hęreditatis, & eſt dimidia totius partis ſibi relictæ a Ghino teſtatore: reliqua verò pars, ſ. dimidia totius ſuæ partis reſtituenda venit dictis
8 tribus eius fratribus ſuperſtitibus pro virili. ¶† Et quòd in caſu præmiſſo veniant detrahendæ duę portiones, ſ. legitima, & Trebellianica, eſt caſus expreſſus hodie in d. c. Rayn. & c. Raynal. quando videlicet filius eſt rogatus de reſtituendo ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, vt in caſu noſtro. Et ita hodie
b hoc obſeruatur[b] vt firmat gl. Bart. & Bal. in l. quęcunq;. C. ad l. Falc. & gl. Bar. & doct. in l. Papinianus. §. eo autem ſolo. ff. de inoff. teſt. & glo. in auth. de hær. & fal. §. ſi quis autem non implens, & Iac. de Bel. in auth. de reſti. & ea quæ parit. §. quamobrẽ & not. Bal. in l. iubemus, C. ad Treb. & in l. ſcimus, in prin. C. de inoffi. teſta. & in l. filij, & in l. filium, in 12. col. C. fa. erc. quod ius deducendi Trebellianicam etiã tranſit ad hæredem dicti Sabadini, vt eſt bonus tex. in l. quamquam, C. ad l. Fal.

ADDITIONES.

* Dicta, l. ſi pater.] No. ꝙ de iure veteri fideicommiſſum reciprocum excludebat querelam inofficioſi: quia non videbatur omiſſ. de quo etiam ponit Dec. conſi. 456. col. 1. & 2. Natta.

a ¶Legitima. Bened. rep. c. Ray. ver. reliquit, nu. 32. de teſta.

b ¶Obſeruat. infra eo. cõſ. 142. col. 5. Bal. con. 498. lib. 1. con. 377. lib. 3. Deci. conſi. 236. col. 3. conſ. 480. col. pen. ſed veritas iuris ciuilis eſt, quod legitima tm̃, vt Old. conſ. 204. Bal. l. filium quem C. fa. erc. Ale. infra eo. cõſ. 142. nu. 14. & li. 3. cõſ. 103. Iac. l. cohęredi. §. 1. col. 2. de vul. & pup. ſed vſus prædictus equidem eſt, & vbiq; inualuit.

SVMMARIVM.

1 *Libera quibus ex verbis conceditur.*
3 *Reſponſio debet intelligi congrua interrogationi, & citra contrarietatem. nu. 10.*
5 *Diſcipulus an obliget magiſtrum. nu. 11.*
6 *Quinque probanda, ut teneatur dominus ex mutuo inſtitoris.*
7 *Teſti in uno periuro in nullo creditur.*
8 *Teſti deponenti ad ſe exonerandum non creditur.*

CONSILIVM XLIIII.

Viſo & diſcuſſo proceſſu actitato in cauſa & lite verten te coram do. Vicario Bagnacauallo inter Nicolaũ ex parte vna agentẽ, & Ioſeph Hebreũ ex altera ſe defendentẽ, ꝑtermiſſis plurib. ſup quibus inter partes, & aduocatos longa habita eſt diſceptatio, adhęrẽs principalioribus fundamentis, ſine, de oĩbus minutiſſime ſermo haberetur, cõtingat mihi illud, quod Satyrus inquit.

Scriptus & in tergo nec dum finitur Oreſtes.

¶Videndum eſt igitur principaliter, an ſumus in regula, ꝙ actore non probante id, q̃d eſt ſuę intentionis fundamentũ, debeat

debeat absolui reus.¶Et vr̃ primo dicẽdum actorem probasse.
nam ex ɔ̃ctu mutui celebrato cum Deodato institore Ioseph
agit ad libras 42. Bono. pro resto Florenorum 30. aurei eidem
Deodato, tanquam institori Ioseph mutuatorum & quod mu-
tuum satis constare vr̃ maximè ex confessione, Ioseph facta po-
sitioni actoris: accedit scriptura librorum bene idem attestan
tium. ¶Quòd autem Deodatus fuerit institor, satis probari vr̃.
Primo ex responsione Ioseph facta quartę positioni. nam in po
sitione continetur, quod Ioseph Deodato concesserat licentiã
exercendi dictum banchum, quemadmodum ipse faceret; &
Ioseph respondit, credit, ꝙ vt famulus habuerat licentiam ex-
ercendi banchum à Ioseph, quemadmodum ipse Ioseph face-
1 ret.¶† Sed ita est, ꝙ per ista verba concedo tibi, vt facere possis
in tali re quemadmodum ego facere possum, vr̃ concessum ge-
* nerale mandatum * cum libera. l. creditor. §. Lucius. ff. man. &
ibi no. Bar. in l. procurator, cui lib. ff. de procura. & in l. si pro-
curator, C. de procurator. in c. fi. & ibi not. Ant. But. de dila. &
Archid. in c. j. de rescri. in 6. & p Bal. in l. 1. ad fi. de bo. mater.
facit. l. qui quadraginta, ff. ad Treb. & quod not. in l. in prouin-
2 ciali. §. 1. ff. de op. no. nun.¶†Sed concessio generalis cum libe-
ra operatur regulariter, vt eius virtute operari possint etiã ea,
quæ speciale mandatum requirerent. l. mandato, & quod ibi
gl. & Bar. ff. de procu. & in c. qui ad agendum, in fi. de procu.
in 6. & in spẽ firmat Bal. in l. illud. §. 1. ff. de min. excepta tñ po
testate donandi, dilapidandi, vel delinquẽdi, vt d. §. Lucius, &
l. filiusfa. ff. de donat. si procurator. ff. de cond. & demon. & l. si
frater, ff. quæ in frau. cre. secundum Iac. But. & Bal. in prædicta
l. & si procu. & no. in d. l. 1. ad fi. C. de bo. mater. & secundum
ista intelligitur id, quod no. Io. An. & alij in d. c. fi. de dil.¶Nec
ad hoc vr̃ obstare, ꝙ Ioseph respondendo dictæ positioni dicat,
3 credit, vt famulus: quia responderi potest, † quod respõsio Io-
seph intelligitur & interpretari debet, ꝙ conueniat interroga-
tioni & positioni. l. si defensor. §. qui interogatus. ff. de inter. ac.
& insti. de inuti. stip. §. præterea, & in proposito Bar. & Bal. in l.
si quis intentione ambigua, ff. de iud. ergo cum dicat Ioseph,
quod credit vt famulus, oportet quod intelligatur secundum
contenta in positione, s. quod credit, ꝙ Deodatus vt famulus,
habebat licentiam exercendi dictum banchum, quemadmo-
dum ipse Ioseph faceret. vnde non est curandum, an illam po-
testatem dederit ei vt famulo, an vt procuratori, an vt institori,
* vt in c. petitio, de procura. vnde dicit ibi Host. * & Io. An. † ꝙ
4 si dico cõstituo, s. asinum meum, vel dilapidatorem meum ad
causam meam agendam, videbitur constitutus procurator ad
illam causam, vt no. Bal. in l. testamentũ. C. de test. & in l. id, qđ
pauperibus, in prin. C. de epi. & cle. & per eundem in l. 1. C. de
neg. gest. facit. l. pater. ff. de cond. & demon. & quod no. Bar. &
Bal. in l. insulã, per illum. §. ff. de præsc. ver. & in l. 1. §. 1. ff. quod
cuiusq; vniuer. nomi. & Bal. in rubri. C. de exercito. in 6. col. in
ver. modò videmus de substantia &c. vbi dicit illas diuersita-
tes nominum non attendendas.¶Vnde, cum Ioseph responden
do dictæ positioni, videatur fateri Deodatum habuisse licen-
tiam exercendi banchum, vt probaui in habente potestatẽ ex-
ercendi banchũ, (verba. n. important administrationẽ negotia
tionis vniuersalis. l. cũ pater. §. cũ mensæ, & ibi no. Bar. ff. de le.
2. l. cum tabernam, in prin. ff. de pig. no. l. cuicunque. §. 1. ff. de
insti.) ergo censetur institor, qui dicitur ille, qui est præpositus
* vniuersali negotiationi. * l. institor appellatus, de institو. & l. si
cum villico, & l. institor, ff. e. tit. & not. gl. in l. liberto, in princ.
ff. de nego. gest. Inn. in c. pe. de fideic. & Bar. in l. si institorẽ. ff. si
cer. pet.¶Fortificari vr̃ hoc ex depositionibus trium testiũ pro-
ductorũ ex parte dicti actoris, qui videntur deponere, ꝙ Deo-
datus pro necessitatibus bãchi recipiebat pecunias mutuo, &
quod Ioseph fecit rationem cum dictis mutuantibus, & sic ha
buit scientiam de prædictis. vnde pp scientiam & patientiã vr̃
eum præposuisse dictæ negotiationi, & adeò, ꝙ ex eius ɔ̃ctibus
teneri debet institoria, vt in prælleg. l. cuicunq;. §. si idem La-
beo, ver. permisit ei ita dari, & ibi Bar. ff. de instir. & l. sed si pu
pillus. §. 1. eo. titu. l. fi. ff. quod cum eo. & l. 1. §. scientiam. ff. de
tributo. l. 1. §. magistrum, de exerci. c. qm̃ abbas, de offic. dele.
5 ¶Accedit quod no. Bal. in rub. C. de consti. pecu. in 3. col. † vbi
quærit, an discipulus contrahendo obliget magistrum suum.
Exemplum ponit in discipulis, qui portant pãnum ad domũ,
deinde pignorant, vel vendunt. an teneatur magister? & cõclu-
dit, ꝙ discipulus, nisi habeat aliquid in mandatis, non obligat
dominum, vt d. l. cuiusque. §. sed cum fullo: tñ si consentiente
magistro consueuit negotiari in apotheca magistri, per hoc cẽ-
setur institor, & tenebitur magister secundum Bald. allegat in
arg. d. l. fi. ff. quod cum eo.¶Fortificamus prædicta: quia, vt fa-
teri vr̃ procurator Ioseph. in prima scriptura exceptionũ, Deo-
datus fuit pręposirus ad pecuniã sub fęnore mutuandam, ergo
vr̃ tacite præpositus ad accipiendum pecuniam mutuo, vt sic
fęnerare possit. l. cuicunq;. §. non tñ, & l. habebat. ff. de instito.
l. 1. in ver. quæ si mutuam. & §. vnde quæritur. ff. de exer.¶Imò vi
detur sufficere, ꝙ generaliter fuit præpositus bancho, seu men-
sæ, ad hoc, vt in consequentiam videatur obligare posse domi
num recipiendo pecuniã mutuo pro necessitate banchi, vt pro
bant iura prælleg. & l. fi. ff. de exerci. & sic videntur partes do
mini iudicant s esse in damnando iuxta petita.¶Sed præmissis
non obstantibus ɔ̃riam sententiam de iure probabiliorem esse
puto, s. ꝙ partes dñi iudicantis sint in absoluendo. ¶Et princi-
paliter: quia dato, ꝙ dici possit constare Deodatum expresse;
vel tacitè per scientiam & patientiam, & ẽt dato, quod apparet
dictos 30. aureos fuisse per dictum Nicolaum mutuatos Deo-
dato, pro certo non videntur probata ea, quæ sufficiunt ad cõ-
cludendum d. Ioseph institoria teneri: quia non apparet, quod
specificè fuerit præpositus per Ioseph ad recipiendum pecu-
niam mutuo pro gubernatione dictæ mensæ, & requirebatur,
6 quod plura copulatiuè † probarentur per actorem, quæ nõ vi-
dentur copulatiuè probata. primum est, quod Deodatus tem-
pore mutui dixisset se recipere dictam pecuniam mutuo pro
gubernatione dictæ mensæ, seu pro fęnerando ad vtilitatem di
ctæ mensæ l. 1. §. ꝙ si ab initio. ff. de exercitoria.¶Secundum re
quisitum est, quod tunc pro gubernatione dictæ mensæ oppor
tunum esset accipere dictas pecunias mutuo. l. fi. ff. de exerci.
¶Tertium requisitum est, ꝙ Nicolaus tunc sciret dictã oppor-
tunitatem recipiendi mutui pro ipsa mensa, & quod sciret ip-
sum Deodatum esse ꝓpositum à dicto Ioseph ad gubernatio-
nem dictæ mensæ, vt sic appareat, ꝙ Nicolaus habuit animum
obligandi ipsum instituentem seu præponentem, vt probatur
in d. l. fi. de exercitoria, & l. ei qui, in fi. C. quod cum eo, secun-
dum Bar. & Bal. in l. si pupilli. §. j. post medium. ff. de neg. gest.
& idem no. Spe. & Cyn. in d. l. ei qui. & nisi Ioseph ratificaret,
* aut in eius vtilitatẽ appareret mutuũ esse versum, * vt in præ-
alle. l. ei qui, in fi.¶Quartum requisitum est, ꝙ non mutuet ma
iores quantitates pecuniæ quã esset necessarium: aliàs non ha-
beret regressum, nisi vsque ad quantitatem. necessariam, vt in
prælleg. l. fi.¶Quintum requisitum est, ꝙ mutuum factum sit
in loco, in quo possit adimpleri causa pp quam mutuum factũ
est, in l. proximè allega. & maiorem partem prædictorum eẽ
enumerat Bart. in l. 1. §. non autẽ, ff. de exerci. & Gui. de Cu. in
authen. hoc ius porrectum, C. de sac. san. ecc. etiam Inn. & alij
in c. quod quibusdam, de fideiusso. & Ant. de But. in c. 1. de de
posito. ¶Modò in ꝓposito nõ constat, ꝙ Ioseph ratũ habuerit
mutuum, nec conuersum fuerit in eius vtilitatem; ergo opor-
tet apparere, ꝙ dicta quinque requisita fuerũt copulatiuè pro-
bata: sed certe prima tria requisita non inuenio aliquo modo
saltem copulatiuè probata. Quinimò, si bene consideretur, ne-
dum ꝙ sint probata, sed nõ sunt allegata secundum qualitates
supradictas. ¶Nec ob. primò, si dicatur, ꝙ Deodatus prædicta
requisita probat abunde: quia respondeo primò, quod Deoda-
tus, si bene inspiciatur non deponit, ꝙ tempore mutui 30. Flo-
renorum esset necessarium dictum mutuum in mensa; nec di-
cit, ꝙ Nicolaus tunc sciret dictum Deodatum esse pręposítũ à
dicto Ioseph ad gubernationem dicti banchi. poterit. n. crede-
re dictam mensam spectare ad Deodatum, & sic Nicolaum nõ
habere animum obligandi dictum Ioseph; & istud nõ est in ali
qua parte deductum & probatum prout requirebatur, vt dixi.
¶Præterea dictum testimonium Deodati non vr̃ dictum inte-
grum testis. nam iurauit deponere veritatem super capitulis,
& interrogatorijs potestati castri Bono. & inter cętera erat vnũ
interrogatorium, videlicet ꝙ interrogaretur Deodatus, an con
staret aliquo instr̃o Deodatum fore obligatum d. Ioseph. Et re-
spondit se credere, ꝙ non; & in ɔ̃rium est productũ instr̃m pu-
blicum factum de ann. 1458. die 7. Iulij; in quo dictus Deoda
tus constituit se debitorem dicti Ioseph in quãtitate librarum
trecentarum quadraginta quatuor, & solidis 14. & per conse-
7 quens constat de periurio dicti testis.¶† Nam ꝙ iurauit dicere
veritatem super omnibus, etiã interrogatorijs, tunc si deponit
falsum

falsum in vno, non creditur ei in aliquo * tanquam periuro, a etiam si illud interrogatorium esset impertinens, vt di. Bal. in rub. de controuer. inuest. & licet ibi videatur velle, quod illud sit verum quo ad ea, super quibus deposuit post mendacium; tamẽ ipsemet Bal. in l. fi. in quarta oppositione. C. de edi. diui. Adri. improbat illam distinctionem, & dicit ꝙ non refert ea, quæ deposuit post: quia totum, tanquam indiuisibile, venit; & ita refert ibi Oldr. & istud etiam est de mẽte Sal. in d. l. si ex falsis, ad fi. C. de transa. Nam post, quam periurus est, testimoniũ eius redditur imperfectum. c. testimonium, de testibus. facit tex. 3. q. 9. pura. & Inn. no. in c. fraternitatis, de hęre. & per Bar. in l. Quintus, in prin. ff. de auro, & argen. le. Archidi. 90. disti. in c. si ad sacros, & Spe. in titu. de test. §. 1. ver. si item, quod aliquid de suo, & Ang. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de ver. ob. & licèt deponat per verbum, credit: tñ non per hoc euitat periurium, vt no. Spe. in tit. de Depositionibus. §. sexto quero, & Bal. & Sal. in l. de tutela, C. de in integ. resti. mino. & Mod. in c. j. de confes. in 6. Nam quod qs dicit se credere, illud scire debebat. l. 2. §. quod obseruari, & not. Bart. in prin. C. de iuramen. calũ. ¶Nec dicatur, quod dictum instr̃m non fuit productum in ter
8 mino: † quia instrumenta possunt produci vsq; ad conclusum in causa, id est vsque ad terminum probationum ca. cum dilectus, cum ibi not. in fi. de fide instrumen. quod fuit productũ ad reprobandum dictum testis, de quo etiam non potuit esse instructus, nisi post publicatum testimonium Deodati, ita, ꝙ terminus ad probandum non potuit trahi ad id, super quo productum est instrumentum, videlicet ad reprobandum dictum Deodati, de quo non poterat haberi notitia c. pastoralis, de exceptio. ¶Vnde dicimus, ꝙ terminus ad reprobandum dicta testium ei, qui vult reprobare, debet esse separatus à termino ad probandum: quia pars non potest habere nota dicta testium, quæ vult reprobare. ita probat in ca licèt causam, in verb. post hoc, de proba. & ibi ponderat Anto. de Butr. ¶† Item non pro
9 bat: qa deponit ad se exonerandũ; ergo non est testis idoneus. l. omnibus, C. de testib. l. nullus. ff. de testib. & in specie no. Bart. in l. deferre, ver. idem decreuerũt, ff. de iur. fisci. & Ant. de Bu. in c. cum à nobis, de testibus. ¶Nam, si deponeret vera esse illa requisita, de quibus dixi supra, certe Ioseph esset obligatus, & non posset conueniri Deodatus finito suo officio institoriæ. * l. fi. ff. de instito, secundum verum & magis communem intellectum, quem ponunt doctores in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procuratoribus, & maximè Bal. & Ang. ibi post antiquos, & Ioan. de Imol. in l. eandem, in princ. ff. de duo. reis. ¶Non habent etiam obstare dicta aliorum testium productorum pro parte Nicolai: quia non deponunt, ꝙ, quando Nicolaus mutuauit Deodato dictos triginta florenos, necessarium esset ipsi mensi accipere dictam pecuniam mutuo, & ꝙ Nico. sciret dictam quãtitatem, & ꝙ sciret d. Deodatum esse ibi institorem alterius, & sic ꝙ habuerit seu habere potuerit animũ obligandi præponẽtem, vt requirebatur per ea, quæ dixi supra. ¶Item Iacobus primus testis non concludit in dicto suo. ¶Nam licèt dicat, quod Deodatus, dum gubernabat banchum, acciperet pecunias mutuo, ꝙ potest esse, quod accipiebat dictas pecunias mutuo pro se, non pro bancho. ¶Item posito ꝙ deponerent ibi testes, ꝙ Deodatus acciperet pecunias mutuo pro necessitate banchi, sciente etiam & patiente di. Ioseph, quod tamen verè non probant concludenter, saltem testes concordes & cõtestes, vt requiritur, tñ dico, ꝙ adhuc tales testes non releuarent Nico. quia si Deodatus erat præpositus à Ioseph vniuersali negotiationi dictæ mensæ, vt dicit Nico. non mirandũ est, si Ioseph patiebatur Deodatum pro necessitatibus banchi accipere pecunias mutuo: quia etiam illud videbatur cõcessum & permissum Deodato in consequentiam vniuersalis negotiationis sibi commissæ. d. l. 1. §. non autem, & l. fi. ff. de exer. ¶Vnde illa patientia Ioseph potuit interuenire absque eo, quod dicitur, quod specificè mandasset, vt pecuniã mutuo reciperet. l. non hoc. C. vnde cogn. c. in præsentia. de prob. ¶Nam si videretur Ioseph specialiter commisisse Deodato, ꝙ pecunias mutuo reciperet, fatendum esset, ꝙ satis esset, quod appareret Deodatum dictas pecunias accepisse mutuo, dum tamen fuisset expressa causa ꝙ pro bancho, ad quod erat per alium præpositũ, accipiebat. l. 1. ver. quid mutuam, & ibi not. Bart. ff. de exer. vt not. doc. in c. quod quibusdam, de fideius. & probatur in d. l. si pupilli. §. 1. in ver. vt creditorem & c. & hoc no. Bart. circa medium, absque eo ꝙ tunc fuisset necesse accipere d. pecuniã mutuo probando dummodò non appareret, ꝙ mutuans contraxisset cum eo tanquam cum institore alterius per d. l. si pupilli. §. 1. in ver. vt creditore & c. & ibi Bart. & d. l. ei qui, & ibi Cy. & in hoc sine dubio differũt dicti testes: quia, hoc probant. ¶Præterea potuit esse, ꝙ dictus Ioseph patiebatur d. Deodatum aliquando accipere pecuniam mutuo, s. qñ sciebat tunc esse illud necessarium mensæ suę aliqua necessitate, se extendebat in cõsequentiam potestatis institoris, & sic dicti testes nõ probãt, cũ de necessitate non concludunt, prout requiritur, vt in præalle. c. in præsentia; & maximè qñ non est probatũ, ꝙ tempore mutui florenorum 30. necessarium esset ipsi mensę tale mutuum, prout requirebatur, prout iam ostensum est; & sic probãt meæ rationes. Patet, ꝙ alij duo testes, videlicet Ant. & Nannes non probent: quia non deponunt ea, quę proximè dixi esse necessaria. ¶Alijs insuper fundamentis ius dicti cõuenti posset foueri sed postquam hæc satis sunt, his contentus exemplo Iuliani iurisconsulti in l. ita vulneratus, ad finem ff. ad l. Aquil. & l. si qs obrepserit. ff. de fal. ¶Superest ad allegata in contrarium respõdere. Nam non obstat, ꝙ probatum sit mutuum, & Deodatum esse institorem: quia adhuc oportet probare alia quinq; copulatiuè, quæ probata non sunt de quibus sigillatim est dictum supra. ¶Non obstat, ꝙ Ioseph respondendo positionibus videatur fateri dedisse d. Deodato potestatem exercendi banchum, quẽadmodum ipse facere possit: per quæ verba vr̃ concessisse generaliter cum libera, cuius vigore possunt expediri ea, quæ re
10 quirunt speciale mandatũ, & c. ¶† Quia respondeo & præsuppono ꝙ responsiones factæ positionibus, semper debent interpretari taliter, ꝙ respondens non incidat in contrarietatem, vt decidit Pe. Cy. ac Bal. in l. cum falsa, C. de iur. & fac. igno. nam prima dicta seu responsa dicunt trahi ad vltima, & vltima ad prima, vt euitetur contrarietas secundum Iaco. ibi. & dicit esse no. dignum; & idem not. Bald. in l. 1. in prin. in lec. antiqua, ff. ne quis eum, qui in ius vo. vi exi. & ibi etiam no. Paul. de Cast. Firmat tex. in c. cum tu, de testi. in prima constitu. C. §. quibus, & quod not. Bart. in l. scripturæ, C. de fide instru. ¶Sed Ioseph respondendo primis positionibus negat, ꝙ Deodatus erat institor, sed famulus. ¶Et respondendo quintæ positioni dicit, ꝙ nõ poterat obligare res alienas. & respondendo septimæ & octauę positioni, dicit, ꝙ Deodatus mutuabat de pecunia Ioseph. ¶Ex quibus omnibus euidenter apparet, ꝙ Ioseph non intendebat fateri, quod Deodato dederit potestatem & consensum ad accipiendum pecunias mutuo ab alijs: & secũdum eum debet interpretari alia responsio ipsius Ioseph facta quartæ positioni, dum dicit, ꝙ credit dedisse licentiam, ꝙ Deodatus vt famulus possit exercere banchum, quemadmodũ ipse fecerat: aliàs esset
11 sibi ꝓrius per prędicta. ¶† Secundus respondeo quod dixit Pe. de Anch. & Io. de Imo. ibi, & Inn. in c. pe. de fideius. ꝙ duo sunt casus. ¶Primus, qñ committitur aliqua negotiatio procurãda; vt quando cõmititur alicui custodia villæ, & vt percipiat fructus. & custodiat iuxta. l. si cum villico, ff. de insti. ¶Secundus casus est, qñ cõmittitur aliqua negotiatio quæstuaria, hoc est, ex qua percipitur quæstus seu lucrum, prout in proposito nostro, vel qñ qs pręponeretur ad pãnos emendos, & vendendos. primo casu fit distinctio, an sibi sit concessa generalis, cum libera, vel non l. procurator tutorum, cum ibi no. iuncta l. procurator, cui libera, & l. mandato generali. ff. de procu. & l. mandato generali, ff. de mino. ¶Secundo casu fit distinctio, an habeat specialiter in mandatis de accipiendo pecuniam mutuo pro tali negotiatione; & tunc sufficit, ꝙ tanq̃ institor dicat se accipere pecuniam mutuo pro dicta negotiatione d. l. j. in ver. quid si mutuum, de exercito. an verò hoc non habeat specialiter in mandatis; & requiruntur illa omnia copulatiuè, de quibus. s. ¶Non obstant ea, quæ deponunt testes: quia superius est responsum. per quæ apparet non obstare id, quod not. Bald. in rub. C. de consti. pec. in 3. col. quia respondeo aut quis erat discipulus, & sciente & patiente magistro cæpit in apotheca negotiari tanquam institor, & videtur magister eum constituere institorem: tñ non sequitur, quod Deodatus fuerit præpositus institor à Ioseph quo ad vniuersalem administrationem, & qd ex scientia & patientia dicti Ioseph videatur specialiter concessa potestas recipiendi pecuniam mutuo, attento quod ipse Ioseph patientiam præstitisset, eò quia veniebat in consequentia priorum. ¶Non ob. quod ꝓcurator dicti Ioseph in prima scriptura

ptura exceptionum producta ꝯ libellum fateatur, ꝙ Deodatus fuerit propositus per Ioseph ad pecunias sub fęnore mutuandas; ergo vr̄ præpositus tacite ad accipiēdum pecunias, ex quibus fęnerari possit per l. cuicunq;. §. non tamen: ff. de inst. quia respondeo, ꝙ dictus procurator dicti Ioseph fatetur, ꝙ Deodatus fuerit prępositus non ad mutuandas pecunias simpliciter: sed ad mutuandas pecunias sibi per Ioseph consignatas; ergo non potuit mādatum excedere. d. l. cuicunq;. §. sed cum fullo, & §. non tamen. ver. sed neque ff. de inst. l. diligenter, ff. manda. præterea quod videretur præpositus tacitè ad recipiendū mutuo, tamen ad hoc, vt ex tali mutuo instituentes obligarentur, requirebantur plura, de quibus dixi supra, quæ non concurrūt in proposito nostro. ¶Et per hoc patet, ꝙ superuacuum est tractare, an debeat deferri iuramentum Deodato, vel Ioseph iuxta pluries petita in actis. ¶ Item allegat etiam, ꝙ instantia est perempta, sed de iure cōmuni non est perempta: quia non est lapsus tertius annus à die litis contestatæ iuxta l. properādum, in prin. C. de iudi. Vtrum aūt de iure municipali sit perēpta, hoc habebit inspicere dominus iudex: quia super hoc non sunt mihi statuta transmissa: ex quibus concludo partes domini iudicantis esse in absoluendo reum à petitione. Et ita dico & consulo ego Alexand.

ADDITIONES.

* Mandatum.] Idem latè tenet Alexand. in l. si procurator. C. de procurato. Natta.

* Hostien.] Istud dictum Host. & Io. An. improbat Alex. in l. si quis in fundi. ff. de lega. 1. quia nomina naturalia non sunt in nostra potestate. Tamen pro eo adducit, ꝙ no. Bal. in l. neque. C. de procurato. vbi qui dicit substituo procuratorem, tantum, valet, ac si dixisset, constituo, similiter, si dicatur instituo filium meum in legitima iure restitutionis & debuisset dicere iure institutionis, non vitiatur testamentum. Secundum Bal. in l. si cum ante. C. de donat. ante nup. Et ad ista vide etiam Feli. in c. ad audientiā, il primo, col. 3. de rescri. Et de isto dicto Hosti. scribit etiam Feli. in c. significante, col. 2. de rescrip. Et non debere attendi grossum loquendi morem, Alex. scribit consi. 43. col. 5. lib. 4. Et si testator legat paupertatem suam intelligendum ꝙ reliquerit facultates Bal. in rubri. C. de ver. sig. in fi. Et de prædictis vide Dec. in l. si librarius. col. 1. ff. de reg. iur. Natta.

* Negotiationi.] De institore vide Ias. in l. institorem. ff. si cer. pe. Et dēt esse quæstuaria negociatio, & vniuersalis. hæc duo copulatiuè requiruntur. Et de institore latè Pet. de Peruf. in tract. de duob. fratr. q. 4. prin. & per Alex. consi. 7. col. pen. lib. 7. Natta.

* Versum.] Versio in rem æquiparatur mandato, vt Bal. dicit in d. l. eū, qui quem tex. adducit etiam Alex. consi. 139. col. fi. lib. 5. & de contrahente cum alio vt institore, vtrum aduersus eum agere possit, Paul. de Cast. consi. 201. dub. li. 2. & ex pluribus socijs ille, qui gessit, prius est conueniendus, Cuma. consi. 8. Pet. de Anch. consi. 332. circa fi. vbi etiam vult, ꝙ socius non teneatur, nisi de his, quæ habet in corpore societatis. Natta.

* In aliquo.] Sequitur Are. consi. 71. col. 2. vbi vult credi sibi in alijs articulis, probata causa erroris: & non aliter. Natta.

a ¶ Periurio. s. eod. consi. 27. nu. 3. limita vt in consi. seq.

* Institoriæ.] De hoc latè tangit Soci. consi. 154 lib. 2. loquens quando procurator, & institor teneatur proprio nomine. plures casus ponendo. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testes non de iure, sed de facto testari debent in probanda consuetudine.*
2 *Testes non debent habere causam consimilem.*
3 *Testes debent testari de actuū frequentia & diuturnitate, n. 8.*
4 *Testes singulares non probant, nu. 9.*
5 *Testes deponens de simplice non vsu non probant. nu. 5.*
6 *Testis falsis in vno, in omnibus repellitur.*
7 *Citra, verbum, in testibus vitiat probationem temporis.*
10 *Testimonium de auditu alterius non valet.*

CONSILIVM XLV.

Visis attestationib. testium receptorum in fauorem Io. ꝯ Ant. de Baldacijs, ex quibus dubitari contingit, an per prædictos testes sit probata consuetudo Forliuij, ꝙ vxore prędecedente in matrimonio cum filijs dos non debet restitui patri mulieris, à quo profecta fuit. ¶Et omissis arg. dico, ꝙ per
a testes prædictos sine dubio non est probata consuetudo, [a] ad quod ostendendum capio dictum primi testis, s. Ioan. qui in ef
1 fectu nihil probat his rationibus. ¶† Et primo nā deponit, quia recordatur semper fuisse cōsuetudinem. Sed qui deponut fuisse consuetudinem, debent attestari factum, quod viderunt: nō autem dicunt attestari ius, vel consuetudinem, quæ est ius nō scriptum. l. de quibus ff. de leg. in § ex non scripto, instit. de iure natu. c. cum dilectus, de consu. & doc. quos refert Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. in ver. sed q̄ro, qd deponant testes. sub-
2 iungit iste testis in causa scientiæ: † quia recordatur, ꝙ eius pater habuit duas vxores, & retinuit dotes vxorum; & ita dicit quosdam alios fecisse. certe testis iste non probat in hac assignatione rationis: quia primo appareret, ꝙ ipse est in casu consimili, s. vt vigore dictę consuetudinis retinere possit dotem maternam, testes autem pp similitudinē iuris & causæ repellūtur, vt in c. personas, & ibi glo. & Io. An. de test. no. gl. in c. causam, el 2. de testi. & Spec. in tit. de test. §. 1. ver. item quod habet si-
3 milem causam. ¶† Item ad hoc vt testis probet cōsuetudinem, oportet, quod deponat de vsu illius actus, cuius cōsuetudo allegatur, & quod deponat de actuum frequentia, & temporis diuturnitate, & tales act[9] fuisse factos ita & taliter, ꝙ appareat interuenisse tacitum consensum populi, vel maioris partis, vt no. Cy. in l. 2. in ver. s. alle. & Ioan. An. in d. c. fi. & Gui. de Cu.
4 Bal. in d. l. de quibus, de legi. ¶† Quinimò requiritur secundū eos, ꝙ testes concordent in tempore & actibus: aliàs tanquam singulares non probarent, idem etiam dicit Paul. de Leaza. in disput. sua incipiē. ꝯ instrumentum debiti, & Ant. de Bur. in c. licet ex quadam, de test. & in d. c. fi. & Bald. in l. 1. in pe. col. C. de testa. & Ioan. de Imo. in l. inter pares, ff. de re iudi. & in c. oporteat, de accu. sed iste testis non deponit taliter, quod concludat interuenisse tacitum cōsensum populi, vel maioris par
5 tis; ergo non probat. ¶Non probat etiam alia ratione, † quia, qn̄
b testis deponit de simplici, non vsu [b] legis, non probatur cōsuetudo, nisi deponat saltem de implicito actu contrario: quia nō entis nullæ sunt causæ. c. ad dissoluendum, de despon. impuberum. c. bonæ. el 1. de elec. ita not. Io. And. in c. lo. de cle. coniu. ¶Exemplum ponit ipse. si domus minabatur ruinam, & nunq̄ fuit præstita cautio damni infecti, quia nunquam fuit petita; certè per talem non vsum non remittitur cautio, nec inducetur consuetudo, nec tolleretur lex disponens caueri debere de dam. infec. ¶Aliud exemplum per l. rem nō nouam. §. patroni, C. de iudi. vbi dicitur, ꝙ aduocati debent iurare de calumnia, si non iurarunt, quia non fuit petitum per centum annos, non
* tolleretur lex, * nec induceretur consuetudo: secus: si non vsus haberet implicitum actum affirmatiuum ꝯtrium legi. ¶Exemplum ponit ipse. naturalis lex disponit diuidi hæreditatem inter filios æqualiter. l. inter filios, C. fa. erc. l. fi. C. de li. præ. sed tn̄ fuit diu seruatum. ꝙ non diuidatur, sed assignetur in totū primogenito: tunc quia iste vsus habet implicitum actū affirmatiuum ꝯtrium legi, per talem non vsum tollitur lex, & inducitur consuetudo, & cum hac conclusione concordat Nico. de
* Ma. * & Cy. in d. l. 2. in 2. q. principali. C. quæ sit lon. consue. & doc. in d. c. fi. & in d. l. de quibus, & Bart. in proœ. ff. orum. §. & antea, & Ia. de Bel. in auth. de hær. & fal. in prin. ¶Modò in proposito testis iste non deponit concludenter de aliquo actu affirmatiuo contrario legi: sed solum deponit de actu negatiuo, s. quia mariti dotem non restituerunt & retinuerūt. nam hoc potuit esse eò, quia dos non fuit repetita; & sic testis non concludit de necessitate, prout facere debet. c. in præsentia, de probat. ¶Item testis est affinis dicti Ioannis, ergo non est integer testis, per Bar. in l. admonendi, in 9. col. ver. venio ad tertium & quęro & c. ff. de iureiu. ¶Non est idoneus testis etiā aliqua ratione, quia præsupponitur in facto reprobatum esse dictum eius in aliquibus, & præsertim dum deponit, quod in casu prædicto, in quo testificatur, ꝙ pr̄ ipsius testis dotē retinuit. nam probatur, ꝙ vxores dicti patris sui decesserunt patribus suis iam defunctis; quo casu clarum erit patre prædecedente dotem consolidari in filiam; & successiue transire ad filios ipsius mulieris etiā de iure communi. l. 1. §. videamus, C. de rei vxo. ac. & ple-
6 nè traditur in l. post dotem, ff. so. ma. ¶† Modo si dictum testis, qui in aliquo deposuit falsum circa id, qd erat de esse vel sub-
c stantia [c] eius, de quo reddit testimonium, redditur totum nullum. Ita dixit Inn. in c. fraternitatis, de hære. siue scienter. siue ignoranter admisceat id, quod erat falsum: quia testis non debet deponere nisi id, quod nouit, vel vidit, & in hoc non potest prætendere ignorantiam. 3. q. 9. hortamur; & in c. cum in iure, de offi. deleg. secundum Inno. in præal. c. fraternitatis. & istud est verum, siue sint diuersa capitula, siue vnum tantum, secundum Inn. in loco s. allegato, cum quo etiam ibi transit Pet. de Anch.

Anch.dicens,ꝙ dictum testis semper est vnicũ, quia fundatur super vnico fundamento,s. iuramento,l. iurisi. C.de test. ideò dictũ eius debet dici vnicum: alle.in arg.l.cum eiusdem,ff. de ædil.edi.probat.3.q.9.pura,& in c.si ad sacras.illud etiam sequitur.Old.consi.37.incip.ad primam.vbi dicit,quod si testis circa id,quod potest comprehẽdi sub iuro, deposuit in aliqua parte falsum,dictum suum est in totum nullum: quia dictum censetur vnicum pp vnicum iurm;alle.id, quod habetur in c. ex literis,de fid.instr.Idem tenet Are.in d.c.si ad sacras,& Spe. in titu.de te.§. 1. ver.item quod aliquid de suo,& in ti.de inst. edi.§.instrumentum,ver.quid si aliquid.Bald.in l.fi. in 3.opi. C.de edi.diui,& in l.2.de fideic.lib.& Bal.Ang. & Moder. in l. 1.§.si quis simpliciter,ff.de ver.ob.¶Nam ex quo apparet testem esse periurum,nihil sibi creditur.c.testimonium,de test. ¶Secundus testis,scilicet eximius iuris doc.d.Petrus non probat: quia deponit super eo, in quo habet interesse consimile; ideò non probat.d. capitu.personas, vt dixi supra. prætereà & verius, ipse deponit, quando pater prædecessisset, qui casus est clarus etiam de iure, vt per d. §. videamus. ¶Item non probat rationibus & causis allegatis circa primum testem. ¶ Tertius testis nihil probat: quia non assignat rationem concludentem dicti sui, vt probaui iuxta. l.solam.C.de test.c.in præsentia, de probationibus,& plenè in cap. cum causam, de te-
7 sti. ¶ † Item de tempore dicit à quadraginta annis citrà; & sic non deponit de consuetudine præscripta lapsu 40.annorũ decursorum à tempore obseruantiæ ipsius consuetudinis, quod requiritur.c.Cumana,de ele.& not.in d.l.de quibus,& in c.fi. de cõsue.& in d.l.2.¶Sed illa verba,à quadraginta annis citrà, non probant nedum de tempore 40.annorum,sed nec de tempore vnius anni:quia illud,quod fuit hæri & non ante,dicitur fuisse a quadraginta annis citra, oportebat ergo, ꝙ testis diceret à 40.annis,& citra.c.licèt causam,& ibi no.Host.& Io.An. de prob.& l. 1.§.quod autem,ff.de aqua quo.& æsti.not.Bart. in l.Celsus,in vlti.col.ff. de vsuc.& in l. si post, ff. de rei ven. &
8 Bal.in l.falsus,in 4.co.de fur.& in l.indicia,C.de rei ven.¶† Itẽ non probat, quia interrogatus est, quid est consuetum, & per quos fuit seruatum illud, quod ipse dicit respondit se nescire, & sic iste testis nihil probat: quia non deponit, ꝙ recordatur fuisse istam consuetudinem Forliuij:& postea dicit se nescire,
d quid est[d] consuetudo,apparet, quod ipse non intellexit illud, quod ipse deposuit;& sic non probat.l. 1.& ibi hoc not.Bar.ff. si cer.pet.& Bal.in l. 1.ff. de his,qui sunt sui vel alieni iu.& Io. de Imo.in l.stipulatio ista,de verb.ob.¶Si dicatur etiam,ꝙ peritissimi vix sciunt diffinire consuetudinem,quomodo verosimile esset scire testes discernere iuris ignaros? quia respondendum est,prout clare respondent doc. in locis proximè all.quia non oportebat testem respondere,qualiter à iure diffiniatur cõsuetudo: sed qualiter ipse intelligeret consuetudinem, de qua ipse deposuerat,non probat iste testis consuetudinem;quia deponit de simplici non vsu, & non deponit de frequẽtia actuũ, taliter, quod appareat de tacito consensu maioris partis,ut latius demonstratum est circa primum testem. ¶ Quartus testis, s.d.Franciscus,non probat:quia deponit uidisse consuetudinẽ prædictam esse in ciuitate Forliuij,& sic deponit ius,nõ factũ; ergo non probat,ut dixi circa primum testem. Et subdit,quod non audiuit,nec intellexit, quod mariti fuerũt coacti restituere dotem patri mulieris. &c. Nam istam ratio non concludit: quia potuit non audire;& tamen potuit esse.Item non deponit nisi de unico actu,s.de sorore sua. per unicum autẽ actum nõ inducitur cõsuetudo;sed requiritur frequentia actuum.l. 1.& 2.C.de edif. priua. no.in d.l.de quibus. ergo &c. Item peccat iste testis in alijs,quæ dixi circa primum testem:quia est singularis in actu. Item ex dicto suo non comprehenditur de tacito consensu maioris partis populi. ¶Quintus testis,s.Petrus Paulus non probat:quia vnicus,s. sororis suæ, & licèt dicat fuisse ita seruatum per alios quam plures; tamen eos non specificat: & per ɔ̄ns non potest haberi in testem in illis dictis particula-
9 ribus,& sic remanet singularis. † testes autem singulares circa actum & vsum consuetudinis non probant, vt dixi circa primum testem. Item laborat dictum huius testis defectibus omnibus,quos dixi circa procemium præcedentis testis. ¶ Sextus testis,s.dominus Iac. non probat:quia dicit, ꝙ in casu prædicto vidit prædicta seruari per Paulum de Moratiuis,& per Meligẽ de Bistulcis;& est probatũ,ꝙ ille casus non fuit in propositio:quia pater prædecesserat, & sic testis admiscuit falsum;ergo totum eius dictum redditur falsum, alias nullum,prout dixi circa primum testem.Item deponit de simplici non usu, nec deponit taliter,quod comprehendatur de tacito consensu maioris partis populi, ergo non probat per ea, quæ dicta sunt.
10 ¶ † Septimus testis,s. domina Ioanna non probat: quia deponit de auditu alterius, & tale testimonium fidem non facit.l.testium, & ibi notatur. C.de testibus, & in c. præterea, de testi. ¶ Item non deponit nisi de cõsuetudine temporis annorũ octo in ciuitate Forliuij: sed requirit de iure annorũ 10. vt no.in d. l.de quibus.&c. ¶Octauus testis.s.magister Andreas non probat, quia deponit de auditu, vt proximè dixi.item interrogatus, quid sit cõsuetudo, de qua ipse testificaretur, & respondet se nescire;ergo non probat, vt dixi supra circa tertium testem.
11 ¶†Nonus testis scilicet magister Andreas,non probat:quia est in casu consimili: & sic deponit circa id, in quo versatur proprium commodum,& sic nõ est idoneus, vt patet in dicto suo iuncto d.c.personas,& circà primum testem. præthereà probatum est deposuisse falsum, vt in facto præsupponitur,s. ꝙ vna ex vxoribus suis decessit patre iam præmortuo: & ita est probatum de quibusdam alijs,in quorum personis dicit prædicta fuisse seruata in casu isto; & sic dictum eius in totum corruit,
12 vt dixi circa primum testem.¶† Decimus,s.domina Angelina non probat:quia de auditu; ergo &c. præterea dicit fuisse seruatum hoc per Guildinum de Maldentibus,& dominum Pet. & probatur fuisse contrarium, seu in casu diuerso; & sic testis non probat,vt plene dixi circa primum testem.Item omnes isti testes fuerunt interrogati super interrogarijs actoris in quibus erat interrogatorium,ꝙ testes interrogarentur,quid esset consuetudo:super qua testificabantur,de qua in capitulo;& respõ
e derunt de contentis in interrogatorijs se nil aliud scire,[e] & per consequens se ne scire,quid esset consuetudo : quo fit, vt non
13 probent, vt dixi circa tertium testem.¶†Adducitur etiam pro parte dicti Io. Maximi testis dictum, testis producti pro parte actoris qui super interrogatorijs partis aduersæ respondit,obseruatum fuisse,patres non repetere dotes filiarum decedentiũ cum filijs in matrimonio; sed quod ipsæ dotes remanent ipsis filijs,& eorũ patribus pro eis, & quod omni die decedunt mulieres superstibus filijs & maritis,& eorũ parentibus, quarum dotes non restituuntur;sed remanent filijs; & prædicta obseruari vidit in ciuitate Forliuij à quinquaginta annis citra sed certè testis minime probat consuetudinem:quia non deponit, quod prædicta obseruata fuerunt ita & taliter, ꝙ cõstiterit vel liquere possit de tacito consensu maioris partis populi, prout requiritur.Item deponit de simplici,non de vsu;& sic non probat,prout dixi circa primum testem, non deponit de tempore annorum decem, vt requiritur:quia illa verba, videlicet à quinquaginta annis citra &c. non concludunt, vt dixi supra circa tertium testem. Ex quibus patet, quòd Ioannes assumens sibi onus probandi dictam consuetudinem per testes, non dicitur illam per testes probasse.

ADDITIONES.

a ¶Consuetudo. Adde,quomodo probetur Dec.late consi. 215.& cõsi. 402.in fi.late Roch.Cur.rep.c.fi.q.6.de consu.infra.eo.consi.131.nu. 6.consi.136.nu.18.

b ¶Non vsu.dixi in consu Parisi.§. 1.gl.4.nu.12.

* Non tolleretur lex.] Istud non est verum fortasse;vt apparet ex no. per Doct.in l.rem non nouam. Vbi volunt illam legem esse sub latã per desuetudinem. Natta.

* Nico.de Ma]Vide Ang.de Are.in §.igitur in procœ.insti.referentem verba Cy.Idem tradit Abb.in d.c.cum Ioannes,de cleri.coniuga.Calderi.consi.3.in fi.sub tit.de consuetu.Et Abb.consi.57.dub.2.lib.2.Et vide omnino Brun.consi.36.col.2.Vbi loquitur de cõsuetudine alienandi feudum,vtrum preiudicet agnatis. Natta.

c ¶Substantia.hoc est de articulis,super quibus producitur in testem: secus,si in his,quæ sunt extra illos articulos,licèt sint de appenditijs & accessorijs non necessarijs,vt quod est consanguineus, affinis &c. vt decidit Iac.But.in l Lucius.§.quæro,& ibi Ange.ff.de his, qui notnsa.Ang.consi.194.visis,Spe.ti.de teste.§. 1.versi.item ꝙ addit de suo Alb.Malet.de testib.par. 1.c.2.ad fi.Are.consi.60.ad fi,quia in his,quæ sunt extra articulos, vel aliàs impertinentia, non loquitur tanquam testis juratus.Adde Barba.c.testimonium co.36.de iureiur. Fel.c.fraternitatis,de hære. Ial.l. 1. co. 10.ff.de offi. eius cui man. est iuris.l.si quis nec causam,col.3,si cer.peta.l. 2.col. 5.C.de bo. pos. secundum tab.Dec.c.licet causam,col.12.de proba.Hypp.Marsil.sin.76.l.1. nu. 30.ad l.Cor.de sica.

d ¶Quid

d ¶Quid est.sed ex isto solo non repellitur,Bald.repe.l.de quibus,col. fi.de leg.

e ¶Aliud scire.hoc non obest,vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa euntibus, & conducentibus ad nundinas non habet locum in redeuntibus cum mercibus alibi uendendis. h. d.*

CONSILIVM XLVI.

Ponderatis verbis dicti capituli,& his quæ in facti narratione continentur. ¶Videtur prima consideratione dicẽdum dictos forẽses redeũtes à mercato Lugi cum mercãtijs,& alijs reb. emptis in d. mercato,& in dicto reditu transeuntes per territorium Barbarij non teneri ad soluendum onera, vel gabellam datiarijs terræ Cotignolæ;ad quos spectat exactio datiorum pro territorio Barbarij,& hoc vigore dicti capituli, quatenus prouidet, quod transiens per Barbarium & suum territorium sit liber & immunis à datijs & gabellis cuiuscunque personæ & cuiuscunque rei, seu mercantiæ,quæ iret seu cõduceretur ad mercatũ Lugi. ¶Nam licèt in dicto c. non videatur specialiter esse prouisum, quod dicta immunitas seruetur redeuntib.à mercato Lugi, quæ seruatur conducentibus à mercato Lugi ad mercatum Lugi; tamen dispositio loquens de eunte, comprehendit redeuntem.

1 † Vnde saluus conductus concessus alicui pro veniẽdo ad certum locum, intelligitur etiam concessus pro redeundo, [a] vt l. vtimur,cum ibi not.ff.de sepul.vio. & ibi expresse not.Bart.& Ang.& bo.tex.in l.j.C.de nauicularijs,lib.11.vbi nauiculares deferentes annonas dicunt frui securitate tam in in eundo quã redeundo.¶Vnde inferunt ibi Bar.& Ang.ꝙ securitas veniendi data alicui intelligatur data etiam in redeundo. & est ratio secundum eos ibi,& in d.l.vtimur.quia non vr̃ securè venire, qui non potest secure redire,arg.l.sciendum.§. si accusatio, ff. de le.& l.de ætate. ff. ad Treb. & aliquid etiam de hoc per do. in l.1.ff.ad le.Iul.maie.& in le.relegati,ff.de pę.

2 ¶† Pro hoc facit: quia in vnaquaq; dispositione habetur pro expresso illud, quod verosimile est disponentes fuisse expressuros,si de eo cogitassent,vel si de eo interrogati fuissent.l.Titius §.1.& ibi no. ff.de lib.& posthu.& est gl.not.in l.tale pactum §.fi.ff.de pact. ¶Et dicit ibi Bal.ꝙ locum habet,siue statuatur aliquid per modum conuentionis, siue per modum statuti, siue per modum rescripti,vt ibi per eum,& per eundem in l.1.C. quæ res pign. obl.pos.bene facit,quod no.gl.in cle.1.in verbo,præsidentes, & ibi doc.de rescriptis,& in c.2.in versi. reus, de confes.in 6. ¶Sed verosimile vr̃,quod si de immunitate seruanda redeuntibus fuisset cogitatum,vel quæsitum,idem fuisset prouisum,vt maior fauor tribueretur mercato Lugi, cui videntur voluisse illustrissimi principes plurimũ fauere.¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam puto de iure in proposito casu esse veriorem:quia agitur de virtute conuentionis factæ,cuius verba producuntur ad probandam dictam immunitatem competere etiam redeuntibus cũ mercantijs, & rebus emptis

3 in dicto mercato;† ergo debet in dubio fieri interpretatio contra illum,qui se fundat ex verbis dicti capituli, seu conuentionibus.c.in præsentia,de probat.l.veribus, & ibi declarat Bart. & alij.ff.de pact.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus,ff.de ver. ob.Cum ergo negari non possit prædictos redeuntes se fundare per verba dicti capituli,quę clare non dicunt,quod ipsi pro dictis rebus emptis in dicto mercato debeãt in redeundo, per territorium Barbarij gaudere immunitate,sequitur,ꝙ dictum

4 capitulum interpretari debet contra eos. ¶† Secundò quia in conuentionibus casus omissus haberi debet pro omisso, & nõ fit extensio in ꝯctibus de vno casu expresso ad aliũ.l. quicquid astringendę.ff.de ver.ob.l.si cum dotem,in prin.so.ma.l.si extraneus,ff.de cõdi.ob cau.ergo cũ iste casus,s.de rebus emptis in mercato Lugi deferendis per territorium Barbarij à redeũ

5 tibus nõ sit cautũ,sequitur,ꝙ debet haberi pro omisso.¶† Ter

b tiò in conuentionibus [b] habet locum argumentũ à contrario sensu,vt est tex.in l.inter socerum.§.cum inter. ff.de pac. dota. quem ad hoc alleg.Abb. Siculus in c.cum apostolica, de his, quæ fiunt a præla.& no.Bal.in l.venditi.C.de ac.em.& probat tex.in l.pecuniam,ff.si cer.pet.ergo cũ fuerit concessa sola immunitas cuicunque personæ,& cuicunque rei seu mercantiæ, quæ iret seu cõduceretur ad mercatum Lugi,vr̃ à cõtrario sensu resultare.ar.ꝙ pro illis rebus quæ non conducerent ad mercatum Lugi, non debeatur immunitas: sed ab ipsis redeuntibus per datiarios non petitur gabella pro rebus, quas conducunt ad mercatũ Lugi, ergo sumus in casu omisso quo ad exactionem gabellæ, & etiam fortassè militat contraria ratio, & non tantus fauor Lugi in seruando immunitatem illis, qui redeunt cum rebus ibi emptis, sicut militat in seruando immunitatem illis,qui conducunt ad mercatum Lugi:quia per conductionem rerum ad mercatum Lugi, castrũ ipsum redditur magis munitum victualibus,& similibus rebus; quod non esset,si res inde amoueantur.Prętereà si redeuntibus cum rebus non est seruanda immunitas, hoc potest etiam fauorabile esse dicto mercato:quia euntes & conducẽtes per territorium Barbarij ad mercatum Lugi mercantias & res,potius vendunt seu dimittunt eas in dicto mercato Lugi, scientes,ꝙ si cum eis redeunt per territorium Barbarij habebunt, ibi subire onus ga-

6 bellæ,quam si scirent nihil soluturos in reditu venire. † si non eadem est ratio in casu non expresso,non debet in eo esse iuris dispositio.l.inter stipulantem.§.sacram.ver.sed hæc dissimilia sunt.ff.de ver.ob.l.annus.ff.de calumnia.¶Quartò:quia in pręcedente parte dicti capituli actum extitit, ꝙ hominibus de Lugo & Barbariæ habitantibus, vel habita iuris in Lugo, seu in alijs terris illustrissimi dñi Ducis Mutinæ, & similiter omnibus officialibus Lugi.& de Lugo pręsentibus & futuris liceret ire sursum & deorsum cum bonis,rebus,mercantijs,animalibus suis libere & sine aliqua datij solutione, per quæ verba datur intelligi, ꝙ dicti homines de Lugo possunt non solum ire, sed etiam redire sine aliqua datij solutione. ergo si voluissent præfati Principes,ꝙ in sequenti capitulo,vbi continetur casus immunitatis forensibus non solum euntibus,& conducẽtibus res ad mercatum Lugi, sed ẽt redeuntibus cum rebus emptis in mercatoria expressissent,sicut expresserunt in pręcedenti capitulo,dum dixerũt,sursum & deorsum,vt inquit tex. in c. inter corporalia,de transla.præla.ibi dum dicit.vnde si circa trãslationes idẽ voluisset fieri,quod decessione dixerat,& de translatione poterat expressisse &c.& in c.ad audientiam,de deci-

7 mis.¶† Quintò relatiuum, quis, vel qui restringit antecedens suum,ad quod refertur.l.à filio.§. testator, & §.seq. ff. de ali.& cib.leg.& l.nam quod liquidè.§.fi.ff. de pen.leg. ideo dictum relatiuum ibi positum in c.ibi,dum dicitur,qui iret, vel conduceret ad mercatum Lugi &c. restringit suum antecedens,s.

8 cuiuscũque personæ & cuiuscunq; rei.¶† Sexto, quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi,ad quod refertur.l. in delictis.§. si extraneus. ff. de noxal.l. Titius.ff.de test.mil.l.ex facto.§.si quis autem,ad Treb.l.2.& 3.ff. de auro & argen.le.ergo cum illa verba,iret,conduceret, non denotãt actum perfectum per illud relatiuũ,ex quo sequitur, ꝙ dictũ. c.non potest intelligi in personis, rebus, & mercantijs, quæ si non iuissent aliàs adductæ fuissent ad mercatum Lugi,& tunc redirent à mercato Lugi.Et per consequẽs,etiam si appareret, ꝙ res,quas isti redeuntes emerunt in mercato Lugi,fuissent cõductæ ad terram Lugi, & ad mercatum Lugi per territorium Barbarij:tamen nõ dicunt hac immunitate gaudere.¶Bene facit,quod no.gl.& doc.in l.arboribus.§. idem narrat, in glo.2. aliàs.est in l.etiam.§. idem tractat.ff. de vsufru. & l. si quis id, quod,in prin.iuncto ver.quod si dum proponitur.ff. de iuris. om.iud.¶Et sic apparet,ꝙ salua ratione recti sermonis, seu recti sensus, non potest intelligi dicta pars præmissi capituli in istis redeuntibus;adeò ꝙ non potest dici,ꝙ per præcedẽtia derogant, quod præfati Principes voluerunt etiam redeuntes cũ rebus prædictis tali immunitate potiri: sed sumus in casu dicti.c.inter corporalia,cũ si.¶Et per prædicta satis apparere posset de responsione ad allegata in contrarium,ad quæ specialius respondeo.¶Nam non ob.dum dicebatur,ꝙ securitas veniendi data alicui,intelligitur non solum data pro veniendo,sed ẽt pro decedendo,vel redeundo,vt l.vtimur, cum cõcor.quia respõdeo,quod dicit Bar.& Ang.in d.l.1.C.de nauicularijs,lib. 11.non diceretur frui securitate veniendi,si non posset inde se

9 curè discedere & redire.† vnde ibi concessio illa debet intelligi & interpretari, vt comprehendat & extendatur ad ea, sine quibus aliter concessio non haberet effectum. l. si stipulatus fuero,per te non fieri,ff.de verb.ob.facit.l.2.ff.de iu.om.iu.c. prætereà,de offi.deleg.¶Sed in quæstione nostra concessio immunitatis,

munitatis, dato ꝙ non comprehendat, seu non extendat ad redeuntes mercantias, vel res emptas in mercato Lugi, operatur effectum etiam non leue: quia possunt ire ad mercatum Lugi, & illuc ducere res ad mercantias, & alia, vbi venderentur, relinquere absque eo, ꝙ pro dicta conductione aliquid soluent Contignolæ, aut Barbranij; & si redeunt sine mercantijs & rebus nihil soluent etiam in reditu. Si vero cum mercantijs hic, est casus omissus in capitulo prædicto, & vbi concessio ueniendi, dato ꝙ intelligatur solum pro actu veniendi, vel conducendi, potest operari effectum non intelligatur de redeundo, est de mente Bar. si bene inspiciatur in d. l. 1. C. de nauicularijs, li. 11. ¶Nō obstat, quod si de hoc esset cogitatum, vel interrogatum, fuisset expressum: quia hoc negari potest; & hoc ostendunt verba eiusdem capituli in prima parte, dum dicit, sursum & deorsum &c. inducendo & declarando, prout dixi in 4. artic. & quod maior potest esse ratio, quare maior fauor concedatur conducentibus ad mercatum, quàm redeuntibus cum rebus vt dixi in 3. artic. ¶Vel etiam potest adduci illud, quod dicit Imperator in l. tutori, C. de neg. gest. sufficit, cui vel in paucis amici labore consulatur &c. vnde fuit visus satis ei, ad quē pertinebat, si concedebat immunitatē conducentibus ad mercatum absque eo, ꝙ etiam redeuntibus concederet; vnde videtur omnino hunc esse casum omissum. Ex quibus concludo, non obstātibus dictis verbis capituli, dictam gabellam per datiarios
c exigi posse à redeuntibus, [c] perinde ac si dictum capitulum non extaret.

ADDITIONES.

* Duplicatum consi. 29. lib. 6. Natta.

a ¶Redeundo. Ang. l. Papi. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testamen. Phi. Frāc. c. cum non deceat, in princip. de elec. in 6. Lud. Goza. consil. 27. nume. 23.

b ¶Conuentionibus. j. eo. consi. 129. Cur. senior consil. 54. num. 12. Ias. l. pecuniam, col. 1. de reb. credit. l. 1. de offic. eius, cui manda. Matth. Affl. dec. Neap. 202.

c ¶ Redeuntibus, scilicet cum mercibus causa vendendi, & negotiandi alibi.

SVMMARIVM.

1 *Testium defectus qualitatis, numero suppletur. nu. 2.*
3 *Testes duo probant testes testamenti rogatos.*
4 *Testamenti testes sufficit à quocunque esse rogatos.*
5 *Testes sufficit esse concordes in facto principali. nu. 6.*
7 *Testamentum valet ad interrogationem notarij.*
8 *Legata non conseruantur in præiudicium filij ignoranter præteriti.*
9 *Filia abintestato exclusa, non potest rumpere testamentum.*
10 *Compendiosa continet pupillarem expressam ad exclusionem matris.*

CONSILIVM XLVII.

Abunde per celeberrimos iurisconsultos, & mihi vt patres obseruandos allegatum est in superioribus consilijs adeò vt cęteris nullus dicendi locus relictus esse videatur. ¶Tamen ne incogitate ad rem ipsam accedā hæc pauca subijciam. ¶In primis circa primum dubium, vtrum testes fuerint idonei, attento maximè ꝙ duo ex eis sunt patrueles fratres dicti substituti de cuius interesse agitur, & duo alij sunt sibi nepotes ex fratre; puto esse ponderandū illud, quod in themate narratū est, dum ad testm̄ prædictum interfuerunt testes plures vltra septem, & sic vltra numerum requisitū plures interuenerunt iuxta. l. si vnus, & l. hac consultissima, C. de testa.
1 & cum ibi plene notatis. ¶ † Vnde succedit illud, quod voluit glo. notabilis in l. 3. post prin. in ver. numerus. ff. de test. q̄ vult, quod si testes non sunt idonei, supplet defectus eorum pp maiorem numerū. vnde dicit ibi Iac. But. licèt testes duo per eundem præmeditatum sermonem deponentes non probent, vt d. l. 3. tn̄ cum essent tres vel quatuor, probarent; & sic pluralitas
a testium supplet [a] defectū idoneitatis. vnde Io. de Imol. in l. qui testō, in prin. ff. de testa. vbi voluit, ꝙ si, vbi requiruntur septē testes, reperiretur, ꝙ interuenerunt duo, qui non erant ex toto omni exceptione maiores, illi duo habebūtur saltē loco vnius, & valebit dictum eorum; allegat id quod not. in simili in l. parentes, & in l. omnibus, C. de testa. & melius probatur in d. l. 3. cum gl. quāto magis id dici debet in casu nostro, in quo testes supernumerati non reperiunt de iure prohibiti; ergo permissi. l. 1. ff. de testib. ¶ Et casu quo aliquo modo dici posset eos non esse omni exceptione maiores, supplet numerus, vt dictum est,
2 † attento maximè ꝙ in terris ecclesiæ secundum magis communes conclusiones sufficiunt duo testes cum parochiano, vt no. in d. c. cum esses: vel quatuor testes sine parochiano, vt not. Spe. in tit. in de instru. edi. §. compendiose: versic. itē prius canonicus cum seq. & no. doc. in d. c. cum esses: & in casu nostro interfuit parochianus, vt ponit d. consultor in secundo dubio. ¶Quantum ad secūdum dubium, quo quæritur, an obstet illud, quod obijcitur, s. ꝙ non sit sufficienter probatum testes
3 fuisse rogatos: in quo, vt puto, pēdet magna vis huius rei, † prę suppono, ꝙ si p testes necessarios est ꝓbatū plenè de voluntate testatoris in ipso actu testandi, sufficit, ꝙ per duos tātum testes sit probatus rogitus ipsorum omnium testium requisitorum: & hāc esse communem opi. dicit Io. de Imo. in c. cum esses, de testa. in 14. co. dicit. n. ipse, ꝙ Bald. in l. hęredes palam. in prin. ff. de testa. videtur tenere contrarium: quia Bald. dicebat, ꝙ videtur facilius probari voluntas testatos, quàm solennitas, vt l. fi. ff. de rebus eorum. & l. in testō, ff. de fideicom. lib. nam probatio voluntatis respicit ius gentium: sed non probatio solennitatis: sed secundum Io. de Imo. in d. c. cum esses, in ver. vlterius quæritur, quod si nullum &c. hoc non est verum, & communis opi. est secundum eum in contrarium: sed vbi constat de voluntate testatoris per confessiones hęredis, vel per septem testes, ꝙ per duos possit probari solēnitas, allegat not. per Bart. post gl. in l. 2. C. de bo. pos. secundum tab. & in d. l. hæredes palam. ¶Et respondet ad l. fi. ꝙ ibi agitur de probanda tali voluntate per quam in testamento minus solēni declaratur testatorē certum prædium velle alienari per tutores, hic autem agitur de voluntate, ad cuius substantiam & validitatem requirebantur septem testes, puta cum hæredis institutione. Nam illa voluntas, quo ad probationem ipsius voluntatis non potest probari numero maiori 7. testium de iure ciu. ¶Item in pręa. in testamento, est speciale in casu illo, quia minus solēnis voluntas valet; ideo non mirum, si potest probari dicta voluntas, non ēt interueniente solēni numero testium. ¶Ex hoc infertur conclusio, ꝙ si probata est voluntas testatoris per sufficientem nume-
4 rum testiū, satis est, ꝙ probetur rogitus per duos testes. † Nunc circa hoc est videndū, an requirat, ꝙ probent testes, ꝙ à testatore fuerunt testes rogati. in quo Io. Fabr. insti. de testa. §. fi. secutus Dy. in l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de test. videtur
b tenere, ꝙ sufficiat à quocunque [b] alleg. §. & licet, in auth. de testi. Pau. de Cast. in d. §. in testamentis, dicit, ꝙ satis est, ꝙ à testatore vel à notario, qui sustinet vices suas, & satis etiam vr̄, si ab alio fuissent rogati præsente testatore & patiente, quia videtur mandare. l. 1. §. magistrum autem, ff. de exer. l. fi. ff. quod cum eo. l. qui patitur, ff. mand. c. cum olim, el 1. & quod ibi not. de offi. dele. Et bona gl. in l. 1. in prin. ff. de neg. gest. & quod not. Imo. in c. ex parte decani, de rescrip. & in c. in nostra, de procu. cum si. bene facit quod no. Bar. in l. sciendum, ff. de ver. ob. circa vlt. col. dum alle. l. qui patitur, ff. mandati, & Ioā. de Imo. in d. l. Domitius Labeo, in fi. ff. de test. Et sic concludo satis esse, quod appareat testes esse rogatos, vt à tabellione, vel ēt à quocunque alio, dummodo hoc vltimo casu fuerit factum præsente & intelligente & patiente testatore. ¶Si ergo ille Carolus deponit, ꝙ fuerint testes rogati à notario, vt deponit alius testis, s. Io. Bap. res videtur expedita ideo vidissem libenter attestatio-
5 nes quæ mihi non sunt exhibitæ. ¶ † Nunc est vidēdum * circa
* tertium quæsitum, s. an testes eo; ꝙ non sunt omnino contestes quo ad corticem verborum, hoc impediat probationem: & cōclusiones communes sunt, ꝙ non. satis enim est in facto princi-
c pali [c] & in substātia concordēt, vt in c. dudum, cum gl. in ver. substantia, de conuer. coniu. & in c. cum eccle. in gl. ver. vacillasse, extra de cau. pos. & propri. & no. Io. An. in c. 3. de ver. sig. vbi dicit, ꝙ melius dicuntur probare testes, q̄n per diuersa verba deponunt in eundem rei finem, quam si per eadem verba: quia si per eadem verba, diceretur testificari per eundem præmeditatumq; sermonem, quo casu non bene probant. l. 3. post prin. ff. de test. ¶Nec ob. quod no. Ant. de Bu. in d. c. nihil, quod
6 est. c. 3. quia loquitur, q̄n tractatur de probādo † verba forma-
* lia, vt quia testes * interrogentur, q̄ fuerunt verba formalia [d] testatoris. nam oportet, ꝙ in figura verborum concordent, vt no. Ant. de But. in c. cum ecclesia. §. 1. ver. nos. autem, de cau. poss. &

13 ¶†Denique, vt dicebatur s̃. quando ratio scripta est in statuto, vt in casū nostro, fit extensio ad casum, qui saltem sub larga significatione vocabuli cōprehenditur sub casu expresso, vt plenè tradit Ioan. de Imo, in præalleg. §. de viro. in 2. fallentia, quī trahit hanc regulam, ꝙ in correctiuis non fit extensio per not. per gl. in d. clem. 1. per doct. & in d. c. 1. de rer. permut. lib. 6. in ver. collationem. & clem. 1. in glo. pen. eo. tit. & in auth. minoris debitor. C. qui da. tut. poss. Et bene facit Cyn. in l. 1. C. q̃ sit lon. consue. in ver. iuxta hoc quæro. & quod not. Bar. in l. 1. §. bonorum. & §. seq. ff. ad Treb. ¶Sed appellatione sententiæ, saltem largè sumpto vocabulo comprehenditur interlocutoria, vt inquit Bald. in d. l. 1. in prin. ff. quod quisque iur. per id, quod ibi not. per gl. ergo debet dictum decretum hunc casum virtualiter inducere. ¶Non obstant not. per Bar. in d. l. litibus. quia respon. primò, ꝙ Bar. & sequaces ibi loquuntur, quando essemus in terminis iuris communis volentis, ꝙ instantia incipiat à litis contestatione, quæ non fiebat in illa causa executiua; meritò dicebant ibi non habere locum instantiam: sed nos loquimur in casu decreti, quod vult instantiam incipere à die cuiuscunque petitionis, & sic conuenit casui nostro, præterea ipsemet Bart. in d. l. properandum. §. & si quidem, quem communiter sequuntur doct. vt s̃. retuli, tenet contrarium, s. quòd etiam in causis, in quibus lis contestatur, causæ habeant instātiam, quæ incipit à die, quo partes incipiunt tractare de meritis causæ: & quia illud habet vim litis contestationis: vt probaui s̃. & ideo communiter dicimus, quod illud commentū, quod à multis attribuitur Bar. in illo tit. de agric. & censi. vsque ad fi. & etiam in pluribus alijs titulis trium librorum Codicis, non fuit commentum Bart. sed cuiusdam domini Contili de Perusio, qui opus inchoatum per Bar. compleuit, vt sæpe accepi à maioribus nostris; & hoc facilè demonstratur ex Stylo Bar. non enim stylus est Bar. in suis commentarijs dicere in text. ibi & in gl. ibi &c. prout facit d. do. Contilus in illis titulis, quos legit in præfatis tribus libris codicis præscriptis. ¶Non obst. dum dicebatur, quòd iudex habens liberum arbitrium in procedendo, non tenetur seruare instantiam per not. Bar. in l. si in lege. in princ. ff. loca. cum sim. quia respondeo, ꝙ statutum non dicit, quod potestas habeat liberum arbitrium in procedendo: sed solum dicit, quòd potestas poterit præcipere, & mandare ingombranti tenutam, vt ipsam disgombret, alias incurreret pœnam &c. vnde non videtur per hoc voluisse dare liberum arbitrium, & subuertere iuris ordinem. l. si qua. in prin. C. de inoffic. testam. & not. in d. clem. sæpe. ¶Præterea respondeo per id, quod notabiliter voluit Bar. in l. 4. §. eritq ue hæc differentia. ff. vi bonor. rapt. vbi sequitur Oldr. dicentem, statuto cauetur, quòd iudex teneatur dare quamlibet sententiam cum consilio sapientis: & alio statuto cauetur, quod iudex debeat in quibusdam causis procedere summariè. certe in hoc vltimo statuto intelligitur repetitum, quod debeat sententiam dare cum cōsilio sapientis: quia illud primum statutum requirens consilium sapientis loquitur per modum regulæ in omnibus causis. meritò debet intelligi repetitum in alijs statutis, argum. l. regulam. §. fi. ff. de iuris & facti ign. Et illa iura ibi allegata per eos in alia decisione approbat Bald. in l. quemadmodum. §. fi. ad leg. Aquil. & Ant. de But. & Io. de Imo. in cle. 1. de sup. negl. præla. Sed ita est, quòd dictum decretum procedit per modum regulæ traditæ in qualibet causa, quòd debeat terminari intra tempus ibi præfixum: ergo illa regula intelligitur habere locum in illa causa speciali: de qua specialiter loqueretur aliud statutum, per quod nō esset specificè derogatum in statutis.

ADDITIONES.

a ¶Diffinitiua. Phi. c. cum appellationibus. col. 2. de appel. lib. 6. Vdalri. Zasi. in rub. ff. de re iud. in fi. * De quo vide Aret. in l. 5. in princ. ff. de verb. oblig. Natta.

* Præceptum.] Vide Alex. in col. pen. aliter loquentem. Natta.

* Instantia.] Instantia triennalis habet locum etiam in causis executiuis. Et istam opin. latè amplectitur Roman. consi. 174. incip. Spectab. Dominic. Collateralis, de quo etiam latè ponit Matth. de Afflict. decis. 346. & vide latissimè dominum Georg. Nattam in clem. sæpè. §. fi. de verb. sig. char. pen. arguentem ad partes per plures col. & tenet, quòd in summarijs habeat locum instantia. Natta.

* A iudice.] Vtrum præceptum factum à iudice post causæ cognitionem, dicatur sententia diffinitiua, vide Gui. Papæ q. 12. Sed ante causæ cognitionem, ꝙ non sit sententia, est text. in l. 2. C. commi. vel epi. Vbi Bal. & Sal. dicunt ꝙ sententia per epistolam ferri non potest. Vide Fel. in c. quærenti. col. pen. de offic. deleg. Natta.

* Ant. de But. Habes ibi col. 8. versi. nunquid autem possit. Et ibi Bal. in l. error. C. de iur. & facti ignor.] Bald. ibi, col. 3. versic. quartò quæritur. Natta.

* Tamen fallit.] Istud per plures authoritates comprobat Dec. in c. super eo. 4. notab. de appel. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Clausula legitimationum, sine præiudicio venientium ab intestato debet intelligi de descendentibus.*

3 *Institutus à patre spurio potest instituere spurium, nec ex eo præsumitur fraus.*

CONSILIVM LI.

Viso themate suprascripto, & dubijs, dubium faciunt illa verba apposita in legitimatione, videlicet, vt in paternis, & maternis bonis tam ex testamento, quàm ab intestato, absque tamen præiudicio illorum, qui in huiusmodi bonis, si pater & mater, agnati, & cognati prædicti ab intestato decederent, succedere deberent; etiam in fratre videretur, quòd non debet Ioannes posse excludere dictam dominam Damianam sororem dicti Hieronymi, cum ipsa fuisset

1 ab intestato successura, si tales filij non fuissent legitimari; † tamen in veritate casus iste non habet dubium, quin d. Ioannes potuerit ex testamento dicti Hieronymi patris sui capere hæreditatem, in qua fuit institutus, & excludere dictam dominā Damianam: quia attento q d. Hieronymus decessit testatus, non potest domina Damiana dicere, quòd sibi inferatur præiudicium, si d. Ioannes succedit ex testamento: quia dominæ Damianæ ita demum acquirebatur hæreditas Hieronymi, si Hieronymus hoc expresè, vel tacitè volebat, non aliter. l. fratres. & l. fratris. C. de inof. test. & l. 1. ff. eo. tit. Expresè, si Hieronymus instituisset dominam Damianam; tacitè verò, si ipse Hieronymus decessisset ab intestato: quia tunc videtur decedens tacitè relinquere hæreditatem venientibus ab intestato. l. conficiuntur. & l. si quis cum nullum. ff. de iure codic. in casu autem nostro decessit testatus d. Hieronymus, & instituit Ioannem filium suum legitimatum. In casu in quo d. Ioannes esset incapax dictæ hæreditatis, adhuc non voluit, quòd perueniret ad dictam dominam Damianam, sed ad dominā Gentilem vxorem testatoris, quam in dictum casum instituit, si viueret, & vitam honestam & vidualem seruauerit, prout contigit. quam quidem substitutionem efficaciter facere potuit testator dicto filio naturali suo spurio. l. 2.* & ibi not. Barto. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. & sic constat, quòd testator nullo modo voluit, quòd in hæreditate seruaretur ius successionis ab intestato, & etiam si Ioannes esset incapax. imò voluit præferre dominam Gentilem suam vxorem d. dominæ Damianæ sorori dicti testatoris; & sic non potest dici, quòd legitimatio afferat præiudicium dominæ Damianæ, & quòd dicta verba posita in legitimatione, intelligantur solum, quando d. Hieronymus decederet ab intestato, pater ex prædictis verbis, dum dicitur in legitimatione, absque tamen præiudicio[a] illorum, qui in huiusmodi bonis ab intestato succedere deberent. Et sic Papa in legitimatione non voluit venientibus ab intestato præiudicare in eo commodo, quod eis de iure deberetur: sed transuersalibus nihil de iure debet relinqui condito testamento, vt d. l. fratres. ergo &c. Et licet in prædictis non esset opus authoritate; tamen reperio, quòd in specie ita consuluit Pau. de Cast.* in consi. 22. incip. videndum est primo. vbi concludit, quòd per illam regulam in legitimatione appositā, & continentem, quòd per legitimationem non præiudicetur venientibus ab intestato, non impeditur pater in testamento instituere filium taliter legitimatum, & excludere venientes ab intestato, qui non essent de descendentibus tenentibus primum locum: sed solum operatur illa clausula, quando pater decederet ab intestato. & dicit adhuc, q ad hoc bene facit, quod not. Bart. ff. si quis aliquem test. proh. vt in l. fi. in princ. ¶Fortius consuluit Paul. consi. 28. lib. 2. incip. dicendum est dictam hæreditatem &c. † q clausula apposita in legitimatione, in qua dicitur, quod per talem legitimationē, non fiat præiudicium legitimis hæredibus, debet intelligi solùm de legitimis hæredibus descendentibus ex proprio corpore patris legitimare facientis, non autem debet intelligi de collateralib.[b] etiam si succederent ab intestato patri dicti legitimati: quia aliàs dicta legitimatio quò ad successionem nullius esset vtilitatis, ad hoc allegat not. in simili in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. ¶Ita etiam consulendo tenuit Pet. de Anch. in consi. 153. incipien. pro fratribus defuncti &c. vbi per plura concludit, quòd illa clausula apposita in legitimatione, in qua dicitur, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, non operatur, quòd si pater legitimati decedat ab intestato, superstite fratre ipsius patris, quòd per fratrem excludatur filius succedere, cæteris exclusis: quia prima causa est filiorum. vt in auth. in successione, cum vulgar. C. de suis & legi. sicut patet in testamento patris, quando filium naturalem in aliqua dispositione appellat legitimum. Nam videtur pater tunc filium legitimare, & cæteros in hæreditate præterire, vt in authen. item si quis sine legitimis. C. de natu. libe. Item probatur ex legitimationis natura, quæ est, vt legitimati nihil differant à filijs legitimis & naturalibus, vt in auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. reliqui, versi. si quis ergo filios non habens à legitimis filijs differentes &c. vnde talis concessio legitimationis debet intelligi simpliciter; quod est de natura ipsius legitimationis. l. si quando in princ. C. de inoffic. testam. sicut dicimus in contractibus, quòd verba intelliguntur secundùm naturam contractus, etiam si verba impropriare oporteat. vt l. si vno. in prin. ff. loca. l. insulam. ff. de præscrip. verb. c. constitutus. de relig. dom. & talis legitimatio debet latissimè interpretari, cum interuenerit consensus illius, de cuius successione tractatur. l. fi. ff. de constit. prin. c. cum dilectus. de donat. ¶Item probat hoc ex sana interpretatione ipsorum verborum: quia alias dicta legitimatio modicum, siue nihil confert, cum post omnes consanguineos defuncti filius & vxor succedat. l. 1. C. vnde vir & vxor. & pro hac interpretatione etiam allegat not. in d. l. ex facto. §. fin. ¶Et si diceretur: ergo nihil vnquam operabitur illa clausula, videlicet sine præiudicio venientium ab intestato: quia respōdet, q operatur ad tollendum dubium, an pater voluerit excludere in perpetuum veniētes ab intestato per istum legitimatum, etiam si legitimatus repudiaret, vel prædecederet, vel alio modo excluderetur, vt ibi plenius per eum. Plus tamen placet responsio. quam tradit Pau. de Cast. in d. consi. 27. scilicet, quod per illam clausulam pater intelligitur sensisse, q voluit præiudicare descendentibus, si ergo dicta clausula non impediret filium excludere ab intestato d. Damianam, quanto minus cōdito testamento, quo casu nullum videtur subesse dubium, vt iam dixi.

3 ¶Super secundo dubio, videlicet an si dicta legitimatio non teneret, per consequens esset incapax d. Ioannes: & si hæreditas deuenerit ad dictam dominam Gentilem, an postea Ioannes possit ex testamento dominæ Gentilis, in quo institutus est capere hæreditatem d. Hieronymi tanquam delatam d. dominæ Gentili, licet domina Gentilis hæreditate non adita decesserit: quā tamen ex forma statuti transmittit ad hæredes suos; videtur in hoc breuiter concludendum, quòd d. Ioannes in casu prædicto possit capere ex testamento dominæ Gentilis. hoc expresè videtur decidere Bart. in l. is qui solidū. ff. de vulg. & pupil. vbi quærit, an ille, qui est institutus à patre spurij, possit instituere dictum spurium & concludit, quod ex tali actu testandi non debet præsumi fraus, arg. l. ex hoc edicto. §. licet hæredem. ff. de alie. iur. mu. causa fa. & ita etiam tenet Spec. & Io. And. in tit. de succes. ab intest. §. 1. ver. sed quid si pater instituit. & expresè Bal. C. de fideicom. in l. eam quā. in pen. vel antepen. col. vbi ad hoc inducit gl. quam ad hoc reputat singularem, in auth. quib. mo. nat. effic. sui. §. fi. pro quo bonus text. in l. qui testium. ff. de his quib. vt indig. & facilius præsumeretur fraus, si domina Gentilis alio titulo, quòd titulo & ex causa vltimæ voluntatis, voluisset & trāsferre in dictum spurium illud, quod ipsi dominæ Gentili obuenisset ex bonis d. Hieronymi, vt l. 1. C. de nat. libe. & not. expresè Bart. & alij in d. l. is, qui filium, arg. d. l. ex hoc edicto. & not. Io. de Imo. in l. ex facto. in vlt. col. ff. de hære. instit. & ita loquitur opinio eorum, qui in hoc vidētur aduersari. & vltra prędicta ad hoc, quod non præsumatur in dicto dubio fraus, & tacitè accommodata fides, bene faciunt not. per Bar. & doct. in l. Lucius. §. fi. de lega. 2. Ex quibus concluditur do. Damianam esse exclusam, & dictum Ioannem ad dictam hęreditatē uocari, & principaliter ex fundamentis habitis super primo quęsito.

ADDITIONES.

* L. 2.] Quòd spurio posit substitui cum erit incapax vult Bart. in l. 1. col. 7. versi. Secundus effectus. ff. de vulg. & pup. Natta.

a ¶Præiudicio. De hac clausula infra lib. 5. consi. 187. cum seq. Socin. consi. 95. lib. 4. Corn. consi. 3. consi. 34. lib. 3. consi. 93. lib. 2. Cur. Senior consi. 17. col. 3. cum duobus consi. 73. consi. 7. cum seq. Decius consil. 676. nu. 6. consi. 610. consi. 698. Ias. consi. 202. lib. 2. consi. 110. in fi. consi. 156. col. 3. lib. 4. pulchrè Cap. caut. ciuil. consi. vlt. Ludo. de Sardi. tract. legiti. col. 57.

* Paul. de Cast.] Vide etiam Alex. consi. penul. lib. 5.

b ¶Collateralibus. Imò etiam de istis secundùm ea, quæ dixi in consuet. Paris. §. 122.

EPITOME.

TESTATOR instituit vxorem, & legata reliquit fratri cum clausula, ne molestet dictam hæredē sub pœna amissionis legatorum applicandorum hospitali: tamen frater sciens testamentum petijt in dubio à dicto hærede certum fundum dictæ hæreditatis, respond. Alex. quòd commissa est pœna, & quòd sine alia declaratione potest hospitale petere à dicto fratre legata ei facta tanquam in pœnam translata, licet dicta molestatio non habuerit effectum, & licet Paulus consi. 221. lib. 2. contrarium in simili consuluerit.

CONSILIVM LII.

Viso testamento Bartholomæi quondam Accursij della Cruce, & legatis in eo relictis Michaeli eius fratri, & institutione facta de domina Margarita eius vxore, & cum clausula generali, quòd d. Michael non molestet turbet, aut inquietet dictam hæredem in aliquibus bonis prædictis sub pœna amissionis legatorum ipsi Michaeli relictorum applicandorum hospitali Iesu Christi, & prout latius in dicto testamento, & visis & consideratis alijs, de quibus in themate prædicto proposito. ¶Quòd talis impositio pœnæ facta per testatorem d. Michaeli fieri potuit, facit l. 1. C. de his, quæ pœnæ nor. Instit. de lega. §. fi. l. 1. §. si ita. ff. ad leg. Falc. & in proposito nostro not. Bar. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. & melius in l. pa
1 terfamil. ff. de hære. instit. vbi dixit, quòd † ista est iusta causa priuandi hæredem hæreditate ex dispositione testatoris, quando testator dixit, quòd si hæres iniustè molestaret vxorem in tali relicto, priuat hæreditate eum. Nam si hæres iniustè molestet vxorem, priuabitur hæreditate, vt in authē. relicto. C. de indi. vidui. & Imol. in d. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel.
2 ¶†Secundò præsuppono, ꝙ ille, qui est prohibitus molestare alium, dicitur molestare eum, & contrauenire dictæ prohibitioni, si moueat ei controuersiam: quia ista videntur æquipollere, s. molestare, & controuersiam mouere, vt probantur in d. l. Lucius. §. tres hæredes. in versi. controuersiam mouere. & qđ ibi gl. iuncta gl. in ver. de omni, dum dicit molestat &c. & ibi Bart. & hoc ibi expressius Io. de Imol. vbi refert, quòd ista sunt de mente Cy. in l. quoties. in fi. C. de donat. quæ sub modo. attenta. l. quam allegat Cy. & ista etiam tenet Rapha. in d. §. tres hæredes. ¶Et constat, ꝙ ille dicitur controuersiam mouere,*&
* per ꝯns molestare, qui quomodocunque faciet controuersiam siue agendo, siue excipiendo, siue de iure, siue de facto, siue in iudicio, siue etiam ante litem contestatam, siue post, vt not. gl. & doct. in d. §. tres hæredes. in ver. mouerit. & ibi Dyn. & l. sed si lege. §. si ante litem. ff. de petit. hæred. l. non solum. §. si statutum. ff. de procur. & ibi not. Bar. in l. amplius. ff. rem rat. habe. & Bart. in l. causas. C. de transact. & in l. cum postea. per illum tex. C. de pact. & Ang. in l. 1. C. de præscrip. lon. temp. in l. qui fidem. ff. de transact. & not. Cano. maximè Ant. de But. in c. si diligenti. de foro compet. ¶Et ꝙ dicatur molestia inferri etiā agendo in iudicio, est tex. in auth. de fideiuss. circa prin. in ver. molestijs. & in l. 1. in ver. molestari. iuncta expositione ibi data per Nicolaum de Mata. & Bal. C. de nundinis. vbi exponūt illum text. in ver. molestiam possit inferre, idest non possit eos cogere soluere, vel respōdere in iudicio, prout patet ex litera, & sic apparet, ꝙ per actus etiam iudiciales dicitur molestari persona ad iudicium vocata. ¶†Et per hoc patet non obstare
3 id, quod not. Bart. in l. 1. §. non autem. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. vbi dicit, ꝙ si statutum dicat, quod si quis molestauerit, vel turbauerit aliquem in possessione sua, vel per similia verba, quæ denotant vim in personam, & molestiam vel turbationem illatam in aliquem; tūc requiritur dolus, vt illa pœna locum habeat, vt ibi per eum. nam dico, ꝙ quādo aliquis vocatur ad iudiciū super re illa, in qua, vel de qua non debeat molestari, & aduersarius cōtra eum producendo petitionem, per quam vellet in effectu excludere personam vocatā ad causam, & eius vsum, dicitur molestari persona de dicta re, & ei moueri controuersia, quod idem est in d. §. tres hæredes. cum
* ibi not. nec Paul. de Cast. in consi. 221.* lib. 2. incipien. Antequàm veniam ad dicta dubia &c. dicit, quòd mouere dictam litem, non dicatur molestare personam de re, de qua mouetur controuersia, vt statim etiam ostendam. Et si hoc dixisset, cum supportatione non bene dixisset, sed contra iura & decisiones s. allegatas. ¶Bene facit, quod no. Bar. in l. 1. §. huius autem in-
4 terdicti. ff. vti possid. circa princ. vbi dixit, †quod si quis diffamat me, dicendo quòd tale prædium non est meum, sed suū, & quòd teneo indebitè, & propter hanc diffamationem non possum ibi inuenire colonos & laboratores, qui velint prædiū illud colere; dicitur ille mihi facere vim respectu possessionis dictæ petiæ; facit l. vim facit. ff. de vi & vi arm. ecce ergo, ꝙ sola inquietatio verbalis dicitur molestatio; & sic est vis turbatiua. ¶Et sic apparet, quòd etiam Paulus in præalleg. cons. dum
5 allegat. d. l. vim facit. †per quam dicit, quòd molestatio & turbatio præsupponit vim, non negat, quin verbalis contradictio & inquietatio, dicatur molestatio. firmat Bart. in l. si prius. in 5. opposit. primæ partis. ff. de ope. no. nunc. & Lappus allegatione 66. Anto. de Butr. in c. auditam. de restit. spol. & Spec. in tit. de actio. seu peti. §. super actione, vers. sed nunquid habet. Io. And. in c. mandarum. de rescrip. & Bal. in l. non ab re. C. vnde vi. & in disputatione, accusatus de vi turbatiua, in 17. col. & Bald. in l. ordinarij. in 5. col. C. de rei vend. vbi ad hoc allegat d. l. vim facit. allegat etiam l. fi. ff. si vsufru. pe. ¶Pro hoc et facit, quia ille, qui contendit se possidere, dicitur me turbare ex illis verbis, vt declarat Cyn. in l. 1. in 3. q. vti possider. facit
6 quod not. Bal. in l. 1. de vsufructu, in vlt. col. vbi dixit, † quòd si in instrumento continetur, quòd ego proprietarius promitto vsufructuario non inferre vim, & quæstionem, vel molesta-
a tionem aliquam, ꝙ hoc non obstante[a] potero petere ab eo satisdationem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri: quia dicta verba intelliguntur, nisi quando oriatur quæstio ex natura
* eiusdem contractus.*l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Si em̄ intelligeretur illud verbum, molestia, de violentia illata personæ, & non de fruendo boni viri arbitrio, non procederet ex natura eiusdem contractus, cum non diceretur Petrus contra facere contra ea, quæ vult Bald. in d. l. 1. ¶Ex prædictis infertur, ꝙ d. Michael mouendo dictæ hæreditatis controuersiam
b iudicialiter[b], de dicta petia terræ specialiter nominata in testamēto pdicto, & contra voluntatem testatoris habens notitiam contentorum in dicto testamento, incidit in dictam pœnam priuationis legatorum, & meo iudicio iste casus, stantibus pdictis narratis in facto, non videtur habere difficultatem, attento ꝙ etiam dicta petia terræ vt in principio narratur, erat
7 de bonis hæreditatis dicti testatoris. ¶†Quò autem ad secundum, quo quæritur, an satis sit, ꝙ in hoc iudicio sit petita domus pro parte hospitalis legata d. Michaeli tanquam ipso legato sit priuatus, absque eo quòd per prius fuerit petitum in alio iudicio per se, pronunciari & declarari Michaelem fuisse priuatum, & rescissa esse legata sibi relicta, & sufficiat in hoc iudicio incidenter fuisse petitum declarari dictum Michaelē fuisse priuatum, & ideò dictam domum spectare ad dictū hospitale; non insisto: quia res videtur mihi clara, quòd sufficiat esse petitum, prout præsupponitur. ad hoc allego, quòd not. glo. in c. constitutus. de religio. domib. in ver. iuxta ratum, per
8 quam dicit ibi etiam not. Anto. de But. in 6. col. † quòd vbi in
* libello petitur res, * tacitè videtur peti etiam rescissio contractus. vnde, si minor petit rem, quam vendidit, sibi restitui procedit libellus, licèt non petatur contractus rescissio: quia petitio consequentis est præambulum ad illud. ff. de acq. hæred. l. illud. & si petatur hæreditas restitui, & postea appareat in iudicio testamentum esse querelandum, quòd super illo libello possit ferri sententia secundùm Anto. de But. ibi, & sic vult, ꝙ etiam si non esset in hoc iudicio expressè petitum, declarari Michaelem cecidisse à legato, sufficiat libellus, in quo petitur condemnari ad restitutionem. ¶Ad idem bene facit, quod no. gl. in l. qui de inofficioso, & ibi doct. ff. de inoffic. testa. vbi ha-
* betur, ꝙ sufficit in vno & eodem libello* filium exhæredatum intentare petitionem hæreditatis, & querelam inofficiosi testamenti ad rescindendum, absque eo quòd in alio libello prius fuerit petitum rescindi testamētum. Ad idem, quod not. Bart. in l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de condi. instit. & Bal. in l. quo tempore. C. de re milit. cum multis simi. Ex quibus concludo hospitale debere obtinere.

ADDITIONES.

* Mouere.] Prohibitus molestare intelligitur tam de molestia iuris, quàm facti. Adde eundem Alex. consi. xj. circa princ. lib. j. Pet. de Ancha. consi. 108. incip. Contra fratres, facit decis. Rot. in titu. de restit. spol. in 18. decis. in no. Et non dicitur hæres molestare vxorem, vbi prouocatus in iudicio se defendit Paul. de Cast. cōs. 372. circa fi. inc. Viso puncto suprascripto, & testamento, lib. 2. & cum Alex. hic transit Ruin. consi. 77. lib. 2. Natta.

* Paul. de Cast. consi. 190.] Habes consi. 221. lib. 2. Natta.

a ¶Non obstante. Vel alias licitè Alex. l. quod de bonis. §. j. ff. ad legem Falc. Anto. Corset. in singu. ver. molestia. Ias. l. stipulatio ista. §. j. col. 3. de verb. oblig. Fel. c. causam quæ, char. pen. de rescript. Bertran. consi. xj. colum. j. lib. j.

* Contractus.] Sequitur Picus in §. Titia. q. 54. Alexan. in l. quod de bonis. §. j. ff. ad leg. Falc. Ias. in l. rationem. col. 2. C. de procur. Natta.

b ¶Iudicialiter. Item infra eodem consil. 151. in fin. & lib. 6. consi. 195. colum. fin.

* Petitur

* Petitur res.]Idem tenet Alex.in rubr.C.qui admitti.col.j.
* Libello.]De hoc etiam tradit Alex.in l.edita.col....C.de eden. Natt.

CONSILIVM LIII.

Viso themate suprascripto,& his q̃ copiosè scripta sunt per consulentem, aliqua duntaxat subiungam circa illud dubium, quomodo iudicetur sufficienter probatum casum, & indemnitatem legati per modos, de quibus infra.
1 ¶Dico dictam probationem esse sufficientem. ¶†Nam præsuppono,quòd ad probandum amissionem rerum simili qualitate subtractarum sufficit probatio per coniecturas,seu præsumptiones,& verosimilitudines etiam tales,quæ aliàs nõ fuissent sufficientes ad plenam probationem,ita not.Bar.quem alij sequuntur in l.si quis ex argẽtarijs.§.pen. ff.de eden.vbi inquit, ꝙ sufficit probare per coniecturas casus clandestinos & occultos,puta furtum,vt probando ꝙ ostium fuit ruptum,famulus fugit,& similia,arg.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milit.& not.Cy.in l.si creditor.in fi.ff.de pign.act. ¶Attendendum tamen est illud, quod dicit Bart.sufficere fugam famuli, qui casus videtur,vt not.Bar.in d.l.si quis ex argentarijs. §.antepen. ad hoc,vt not.Bart.in l.si quando.ad fin.C.vnde vi.& Spec.in
2 tit.de fur.ver.pen.vbi quærit Spec.†si quis habeat rem aliquã in pignus, & illa fuit sibi in furto subtracta, quomodo probabit iste,ꝙ fuit subtracta? Respondet ipse, ꝙ probabit probando,tali nocte latrones venerunt ad ostium suum,& illud fregerunt.Ioan.And.in tit.de loca.vel probabit se magnum clamorem & rumorem fecisse de nocte, & quando latrones erant in domo,& ꝙ surrexit,& dixit,tale pignus sibi fuisse substractũ. hoc dico,quia, vt intelligo, Ioannes conatur ad probationem
* huius rei,ꝙ tempore,quo dictus Cremonius aufugit,* dictus Ioannes plurimum conquestus fuit de subtractione dicti legati,& ꝙ misit nuncios ad insequendum dictum Cremoniũ occasione dicti legati.¶Bene faciunt not.per Ioã.And.in ca.1.de dolo & contum.lib.6.& in addit.Spec.in tit.de appell.§.nunc breuiter.super versi.quid ergo,& Guil.de Cugn.& Bar.in l.2. §.adiicimus.ff.si quis cau.& Ant.de But.in c.ex ratione.de appel.& Ang.in l.fi.ff.de fer.& Bald.& Saly.in l.1.C.de dilat.&
3 mod.in l.quæsitum.ff.de re iud.vbi concludunt,†quòd si debet probari casus fortuitus,vel impedimẽtum,debet dici hoc esse arbitrarium arbitrium inspecta facilitate probationis, vel difficultate,inspecta qualitate personæ,& secundùm prędicta aliquando exiget plenam probationem,aliquando non. ¶Et ex hoc suadeo,ꝙ pro parte Ioan.capituletur & deducatur,qualiter ipse est & fuit tempore dicti dati legati, & post reputatus communiter est ab omnibus vir fidelis & bonus & veridicus. ¶Ad idem accedit, quod dicit Fede.de Senis in consi.119.incip.nulli dubium est, &c.vbi voluit, ꝙ in his, in quibus pro-
a batio est difficilis,sufficiat probationem per coniecturas [a] habere posse,licet aliàs nõ facerent plenam probationem, allegat id,quod habetur in c.Michael.de fil.presbyt. & in c.tertio loco.de probat.& in l.si vicinus.C.de nupt.& in c.veniens.el 2. ff.de testi.& idem not.in effectu Bart.in l.in illa stipulatione si Calendis.in fi.ff.de verb.oblig. & in l.de pupillo.§.si quid ipsi prætori.in 8.q.ff.de noui ope.nun. & Host.in c.fi.quod metu.& Bal.in auth.quas actiones.ad fi.C.de sac.san.eccl. & in l.si quis in hoc genus.C.de episc.& cleri.& in l.quicunque.in pen.col C.de ser.fugit. ¶Et Anto.de But.in c.veniens.el 2.de testib.& ibi ad propositum dicit,quòd quando sumus in his, quæ sunt difficilia probatione,sufficiat probare per famam cũ aliquibus adminiculis per id,quod habetur in c.præterea. eo. tit. & stante quòd mandatum fuit legatum d.Dominico defferendo Bononiam ad illum mercatorem Bononiensem,cui deferri iusserat mercator Ferrariensis,præsumitur,quod fuerit illud idem legatum,quod datum fuerit Ioanni à dicto mercatore Ferrariæ propter breuitatem temporis, vt probatur in l.si ventri.§.fi. ff.de priuileg.cred.cum ibi not.per Bar.& in d.§.si quis ipsi prætori.in 8 q.facit tex.in c.officij.de elect.cum sim. & quod pulchrè not.Bal.C.de fideicom.l.eam quam.circa penult.char.dum allegat d.l.si ventri.§.fi.

ADDITIONES.

* Duplicatum consi.146.lib.6. Natta.
* Aufugit.]Quòd famulus præsumatur subtraxisse res, q̃ sunt amissæ; vide per Ias.in l.admonendi.& ibi alios in materia.de iureiur. Natt.
a ¶Coniecturas. Supra eo.consi.24.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest disponere,ꝙ de omni redditione rationis stetur dicto tutoris filij:& stabitur declarationi factæ per tutorem in testamento suo,etiam sine iuramento.nu.2.*
2 *Legatum valet collatum in voluntatem legatarij,non tertij.*
4 *Incertitudo in contractibus vitiat, sicut in testamento.*
5 *Tutor etiam ex dolo futuro liberari potest.*
6 *Compensatio potest opponi cessionario, & tutor tenetur alere sororem pupilli, quæ aliunde non habet.*

CONSILIVM LIIII.

Circa id, quod quæritur, an stante dispositione testamenti domini Melchionis prouidẽtis, & d.do.Ioan.& do.Cæcilia vxor testatoris,& mater Manfredi filij, & hæredis testatoris non teneantur ad aliquam rationem reddendam,& ꝙ de omnibus & singulis, quæ dicerentur peruenisse ad manus eorum, vel alterius eorum, & penes ipsos, vel alterum ipsorum remansisse & occasione tutelæ & administrationis credatur,& stari debeat simplici verbo ipsorum, ipsosq; & quemlibet ipsorum absoluit à ratione reddenda, & reliquorum præstatione, prohibens, ꝙ non possit peti ab eis redditio rationis contra ipsorum tutorum aut alterius eorum voluntatem,& hæredum suorum,& ꝙ d.Manfredus,seu dicti pupilli non possent vigore dictæ administrationis & reliquorum, & occasione eorum exigere ab ipsis tutoribus &c. an assumpta tutela per d.do.Io.Ant.cum administratione bonorũ, cum peruenerit nonnulla quantitas pecuniarum d. Manfredi ad dictum tutorem, & ipse tutor in suo testamento postea expresserit & recognouerit se dictas pecunias habuisse, & expendisse in tali re in vtilitatem pupilli prædicti, puta in satisfaciẽdo tali legato relicto in testamento d.do.Ioã.stari debeat dicto ipsius tutoris,quod expenderit ad illam causam in vtilitatem pupilli, adeò, ꝙ in effectu non teneatur hæres dicti tutoris ad illas pecunias,quas tutor asseruit ita expendisse,& latius pro-
1 ut in statuto continetur. ¶†Et puto de iure esse verum,ꝙ stari debet dicto præfati tutoris,& illi recognitioni, & assertioni fa-
* ctę in eius testamẽto.*Nã testator ei illam potestatem dare potuit,vt l.Theopompus.ff.de dot.prælleg.& quod not.Specu. in tit.de teste.§.restat,vers.hoc tamen fallit.ibi,dum dicit 24. creditur vni,vbi in hoc consensus partium interuenerit.Nam etiam testimonio aduersarij stari & committi potest. l.fi.C.de fideicom.insti.de fideicom.hære.§.fi.Nam ꝙ talis potestas dari possit in vltima voluntate,omnes tenent,vt not.Bart.in l fi. de præto.stip.dum refert verba, Pet.Quinimò etiam inter vi-
a uos,[a] seu in contractibus magis communis conclusiõ habet se,ꝙ hoc fieri posset,vt ibi per Dyn.Bar.& cæteros scribentes, & per Io.And.in addit.Spec.in tit.de probat.§.videndum.super versi.quid si tibi &c.& Iac.Butr.& Bal.in l.iusiurandum, quod ex conuentione. in prin.ff.de iureiur.& Bal.in l.1.in 2. & pen.col.C.de sent.quæ de eo quod interest. & in auth.iubemus.C.de iud.& Ant.de But.in c.finem litib. de dolo & contum.in pen.col.& in c.2.post medium.de fide instrum. ¶Nec obst.si diceretur,quòd requirebatur iuramentum in casu prædicto,vt habetur in d.l.Theopompus.ver.iuratus. sed dictus tutor,s.Ioan.An.non iurauit,nec hæres suus etiam iurare nec declarare potest.l.generaliter.circa prin.C.de reb.cred.ibi dũ dicit, cum multum discrepet hæreditarium iuramentum à principali sacramento, vt not.Bal.in l.ait prætor.in fi.prin.ff. de iureiur.& in l.bonæ fidei.in vlt.col.C.de reb.credi. & in l. 2.in prin.ff.de condit.indeb. & not.Ludo.Roma.in l.sed eximendi.§.fi.ff.ne quis eum,qui in ius voc.vi.exi. & in l.qui bona.§.damni.in additionib.ff.de dam.infec.& bene facit,quod not.in l.Pomponius scribit,si frumentum.§.fin.ff.de rei vend. & in l.inter stipulantem.§.1.de verb.obli.quia respõdeo,prout respondet ipsemet Bal.in d.l.Theopompus.& Ant.de But.
2 in c.veniens.el 1.de testib.† ꝙ quandoque testator disponit in testamento, quòd stetur dicto alicuius de eo, quod ipse testator sibi dixit;& tunc, quia dictum ipsius est quodammodo veritas defuncti magis,quàm iudicium deponentis, tunc debet deponere per iuramentum, sicut testis; ita loquitur textus in d.l.Theopompus. quandoque testator dicit esse standùm dicto alicuius de eo, quod ipsi dicenti videbitur; tunc non est testis, sed potius quidam arbitrator, meritò non debet iurare, argumento, Authentica decernimus. C. de arbitris.

 & simi-

& similiter tali declarationi non requiritur partem aduersam esse præsentem. vt in præalleg. l. Theopompus. & ibi not. Bart.
3 & Ant. de But. in d. c. veniens. † si dicatur, ꝙ est speciale fauore dotis in casu d. l. Theopompus. scilicet quia potest committi in testamento declaratio dotis dicto tertij: quia est dispositio captatoria, & toleratur. ꝙ valeat fauore dotis, & non vitiatur. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotiũ. & in l. 1. de dotis promis. aliàs talis dispositio tanquam captatoria non valeret. l. captatorias. ff. de hære. insti. & ita vult Bar. in d. l. Theopompus. & plenius in consi. 168. incip. quidam habens bona communia, & Pet. de Anch. & Io. de Imol. in c. 3. de testa. & in l. captatorias. ff. de hæred. instit. quia respondeo, ꝙ contrarium posset procedere, quando esset collatum in voluntatem tertij, sed vbi est collatum in voluntatem ipsiusmet, cui venit quærendum; tunc non dicitur dispositio captatoria, & valet. vt l. si ita expressim. ff. de condit. & demonst. & l. si ita legatum. §. illi si volet. l. senatus. §. legatum. iuncta l. nonnunquam. ff. de condi. & demon. & quamuis non fuerit expressa certa quantitas; tamen quia legatum prædictum relictum fuit conditionaliter & sub conditione, si ipsi tutores declarabunt, debet valere. l. 1. ff. de lega. 2. quia veniebat certificandum per declarationem ipsius tutoris, prout est declaratum per d. do. Io. Anto. in testamento, in quo potest fieri similis declaratio. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia, & ibi Bar. ff. de leg. 2. Item non erat omnimoda incertitudo: quia testator se retulit ad quantitates, quas peteret, vel petere vellet ipse pupillus; ideo non debeat vitiari ratione incertitudinis. l. triticum. cum ibi not. ff. de verb. obli. ¶Confir-
4 mo: quia videmus, † ꝙ incertitudo in cõtractibus vitiat, sicut in vltimis voluntatibus. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. & l. ita stipulatus. in princ. ff. de verb. obl. & tamen valet ista conuentio, si promitto de expensis, seu ea quantitate, vel interesse stare simplici suo dicto, vt latè probant Dyn. Bart. & omnes in d. l. fi. ff. de præto. stip. cum concord. s. alleg. & sic patet, ꝙ tex. in d. l. Theopompus. cum ibi not. per doct. in aliquo non ob. maximè cum loquatur, quando in voluntatem tertij committebatur: quia tunc magis vitiatur dispositio regulariter velut captatoria. Et tanto magis prædicta procederent, vbi tales ex-
* pensæ essent verosimiles, *vt asserit clarissimus do. Aduocatus Ludo. per not. maximè per Bal. in l. 1. in pen. col. C. de eden. & in rub. de fide instru. & in 10. colum. in ver. sequitur videre de scriptura quorundam officialium, & per hoc Io. And. in addi. Spec. in titu. de instrum. edi. §. nunc videndum. circa 3. col. & per alia allegata per do. Aduocatum prædictum, quæ superuacuum est referre. ¶Fortificantur prædicta per ea, quę d. do. Melchion testator disposuit in testamento, dum legauit tutoribus, quicquid dicti minores petere possent vigore administrationis prædictæ, & reliquorum, seu eorũ occasione &c. Quæ ver-
5 ba videntur operari, † ꝙ licet aliàs vbi simpliciter testator disponit, ꝙ tutores non teneantur iure administrationis: tamen non intelliguntur liberati à dolo furtiuo, & à consignatione reliquorum. l. ab Aurelio. §. Caius. & l. Aurelius. cum simil. ff. de lib. lega. tamen plenius operatur legatum factum in modũ, quo fuit in casu nostro: quia importat, vt non debeant in effectu reddi reliqua, & illud, quod teneretur ratione doli tutor: quia quamuis debeatur à tutore, tamen tanquam debitum potest ei legari, vt videtur probari in l. quidam decedens. in vers. damnum verò quodcunque, & quod ibi gl. ff. de admin. tut. & l. si quis rationes. in fi. ff. de lib. leg. & ibi consuluit Cy. in consi. 194. incip. Brunellus notarius. & ita dicit esse de mente Dy.
b & Ray. in d. l. si quis rationes. licèt nonnulli aliter [b] intelligãt;
6 sed ꝓcedens fundamẽtũ puto tutius esse. ¶†Secundò principaliter quæritur an d. Ludouicus tutor vel curator dicto Manfredo post mortem domini Io. Ant. possit compensare quantitatem expensarum, & alimentorum præstitorum dominæ Constantiæ sorori dicti Manfredi, & talem exceptionem compensationis opponere contra dictum Marcellum cessionariũ, posito ꝙ d. Ludouicus in aliquo teneretur d. Marco occasione dictorum legatorum d. Manfredo relictorum, & occasione ces-
7 sionis prædictæ, in quo breuiter concludo, ꝙ sic. Nam † tutor pupilli tenetur præstare alimenta sorori ipsius pupilli, quæ aliunde non habeat, vnde se alat. l. tutor secundùm dignitatem. §. fi. ff. de admin. tut. & l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio distraha. l. qui filium. ff. vbi pupillus edu. de. Et sine dubio in casu nostro tenebatur Manfredus ad dictas expensas: quia dicitur eas fuisse relictas dictæ mulieri in testamento dñi Melchionis, & sic in dictis expensis erat obligatus Manfredus vel contraria actione tutelæ, si fuerint factæ durãte tutela: vel vtili actione negociorum gestorum, si fuerunt factæ eo existente curatore, iuxta l. 1. §. in tutela. ff. de tutel. & rat. distra. & l. curatoris. cum ibi notat. de neg. gest. ergo debet posse obiici per
c Ludouicum exceptio compensationis cessionario, [c] sicut poterat cedenti, vt in terminis firmant Iac. de Rauen. Cy. Bal. Ang. & Sali. in l. eius. C. de compe. & Cy. in regula, si quis ius. lib. 6. & Bar. Bal. Ang. in l. si quis in rem. ff. de procur. & Spec. in tit. de procur. Bart. & alij in l. doli. ff. de nouat. tanquam exceptio rei cohærens, vt probatur in l. si quid. ff. de compe. vbi talis exceptio competit fideiussori ex persona rei: nec non dicitur personalis exceptio quæ personam tangit. ff. de excep. l. si fideiussor. exceptiones autem cohærentes rei sicut dantur contra principalem ita dantur contra singularẽ successorem. l. in hoc iudicio. §. si inter. ff. communi diuid. & ff. pro soc. l. idemque.
* l. fi. *ff. de excep. rei iud. cum sim. Et sic concludo do. Ludouicum contra dictum domi. Laurentium cessionarium posse vti exceptione compensationis. Et ita dico & consulo ego Alexan. de Imol.

ADDITIONES.

* Testamento.] Dictum Alex. hic in testatore tenet Crot. in l. nemo potest. char. 7. vbi limit. de legat. 1. Natta.
a ¶Viuos. Supra lib. j. consi. 47. nu. 4.
* Verisimiles.] Vide notabiliter Dec. in l. j. notab. 2. C. de eden. vbi vult librum rationum facere fidem pro scribente, accedente iuramento, & si continet verisimilia. vbi quædam alia ponit nota. Et Alex. istud tradit consi. vlt. col. 3. lib. 7. Guid. Pap. notanter quæst. 441. Ruin. consil. 54. Natta.
b ¶Aliter. Et melius vt dixi in consuet. Paris. §. 6. glo. 6. nu. 22. & §. 101.
c ¶Cessionario. Hæc est communis, sed dicendum, vt scripsi in consuetud. Paris. §. 74.
* L. fi.] De hoc ponit Bar. in l. si tertius. §. si prius. col. fin. ff. de aqua plu arcen. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Legatum, cum nupserit, est conditionale.*
2 *Dies incertus semper facit conditionem, etiam si executioni apponatur.*
3 *Coniuncti verbis tantum si sint inter eos, non est locus iuri accrescendi.*
5 *Statutum potest inducere legitimam in quantitate & tempore. num. 6.*
7 *Filia per statutum à successione exclusa transmittit dotem, & ante, quàm dotetur.*

CONSILIVM LV.

Viso titulo quæstionis in statuto sub rubrica, quòd filiæ vel mulieres non dotatæ non succedunt &c. ¶Videntur prima consideratione satis in promptu se offerre rationes pro dicto Rolando contra præfatos comites Albertum & Sempronium. in primis enim constat Mariæ fuisse iure institutionis factum relictum in testamento Comitis Antonij patris
1 sui de libris mille, † quas habere voluit, cum nupserit, vnde cũ sit in relicto adiecta dies omnino incerta, scilicet nuptiarum, dictum relictum censetur conditionale. l. dies incertus. ff. de condi. & demon. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & ꝙ dictum adiectũ sit conditionale, probatur in l. sancimus. §. 1. in ver. conditione. C. de nupt. & in l. hæc conditio filiæ. ff. de condit. & demonstr. ¶Nec refert, quòd volebat Mariam habere mille, cum nupserit: non autem dixit: si nupserit: quia dictio, cum, expressa in testamento reddit relictum conditionale adeò, quòd non transmittitur ad hæredem legatarij decedentis ante euentum talis conditionis. l. si Titio. in princ. quando dies legat. & l. hæres meus. in princ. ff. de condi. & demon. l. 1. & in l. conditiones extrinsecus. ff. de condit. & demon. ¶Nec est opus insistere circa illam dispositionem vulgarem, an relictum pro dote dicatur esse conditionale, de qua in l. Titio centum. §. Titio generò. cum suis multis concor. ff. de condi. & demon. quia illa disputatio procedit quando simpliciter relictum est factũ pro dote absque illis verbis: cum nupserit. & sic absque expressione diei incertæ; sed in casu proposito fuit expressè dictum, cũ
2 nupserit &c. † Nec etiam videtur impedire, quando sit legatũ condi-

cõditionale, dato quòd illa verba, s. cum nupserit sint adiecta
præstationi & executioni legati iuxta illud, quod habetur in
* l. ex his. *C. qñ dies leg. ced. quia illud posset procedere, qñ
tempus certæ ætatis adijceretur executioni & præstationi, vt
a in d. l. ex his. sed qñ dies incertus[a] adijceret' præstationi, & exe
cutioni legati, prout fuit in casu nostro in die nuptiarũ iuxta.
l. sancimus; tunc dispositio redditur conditionalis, sicut si es-
set adiectus substantiæ legati. l. quib. dieb. §. quidam Titio, ff.
de condi. & demon. no. gl. & doc. in l. Seius Saturninus, ff. ad
Treb. & per doc. in d. l. 1. ff. de condi. & demõ. & in d. l. si cui.
¶Cum ergo decesserit d. Maria ante, quam esset despõsata per
verba de præsenti, vt important illa verba, cum nupserit & c. l.
cui fuerit. & ibi gl. & doc. ff. de condi. & demon. & d. l. sanci-
mus, cum ibi no. per Bar. in d. §. Titio genero, videtur quod il-
lud relictum non transiuerit ad hæredes suos pendente con-
ditione, sed remaneat apud eos, quibus erat iniunctum, & sic
apud hęredes patris d. Mariæ, l. vnica, §. sinautem aliquid sub
conditione, C. de cad. tol. & d. l. Titius, in princi. ¶Et quamuis
3 tex. in d. §. sinautem, aliquid sub conditione dicat,† quod por-
tio legati deficiens propter mortem legatarij decedentis pen-
dente conditione accrescat coniuncto, si extat, & eo non existẽ
te redeat ad hæredes testantis: tamen adhuc non videretur di-
ci posse, quod portio d. dom. Mariæ accrescat Bertæ sorori suæ
sibi coniunctæ in dicto legato, dato ꝙ Berta viueret, & suam
conditionem impleuisset: quia cum d. Berta & Maria fuerint
coniunctæ tantum verbis, vt patet ex natura illius verbi distri
butiui, dum testator dixit, ꝙ relinquebat Bertæ & Mariæ eius
filiabus libras mille Bono. pro qualibet, non est locus inter eas
* iuri accrescendi, * vt ibi est tex. & ibi specificè no. Bar. in l. hu
iusmodi. §. si quis, ff. de leg. 1. nam dicit ibi Bar. per illum text.
ꝙ si testator instituit filias suas in cẽtum pro qualibet, cum in
ter eas sint coniunctæ verbis tantum, non est locus iuri accre-
scendi; & ita dicit sæpe de facto vidisse, & no. Bar. in l. re con-
iuncti, de le. 3. circa 8. col. versi. secundo quæro nunquid inter
coniunctos verbis tantum & c. no. Bar. in l. si duobus, §. fi. ff. de
4 leg. 1. & moderni in l. qui filiabus, infra eo. ti. ¶†Nec videt' ob
stare, si dicatur, cum dictum relictum dotis computetur in le-
gitimam. l. quoniam nouella. C. de inoffi. test. debet omnis dila
tio reijci de dicto relicto, & perinde est, ac si purè instituta es-
set Maria, quantum est vsque ad vires legitimę sibi debitæ, l.
quoniam in prioribus & l. scimus, §. cum autem, eod. tit. Quia
ad hoc videtur colligi responsio per statutum sub dicta rubri-
ca, ꝙ filiæ vel mulieres & c. disponens, ꝙ filiæ dotatę, vel nõ do
tatæ de bonis patris non succedant patri existentibus descen-
dentibus masculis, prouidens, quod non dotatæ debeant dota
ri. Et subdens, ꝙ condito testamento, si dictis filiabus dotatis,
vel non dotatis aliquid relictum sit, capere possint, prout reli-
ctum est per ascendentes suos. Et deinceps contentæ sint talib.
relictis ita, ꝙ prætextu alicuius legitimæ integraliter non reli-
ctæ, vel non habitæ non possint de cætero agere ad supplemen
tum legitimæ, vel insurgere, vel quęrelare testamentum, vel vl
timam voluntatem ex eo, ꝙ minus legitima percipiunt, vel ex
eo, ꝙ non perceperant illud iure institutionis, existentibus di-
ctis descendentibus masculis testatoris: & ꝙ testator filios le-
gitimos masculos & naturales, non teneatur instituere nec ex-
hæredare filias: & quod exhæredatæ vel præteritæ in casibus p̃
dictis testamentum querelare & annullare non possent in ca-
sibus supradictis, vt latius in d. statuto continetur, ex cuius sta
tuti dispositione videtur quo ad casum nostrum colligi, ꝙ d.
Maria non potest venire contra testamentum patris, & quia di
5 ctum relictum non potest reijci. ¶†Cum enim communiter cõ
b cludatur, ꝙ statutũ potest minuere legitimam[b] in quantitate,
vt Dy. & Io. An. in regula. indultum, de reg. iur. in 6. & p Cyn.
in l. sancimus, C. de nupt. & per dominos de Rota sua conclu-
sione. 18. incip. item fuit dubitatum, & in relationibus positũ,
vtrum valeret consuetudo & c. & per doc. in c. Raynutius, de
test. & per illum tex. Ant. de But. in auth. vnde si parens, C. de
inoffi. test. & Io. An. in addi. Spe. in rub. de succes. ab intesta. &
Albe. 2. par. statu. q. 104. & in pluribus alijs, q. illius operis, &
Old. in consi. 106. inci. circa ius municipale. & in consi. 136.
inci. factum tale est, quidam nomine. G. & c. & Bart. in auth. de
hær. & Fal. circa finem principij, & Bart. in consi. inci. ex facto
proponitur, ꝙ nobiles, & Bal. in auth. nunc autem, & in l. cum
lege, C. de episcop. & cler. & in l. 1. §. ius naturale, ff. de iusti. &
iur. & in l. fi. §. sinautem æs alienum, C. de bonis lib. & l. lege.
C. de le. hær. & in l. filium quem habentem, in 17. col. C. fami.
ercis. & in l. fin. C. de fru. & li. expen. & in cap. 1. de cogni. feu.
& in l. cunctos populos, in 16. col. C. de sum. Trin. & Ange. in
l. Papinianus. §. quarta, ff. de inoffi. test. & in d. §. ius naturale,
in d. authen. de hęre. & Fal. in prin. & Saly. in auth. nouissima,
in 10. q. C. de inoffi. testa. per Old. ita etiam pari ratione statu-
tum debet minuere legitimam in tempore, scilicet ꝙ vbi de-
beatur legitima purè, debeatur in diem nuptiarum, quando te
stator in illum diem reliquit, vt no. Bar. in pręall. §. Titio gene-
ro, ar. insti. de actio. §. plus autem, ista sunt quæ principaliter
in eo iudicio possent fortasse reddere rem istam ambiguam.
¶Tamen istis non obstantibus videtur quo ad casum proposi-
tum veriorem esse contrariam sententiam. nam aut considera-
mus dispositionem iuris communis, aut municipalis. primo
casu videtur res esse satis clara, ꝙ dicta Maria, quantum est vs-
que ad legitimam summam, potuit transmittere ad dictos co-
mites Albertum, & Sempronium fratres, ac hæredes dictæ do
minę Marię dictam legitimã, & ꝙ ita debet reijci illa dilatio,
& sic conditio nuptiarum per d. l. quoniam in prioribus, & in
l. scimus, §. cum autem, eo. tit. & ꝙ transmittat ad hæredes ip-
* sius legitimam, *seu supplementum legitimę, debetur sic talis
suppletio ipso iure: quia quo ad effectum prędictum cum nõ
fuerit petitum supplementum per d. Mariam ante eius mortẽ,
vt d. l. scimus, in princi. C. de inoffi. testa. & ibi in diuiduo no.
Saly. in 1. q. & si diceretur esse grauamen filię contra d. l. sci-
mus, & est de mente Bal. si benè inspiciatur in l. si arrogator,
in 2. opp. ff. de adop. & in l. 2. in vlt. q. C. de lib. pręt. scilicet qñ
legitima est debita filię non expectata morte alterius, quàm il
lius, de cuius hęreditate agitur, vt ibi per eũ. facit l. quoniam,
C. ad leg. Falc. iuncta. l. linea, & l. Plautius, ff. eo. ti. ¶ Secundo
casu, si consideremus statutorũ dispositionem; & adhuc puto
idem iuris esse. moueor primò per ea, quę no. Ia. Bu. in d. l. qm̃
6 in prioribus, †vbi dixit, si statuto ciuitatis caueatur, ꝙ filia sit
contenta eo, quod sibi relictum est in testamento: modo pater
reliquit aliquid filię, sed eam grauauit seu onus admisit, quęri-
tur, an filia possit petere legitimã, quę debebatur purè & sim-
pliciter, non obstante dicto statuto. & quia dictum statutum
bene disponit contra l. omnimodo, C. de inoffi. testa. quę vole-
bat, ꝙ filia posset habere supplemẽtum legitimę, si sibi minus
legitima relinquebatur: sed non disponit statutum dictũ con-
tra d. l. quoniam in prioribus, factum pręter d. l. omnimodo,
quę lex, in prioribus, addendo ad l. omnimodo, vult, ꝙ legiti-
ma debeatur sine aliquo onere, & sic illa l. quoniam in priori
bus, videtur voluisse prouidere ad casus non prouisos per d.
l. omnimodo. ¶Vnde videtur iste casus secundum Iac. But. tan
quàm omissus à statuto debet remanere in dispositione iuris
communis. l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. si extraneus,
ff. de condictio. ob cau. ¶Idem dicit Io. de Imo. in l. fi. ff. de con
8 di, insti. in antepe. col. volens, † ꝙ statutum disponens, ꝙ filia
sit contenta de eo, quod pater ei reliquit, tantum poterit dice-
* re, ꝙ debet reijci conditio*per d. l. quoniam, ex quo statutum
super hoc non disponit. Nam licèt lex, omnimodò, prouideret
super substantia legitimę: tamen quia nõ prouideret circa reie
ctionem conditionis, necessaria fuit prouisio. d. l. quoniam in
prioribus, & cum hoc dicto transeunt etiam Bal. & Saly. in d.
l. quoniam, licèt non referant omnino fideliter verba Iac. But.
prout habentur in lectura eius, & prout supra retuli. ¶Ergo cũ
dictum statutum non videatur loqui, quando legitima est sub
conditione relicta, videtur, ꝙ verba dicti statuti non sunt tra-
henda ad casum istum, in quo filia fuit sub conditione institu
ta, & pręsertim, quia quando talis institutio fieri non possit si-
ne aliqua restrictione seu impropriatione verborum dicti sta-
tuti, impropriãda sunt, vt probat tex. quem ad hoc ponderat
do. An. de Bu. & Io. de Imo. in notabilibus in c. cum dilectus.
de consue. facit quod no. Bar. in l. non dubium, C. de legi. al-
leg. l. in ambigua, ff. de legi. ¶Non obst. quod no. Bar. in d. §. Ti
tio genero: quia potest responderi vel ꝙ verum sit dictum Iac.
But. & sequacium per d. l. omnimodò, iuncta. l. quoniã in prio
ribus, & d. c. cum dilectus, quando statutum dicit, ꝙ mulier
debet esse contenta dote sibi relicta. Nam tale statutum videt'
disponere circa substantiam, si forte in substantia relinquere-
tur minus, quàm legitima, & nihil disponit de grauamine ip-
sius. ideo cum dos succedat loco legitimæ, detrahetur & legi-
tima,

tima, quasi statutum dispensans, quando minus relinquitur in substantia, non intelligatur dispensare: quando minus relinquitur in tempore, vt est casus in dictis duabus legibus simul iunctis. ¶Sed decisio Bar. loquitur, quando verba statuti sunt magis generalia, vt quia dicat, ꝙ mulier dotata non possit aliquid dicere contra testamentum. sed verba dicti statuti nõ videntur bene conuenire casui posito per Bar. quia in statuto dicitur in effectu, ꝙ dictæ filię sint contentæ relicto sibi facto in testamento, ita, ꝙ in prætextu alicuius legitimæ integritatis nõ relictæ, vel non habitæ non possit de cætero agere ad supplementum, vel infringere vel querelare testamentum &c. nã inquantum statutum dicit, ꝙ sint contentæ relictis sibi in testamento, certè videtur, ꝙ non obstat casui nostro: quia talis est propriè casus decisus per Iac. But. & sequaces suos, vt supra. ¶Item inquantum statutum dicit, ꝙ non possit agere prætextu alicuius legitimæ ad supplementum, etiam iste non est casus noster, quia l. omnimodò, est illa, quæ prouidet supplemento legitimę parentum, & ille non est casus noster; sed casus noster est, quando est adiecta conditio, vel dilatio, reijcienda aliàs, & de ista loquitur tex. in l. quoniam in prioribus. quæ lex differt à prouisione supplementi legitimæ, de qua loquitur tex. in d. l. omnimodò, & apertè sonant verba dictæ legis, quoniã in prioribus. ¶Item dum statutum dicit, ꝙ non possit infringere, vel querelare testamentum, etiam non est casus noster; quia filia non dicitur infringere testamentum, nec illud querelare, qñ ipsa petit tm̃ legitimam tanquàm purè, & sine onere sibi debitã, vt no. Bald. in l. cum de lege, in tertio notabili principali. C. de epi. & cle. per illum tex. iuncta auth. presbyteros, eo. tit. quod dicit esse notabile & menti tenendum, & satis colligitur hoc ex d. l. quoniam in prioribus. ¶ Prætereà etiam contra Bart. in
9 d. §. Titio genero, tenet Bald. in l. sancimus, C. de nup. † q̃a differre exactionem legitimæ in tempus incertum, vel in euentũ conditionis potest, sed ꝙ in totum auferatur legitima, nõ potest: quia si filia decederet ante tempus nuptiarum, nihil transmutaretur, si verum esset dictum Barth. & sic filia remaneret penitus indotata, & sine aliqua legitima portione, & sic nõ procederet argumentum, quod facit Bart. de diminutione partis ipsius quantitatis legitimæ ad diminutionem pro parte temporis, quando esset collata dispositio in tempus incertum, id est in euentum conditionis. ¶Supradicta fortificantur per decisionem Richar. Malum. quam refert Cy. in d. l. sancimus, C. de
10 nup. & illam sequitur ibi Bal. vbi concludit, † ꝙ si statutũ dicat, ꝙ filiæ non succedant extantibus masculis, sed tñ debeant à patre, vel à fratribus dotari, contingit ꝙ pater filijs masculis institutis filiæ infanti, si nupserit, reliquit certam pecunię quãtitatem, quęritur, vtrum dicta quantitas debeatur filiæ incontinenti, & sic antequam nubat? & concludit ꝙ sic: quia cũ dictum relictum compensetur in legitima, l. quoniam nouella, C. de inoffi. test. l. etiam, & l. si. ff. bo. libe. sicut de legitima debet reijci omnis conditio, & omnis mora, ita & de hoc relicto, quod succedit loco legitimæ. & idem iudicatur de subrogato, quod iudicaretur de eo, in cuius locum subrogaretur. l. si enim. §. qui iniuriarum, si quis cau. c. ecclesia, extra vt lite pẽdente. & secundum eos ius commune determinat & supplet ius municipale. l. 2. ff. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si lege, ff. de mu. & hon. & si fratres admittunt pro se, ꝙ illud, quod est sorori relictum, succedat loco legitimę, vt ipsa nihil vltra petere possit, ita etiam admittere dicunt contra se, vt omnis conditio & mora tollatur, ar. l. si duo. §. si quis, ff. de iureiu. l. 2. C. si quis omis. causa test. Ex quo infertur, ꝙ dicta puella transmitteret ad hæredes suos relictum, licèt decedat ante, quàm nubat tanquàm simplex. ¶Et cum illa opi. etiam concordat Io. An. in addi. Spe. in tit. de test. in rub. in ver. scire debes, ꝙ Ricardus &c. & Alb. de Rosa. 2. par. stat. 305. aliàs in 2. par. 104. quæ inci. ad huc ex eod. themate quæro de ead. q. & licet Cyn. in d. l. sancimus teneat ꝙ statutum poterat in totum tollere legitimam: tamen, vt dixi, contrarium tenet Io. An. Alb. & Bald. locis supra alleg. vbi approbat opin. Rich. Mal. quinimò videtur vera illa opin. ꝙ non possit in totum tolli, sed minui, vt firmant domini de Ro. vbi supra & Canonistæ communiter in d. c. Rayn. & Iac. de Bel. in auth. de hære. & Fal. in princ. & Abb. in loco supra alle. & Bald. in d. auth. nunc autem, cum concor. de quib.
11 supra ait ergo Rich. Mal. & Io. An. & alij, quos retuli, † ꝙ statutum excludens filias à succedendo, stantibus masculis, qui tamen teneantur eas dotare, non videatur excludere velle filias à legitima, sed dotem habere loco legitimæ. ¶Postremò videtur, ꝙ alia ratione non habeat obstare dictum statutum hæredib. d. Mariæ: quia in themate præsupponitur, ꝙ hi, qui sunt de numero potentum, non gaudeant beneficijs statutorum: q̃a ita est in statutis prouisum. & ꝙ d. testator cum sit de numero potentum, ergo dato, sed non concesso, ꝙ statutũ sub dicta rub. ꝙ filiæ &c. esset tanti effectus, ꝙ omnino potuisset dictus testator facere dictum relictum sub conditione nuptiarum, & excludere Mariam, vt fecit: tamen non potest dici, ꝙ in testando & ad finem disponere potuerit d. testator, quòd d. Maria non petere possit purè legitimam, cum non potuerit d. testa-
2 tor gaudere beneficio dicti statuti. Beneficium† satis dicit sentire ille, qui ex aliqua dispositione consequitur hoc scilicet, ꝙ
c sua voluntas[c] locum habeat, dato etiam, quòd aliud interesse
* non sentiret.* l. si. ff. de vsu & habi. vt supra §. prætereà si quis, insti. de ac. no. gl. & doct. in l. Paulus, ff. de solu. beneficium dicitur beneuola actio tribuens gaudium accipienti, vt in ca. 1. ver. in primis, in ti. quib. mod. feu. amit. l. vnum ex familia, in prin. ff. de leg. 2. Ex quibus concludo dictos Albertum & Sempronium comites præferri in dicto relicto facto Mariæ vsq; ad ratam legitimæ sibi debitæ; & ita dico, & consulo ego Alexan.

ADDITIONES.

* L. ex his.] No. tex. quòd vbi tempus certæ ætatis non adijcitur legato, sed præstationi legati, non est legatum conditionale, sed purum, & legatarius decedens transmittit illud ad hæredem soluen. die ad ueniẽte: & ideò bene dicit Bal. in d. l. ex his, quòd verba apposita executioni legati, differunt, & non suspendunt. Quod confirmatur ex eo, ꝙ Alex. scribit consi. 14. col. 1. versi. Insuper vero, lib. j. & de articulo vide Alex. in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. j. Et quòd relictũ factum in tempus nuptiarum sit conditionale etiam adiectum præstationi Sali. in d. l. ex his, quam legit cum l. præceden. Natta.

2 ¶Incertus. hęc communis, vt per Alexan. in d. l. Seius Saturninus. Fran. Cur. sing. 111. sed dicendum, vt scripsi in consu. Pari. §. 92. vbi pulchram q. contra communem decidi.

* Iuri accrescendi.] No. casum quotidianum. Et sequitur Ias. vbi consuluit consi. 243. dub. lib. 2. Natta.

b ¶Legitimam. dec. Tol. 437. Alcia. tract. præsum. reg. j. præsump. 8. Alexan. s. lib. j. consil. 75. nu. 2.

* Legitimam.] Intellige etiam extraneos vt per Dec. consi. 81. 1. dub. & consi. 320. col. 2. Ias. in d. l. scimus, in prin. j. notab. Et hoc etiam dicit Alex. consi. 188. in prin. lib. 6. Idem etiam tenet Alex. consil. 159. col. 2. infra eod. Natta.

* Conditio.] Vide Dec. consi. 106. in pluribus locis, & maximè ibi col. fi. Ias. in l. si pater col. antepen. C. de insti. & substi. Natta.

c ¶Voluntas gl. fi. & doc. in l. pe. ff. de condi. cau. da. Soc. l. vtrum. §. j. in fi. de reb. dub.

* Non sentiret.] Quod fit contra voluntatem dicitur fieri deterius cõcor. glo. in c. fi. in verbo, Maiores, de consuetu. in 6. Bart. in l. 2. col. 3. ff. solu. mat. Ideò debitor in vna re, non soluit in alia meliore inuito creditore; Roma. consi. 163. incip. Constitutio curiæ. circa prin. Et lucratur qui voluntatem suam implet, gl. fin. in l. cum seruus. ff. de con di. ob cau. & ibi Bart. Bald. & Ang. Vbi Ias. dicit, quòd perdit qui contra voluntatem facit, licet lucrum consequatur. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex vna causa, probans de alia non obtinet.*
3 *Extranei an veniant in concessione facta filijs & hæredibus.*
6 *Depositio testis referentis ad suam priorem valet.*
7 *Testis, qui semel nescire dixit, potest recordari.*
9 *Interpretandum semper, vt non sit repugnantia.*
11 *Testis tantùm dicens se pro certo credere, non probat.*

CONSILIVM LVI.

Viso processu causæ inter Antonium & Petrũ de Basillis agentes, & Bartholomæum Iacobi de Blancolinis defendentem. ¶Videtur mihi de iure concludendum partes domini iudicis esse in absoluendo dic. Bart. à contentis in petitione: tum quia actores egerũt pro concessione & inuestitura facta p d. Antonium Bartholomæo prædicto, & pro suis filijs, & hæredibus legitimis & naturalibus, & nõ probauerunt de inuestitura hm̃oi facta, vt infra ostẽ
1 dam. †Vnde, q. egit ex vna causa, & probat non ex alia põt obtinere. l. habebant, in prin. ff. de insti. c. abbate, cũ ibi no. de re iudi. in 6. l. j. ff. si mẽsor fal. mod. di. & Bart. in l. 1. in prin. ff. de edẽdo, & plenè declarat An. de Bu. in c. dudũ, de electio. & in c. examinata, de iudici. ¶Tũ ẽt, q̃a promisit d. An. de rato perpetuo,

rrio, q̄n Antonius concessit dictas petias terrarum iure libelli
d. Bartholomæo, & pro se, & eius hæredibus recipienti: & fuit
interpellatus d. Antonius, vt faceret, quòd dictus Petrus ratifi-
caret hmôi cōcessionem, & non facit; imò d. Petrus ꝯuenit ne-
gando dictam concessionem esse factā d. Bartholomæo pro se
& suis & hæredibus, vt patet in r̄n̄sione ad positiones, & ēt in
processu manet controuersia super dicto contractu contēdens
mediante suo procuratore dictum cōtractum non esse, prout
asserit & probat Bar. vt infra ostēdam, & sic dicitur Antonius
ꝯuenisse, & non adimpleuisse, quod promisit. s. respectu dictæ
2 promissionis de Iacobo. l. si quis maior. §. 1. ff. rem ra. hab. † er-
go cum non adimpleuerit pro parte sua Antonius id, quod ꝓ
miserat, non pōt cum effectu obtinere. l. Iulianus. §. offerri, ff.
de act. emp. l. ex placito, C. de re. permu. ¶ Omnis ergo difficul
tas consistit in discurrendo, an sit probatum, ꝙ cōtractus fuit
celebratus eo modo, quo asserit Bar. an non. ¶ Et ante, quàm ad
hoc veniam, præsuppono, ꝙ maxima est differentia, an contra
ctus fuerit celebratus, prout asserit Bar. s. pro se & hęredib. an
verò prout asserit Ant. pro se & suis filijs & hæredibus: quia si
concessio sit facta, prout asserit Ant. s. ꝙ fuerat concessio facta
3 Bartholomæo † pro se, suisque filijs & hęredibus, non compre
henderentur extranei hæredes, vt firmat Bart. in l. iureiu. ff. de
ope. libe. per §. emphyteusi, in auth. de nō alien. & Pau. de Lea
za. in c. potuit, in fi. de loca. & idem tenuit Bal. in l. 1. in 2. col.
C. de iure emphy. per rationes ibi adiectas per eum in l. tale pa
ctum q. fi. ff. de pactis, & Sal. latè in l. 2. in 22. q. C. de iure em-
phy. & Raph. Cu. in l. Gallus. §. etiā si parente, ff. de libe. & post
hum. & Ioan. de Imo. in d. c. potuit, in antepe. char. de locato,
& Pau. de Cast. in l. si mihi & tibi, ff. de verb. oblig. Et licet Io.
de Imo. aliter dixerit in l. quod dicitur, ff. de verb. obli. in prin.
in 12. q. vel 13. col. & in antepe. col. t̄n præcedēs opinio est ma
gis communis, à qua in iudicando non est recedendum, vt ha
betur in locis vulgaribus. Præterea dato, ꝙ opinio contraria es
set vera, scilicet ꝙ talis concessio possit etiam comprehende-
re hæredes extraneos, nedum filios hæredes: tamen illud pos-
set procedere, vbi verba essent concessa hoc modo: scilicet cō-
cedo tibi pro te tuisq; filijs & hæredibus, & ita loquitur Io. de
a Imo. in d. l. quod dicitur. sed in casu nostro aliter[a] dicit Anto-
nius factam fuisse concessionem, scilicet Barth. & suis filijs &
hæredibus legitimis & naturalibus: & illæ qualitates impor-
tatæ per illa verba, scilicet legitimis & naturalibus, referuntur
ad illa duo substātiua præcedentia, scilicet, filijs & hęredibus,
vt probatur in l. doli, in prin. cum ibi no. ff. de seruo corru. fa-
cit quod no. Bar. in d. l. 4. §. eritq; differentia, ff. vi bono. rap. &
quod etiam no. in specie. in l. si is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de
4 reb. dub. dum dicit, † ꝙ q̄n copula cadit inter duo adiectiua,
quæ copulantur respectu alicuius substantiui, tūc requiritur,
ꝙ vtraq; qualitas denotata per illa duo adiectiua concurrat. l.
Titiæ textores, ff. de leg. j. ¶ Apparet ergo, ꝙ illa duo adiectiua.
scilicet legitimis & naturalibus, quæ copulantur respectu sub
stantiui præcedentis, scilicet hæredibus, qui sunt legitimi hæ-
* redes propriè sunt, qui à lege vocantur, non qui à testatore: *pa
tet in l. j. de suis & legi. & in rubro & nigro. C. de legi. hęre. &
in l. 1. circa princ. ff. de legit. tute. & in l. 4. §. de illo, ff. ꝓ socio,
& ibi expresè hoc no. Ful. licet impropriè, & longè aliter sit
secundū eū, vt in l. obuenire, ff. de verb. sign. & naturales hære-
des sunt illi, qui succedunt iure naturæ, vt l. fi. quorum bono-
rum. l. cum actio, in prin. ff. de bonis dam. & l. scripto, ff. vnde
liberi, cū sim. ¶ Hoc præsupposito ostendo nūc probatū non es
se, ꝙ ille ꝯctus fuerit celebratus, qūo asserit Bartholomæus. nā
hoc probatur per Petrum Fredezanum, qui primò corā iudi-
ce examinatus deposuit, ꝙ d. Ant. inuestiuit præfatum Bartho
5 lomæum † pro se & hæredibus suis, quæ verba comprehendūt
omnes hæredes etiam extraneos in casu nostro, vt no. Spec. in
tit. de locato. §. nunc aliqua, versi. 114. & Dy. in l. in conuētio-
nibus, ff. de verb. signifi. & Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente,
ff. de lib. & posth. per tex. in l. stipulatio ista. §. si quis, ff. de ver.
oblig. & l. si pactum, ff. de prob. & no. An. de But. & alij in c. in
præsentia, de prob. & no. Io. de Imo. in l. quod dicitur, in pen.
vel antep. col. de verb. obl. & in c. potuit, in 12. col. de loc. ¶ Po
stea repetitus die quarta Augusti in hac causa ad supplendam
6 priorem examinationem suam factam in hac causa, in qua fue
rat imperfectè interrogatus, vt constat ex actis, † dixit se refer-
re ad primā examinationē factā corā iudice maleficiorū ꝓ ex-

pressione veritatis in omnibus, & per omnia, nihil addēdo vel
minuēdo, & talis relatio admissa per iudicē operatur perinde,
b ac si ipse testis[b] expresè & specificè deposuerit in vltima exa-
minatione illud, quod continebatur in l. qui liberis. §. testamē
to, ff. de bo. pos. secūdū tabu. l. quærebatur. l. tribunus. §. j. ff. de
test. mili. & in specie determinat Bar. in l. eos, ff. de fal. cū quo
transit Bal. in l. iurisiurandi. C. de test. & Pet. de Anch. in cle.
testibus, ad finem, de testi. & Ant. de But. in cap. cum in tua, ad
fi. de testi. & est magis communis opi. & vera, quæ probatur ēt
per no. in l. Theopompus, in pen. q. ff. de dote præle. & in c. de
testi. extra de testi. ¶ Præterea dictus testis examinatus ēt ad in
stantiam dicti Bartholomęi vel procuratoris sui dixerat, ꝙ tūc
non bene recordabatur de sono facti seu celebrati ꝯctus: sed
bene recordabatur, ꝙ Iacobus de Blancolinis renūciauit An.
de Braxelis petias, quas recognoscebat ad libellum, & ꝙ incō-
tinenti d. Antonius de Braxelis inuestiuit filium dicti Iacobi
de Blancolinis de dictis terris, & quod de cęteris dictis & fa-
7 ctis non recordabatur; † tamen per hoc non sequitur, ꝙ licèt
tunc non recordaretur de his, quæ antea testificatus fuerat co
c rā iudice maleficiorū, quin postea potuerit recordari[c] die quar
to Augusti, quando fuerat repetitus. & proptereà potest se pro
expressione veritatis referre ad primum testificatum suum ha
bitum coram iudice maleficiorum, vt in gl. ordinaria in c. cū
causam, quæ inter œconomium, in gl. in verbo, quos ad aliū,
extra de testi. & probatur in l. quidā tabularū, ad fi nē, & ibi pō
derat ad hoc illum tex. subtiliter Ange. ff. de fur. & no. moder-
ni in d. l. qui bona §. si quis stipulatus, per illum tex. ff. de dam.
infe. & Bal. in c. 1. §. notatum est, in tit. de no. feudorum. & in
c. 1. §. si enim domino, in ti. quid sit inuestitura. & gl. in c. cum
causam, quæ inter archiepiscopum, in ver. ratas, extra de testi.
& Anto. de But. in d. c. cum in tua. potuit enim esse, quod te-
stis post, quàm fuit in causa ciuili examinatus ante, quàm esset
repetitus, vidit testificatum suum primum habitum corā iudi
ce maleficiorum; quo viso vel habito in forma, nunc recorda-
batur de eo, quod non fuerat recordatus in ipsa primæua exa-
minatione facta in causa ciuili. ¶ Secundo hoc probatur p id,
quod deposuit Tho. de Burg. qui primò corā dicto iudice ma
leficiorū deposuit eodem modo in effectu, in quo deposuit p̄-
fatus Fredezannus, & postea productus in hac causa in testem
pro parte dicti Bartholomæi dixit se scire tantum, quantū di-
xerat & testificatus fuerat coram iudice maleficiorum, ad quē
priorem testificatum se refert, & illum pro inserto in illa atte-
statione vult, & subiungit hęc verba, videlicet ꝙ ipse testis ad-
dendo se refert ad instrumētum, de quo fuit rogatus ser Philip
pus de Vnguola, quod instrumentum dixit ipse testis nō fuis-
se sibi lectum per dictum iudicem maleficiorum tēpore, quo
8 deposuit. † tamen dico, ꝙ illa sua relatio ad instrumentum de-
bet intelligi facta, saluis, & exceptis his, quæ continentur in te
stificatu primo habito coram iudice maleficiorum: quia cum
ipse testis in principio suæ examinationis deposuerit se tantū
scire, quantum continetur in dicto suo testificatu, non est ve-
rosimile, quod incontinenti voluerit se corrigere, & sibi cōtra
riam per illa verba ita generaliter & confusè prolata, arg. l. nā
ad ea, ff. de condi. & demon. in prima consti. C. §. quibus. ¶ Pro
batur magis in specie per no. per Bar. in l. 1. §. & parui inde, ff.
quod vi aut clam. vbi dixit, ꝙ si in vno capitulo statuti dicit,
ꝙ contra instrumentum debiti nō possit opponi nisi exceptio
falsitatis solutionis, & nulla alia pōt opponi, certe per illa ver-
ba non intelligitur statuentem voluisse reijcere ēt exceptionē,
q̄ ex alio capitulo ipsius statuti descendit per dictum. §. & par
ui, cum gl. & per l. ita pudor, cum gl. C. ad l. Iul. de adul. & qa
secūdū Bar. p illa verba gn̄alia, videlicet ꝙ nulla alia exceptio
possit opponi, non est verosimile, quod statuētes voluerint se
corrigere, & cum Bar. ibi concordat Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de
condi. inde. & An. de Bu. in c. item cū quis, de testi. spo. & Pe.
de Anch. in c. canonum statuta, de consti. & Io. de Imo. in l. fi.
ff. à qui. app. non licet, & in cap. ex parte, el 2. de offi. deleg. &
Salv. in l. ita pudor, C. de adul. ¶ Bene facit, quod no. Bart. in l.
9 scripturæ, C. de fi. instr. † Vbi dicit, ꝙ si vna scriptura videt̄ pri
ma facie continere repugnantiam, debet fieri interpretatio per
subdiuisionem, seu subdistinctionem, vt cesset repugnantia,
arg. d. §. quibus & l. 1. C. de inoffi. dona. c. cum expediat, de ele.
in 6. & ita etiam no. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in
fi. 3. q. & Bal. in l. maximum vitiū, circa pen. & antepe. & vlti.
col.

col.C.de lib.præte.& Bal.in l.sed & si posteriores,ff.de legi.& in l.non est nouum,eo.ti.¶Bene facit tex.in c.cum tu, de testi. iunctis no.per Bar.ff.de no.ope.nun.in l.1.in prin.in 1. col.& in l.Labeo,ff.de sup.lega.¶Et in l.de ætate,ff.de mi.in 2.q. vbi
10 dicit, † ꝙ si testis deposuit aliquem esse talis ætatis ex aspectu reddendo rationes inferentes,ꝙ ex aspectu sit illius ætatis , de qua deposuit cum redditione rationis:& in ipsa postea rñdeat se nescire,certè testis ipse non improbat illa verba, dum dixit se nescire.intellige,scilicet aliter, quàm supra deposuerat : qa alias esset sibijpsi contrarius. Et idem dicit Bal. in l. data opera,C.qui accu.non possunt,in 15.col.ver. sed hic quæro actor dicit &c.vbi propriè in teste dicit, ꝙ debet fieri interpretatio, ne sibijpsi contradicat,allegat in ar.d.l.nam ad ea.aliàs esset in totum repugnantia inter verba instrumenti,& verba testis posita in primo testificatu:quia secundũ verba testificatus veniũt extranei ; sed secundum verba instrumenti non veniunt extranei,sed solum filij.¶Et si dicatur,quare magis debet capi interpretatio,ꝙ testis velit se referre ad instrumentũ,saluis tñ & exceptis his, quæ continentur in suo testificatu habito coram iudice maleficiorum , quàm interpretatio, ꝙ videatur se referre ad primum testificatum factum coram iudice maleficiorum , saluis tamen & exceptis his,quæ continentur in instrumento, Respondeo , ꝙ iste testis in hoc testificatu facto in causa ciuili ad instantiam Bartholomæi deponit se scire,tanquam alius dixit coram iudice maleficiorum,& interrogatus in causa scientiæ respondit se scire per causam scientiæ, de qua in dicto primo testificatu,nisi reddat causam scientiæ, quod fuit præsens ac vidit,& audiuit,sed de contentis in instrumento testis ipse, præsertim dum respondet ad interrogatoria,dicit se non recor
11 dari de omnibus contentis in eo instrumẽto;sed ꝙ†credit cõtenta in instrumento esse vera,& ꝙ credit, ꝙ ille notarius rogatus non scripsisset nisi veritatem,quæ ratio ad dictum testis de credulitate deponentis non est sufficiens in materia,de qua agitur,in l.2.§.pe.vbi per Bart.ff.de aqua plu.arcen.l.testium, & ibi plene Cy.C.de testi.& Bal.in l.solam,eo.ti.& plenè in c. tertio loco,& in c.literis,de præsum.& in ca. quoties,de testi. & per Bal.in l.siue possidetis,C.de proba.vbi dixit, ꝙ testis nõ
d probat,ẽt si dicat se pro certo credere [d] per iura supra proximè allegata,& Bal.in l.2.§.obseruari,C.de iura.calum. & in l.conuenticula,C.de epis.& cle.& Spe.in ti.de teste.§.1.versi.id qđ deponit de credulitate,& ibi Io.An.præferri ergo debet illud, quod deponit testis ipse per relationem ad primum testificatũ, cum dicat se hoc scire , & etiam assignat bonam rationem dicti sui,& non id,quod deponit testis per relationem ad instrumentum,cum non dicat se scire de veritate contentorum,vbi nec rõnem aliquam reddat saltem sufficientem,imò de credulitate loquatur.Per hoc quod egregiè voluit Bal.in l. presbyteri,ad fi.C.de epis.& cle.secutus Ia.But. in quadam dispositione,sua vbi concludit & præponderat dictum testis reddentis bonam rationem dicti sui , etiam si non sit de ea interrogatus, & idem no.Bal.in c.j.§.sacramentũ,de consue.recti feu. ¶Quinimò dictus testis interrogatus super interrogatorijs expresè dicit,ꝙ non discedẽdo ab alijs testificatis per eum se refert ad instrumenta,& credit contenta in ea esse vera,& non recordet de omnibus &c.¶Ecce ꝙ testis ipse declarat, ꝙ per hoc non intendit recedere à primo testificatu , & sic protestatio declarat & restringit d.l.qui in aliena.§.Celsus,de acq.hęred.l. at si qs. §.plerique sunt,de relig. & sump.fune.l.si mihi & tibi. §.in legatis,& l.si ita scriptum,ff.de leg.3.¶Solum enim mouetur testis ad dicendum,ꝙ saluis contẽtis in prima testificatione credit contenta in instrumento vera esse propter authoritatem,q̃ habet instrumentum confectum à tabellione ; & sic non ꝓbat plus,quàm authoritas instrumenti: ergo reprobata authoritate instrumenti in hac parte,prout infra ostendam, sequitur, ꝙ cessat in hac causa uis credulitatis,& relationis huius testis ad instrumentum,arg.l.j.§.j.quæ sen.sine app.rescin.& in l.legata,ff.de leg.1.¶Nec etiam potest dici,ꝙ iste testis per relationẽ ad instrumentum interpretetur ea,quæ ipse dixit in primo testificatu,cum sint clara, & indefinitè loquitur de hæredibus , & per consequens de omnibus d.l.sciendum.non cadit in verbis claris interpretatio,in l.ille aut ille.§.cum in verbis,de leg. 3.Et declarat Bar.in l.ab executore,in 3.col.de app.& Bald.in l.voluntas,C.de fideicomm. & præsertim cum testis non fundet suam interpretationem ex sua scientia, sed super credulitate,quæ in teste non sufficit,vt dixi. ¶Hæc fortificatur ex his, quæ testis attestatur, dum dicit , ꝙ si per dictum iudicem appellationum sublata fuissent dicta instrumenta , ipse testis deposuisset supereis de his, de quibus tunc habuisset memoriã: in cæteris autem se retulisset ad prædicta instrumenta, prout etiam ad præsens se refert &c.Ecce ergo , ꝙ testis non refert se ad instrumenta ex eo,ꝙ recordetur vel sciat vera esse contenta in eis,& per hoc est responsum ad id, quod deposuit iste testis in hac causa , dum fuit inductus per procuratorem partis aduersæ: quia etiam ibi refert se ad testificatum habitum coram iudice maleficiorum. de quo testificatu dixit se recordari, & non vltra.& licet dicat ibi , ꝙ credit contenta in instrumento esse vera:tamen hæc credulitas nõ habet obstare, vt supra probaui,saltem cum asserat de contentis in suo primo testificatu, quòd de contentis in dictis instrumentis nil aliud recordetur, nisi quantum continetur in dicto primo testificatu,& per cõsequens præferri debet & attendi, cum de illo tantum recordetur , vt testis ipse affirmat in examinatione facta , vt dixi. ¶Ad confirmationem probationum ser Bartholomęi accedit etiam testimonium magistri Bartholomęi de Tenusio, qui in effectu concordat in omni suo testificatu cum d.Anto. Fredezano.Et licet pars aduersa conetur expugnare testimonium ipsius magist. Ioan. tanquam præstiterit aliquale officium solicitatoris in hac causa, & per consequens non sit idoneus & integer testis iuxta no.per do.de Rota,sua conclusione 363. & Anto.de But.in c.cum à nobis,de testib.& dom.Abb.in c.super eo,eo. ti.ad fi.ad quod potest dupliciter responderi, ꝙ si bene consideretur,non est sufficiẽter probatum per duos testes, qui sunt contestes & non singulares, ipsum fuisse solicitatorem pręsen
12 tis causę &c.¶†Secundò potest responderi , ꝙ fides testis eius vnitur,& corroboratur ac plena redditur propter consocios, qui sunt valdè idonei testes & instrumentarij, arg. l. si quis ex argentarijs,circa prin.cum ibi no.per Bald.ff.de eden. & not. Bart.in l.j.in 3.col.C.de testi.vbi dixit, ꝙ dictum testis aliàs inualidum potest confirmari sociorum testificatione. Sal.in l.in bonæ fidei,circa 10.col.C.de re.cre.bene facit,quod no. Gui. de Cu.in l.si duo patroni,in prin.ff. de iurei.& per hoc etiam est responsum, si diceretur , ꝙ mag. Io.est socer Bartholomæi.
13 ¶Ad quod etiam vltra prædicta potest responderi,ꝙ†socer nõ commemoratur inter personas prohibitas testificari, vt p Spe. in ti.de testi.§.1.ver.nunquid ergo socer,& doct.in ca. in literis,de testi.saltem inspecta qualitate personę , vt ibi per doct. ¶Et ex prædictis etiam patet,ꝙ illud , quod deponit Georgius testis,qui dum fuit productus per partem aduersarij dixit , ꝙ credebat contenta in instrumentis esse vera , non probat aliqd eo,quia deponit de credulitate,vt iam dixi.Ex his omnibus infertur conclusio,quod cum in d.instrumento inuestiturę fuerint nisi tres testes,scilicet Antonius Sedazanus, Thomas domini de Burgo,& Georgius prædictus , & primi quantum ad qualitatem respõsionum hęredum Bartholomęi discrepent ab instrumento,vt probaui,& tertius nihil probat de instrumento:quia loquitur per verbum , credit;certe intelligitur reprobatum instrumẽtum,vt concludunt omnes in l.2.§.si quis neget,ff.quemad.test.ape.& in l.in exercendis.C.de fid.instru.& in cap.Ioannes,eo.ti.cum si.& per hoc videtur, ꝙ etiam absq; eo,ꝙ procedatur ad aliquam torturam contra tabellionem, satis liqueat esse absoluendum dictum reum conuentum à contentis in petitione saluo iure dicto Antonio,& Bartholomæo secuta ratificatione Petri modo,quo allegatum , expositum & petitũ est pro parte dicti Bart. Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶Aliter.& sic verbum,& hæredibus,non stat simpliciter,vt supra li.j. consi.120.sed rescriptum ad legitimos & naturales.

* A testatore.]Sequitur Dec.consi.32.col.2.& consi.309. colum. 3. & in l.Vnica post Ias.ibi C.quando nõ peten.partes peten.accre.Natta.

b ¶Testis.s̃.lib.1.consi.133.nu.4.Pau.consi.168.li.j.Ale.l.legata inutiliter,in fin.ff.de lega.1.Benedi.rep.c.Raynutius.vers.altero che, nu.9.

c ¶Recordari.Bal l.1.col.fi.C.de confe.& in rub.de contro. inuesti.colum.2.Bal.Ale.l.de tutela,C.de in integ. resti. d. §.si quis stipulatus. Gemi.Phi.c.fi.col.2.de iureiu. in 6.

d ¶Crede. nisi reddat bonam causam,s̃.consi. 109.nu.4.li.j.

SVMMARIVM.

2 *Alienationis ꝓhibitio in testõ valet eo ipso,ꝙ apponatur pen-*

3 *Maritus licet nihil possit relinquere vxori, tamen potest prohibere alienari sine eius consensu.*
4 *Gabellæ statutum non habet locum in re inæstimabili. num. 5.*
6 *Iudex supplet concursum eius, qui sine iusta causa recusat consentire.*
7 *Legari nõ potest personæ prohibitæ etiam vt distribuat in pias causas.*
8 *Electio potest committi ei, qui non potest esse executor.*
11 *Moræ purgationi locus non est, pęna commissa.*

CONSILIVM LVII.

Prospectis testamento, codicillis, ac statuto, de qbus est mentio. ¶Et visis his, quæ copiosè & eleganter allegata sunt per clarissimos dominos aduocatos consortij maioris ecclesię Parmēsis. ¶ Omisso multiloquio capio id fundamētum, quod mihi videtur esse tutius pro facto dicti cōsortij, & istud consistere puto in virtute dictorum codicillorum, in quib. dispositum est, φ hæredes sui non possunt vendere, nec alio modo alienare, nec etiam locare post mortem dicti testatoris sine expressa licentia, & consensu d. do. Catharinæ suę vxoris: & voluit contra facientem priuatum fore, & esse parte iuris hæreditatis ipso iure, & facto statim, cum contra fecerit, & illam deuenire debere in consortium viuorum & mortuorũ dictæ maioris ecclesiæ. ¶Et præsupponitur dictos hęredes locasse dicta bona hæreditaria absque licentia d. dom. Catharinæ, & contra eius voluntatem, vt mihi videtur: φ si cōstat φ ante dictam locationem dicti hęredes habuerunt scientiam dictorum codicillorum, debeat hæreditas pro partibus eorum, qui contra fe-
1 cerunt, deuenire ad dictum consortium. ¶†Ad quod ostendendum præsuppono, φ prohibitio testatoris prohibentis, φ hęredes sui non possint alienare, vel locare; si contra fecerint φ bona deueniant in Titium, valet dato φ alia causa prohibitionis non appareat, vt probatur in l. filiusfamilias. §. diui, iuncta gl. in verbo, respectu, ff. de leg. 1. & no. Cy. & Bar. in l. quoties, la j. C. de fideicommissis: quia vbi testator aliquam pœnam imponit hæredi prohibito alienare, quam pœnam vult ad alium peruenire, videtur apparere de sufficienti respectu, per quem testator prohibuit alienare: qa voluit prouidere illi alteri, cui pœnam reliquit, insti. de leg. §. fi. & ita etiam videtur Raphael notare in d. §. diui, & Ang. in consi. 168. inci. testator in omnibus, col. 2. allegando l. 1. C. de his, quæ pœnę nomine. ¶Secundò præsuppono, φ dicta dispositio testatoris priuationis hæreditatis in pęna hæredis contra facientis potuit adduci nedum in testamento. l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, & l. vxores. §. hæres, & quod ibi no. Bar. ff. de leg. 3. sed etiam in codicillis,
* scilicet per fideicommissum.* l. 2. C. de condi. insti. & insti. eo. ti. §. fi. & ita ad fideicommissum trahitur præsertim, quando p verbum commune facta est dispositio. l. Scæuola, ff. ad Trebe. no. in l. verbis ciuilibus, ff. de vul. & pu. prout fuit in casu proposito adiectum verbum, deueniret, quod est verbum commune, vt probatur in l. hæredes mei, in prin. iuncto. §. cum ita, & l. hæredibus. §. fi. ad Treb. in l. fideicommissa. §. hæc verba, ff. de leg. 2. & no. Bar. in l. centurio, ff. de vul. & pup. in pen. col. & etiam Bal. & Bar. & alij in l. Lucius. in 2. q. principali, eo. ti. & Bald. in l. iam hoc iure. §. 2. ff. de vulga. & pup. in l. fi. in vlti. col. C. de sac. san. ecc. & in repe. c. si pater, de test. in 6. in 15. colum. ¶Et licet dicta iura loquantur de verbo, perueniat; tamē præfati doc. eadem ratione dicũt idem esse in verbo, deueniat. hoc probat tex. in l. 2. C. de bo. quę li. quem ad hoc ibi ponderat Ang. & idem tenet Ang. in l. 1. pen. col. de imp. & alijs substi. per tex. in c. 1. post prin. in ti. & per alia ibi allegata per eũ, licet Inno. in c. Raynaldus, in verb. deuenire, de testa. teneret contrarium: sed sua opi. communiter damnatur per do. in d.
2 locis. ¶†Quinimo posset esse, φ verbum directum trahitur ad fideicommissum, quando est positum in codicillis secundum communes conclusiones per d. l. Scæuola, & ibi Bart. & no. in d. l. verbis ciuilibus. ¶Accedit, quod no. Bar. & alij in l. paterfamilias, ff. de hær. insti. vbi tenuit, φ quãdo testator disponit, φ si hæres molestauerit vxorem, priuetur hæreditate, intelligitur per fideicommissum, vt per eum & alios ibi, & per Bal. in l. 1. C. de his, quæ pœ. no. & per Ang. in d. consi. 170. ¶ Et licet aliqui circa hoc varient; tamen illa disputatio non est ad præsens necessaria, attento φ hæc dispositio priuatiua, de qua loquor, fuit facta in codicillis, & sic non potuit directè hæreditas dari consortio d. l. 2. C. de codic. & quod no. Bal. in repetitione. l. 1. C. de sacrosan. eccl. circa vltimam chartam in versi. sed hic quæritur, an hęreditas possit in codicillis ad pias cau-
3 sas directè relinqui &c. ¶†Tertiò prę̈suppono, φ quamuis ex forma dicti statuti non possit maritus vxori relinquere nisi certam quantitatem: tamen non per hoc intelligitur maritus prohibitus disponere in testamento, φ hæredes testatoris non possunt alienare, nec locare sine licentia, & consensu ipsius dom. Chatarinę: quia hęc sunt diuersa, & ex diuersis non fit illatio. l. cum actum, ff. de calum. Iste enim est casus omissus, vnde remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. si extraneus, ff. de cond. ob causam. Statutum enim vult, φ non possit relinquere maritus vxori quoquo modo relicti vltra centum libras Parmensium directè vel indirectè in quantitate, vel specie, nisi alimentorum causa: sed disponere, φ hęredes non possunt alienare, vel locare sine consensu & licentia suæ vxoris, non est contra prohibitionem statuti: qa non apparet, φ in hoc versetur commodum mulieris saltē ęstimabile ad centum libras, vel vltra. ¶Ergo statutum non cōprehendit istum casum: quia verba statuti non conueniunt: probatur in l. 4. §. prętor, ver. toties, ff. de damn. infe. & ibi no. Bar.
4 in fi. & sequitur eum Ange. & moder. †ibi, dum dicunt, φ si sit statutum, φ de quolibet contractu, de quo fieret instrumentũ, soluantur gabellæ sex danarij per libram, illud statutum nō habebit locũ in contractibus, qui sunt super re inæstimabili, aliàs non cōtinens quid interesse ęstimabile, vt probatur in l. ita autem, in prin. ff. de admi. tu. & ibi etiam Bar. quod statutum disponit, φ debeant solui pro gabella tot denarij pro qualibet libra, & si illud, super quo contrahitur, non ascendit ad libram, non debet locum habere statutum. & facit quod no. Bald. in l. fi. C. de litig. ¶Vnde dicit Pau. de Ca. in l. benignus, ff. de legi. se
5 in facto respondisse in quæstione statuti dicentis, † φ de omni instrumento continente summam centum librarũ debeat solui gabella, vel registrari debeat; aliàs nō valet. modo erat quoddam instrumentum legitimationis, de quo non erat soluta gabella, & non erat registratum, an sit nullum? & dicit respondisse φ non per no. per Bar. in d. §. prętor. ¶ Et si quis etiam vellet etiam dicere, φ illa dispositio testatoris prohibentis hęredes non posse alienare, nec locare sine licentia & consensu vxoris suę, potest afferre fortasse vtilitatem vxori vltra centum libras Parmenses; dico, φ qui hoc dicit, haberet necesse probare. l. ab ea parte, in prin. & in l. in exceptioni. ff. de proba. sicut dicit Bal. in l. fi. C. de ap. dum inquit, φ si statutum dicat, φ potestas sit iudex à centum aureis supra. ¶Et contingat moueri petitionem hęreditatis, cuius quantitas ignoratur, vel agitur ad factum, & de interesse nescitur, & quæritur, quis futurus sit iudex. Concludit, φ cum maior summa tendat ad abdicandum iurisdictionem iudicis, ei incumbit probatio, qui vult aliquē
* priuare.* d. l. ab ea parte. ¶†Nec videtur, φ ex dicta dispositio-
6 ne possit dici, φ commodum prædictum ęstimabile, vt supra possit contingere vxori: quia eo casu, quo vxor, petita licentia per heredes ab ea, noluisset sine iusta causa consentire, potuisset iudex sine consensu mulieris permittere.* l. si cum dotem.
* §. eo autem tempore, & ibi no. Bar. & alij, ff. so. mat. & Bal. in l. 1. & in l. viduæ, & in l. in coniunctione, C. de nup. in pe. rub. C. de contrah. emp. in pe. q. & in c. 1. ad finem principij, de cōsu. recti feu. & in l. 1. ad fi. C. qui admi. etiam per eundem in l. si mater. §. fi. ff. de exc. tu. Et Pe. de Anch. in repe. c. canonum statuta bene facit. l. si legatario. §. fi. & l. notandũ, versus finē, ff. de fidei. liber. & ca. 1. de his, q̃ fi. à maio. par. ca. ¶Ex his patet non obstare, si adduceretur id, quod no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. in §. nunc verò aliqua, post medium, in addi. inci. ad istum fi. faciunt quæstiones Guid. de Suza. & Albe. 2.
7 par. stat. q. 112. in fi. vbi cōcludũt. †φ si statutũ prohibet, ne relinquat vxori vltra certam quantitatē, & testator relinquat vxo
8 ri certā quantitatē distribuendam pro anima testatoris, & concludit, φ si ista potestas distribuenti est data soli vxori, non valet, ne fiat fraus statuto. l. scire. §. 1. ff. de tu. & cur. da. ab his. Si vero vxori & alij commissa est distributio, valet: quia cessat fraudis suspicio, arg. c. prudentiam, de offi. deleg. & c. 2. de statu mo. quia dico, quòd decisio dictorũ potius facit, quod vxori potuit dari dicta facultas: quia actus alienationis, vel locationis

tionis non est expediendus per solam vxorem, sed per hæredes
cũ vxore: & in casu nostro cessat suspicio fraudis: quia ad ma-
nus vxoris ex dispositione codicillorum non habent perueni-
re bona, sed ad manus hæredum: secus in quæstione formata p
Io. An. & Alberi. quia ibi bona habebant trãsire ad manus mu
lieris, & sic potuisset fieri fraus statuto, contra l. fraus, & l. qui
legem, ff. de legi. ¶ Prætereà in casu nostro non relinquebatur
in codicillis aliqua quantitas, aut aliquid æstimabile saltem vl
tra quantitatem librarum centum vxori in ea parte codicillo-
rum, in qua disponit, ꝙ hęredes non possint locare sine cõsen-
su vxoris, vt supra probaui. ¶Omitto Pau. de Cast. in l. cogi. §.
hi qui solidum, ff. ad Treb. qui non stat cum illa decis. Gui. de
Suza, quam refert Io. An. in loco supra allegato. sed ꝙ imo ibi
apparet factam esse distributionem in pauperes, vt iussit testa-
tor, & vxor petens bona pro distributione, debet postea fidem
facere de distributione: aliàs sibi auferentur bona allegata. l.
nulli, C. de epi. & cler. Hæc disputatio non est necessaria: quia
decisio Io. An. potius facit pro dispositione codicillorũ, quàm
contra. ¶Accedit distinctio, quam facit Bar. in l. cum pater. §.
8 hæreditatem, el 1. ff. de leg. 2. dum dixit, † ꝙ licèt quis nõ pos-
* sit esse executor testamenti, vt sunt fratres minores, * vt in cle.
exiui, de verb. signi. tamen possunt esse electores pauperum; &
sic potest eis committi electio pauperum per illum tex. & ipse
etiam in suo tractatu minoricarum, in 3. parte. & Bal. in auth.
ingressi, in 1. col. C. de sac. san. eccl. & Sal. in l. 1. in 4. col. C. de
hæred. insti. electio enim nõ habet capere pecunias, & illas dif
ferentias facit Bar. in l. cum quidã, la grande, ff. de leg. 1. & in
l. executorem, per illum tex. C. de execu. rei iudi. & in cons. suo
incip. constitutio episcopi, & in l. fi. §. sed & si quis, C. commu-
nia de leg. & per Bal. in l. captatorias, C. de testa. mili. per Ant.
de Bu. in c. tua nos, de test. in c. literas, de sup. negl. præla. & Pe.
de Anch. & Io. Imo. in c. nos quidem, de testa. nam non habet
administrare bona, nec illa capere: sed consentire, vt qui nõ po
test per se facere, potest facienti consentire, vt no. per gl. & doc.
in l. si fundus, §. 1. ff. de pig. & Bal. in l. si vt proponis, C. de ser.
pig. dato. manu. ¶Per prędicta potest etiam non obstare, quod
no. Bar. in rep. l. 1. §. si plures, in 1. q. ff. de exerci. col. 4. versi. &
9 per hoc, & in tractatu minoricarum in 3. par. † vbi concludit,
quod si testator facit aliquem executorem vltimæ voluntatis,
& disponat, ꝙ debeat exequi cum consilio & consensu guar-
diani fratrum minorum, non habet executor requirere consi-
b lium guardiani[b] cum guardianus fratrum minorum non pos-
sit esse particeps illius officij, cum non possit esse executor, vt
in d. cle. exiui. meritò nec in dicto casu etiam consilium requi
rendum est de necessitate, vt probatur in l. quidam decedens,
§. Papinianus, & l. pater, & ibi etiam no. Bar. ff. de admi. tut. ne
quod vna via prohibetur, per aliã permitti videatur. l. oratio,
ff. de sponsa. & in d. l. scire oportet. §. 1. & regula, cum qd vna,
lib. 6. quia respondeo, ꝙ in dictis codicillis nõ est prouisum,
ꝙ hæredes non possint exequi contenta in testamento sine con
sensu mulieris. Vnde in casu posito per Bar. in d. §. si plures, nõ
potest executor exequi sine consilio & consensu guardiani: qa
per indirectum admitteretur id, quod directè denegaretur, vt
dicit Bar. sed ista ratio cessat in casu nostro: quia statutum pro
hibet mulieri relinqui vltra libras centum. licèt ergo testator
ita disposuerat in codicillis, ꝙ non possunt hęredes locare sine
consensu, & licentia mulieris, non per hoc sequitur, ꝙ per in-
directum relinquitur sibi vltra libras centum, vt probaui su-
pra. ¶Item in casu quęstionis Bard. guardianus non poterat es-
se particeps; ideo tũc succedit dispositio d. l. quidam decedẽs.
Sed in casu nostro nec lex, nec statutum vetat, quin ad locãdũ
potuisset dari potestas mulieri velut administratio, maximè p
no. per Io. An. in d. addit. supra allegata. & per hoc nõ oportet
insistere, an vera sit dec. Bar. in d. §. si plures, & in d. suo tracta-
tu, contra quem tenuit Richar. Mal. & Cy. in addi. in l. idem. §.
si cui, ff. man. & in d. l. quidam decedens, vt refert & sequitur
Bald. in rub. C. de exerci. in 4. & 5. col. & in auth. ingressi, &
in 1. & in antepen. & vlt. col. de sacrosan. eccl. & in l. id, quod
pauperibus. C. de epi. & cle. in 4. & 5. col. in vers. secundo quę
ro, quid si testator mandat &c. ¶Nec si dicatur, ꝙ sicut non va
let legatum vsusfructus relicti vxori in testamento, ita non va-
let dispositio facta in codicillis, ꝙ hæredes non possint sine cõ
sensu vxoris locare, cum habeant cõnexitatem adinuicem: qa
respondeo, ꝙ posito, ꝙ legatum vsusfructus non valeret, quod
nullo modo pono pro constanti: tamen non sequitur, ꝙ nõ de
beat valere alia dispositio facta in codicillis, ĩ qua inest de vsu
fructu, & quę non continet causam prohibitionis, scilicet va-
loris vltra centum libras, sicut facit primum. ¶Ad quod bene
facit decisio Bart. in dicto tractatu minoricarum, in tertia par
10 te. in versi. † sed pone, ꝙ aliquis relinquit pecuniam vel res di
stribuendas, &c. vbi dicit, ꝙ si quis relinquit pecuniam distri-
buendam arbitrio executorum inter pauperes eligendos, & fa
cit executores fratres minores, ꝙ dicti fratres minores poterũt
eligere pauperes, licet non possint exequi, & sic vnum propter
aliud non vitiabitur, vt ibi per eum, alia similia plura possunt
adduci, quæ breuitatis causa omitto. ¶ Ex omnibus igitur su-
pradictis præsuppositis infertur clara responsio, ꝙ dicti hęre-
des habentes scientiam codicillorum locantes, vel alienantes
sine consensu d. do. Catharinæ, inciderunt in pœnam dictę hæ
reditatis, quam restituere tenentur dicto cõsortio propter fidei
commissum ex dispositione dictorum codicillorum. nec esset
11 locus purgationi moræ: † quia quando commissa est pœna ꝓ
pter maleficium momentaneum, vt in casu nostro, tunc non
est locus purgationi moræ. l. 1. §. si rem depositam, ff. depositi.
cap. 1. quid iuris si post alie. feu. vas. id recu. & no. Bart. Bal. &
Ang. & moder. in l. si insulam, in 6. q. ff. de verb. obli. & Ange.
in l. & si post tres, ff. si quis cau. & etiam non potest purgari
mora: quia vbi facta est executio ipso iure, non est locus purga
tioni moræ. l. si his, ff. de leg. 2. l. qui ob rem, ff. de condi. inde.
& declarat Bar. in d. l. si insulam, in 4. q. & Bart. in d. l. & si post
tres, in 12. col. cum concor. ¶Sed ita est, ꝙ secundum magis cõ
munes conclusiones in fideicommisso vniuersali relicto eccle-
siæ, vel ad pias causas fit executio ipso iure, & transeunt domi
nium & iura in fideicommissarium per l. fi. C. de sac. san. eccl.
& in §. si quis autem æs propter redemptionem, in auth. de ec-
cle. titu. Et firmat Bart. in sua disputatione, quæ incipit filium
adultum, & Bar. in repeti. in l. 1. C. de sac. san. eccl. in 6. q. quin-
tæ. q. principalis, & etiam Bal. ibi in repeti. in 22. col. in versi.
super secundo quæsito, quod est valde dubitabile &c. & Bald.
in l. penul. C. ad Treb. in vlti. col. in l. id, quod pauperibus, in
27. q. C. de episco. & cleri. & Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c.
cum tibi, de test. & Ioan. de Imol. in l. Centurio. in 21. col. ff.
de vulg. & pupi. Alex.

ADDITIONES.

* Per fideicommissum.] Vult allegare tex. in l. penul. §. fin. ff. de condi.
insti. & insti. de codicil. §. fi. Et de hoc ponit Ias. in l. vnica col. 2. C. de
his, quæ pœnæ no. Et talis priuatio hæreditatis valet in vim fideicõ-
missi; quia semel hæres &c. Crauet. consi. 1. dub. 2. Natta.

* Priuare.] Cẽsetur permissum ꝙ non est prohibitum d. l. ab ea parte.
& l. nec nõ §. quod eis. ff. ex qui. caus. maio. l. mutus. §. cum quæritur.
ff. de procurato. l. j. §. j. ff. de teste. Natta.

* Permittere.] Adde Abb. in c. nullus. de iur. patro. & consil. 65. libr. 2.
vbi loquitur in dispositione testatoris, sicut Alexan. hic. & in statuto.
Idem dicit Pau. de Cast. in l. 1. C. vn. vir. & vxo. per d. l. si legatario in
fi. Aret. in §. consequens in fi. de susp. tuto. Cor. consi. 167. col. 2. lib.
2. & facit quod dicitur de patre, qui si non vult consentire filio agen
ti, iudicium valebit. vt per Bald. in l. fin. §. necessitatem. & verbum cõ
senserit, & placuerit important arbitrium boni viri. Alex. & Ias. in l.
si sic. ff. de lega. 1. Natta.

a ¶Vxori. Alex. l. cogi. §. hi qui, ad Treb. Soci. l. qui hæredi, de reb. dub.
Gerar. sin. 14. Ias. l. non dubium, col. 10. C. de legi. l. captatorias, col. 2.
* C. de test. mil. l. 2. C. de fide. * Vide ad hoc etiam Soci. in l. quem hę-
redi j. notab. ff. de reb. dub. Ias. consi. 110. lib. j. & in l. captatorias col.
2. C. de testa. mili. Vide etiam Alex. consi. 54. col. 3. lib. 7. Ias. in l. nõ du
bium col. 11. C. de legib. Natta.

* Fratres minores.] Adde, quòd nec etiam fratres minores possunt es-
se testes in testamento, ex quo non habent testamenti factionem acti
uam neque passiuam. §. testes insti. de testa. scribit Dec. in cap. insuper
colum. 2. de testi. quod no. Natta.

b ¶Guardiani. idem Cur. senior consi. 68. in fin. sed non placet istis fra-
tricellis, vt Ange. cla. versi. executor, in fi. & contrarium teneri posse
per tex. d. cle. exiui. ver. veruntamen, vt vult Bal. auth. ingressi. col. fin.
* C. de sacros. eccle. * De consensu res est dubitabilis, sed de consilio vi
detur præceptum valere, ex quo non tenetur illud sequi. Nam licet
mulier non sit capax tutelæ; tamen testator mãdare potest, vt eius cõ
silio administretur. l. quidam decedens. §. 1. ff. de admi. tuto. Bal. in ca.
decernimus de iudi. & licet non valeat statutum, quòd mulier non
contrahat matrimonium sine consensu patris, valet tamen si statutũ
requirat consilium. Vt per Dec. vbi multa similia addit in l. fœminæ.
ff. de reg. iur. versi. Decimooctauo in legibus vel statutis. Et ratio ho-
rum est, quia consilium non tenetur sequi. & ista faciunt ad quæstio-
nem, Vtrum princeps possit deputare consultorem ius dicenti vassal
lorum,

lorum, de quo per Curti. iuniorem consilio 2. vbi dicit, quod non, quia consilium est requirendum, & sequendum. Natta.

CONSILIVM LVIII.

Visa petitione antiqua producta nomine Antoniæ tunc pupillæ filiæ & hæredis, vt dicitur, quondam magist. Michaelis pictoris de Rauenna contra Bartholomæum de Lasega, & Christoforũ eius filium, in qua petebatur declarari vnam postam molendini positi in territorio de Rauenna in loco dicto Localia, vna cum iure ędificandi super ea vnum molendinum spectare, & pertinere ad dictam Antoniam vt hæredem prædictam, & condemnari dictos reos conuentos ad dimittendum & libere relaxandum dictæ Antonię dictam postam, & ad remouendum quoddam molendinum super dicta posta per eos cõstructum, vt latius in dicta petitione, & visis exceptionibus contra dictã petitionem factis per dictos Bartholomæum, & Christophorum, visa etiam alia petitione producta per do. Antoniam vt hęredẽ dicti Michaelis contra dictum Manfredum, & Iulianũ, in quo in effectu cõcluditur, & petitur declarari d. Antoniam potuisse & posse ædificare molendinum super dictis aquis Coroliæ, & eo vti, & successiuè inhiberi dictis Manfredo & Iuliano, ne de cætero impediant, & molestent ipsam An. in prędictis, attento quod in dicto loco non possunt esse duo molendina, quin vnum impediat aliud: & quod dictus Manfredus, & Iulianus occuparunt duas partes tertię partis dictę postę propter quod dicta Antonia non potest vti prædicto iure sibi cõcesso, & visis exceptionibus oppositis cõtra dictum libellum nomine dictorum Iuliani & Manfredi opponentium in effectu ea, quę aliàs in prima petitione opposita fuerunt: & etiam allegãtes se habere causam à do. Christophoro de Lasega. modo quæritur, an attestationes publicatæ in causa mota contra dictos Bartholomæum, & Christophorum authores dictorum Iuliani, & Manfredi, vt in puncto præsupponitur, & acta facta hinc inde in d. causa 1. in qua est perempta instantia, faciant fidem in causa nouiter mota? & posito quod sic, an super articulis primæ causæ vel dependẽtibus ab eis, super quibus fuerint testes per vtranq; partem, etiam publicati, & eorum dicta fuerint didicita, aut super directo contrarijs possint per vtranque partem antiqui, vel noui testes in præsenti causa recipi & examinari.

1 ¶ †Ad quæ omissis non necessarijs *respondeo, præsupponens primo, quod perempta[a] instantia pereunt acta ordinaria iudicij. l. properandum, §. & si quidem, & ibi Bar. & alij. C. de iudi. l. cũ lite mortua, ff. iudi. sol. & ibi latè Bar. & alij in l. si vt proponis, la 1. C. quomodo & quãdo iu. & no. Inn. in c. causam, el 1. de test. & no. doc. plenè in l. is, apud, C. de eden. cum si. ¶ Vnde perit actus productionis libelli, perit litis contestatio, iuramẽtum calumniæ, & similia. †acta verò, quæ concernunt litis decisionem, vt sunt confessiones, attestationes publicatæ coram iudice, & similia tendẽtia ad probationem iuris, & merita causæ; & ista non pereunt. l. iubemus, C. de lib. cau. l. cum antea. §. fi. C. de arb. l. fi. C. de testi. no. in d. l. properandum. §. fi. vbi per Cy. & alios in d. l. cum lite, & in l. gesta, C. de re iudi. & not. Inno. in cap. cum in tua, de testi. ¶ †Et sic faciunt fidem in alia instantia & causa tendente ad effectum eundem cum prima, vt concluditur in dictis locis, & no. Bar. in l. 2. §. j. ff. vi bo. rap. & doc. in d. c. causam, & Iac. But. Bar. & Bald. in l. fin. C. de testi. in quibus locis communiter concludunt doct. quòd attestationes publicatæ per iudicum faciunt fidem in alia causa inter ipsos litigantes, non attenta distinctione, quam facit text. in l. fin. C. de testi. quæ tantum habet locum coram arbitro, vt etiam dicit Bart. in l. per hanc, in fi. de temp. app. in his casibus in quibus dictæ attestationes publicatæ faciunt fidem in alia instantia, vel causa, scilicet mota ad eundem finem, ad quem tendebat prima, in eisdem casibus non possunt post publicationem inter Antoniam, & Iulianum, & Manfredum habẽtes causam de Lasega super capitulis productis in prima instãtia, vel directè contrarijs, vel comprehensis sub primis capitulis non poterunt testes antiqui vel noui per partes produci, secundum quod plenius declaraui.

2 (margin, beside "tum calumniæ")

3 (margin, beside "no. in cap. cum in tua")

ADDITIO.

* Necessarijs.] Vbi instantia restauratur, non possunt recipi testes publicatis alijs sup eisdẽ capitulis, vel cõrrijs in prima instantia. Natta.

a ¶Perempta. deci. To. 179. Matth. Afflict. decisio. Neapo. 168. Deci. 180.

SVMMARIVM.

2 *Legitimatio personarum requiritur etiam in causis summarijs.*
3 *Filiofam. agenti sufficit consensus patris generalis.*
4 *Filiofa. minori datur curator ad litem.*
5 *Testamentum non valet nisi apponatur locus loci.*
6 *Locus non censetur repetitus in secũda scriptura diuersæ datæ.*
11 *Solutio non præsumitur, si instrumentum reperitur cãcellatum penes tertium.*

CONSILIVM LIX.

Viso processu causæ tam principalis, quam appellationis inter notabilem dominam Mariam spectabilis viri de Alamis de Ferraria, & vxore Bonifacij de Martinellis de Cesena ex parte vna agentem, & Zaniacobum quondam Bartoli à Sellis de Cesena reum conuẽtum, & tunc appellantem, visisque instrumentis, & attestationibus in causa productis, & allegationibus vtriusque partis, & literis præstantis & eximij domini Vicarij magnifici, & potentis domini Cesenatis requirentis, vt de numero confidentium electus consulam, quæ futuræ sunt partes suæ in iudicando. ¶Omissis non necessarijs, & attingens magis substantialia, breuiter puto esse pronunciandum, & bene iudicatum, & male appellatum: quia ex parte agentis videntur in casu principali concurrere ea, quæ sunt necessaria pro executione pœnæ secũdum formam dicti statuti sub rubrica de instrumentis ad voluntatem non productis: præterea fuit productum instrumentum debiti duc. 50. in publicam formam manu ser Blasij quõdam ser Simonis publici notarij non abolitum, non cancellatum, nec aliqua sui parte suspectum, & fuit pręstitum iuramẽtum secundum formam dicti statuti, & legitima mandata, & alia requisita fuerunt. ¶Vnde, si qua difficultas superest, consistit illa in discurrendo, an obstent exceptiones opposite per dictum Zaniacobum tam quo ad ordinem processus, quàm quo ad merita causæ: in quo arbitror efficaciter illas nullo modo obstare. ¶Nam in primis non obst. quod quo ad processum opponatur d. do. Mariam non potuisse agere sine cõsensu patris iuxta l. fi. §. necessitatem, C. de bonis libert. c. fi. de iudi. li. 6. attento quod etiam in causis & summarijs, & executiuis requiritur talis consensus, vt probat Bal. in l. nec quicquam. §. de plano, versic. sed nunquid ibi potest &c. ff. de offi. procons. patet etiam hoc ex no. per glo. in l. 3. §. sed vtrùm, in ver. inuito patre, ff. de
1 mino. vbi vult, †quod vbi agitur de executione sentẽtiæ, filius possit esse in iudicio sine cõsensu patris, si pater in principali causa suum consensum præstiterit: quia trahitur ille consensus ad
2 causam executiuam. †Nam in omni causa etiam summaria re
a quiritur legitimatio personarum, [a]vt no. in l. 2. & ibi Bar. C. de edic. diui, & Bart. in l. ad reprimendum, in versi. figura, & Bal. in l. 3. §. idem, ff. ad exhibendum, & in l. fi. C. de edi. diui, in 5. q. ¶Quia ad hoc respondeo, quod de consensu dicti Antonij patris dominæ Mariæ apparet, qui consensit dare tutorem d. do. Mariæ ad dictam litem mouẽdam, vt constat publica scriptura; & certum est sufficere, quod consensus patris interueniat ante litem motam, dum modo ante litem contestatam non reuocauerit illum consensum, vt patet ex no. per gl. in d. l. 3. §. vtrum, & ex no. per doc. & maximè per Cyn. in d. §. necessitatem, in 3. q. & probatur in l. si cum dotem. §. eo autem tempore, ibi, dũ dicit, & ante litis contest. mutauerit voluntatem & c. ff. sol. matri. & ibi illum tex. ponderat Pau. de Cast. in terminis nostris.
3 ¶†Vnde dicit Cy. in d. 3. q. quod sufficit consensus generalis patris pro omnibus causis præsentibus & futuris, vt ibi etiã per Bal. circa antepen. & vlt. col. ad hoc quod no. Bart. in l. tam is. §. 1. in pen. q. ff. de dona. causa mor. & pro hoc facit quod not. Bar. in l. iubemus, C. de eman. li. vbi dicit per illum tex. quod vbi pater ille consentit filię impetranti rescriptum super causa, nõ est necessarius alius cõsensus in causa, hoc in terminis nostris decidit expressius Bal. in l. fi. §. si autem, in 2. q. C. de bo. quæ lib. vbi inquit sufficere patrem consentire petenti sibi curatorem dari ad causam: quia qui consentit in officio, consentit in eius exercitio: alleg. gl. quam dicit esse singulariter notãdam, in l. Lucius Titius Caium, ff. de admi. tu. ¶ Secundo potest respon-

sponderi, quod quando filiusfam. est maior 25. ann. prout erat d. Maria tempore moti iudicij, vt fatetur pars rei conuenti respondendo positionibus & processus est factus cum filiofam. minore ad fauorem ipsius minoris, tunc talis processus non redditur nullus ad praeiudicium minoris. quamuis non interfuit consensus patris: quia in hoc sunt priuilegiati minores, vt consensus vel authoritas, quae aliàs fuisset eis necessaria, non requiratur in his quę sunt eis fauorabilia, vt precisè declarant Cyn. Sal. & Ful. in l. non eo minus, C. de procu. seq. glo. in l. 1. C. qui legi. perso. haec in proposito nostro rectè intuenti fuit à parte de mente Spec. in tit. de actore. §. 1. versi. sed nunquid in casibus in quibus à minore, & c. praetereà iuncta deci. glo. in d. l. j. C. qui legi. personam, & in d. l. non eo minus. ¶Insuper nō ob. alia exceptio circa processum, dum dicebatur quod procura-
4 tor, qui pro dicta litigauit, non fuit legitima persona: † quia filiofam. non potest dari curator, vt l. fin. in princ. C. de cura. furio. quia respondeo, quòd verum est in curatore, qui daretur personae: sed curator, qui daretur non personae, sed rebus vel ad certum actum, secus est. l. cum oportet, C. de bo. quae lib. & ita ibi declarat glo. in §. sinautem patre recusante, de bo. quae libe. & ita ibi declarat glo. quod filiusfam. minori possit dari cura
* tor ad litem,* ponit expressè Cyn. in d. §. necessitate, in 3. q. in fin. & ibi Bald. in princ. ¶Secundò, respondeo, quòd propter illam interlocutoriam, qua fuit pronunciatum, personas vel legitima esse mandata, nihil potest vlterius obijci, quo ad personas, vt no. Bartol. & alij in l. 1. C. de proc. argu. l. 1. C. si ex fals. instru. & no. Ioan. An. in cap. super literis, de rescrip. & Bart. in l. Pomponius, §. rati, de procur. & not. Canonistae in c. quoniā. contra de probat. in cap. cum in iure, de offic. dele. Tollitur ēt ex hoc exceptio per d. l. non eo minus. ¶ Nunc venio ad exceptiones quae concernunt merita causae, quorum summa haec esse videtur, quod de dicto debito erat satisfactum, vt dicitur constare ex rogationibus Matthaei quondam Ioan. de Sezena, qui in protocollo. & in fi. originalis notae continentis originē debiti dictorum quinquaginta ducatorum contracti per iuramentum huius dominae Mariae cum dicto Zaniacobo eius, patre, scripsit hoc modo: videlicet, Ego Matthaeus Ioa. praedictus notarius de voluntate praedictae dominae Mariae, dictū instrumentum cassaui, & annullaui: quia in presentia mei notarij, & in praesentia Matthęi Magnaui de molendino veteri, & Anto. Bartini ab ipsa domina Maria recepit à dicto domino magistro Zaniacobo dictos quinquaginta ducatos aureos de lucro mihi secuto, & c. & ita reperitur cassum & cancellatum protocollum in ea parte, in qua erat nota dicti. Sed ad hoc breuiter respondeo, quòd per hoc non est probatum de solutione, vt probare tenebatur dictus Zaniacobus intra certum terminum, vt continetur in instrumento rogato per Blasium, cuius petitur executio. nam dicta scriptura ser Matthaei non fa
5 cit fidem, nec dicitur authentica, † quia caret solennitatibus,
b & loco loci, [b] prout de iure requiritur, vt not. in capit. abbate, in gloss. in versic. censeretur, de re iudi. in 6. & Cyn. in gl. in l. generali. C. de tabularijs, libr. 10. & not. Cyn. & alij in l. optimam. C. de contrahend. & committen. stipula. Bartol. & scribentes in l. de pupillo, §. qui nunciat. ff. de noui. ope. nunc. & Canonistae in capit. 1. & capit. inter dilectos, de fide instrument. & Gui. de Gu. & Bald. in l. comparationę, C. de fide instrum. & est prouisum etiam in statuto sub rubrica de modo, forma, & ordine protocollorum notariorum. ¶Et quòd dicta scriptura fidem non facit, patet ex not. per Ioan. An. in addi. Specul. in tit. de instru. edi. §. ostenso. in addi. incipiente, dixit Rolandinus, ibi post Mart. Syll. praeceptorem suum concludit, quòd si in rogatione notarij scriptum est de manu ipsius cassum & cancellatum de voluntate partium, quòd talis cancellatio non obest: quia non habet sua solennia, scilicet testes, diem & consulem: & cum hac conclusione videtur transire Bald. Ange. & Pau. de Cast. in l. si vnus, C. de testa. & Bald. in l. ea quae. C. commi. vel epi. & Ange. in consi. 346. incip. Titius vt heres, & licet Pau. de Cast. in consi. 26. incip. Dubium satis. & c. dixerit quòd si reperitur instrumentum im margine manu notarij vbi reperiuntur ista verba cācellatum per errorem, quòd talia verba probant. allegat not. per Bartol. in l. fraudem. §. sicut, ff. de testa. milit. ¶Non obst. secundum eum, quòd illa adiectio non habeat diem nec consulem: qa imò cū sit de cohaerentijs, habet diem principalis scripturae, in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo, & ar. l. regula. §. fin. ff. de iure & fac. igno. dummodo constet, quòd sit de manu eiusdem notarij, secundum Bald. & ita etiam in effectu, voluit Bald. in consil. incipien. in lib. sententiarum, & etiam Bald. in l. labeo. §. 1. ff. de pact. & ibi quaeritur, quid si reperitur can-
c cellatum [c] in libro tabellionis penes ipsum notarium, & appareat causa cancellationis, vt quia ibi est quaedam lineatura, quae dicit cassum de voluntate partium, & refert quòd Mart. Syll. dixit, quòd cancellatio ista non derogat instrumēto: quia ista non habet diem & consulem. Sed dicit Bald. quòd in contrarium facit: quia intelligitur facta eodem die & consule, sub quo est factum instrumentum d. l. si quis ex argētarijs. Ad ista omnia respondeo, quod dato quòd vera esset opinio Bald. in locis proximè allegatis: tamen non habet obstare: quia decisio Bald. debet intelligi in instrumento, de quo fuit rogatus ser Matthaeus, ipsius scripturae cancellarius: quia tunc posset intelligi, quare potius locus, & alię solennitates praecedentis instrumenti deficiunt in prima scriptura cancellatio-
6 nis. † Sed vbi appareat de diuersitate temporis, vt apparet in casu nostro: quia prima scriptura fuit facta de anno, 1441. secunda verò. 1442. tunc non intelligitur repetitus locus, & similia. ita in terminis nostris firmat Bald. in l. nostram. in 2. colum. C. de testa. & hoc casu dicit, quòd procedit opinio. Mart. Syll. ¶ Optimè facit, quod not. Bartol. in d. §. si initium, in fin. vbi dicit, quòd si apparet, quod inter praecedentem scripturam contractus, & sequentem esset diuersitas temporis in aliqua hora, testes appositi in prima scriptura non intelligerentur repetiti in secunda & pari ratione locus. ¶ Nec praedictis etiam obstat, si diceretur, quòd dicta scriptura cassationis detur mortuo tabellione: quae tamen fecit indicium, vel saltem semiplenam probationem, dato quòd haberet defectum nominis Imperatoris, vel Papae. aut indictionis, vel similium solennitatum, vt singulariter voluit Bartol. ff. de iureiuran. l. admonendi, in 10. colum. in versicul. quaero, quid si in instrumento reperitur defectus in indictione, vel in nomine Papae, & c. & Anto. de But. in cap. fin. de iureiuran. & facit quod not. Bald. in l. comparationes, C. de fide instrumen. in
7 7. colum. in versicul. Cyn. format, & c. † dum dicitur, quòd maior adhibetur fides scripturis mortuorum, quam viuentium. ergo saltem debet deferri dicto Zaniacobo iuramentum in defectum semiplenę probationis, iuxta. l. in bonę fidei, cum materia. C. de rebus credito. & d. l. admonendi: quia ad hoc respondeo, quòd vbi probatio erat posita in conditione, nunquam defertur iuramentum in defectum semiplenae probationis, vt signanter voluit Bald. in d. l. in bonę fidei, in penul. co-
8 lum. & idem ibi Salic. † quòd conditiones debent impleri in forma specifica; ideò debent perfectè impleri, non autem imperfectè per fictiones suppleri; allega. l. Lucius. ff. de condi. & demonstratio. ¶ Sed ita est, quòd inter patrem dictae dominę Marię, & dictum Zaniacobum fuit actum, & conuentum, quòd eo casu, quo probaret vsque ad duos annos Zaniacobus dictam quantitatem ducatorum quinquaginta fuisse solutam dictę domi. matri huius dominę Marię agentis, vel dicto domi. Antonio de Assassinis, quòd tunc instrumentum quinquaginta ducatorum sit cassum. ergo cum ista conditio de futuro non fuit impleta per plenam probationem, non potest deferri iuramentum. ¶ † Secundò, respondeo, quòd di-
9 cta probatio solutionis debuit fieri intra duos annos ex forma dicti instrumenti: sed tempore quo petitum est deferri iuramentum in defectum semiplenae probationis, iam erant elapsi duo anni praedicti; ergo non debet audiri, dato quòd semiplenè probasset ante finitos duos annos per illam probationem instrumenti, & cancellationis factam dicto Ant. in actis hoc in terminis dicit Bartol. in l. ait pretor. §. si iudex. ff. de re iudica. in vltim. colum. vbi dixit, † quòd si iudex in sententia
10 dixerit, Condemno te, si probatum est, & apparebat probatum esse per vnum testem, adeò, quòd erat locus delationi iuramenti in defectum semiplenę probationis; an intelligatur condemnatus? & dicit quòd non: quia ad iuramentum deuenitur propter inopiam probationum; & sic apparet non esse probatum, & sic deficit illa conditio, si probatum est, scilicet legitimè. l. hęc conditio filię meę. ff. de conditio. & demonstr. ita dicit Bartol. in d. §. si iudex. & idem notat Bald. & Salice. in l. penul. C. de sentent. quę sine cert. quantita. vbi pro hoc allegat d.

gat d. l. Lucius. ¶Nec post terminum dictorum duorum annorum potuit dictus Zaniacobus dictam moram purgare, saltem per iuramentum appositum in instrumento de soluendo ad voluntatem dictæ dominæ Mariæ, elapso dicto biennio. quod iuramētum impediet moram purgari posse.l.si quis maior,& ibi not. Bartol.C.de transact. & Bartol. in l.prædia.ff.de actio.empt.& in l.si insulam.ff.de verbo.oblig.& Bald. in l.si pacto,quo pęnam,C.de pac.& in l.& si post tres.ff.si quis cau. ¶Et alijs etiam de causis patet, quod non possit moram purgare: sed ratio iuramenti ad præsens causa breuitatis sufficiat. & per hoc apparet etiam quod non obstat attestatio Marci ingerata: quia illa probatio fuit facta post dictum biennium,ac etiam in veritate non concordat cum scriptura notarij: imò potius contradicit, vt ex vtriusque inspectione apparet,& deductum fuit in allegationibus eximij domini aduocati partis agentis. ¶Et per prædicta apparet, non obstare, si diceretur,
11 † quod quando instrumentum reperitur cancellatum apud tertium, præsumitur debitum esse solutum, sicut quando reperitur apud debitorem ipsum instrumētum cancellatum eadem ratione, vt concludit Barto.in l.fullo.§.qui tabulas.ff.de furt.per l.Chirographum.ff.de probat. quia potest responderi primò,quod illud dictum non est verum; & contrarium tenuit Ange.in l. si vnus.C.de test. quia dictum Bart. non videtur iure probari.¶Nec est verum, quod sit eadem ratio,quando reperitur penès extraneum: quia, quando reperitur penès debitorem, & debitor non esset persona domestica creditoris, quę poterit facilè auferre creditori instrumentum, præsumitur redditum per creditorem debitori animo liberādi debitorem.l.labeo,cum l.seq.iunctis ibi no.ff.de pac. quæ ratio cessat, quando reperitur apud tertium.nec enim refert, an reperiatur apud debitorem instrumentum debiti cancellatum, vel non cancellatum: quia vtroque casu præsumitur redditum a creditore debitori animo liberandi eum; & si non esset cancellatum, facilè esset debitori cancellare. ita dicit Ioan. And. in addit.Specu.in titu.de instrumen. edit.§.postquam, super versic.porrò,& Anto.de Butr.in cap.ecclesia, el 2.vt lite pen. quæ ratio cessat,quando est apud tertium,quia dato, quòd præsumeretur ei datum per creditorem,non tamen possit dici, quod præsumeretur ei datum animo liberandi: quia nihil ad eum. Præterea dato,quòd vera esset opin. Bart.in d.l.fullo, quando reperitur instrumentum penès tertium: tamen casus noster
12 est † quando reperitur cancellatum protocollum apud ipsum tabellionem, & istum casum tanquam diuersum a prędictis ponit Bal.in d.l.labeo.§.primo.quo casu conclusum est supra secundam sententiam omnium quia illa cancellatio non probat,etiam si sit facta manu tabellionis, quando non habet expresse vel tacitè locum,nomen Imperatoris,& solu. aliàs omnes, prout in casu nostro non habet dicta cancellatio, vt probaui.¶Denique dici posset, quod quando instrumentum reperitur cancellatum etiam apud debitorem præsumatur facta solutio debiti: non tamen dicunt, quòd talis præsumptio non sit plena probatio: imò glo. expresse dicit in l. postquam, ff. de pac.quam ibi sequitur Guil.de Cug.Iaco. Butr.& Bald. in l.vnica.§.ille,C.de Lati.lib. to. quod facit præsumptionē: sed non facit probationem sine alio supplemento: tutiores tamen puto superiores responsiones. ¶Posset etiam ad prædictam assertam absolutionem dici, quòd non valuit propter statutum positum sub rubrica, quòd mulieres nuptæ. tamen illa disputatio non videtur necessaria stantibus alijs superioribus fundamentis, & etiam velut non necessariam omitto. caueat tamen Antonius pater huius dominę Mariæ agentis,qui consensit huic filiæ agenti, ne ipse suam conscientiam lædat, ipsa seducta.nam si quid de absolutione factum fuit, debet ipse sententiam habere, vt deprehendi potest maximè ex attestatione ipsius Matthæi.Ex quibus concludo, quòd alio non dicto partes domini iudicis appellationis sint in pronūciando bene iudicatum. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Personarum.Bart.l.fina.in fi.ff.pro suo.Deci.c.ex parte.2.colum.4. c.prudentia.§.6.col.1.de off.deleg.Ias.l.ait prætor.2.in fi. de iureiu. in rubr.C.qui admit.& ibi Deci.colum.9. Deci.l.2.col.15. C.de edi. diui Adr.Gerard.singu.23.Hyppol.Marf.l.si quis ne quæstio.num.8. de quæstion.
* Contra hoc arguit Ias.in l.2.C.de edic.diui. quia, vbi causa est summaria,omnes causæ articuli debent esse summarij; Bar.in l.solent circa fi.ff.de ali.& ciba. lega. ergo legitimatio personarum non debet plenè probari. Natta.
* Curator ad litem.] Vide etiam Bar.in l.fi.§.primo.in fi. ff.de ver.ob. & Bald.in l.cum oportet.§.fi.in fi. C.de bon.quæ liber. potest etiam dari curator quando pater obest,vel non vult administrare.Ias.in l. bonorum col.2.C.qui admi.Et quando filius est adultus, vel pupillus,Alex.in l.neque impuberes.ff.de in ius vocan. Natta.
b ¶Loco loci.Deci.To.591.Philipp.Franc.in dat.lib.6.Bald.consil.55. anno.lib.secundo.Paul.consi.420.lib.2.Corn.consi.216.lib.4.glo. prag.de subla.cle.lit.ver.ecclesia Bonif.de Vitali.in proœ. cle.col.fi. Bertr.consi.230.quoniam esset,lib.2.
c ¶Cancellatum. Si reperitur cancellatum penès ipsum eundem notarium, quia semel traditum non probat debitum esse,sed fuisse: quia præsumitur solutio, videtur satisfactio.Bal.d.l.Labeo,in fin. & in rub.col.7.ver.iuxta hæc quæro,C,de fi.instru.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis legitimatus ad feuda non succedit in præiudicium domini: nec etiam in emphyteusi ecclesiastica, vel nobili concessa.nu.2.3.4.& 6.*
7 *Legitimi appellatione venit legitimatus.contra,nu. 9.*
8 *Naturalis propriè quid sit.nu.16.Et statutum de compromittendo inter coniunctos non habet locum in naturalibus.*
18 *Legitimatio habet vim dispēsationis, nec debet fieri sine causa.*
19 *Iudex inferior non potest legitimare in præiudicium legitimorum, nume.21.*
20 *Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis.*
22 *Legitimatio vitiatur per surreptionem.*

CONSILIVM LX.

Visa legitimatione facta de domina Marmorina,tanquā de filia naturali tantùm Bonifaldi per Christophorum comitem Palatinum,omisso primo dubio, de quo velut indubitato non est dubitandum, scilicet an legitimatio possit infringi,eo,quòd non fuerunt citatæ filiæ legitimæ & naturales dicti Bonifaldi in actu dictæ legitimationis factæ, patre vi
1 uente. ¶†Capio illud dubium, an dicta filia possit succedere in iuribus feudalibus, vel emphyteuticis vnà cum filia legitima & naturali.¶ Et videtur prima consideratione dicendum, quod sic: quia in dicta legitimatione expressum est, quod possit succedere etiam in bonis feudalibus, non obstante capi. naturales,in tit.si de feud.fue.contro.inter do.& agna. Et constat,quod licèt legitimati regulariter non succedūt in feudis:
* tamen fallit, si expresse hoc cautum sit in legitimatione, * quod succedant in feudis,&c.vt no.glo.in præalleg. cap.naturales, & not. doct.in cap.lator,qui filij sint legit. ¶Sed hoc non obstante,contrarium puto esse verum,& primò, quòd non possit succedere in bonis feudalibus, est & expressum in pręallegato c.naturales,vt dicit Iaco.de Bel.ibi,illud, quod dicit ibi gl. scilicet,quòd legitimatus succedat in feudo, si hoc fuit expressum in legitimatione, potest procedere, quando nulli extabant legitimi: secus, si extarēt,prout in casu nostro,in quo extabat legitima:quia non procederet illa gl. secundum eum, allegat id,quod habetur in §.generaliter,& §.seq. in authenti. quib.mod.natu.effi.sui,& idem no. Andr.de Isern. in d.c.naturales. ¶Fortius Saly. in suo consil.incip. Comes Palatinus,
2 †quòd si concessum est mihi feudum a marchione Ferrariæ, pro me & filijs meis legitimis,& postea Imper. vel alius habēs potestatem ab eo,legitimauit filium meum naturalem, etiam quo ad feudalia vbicunque posita,vt in illis succedere possit; quod tamen talis legitimatus non succedit in feudo tali: quia aliud est quem esse legitimum, & aliud est, quem esse legitimatum.l.sed si excepto,ff.de iure fis. maximè inspecto vsu loquendi,qui in qualibet dispositione præualet.c.ex literis,el 1. de spons.l. librorum.§.quod tamen Cassius,ff.de le.3.cum ibi no.Vnde concessio feudi facta mihi per marchionem Ferrarię
a ad talem filium non extenditur,nisi dominus [a] qui feudum cōcessit, consentiret. ¶Et propterea dicit ipse, quòd glo.in d.c. naturales, non est vera,nisi secundum Sal.in d.cōsi. saluemus
* illam glo.in feudis proprijs Imperatoris. * nam tunc sua legitimatio ad talia feuda bene extenditur. ¶Ad istud idem cōcludit ipsemet Sal.in sua disputatione,incipiente,Mediolanensis quidam.¶Quod maximè videtur in casu nostro esse verum in legitimatione facta ab inferiore, qui non potest ius domini

feudi transferre sine causa, iuxta no. in c. constitutus, de relig. do. & per do. plenè in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & Spe. in ti. de leg. §. nunc ostendendum, versi. 57. attento, ꝙ in legitimandi concessione ab Imperatore nulla sit mentio de feudis. d. c. naturales. ¶Hoc idem videtur velle Hostie. in c. per vene-
3 rabilem, ver. aut requisisti, qui filij sint legi. dum dicit, † quòd Papa ad feudalia legitimare potest, consentiente domino feu. arg. c. nuper, de do. inter vir. & vxo. cum concord. supra alleg. per eum, & cum eo trāsit Ant. de But. in d. c. per venerabilem, in 16. col. parum ante ver. venio ad secundum, an Imperator possit in terris ecclesiæ. & prędicta dubitatio vendicat sibi locum, quando ex forma inuestituræ talia feuda possunt transire ad filias fœminas, ad quas aliter non transirent regulariter.
4 c. 1. §. hoc autem notādum, in ti. qui feu. da. pos. ¶†Sed maior
b dubitatio esse videt̃ de rebus emphyteuticis, [b] an ad illas admittatur dicta filia legitimata naturalis; & dicēdum videtur, ꝙ si talis emphyteusis est concessa ab ecclesia, non admittatur dicta filia legitimata, vt expressè dicit Bar. & Sal. in l. generaliter. §. 1. C. de insti. & substi. sub cond. fac. vbi dicunt, ꝙ sicut in feudis non includuntur bastardi legitimati: quia feudum est beneficium, & honor. d. c. naturales, ita etiam non admit-
5 tūtur ad emphyteusim ecclesiasticam: † quia apud ecclesiam bastardi sunt infames, vt not. Azo in summa. C. de inf. & licet sint legitimati: tamen non sunt legitimi natura, vt legitur, & no. in c. innotuit, de elec. & ita resident Bal. & Sal. in d. l. generaliter. & idem no. Bal. in addi. Spe. in ti. de locato, in 3. char. in ver. emphyteusis ecclesię, &c. & Io. de Imo. in l. quod dicitur, in 7. col. ff. de ver. ob. ¶Bene facit, quod not. Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus, in ver. quæro, quid in contractibus. ff. ad Treb. & Ang. in l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt. & doc. in c. in præsentia, de prob. ¶Idem, si esset concessa emphyteusis ad quamcunque personam nobilem: quia non est verosimile concedentem de talibus sensisse secūdū Ang. in sua disp. incip. nobilis quidam genere in 6. col. ad hoc allegat d. c. natu-
6 rales, & l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. ¶†Et per eandē rationē videtur idem, si concessio in emphyteusim facta fuisset nobili: quia illud quòd dicimus in concedente nobili per d. §. si quis rogatus, extenditur etiam ad casum, quando concedens vel relinquens fuisset ignobilis, & persona cui cōcedebatur, vel relinquebatur, erat nobilis, vt no. Ang. & Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus in princ. ¶Pro quo etiam ponderant id, quod no. gl. in ver. voluntate, dum gl. dicit, etiam rogati, &c. & illud etiam sequitur Saly. in præalle. l. generaliter. §. cum autem. vbi autem emphyteusis non esset concessa a nobili, nec ignobili, nec ecclesia, & esset concessa recipi eum pro se, & filijs legitimis, tunc esset magis dubium. tamen Bal. & Sal. in l. fi. C. de his, qui ve. æta. imp. per illum tex. tenent, ꝙ non veniūt legitimati ex priuilegio, pro quibus etiam facit tex. in præall. c. naturales. ¶Attamen consulo, ꝙ dominus aduocatus continetur probare, quod secundum communem vsum loquendi appellatione filij legitimi & naturalis, non intelligebatur de legitimato. quo casu etiam Pau. de Cas. in d. l. fi. videtur velle, quod non admittitur legitimatus: quia in omni dispositione
7 præualet communis vsus loquendi. ¶†Venio ad aliud dubiū, in quo quæritur, an filia legitimata comprehendatur appellatione legitimarum circa disposita per statuta, puta disponentia, ꝙ fiat compromissum inter cōiunctos vsque ad quartum gradum. ¶In quo videtur prima consideratione dicendum, qđ sic. Primò per ea, quæ no. Bal. in l. eam quam, C. de fideic. in 8. col. in ver. sed pone, statutum dicit, &c. vbi concludit, quod si statutum disponit, ꝙ fili adotata non succedat: quia est filia legitimata, excludetur a statuto: quia non potest venire nisi tanquam legitima; ergo est exclusa a statuto, quamquam secundū eum de proprietate vocabuli appellatione filij non comprehēdatur legitimatus; allegat d. c. naturales. ¶Istud idem etiam in effectu videtur sentire ipsemet Bart. in præall. l. eam quam, in 6. col. in ver. item quæsitum fuit a me, &c. vbi cōcludit, quod statutum disponens. ꝙ fœmina non succedat cum masculis, porrigitur ad legitimatos: quia legitimatio extendit se ad statutum, quod recipit interpretationem passiuam. l. 1. §. lex Falcid. ff. ad l. Fal. & idem voluit Bal. in l. cū acutissimi, circa medium, C. de fideic. volens, quod statutum excludēs filiam propter filios masculos habeat locum in filijs legitimatis: quia legitimatio extendit se ad statutum, cum legitimatus sit verus

status legitimorum, licet non sit verum principium, secūdum eum. ¶Pro hac etiam opinione facit, quia naturales & spurij videntur etiam dicti coniuncti, vt patet ex no. per gl. l. non facilè. §. affines, in ver. nuptias. ff. de ritu nupt. vbi quo ad impediendum matrimonium tales dicuntur consanguinei, & affines, & illam gl. ad hoc allegat Bar. in l. 2. ff. de accu. vbi etiam cōcludit, & Ang. ibi sequitur, ꝙ filia spuria potest accusare de morte parentum, sicut legitima & naturalis iuxta d. l. 2. ff. de accu. quia iura permittentia filiabus facultatem accusandi, loquuntur quadam voce naturali, s. parētum, liberorum, &c. vt in d. l. 2. &c. & quando lex talibus vocabulis vtitur, non consideratur dispositio iuris ciuilis. l. tutelas, ff. de cap. dimi. Accedit secundum Bar. quia iure naturali oēs legitimi nascebant̃, vt in auth. qui. mod. na. eff. sui. §. liceat, cum gl. &c. & tales filiæ spuriæ admittuntur ad accusandum secundum eum, & optimè probatur in l. hos accusare. §. omnibus, & ibi hoc ēt no. Bar. ff. de accu. & no. Bal. in l. 1. in 22. col. in ver. quo ad secundum, &c. C. qui accusare. pro hoc faciūt plures rationes, quas posuit Cy. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. dum concludit, quòd dispositio illius legis pœnalis loquentis in filijs, habet locum nedum in legitimis, sed etiam in spurijs, dummodò patrem certū habeant, ne plus habeat castitate luxuria, in authē. de resti. & ea quæ parit. in fi. & argu. l. & nihil, ff. de ri. nupt. & idem no. gl. in c. statuto, secundo, in versi. volumus, de hæret. in 6. ¶Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto, ꝙ vigore dicti statuti non potuit dicta filia, quę asserit, se legitimatam, petere, ꝙ fiat cōpromissum inter eam, & filiam legitimā & naturalem. ¶Nam præsuppono in primis, ꝙ dicta filia nata est spuria, non autem na-
8 turalis: quia ex patre tunc vxorato. † nam ille naturalis [c] esse
c dicetur, qui natus est ex vnica concubina honestè in domo ab ea retenta, qui solutus erat, in §. si quis autem defunctus, qui. mod. na. effi. sui, & in auth. de trien. & semis. §. consideremus, & not. in c. nisi. §. personæ. de renun. & licèt secundum Ioan. And. in addi. Spec. in tit. qui fil. sint legit. in rubr. in vers. quæstionem de statuto, &c. secundum communem vsum loquendi in multis partibus omnes nati ex soluto & soluta appellentur, sed propriè secundum eum naturales dicuntur, vt dixi. ¶Hoc pręsupposito dico, ꝙ hoc possumus dicere, quod etiam
* spuria filia non legitima,* non possit cogere ad cōpromissum. in primis consulendo tenuit Dy. consi. 16. inci. diligenter con
9 siderata & inspecta forma, in fi. † quia secundum eum spurius non habet cognationem, vel coniunctionem ex parte patris, allegat §. fi. in auth. quib. mod. nat. effi. sui, & l. spurius, ff. vnde cognati. Idem tenuit Bal. in l. id, quod pauperibus, in 9. colū. C. de episco. & cleri. vbi dicit, quòd appellatione coniunctō-
d rum [d] non venit spurius; allegat not. per Dy. in d. consi. 16. in fine. ¶Istud etiam specificè in terminis firmat Ioan. de Imo. in l. ex facto, §. si quis rogatus, & l. 1. ff. ad Treb. in 16. colum. vbi dicit, quòd si statutum sit in aliqua ciuitate, quòd coniuncti vsque ad quartum gradum possūt cogi ad compromissum,
e non videtur in tali statuto [e] comprehendi naturalis, vel spurius, cum tale statutum sit exorbitans a iure communi, ꝙ nemo cogitur compromittere. l. si dictum. §. si compromisero, ff. de euic. & no. Bar. in l. si furti. §. qui insuper. & ibi no. per gl. ff. de his, qui no. infa. & Bal. in l. ex stipulatione, C. de sen. & in
10 c. 1. §. si quis furatus, de pace tenen. † in dispositionibus, quæ non sunt iuris naturalis, non comprehenditur filius naturalis, vel spurius, sed legitimus, quando talis dispositio est exorbitans secūdum Iac. de Are. Cy. & Imo. in d. §. si quis rogatus, alleg. l. 3. C. de na. lib. & idem no. Cy. in quadam additione in l. 3. facit. l. ex libera, cum ibi no. C. de suis & legi. & no. in cle. 1. de bapt. in gl. in ver. liberi. & quod non comprehendantur naturales, vel spurij sub dicto statuto adducit Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus: quia tales non videntur dici coniuncti, nisi quo ad matrimoniū, per no. in l. non facilè. §. affines, ff. de graiuncta glo. in l. hac parte, & l. si spurius, ff. vnde cognati. vnde frater non succedit fratri naturali, etiam ex eodem patre, vt est glos. singula. secundum eum in d. §. si quis rogatus. ¶Idem
11 tenuit Pau. de Castr. in dicto §. si quis rogatus. vbi dicit, † ꝙ habuit de facto istam quæstionem, statutum dicebat, quòd causę, quę vertuntur inter patruum, & nepotem debeant compromitti: & ecce, qō vertebatur inter patruū, & nepotē nō legitimum; an debeant cōpromitti? ¶Et dicit, ꝙ reperiunt̃ plures

res casus, in quibus filij non legitimi comprehēduntur in verbis legis facientis mentionem de filijs. ¶Primus est, quando prouisio legis facientis mentionem de alijs respicit actum naturalem, ff. de ritu nup. l. nuptiæ consistere, cum l. 4. ff. de ritu nup. & l. adoptiuus. §. 1. eo. tit. facit, d. l. hos accusare. §. omnibus, de accu. & sunt verba Guili. de Cu. in l. parentes, ff. de in ius voc. Secundus casus est, quando respicit ius quasi naturale, vt reuerentiam erga parentes, in d. l. parentes, iuncta l. veluti, ff. de iusti. & iu. ¶Tertius casus est, quando agitur de puniendo filium propter delictum patris: quia punitur legitimus; fortius debet puniri illegitimus, ne plus habeat castitate luxuria. ita loquitur determinatio Cy. in l. quisquis, & gl. in d. c. statutum. ¶Quartus casus est, quando agitur de puniēdo filium propter delictum ipsius filij, & lex puniens loqueretur per verba naturalia, puta de filijs nobilium loquens, vt plus puniantur. nam intelligitur de non legitimis etiam spurijs. ita loquitur determinatio Bart. in l. pronunciatio. ff. de verb. sig. & in l. tutelas, cum sim. per illum tex. ff. de cap. dimi. ¶Quintus casus est, vbicunq; tractatur de damno, vel præiudicio ipsius illegitimi. quo casu veniunt appellatione filiorum: secus si de eius commodo & fauore. ita colligitur ex no. per gl. in cle. 1. de baptismo. ¶Sunt alij casus, in quibus constat, non comprehendi, vt cum agitur de præiudicio tertij. hic est casus in l. lege Iul. §. hoc capite, ff. de ritu nup. similiter non comprehenditur, qñ agitur de dispositione merè iuris positiui, per d. l. ex libera, secundum Guil. de Cu. in d. l. parentes. At etiam nō comprehenditur, quando agitur de honore, vel commodo ipsius illegitimi, per no. per gl. in d. cle. 1. ¶Vnde ex his infert Pau. de Cas. in in d. §. si quis rogatus, ad quæstionem propositam de patruo, & filio illegitimo: quia si patruus peteret compromissum fieri cum nepote illegitimo, & ille contradiceret; tunc debet fieri compromissum, qñ agitur de præiudicio eius, & sic comprehenditur in statuto. Sed contra, si nepos illegitimus petit fieri, & patruus contradicit, secus est, quando ageretur de eius fauore, seu beneficio, seu commodo: ideò omnino debet fieri compromissum per no. per gl. in d. cle. 1. & ita dicit cōsuluisse. fortius dixit Bal. in d. l. q̃squis, ad l. Iul. ꝙ quando hoc verbū profertur a iure communi in materia indifferenti possit comprehendi illegitimus per ibi no. per Cy. quando ibi profertur a statuto, esset intelligendum de legitimis: quia verbo est simpliciter prolatum, & nemo appellatur filius propriè, nisi sit iustus l. filium. §. 1. de his qui sunt sui, vel ali. iu. l. fi. de iu. deli. l. generaliter, in fi. C. de insti. & subs. ¶Ad prædicta etiam bene facit,
12 quod no. Bal. in rep. l. neganda, in fi. C. qui accus. †vbi quærit, an spurius venit appellatione suorum, adeò, ꝙ iura concedentia priuilegium accusantibus, & prosequentibus suorum iniuriam, habeat locum in patre accusante de morte spurij. & concludit, ꝙ non continetur appellatione suorum, nec pater appellatione patris continetur. & quia sumus in ciuili materia, ergo secundum eum, verba sunt ciuiliter intelligenda, non secundum viam naturæ, sed secundum viam datam a iure l. lex Iul. ver. nec distinguit, ff. de ritu nup. & per no. per Gui. in d. l. parentes. ¶Pro hoc etiam, quod no. Dy. & Rayn. in l. cum pa-
13 ter. §. mater, ff. de leg. 2. †vbi dicunt, ꝙ si statuto cauetur, quod nobiles debeant cauere de non offendendo populares sub certa pœna, & ꝙ ipsa cautio intelligatur pro nobilibus, & eorum liberis, ꝙ tale statutum non trahitur ad eorum spurios: quia non sunt nominandi filij, in auth. ex complexu, C. de ince. nupt. & ideò si filius spurius offendat, pater non tenebitur ad dictam pœnam. Idem tenet Bal. in d. l. cum pater. §. volo. ¶Facit quod not. Cy. in d. §. volo. vbi dixit, ꝙ priuilegium concessum Regi, ꝙ facere posset pro se, & liberis suis celebrari tēpore interdicti, ꝙ naturales non continebantur, per no. in d. cle. j. ad-
14 hoc, quod no. Io. An. in addi. Spe. in rub. qui fil. sint legi. † vbi concludit, ꝙ statutum disponens, ꝙ pater teneatur emendare damnum datum per filium, non cōprehēdat spurium: quia nominandus non est filius, vt dixi, & sequitur hoc Ant. de Bu. in c. per venerabilem, in 12. col. qui fil. sint legit. & Bal. in l. 2. C. de sac. san. ecc. ¶Tenuit idem Io. de Imo. in l. Lucius. §. fi. ff. de leg. 2. vbi dicit plus, quod etiam tale statutum non habeat locum in filio naturali, nedum in spurio, vt ibi per eū, & per eundem in d. §. si quis rogatus, cum quo concordat Lud. Roma. in l. si filio, la 2. ff. so. ma. ¶Ad confirmationem prædictorum possunt multa formari: quia est materia in varijs, & infinitis locis posita: tamen prædicta cum decisione huius pri-
15 mi membri satis sunt. ¶†Et ex prædictis patet responsio ad no. per Bar. in l. 2. ff. de accu. & in l. hos accusare. §. omnibus. & l. qui accusare cum sim. quia respondetur primo ꝙ Bar. loqtur, quādo dispositio iuris communis loquebatur per nomina merè naturalia, vt filius, sed statutum in casu nostro loquitur per nomina, quæ sunt a iure inuenta, videlicet per hoc nomen cōiuncti, vt patet in l. cum manifestissimi. §. cum autem, in verb. coniunctum, C. de fur. & in l. cum alienam, C. de lega. ¶Secundo respondeo, vt colligitur ex no. per Imo. in d. §. si quis rogatus, in 15. col. videlicet quod Bar. in d. l. 2. loquatur in dispositione, quę quodammodo erat iuris naturalis, scilicet an filia spuria possit accusare de morte patris. nam naturaliter inclinari debet filius ad offensam & vindictam patris, sicut è contra l. isti quidem, ff. quod me. cau. Plus dicit Ioan. de Imo. in d. §. si quis rogatus, quod in filia spuria nata ex tali damnato coitu ꝙ possit criminaliter accusari. non procederet decisio Bart. in d. l. 2. quia lex non videtur verosimiliter intellexisse id, quod voluit gl. not. in l. quia semper. iūcta l. sequen. ff. de in ius vocan.
16 †Sed ita est, ꝙ natus ex patre vxorato, & muliere soluta dicitur natus ex stupro; & sic coitus talis potest criminaliter accusari. nam coitus cū concubina ad hoc, vt sit excusabilis, oportet, quod sit cum concubina licita. l. 1. & l. in concubinatu, ff. de concub. l. inter. §. 1. & ibi no. l. stuprum, & ibi no. ff. de adulte. sed concubinæ non poterant licitè teneri ab vxorato, vt in auth. licèt, & ibi no. Bal. C. de natu. lib. in prin. ergo etiam circa quæstionem formatam per Bartò. non comprehenderetur filia. de qua agitur. non obst. not. per Cy. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. quia respondetur primum, secundum quod dicit Bald. ibi, quod decisio Cy. procedit in dispositione iuris communis: secus in statuto, vt retuli supra, vt melius ibi comprehenduntur filij spurij: quia si secus diceremus, sequeretur absurdum: quia melioris essent conditionis spurij, quàm legitimi contra id, quod habetur in auth. de rest. & ea quę parit. §. 1. sed in casu nostro licet ad petitionem legitimorū debet ex forma statuti fieri compromissum: non sequitur ergo ad petitionem spurij: imò, vbi tractatur de eorum fauore, non compre-
17 henduntur, vt est supradictum. ¶†Venio ad secundum, videlicet an dicta filia posset petere compromissum fieri ex eo, quia asserit se esse legitimā, & omissis multis, quæ adduci possunt, attingam vnum tantum fundamentum, quod tutissimum esse puto. dico igitur, quòd istum casum in terminis decidit in specie Pau. de Ca. consi. 178. lib. 2. inci. super eo vero, quod quęritur, vtrū dicti legitimati &c. vbi concludit, & monetur: quia dictum statutum debet intelligi, qñ non negatur illum, qui petit compromissum. esse legitimum consortem vel coniunctū. sed si negatur eum legitimum, vt quia sit quæstio de legitimatione, eo, quia negatur legitimationem valere: quia statutum loquitur de coniunctis vsque ad quartum gradum, gradus autem iste agnationis, vel consortariæ non datur inter illegitimos; alle. d. l. hac parte. §. spurius, ff. vnde cogn. vnde, cum ille, qui tanquam sit intra quartum gradum, petit primò compromissum, debet primo probare se esse talem, qualem se asserit. l. nō ignorant, C. qui accusare. l. 2. §. ait prętor, & l. si verò. §. qui pro rei, ff. qui satis. cog. & no. Cy. in l. cum te, C. de prob. vnde non potest talis filia vti beneficio statuti, nisi primò constet eam esse legitimam: tamen cum altero non possit constare de illis coniunctis, de quibus intelligitur statutum, cum non intelligatur de naturalibus & spurijs, vt probaui. ¶Ad hoc bene facit. l. diuus Traianus, & quod ibi not. Bart. ff. de testam. milit. c. si a subdelegato, de offic. deleg. in 6. & quod no. Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam, dum dicit, quòd si statutum cōcedit executionem instrumenti omni exceptione reiecta, oportet, quòd constet primò, quòd illud sit instrumentum publicum, ad hoc vt dispositio statuti locum habeat, & illud sequūtur vbiq; doc. ad hoc adducit etiam pro hoc Pau. in d. consil. aliam rationem: quia si dicta filia admittatur ad compromissum, quia ad hoc non potest admitti, nisi legitima vel legitimata, vt dixi, fieret præiudicium in causa, & negotio principali, quæ dependet ab isto articulo, an ista sit legitimata. ne igitur fiat præiudicium quæstioni principali, non debet admitti ad compromissum petendum tanquam legitima, vel legitimata, per l. si quis libertatem, ff. de petit. hæred. & per text. expressum in l. non distinguemus. §. Iulianus, ff. de arbitris.

18 ¶†Rationes ergo, propter quas meritò reuocetur in dubium de viribus legitimationis prædictæ, sunt promptæ. nam in primis est: quia legitimatio cum habeat naturam & vim dispensationis, non debet fieri sine causa. 3.q.7.in §.nisi, & ca. tali. & in specie no. Ant. de But. in d.c. per venerabilem, in 3.col. est verũ, ꝙ in principe in dubio præsumitur causa, vt not. Pau. de Ca. & Cy. in l. rescripta, in 3. & 9.q.C. de prec. impe. off. & Iac. But. in l. fi. C. si contra ius, & Ant. de Bu. & Io. de Imo. in c. quę in ecclesiarum, de consti. in c. cum inter, de renun. & Ant. de Bu. in c. constitutus, de reli. dom. secus in inferiore, in quo requiritur causę cognitionem pręcedere, vt no. Spe. in ti. de legato. §. qualis, ver. dicunt autem quidam & Inn. in c. veniens, de fi. presb. & Io. An. in c. 2. de schisma. & inquit Bal. in l. si testamẽtum, C. de test. quod in inferiore requiritur causa probabilis in actibus, in quibus requiritur causa, licet aliud sit in prin

19 cipe, vt no. Bal. in d.l. rescripta, in ver. 3. quærũt doc. &c. ¶†Secunda ratio est, quia dicta legitimatio fuit facta a comite Palatino, extante alia filia legitima, & naturali: sed ita est, ꝙ in priuilegio legitimandi concesso dicto comiti non fuit mentio facta, ꝙ possit legitimare, * extantibus legitimis & naturalibus, in auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. si quis ergo non habens, & §. generaliter, cum seq. vnde princeps cõcedendo alteri potestatem

20 legitimandi, quã põt concedere de potestate ordinaria: † quia in dubio princeps non pręsumitur vti potestatis plenitudine,

f sed potestate ordinaria, f nisi quo ad casus, de quibus apparet eum voluisse vti plenitudine potestatis, vt no. Inno. in c. innotuit, de elec. & Inn. & Io. An. in c. dudum, de decimis. no. Bal. in l. bonorum, C. qui admit. & Ange. in l. bene a Zenone, C. de quadr. præscrip. facit. l. ꝗꝗ, & l. in testamento, C. de test. milit. Cum ergo Imperator in dicto priuilegio dicat simpliciter, qđ concedit potestatem legitimandi naturales & spurios cum potestate, ꝙ admittãtur ad dignitates, honores, &c. Et dicit se hoc facere de plenitudine potestatis, quæ erat necessaria: quia de potestate ordinaria non põt spurius legitimari, in authen. quibus mo. na. eff. sui. §. si. in ver. ad pręsentẽ legẽ participiũ. Vnde dixit ibi, ꝙ oportet, ꝙ qñ princeps legitimat spurium, oportet ꝙ deroget illi legi, vel constitutioni. cum ergo Imperator in dicta concessione priuilegij non concessit potestatem legitimandi spurios, extantibus legitimis, & naturalibus, sequitur quod extra casus ibi specificos videt̃ voluisse vti potestate ordinaria, & per consequens non extenditur ad istam cãm, vt dixi. ¶Accedit quod no. Bal. in l. 1. in pen. vel antep. col. C. de fur. vbi dixit, ꝙ si extant plura obstantia, non valeret clausula generalis: sed opus est, quod de singulis defectibus fiat mentio; allegat id, quod legitur & no. in l. si qñ, in prin. C. de inof. test. in auth. omnes peregrini, C. cõia de succ. & ff. de hær. instit. l. & si non lex, & quod not. Iaco. de Bel. in l. 1. de dotis promiss.

21 ¶†Potestas concessa dicto comiti non extenditur ad pręiudicium legitimorum existentium, vt videtur sonare verba & rationes Bal. in c. domino guerram, in pen. col. in ti. hic finitur. Bal. in l. cum filius. ff. de testa. mili. vbi dicit, quod comites sacri palatij, qui habent potestatem legitimandi, non possunt legitimare in pręiudicium legitimorum: quia ius alienum minuere non possunt, nisi tenor priuilegij expresse dictaret contrarium, arg. l. impuberi, cum sim. ff. de admi. tu. Idem in effectu voluit Bal. in auth. præterea, C. de na. lib. vbi p illũ tex. expresse dicit, ꝙ comes non põt legitimare bastardos extantibus legitimis, quia præiudicaret legitimis in successione, vbi legitimi essent; facit quòd no. Bar. in auth. si quis. eo. ti. ¶Idem voluit Ant. de Bu. in d.c. per venerabilem, in 21. col. in ver. idem puto &c. vbi dicit se putare, ꝙ habens potestatem a Papa, vel Imperatore, non potest legitimare in præiudicium alterius: qa tales concessiones intelliguntur sine alterius præiudicio. l. j. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. de off. deleg. c. super eo. c. pastoralis, de priui. ¶Hoc etiam expresè dicit Pau. in l. Gallus. §. quid si tantum, de lib. & posthu. vbi dicit ꝙ inspiciẽda est potestas legitimãdi data comiti Palatino; & quod in dubio non censetur data potestas legitimandi, nisi eo modo, quo princeps esset legitimaturus ex ordinaria potestate. arg. d.l. in testamento. & l. 1. in fi. ff. de off. præfec. præto. & ideo secundũ eum, si pater habet filios legitimos, non legitimaret ex ordinaria potestate, vt in d. §. generaliter, licet possit ex plenitudine potestatis faciendo de eis mentionem: sed comes nullo modo potest, si sibi simpliciter data fuit potestas legitimandi, nec fuit dictum, etiam extantibus filijs legitimis; & ita residet Pau. de Cast. Et idem consuluit consilio, super eo, quo primo loco &c. dicens, ꝙ per generalia verba non videtur princeps istam potestatem concedere, argu. l. obligatione generali, ff. de pign. iuncto. d. §. si quis ergo non habens, & arg. eorum, q̃ not. Bart. in l. toties. ff. de polli. & in l. ambitiosa, de decre. ab ordi. fa. & iste videtur vrgens defectus ad infringendum dictam le-

22 gitimationem. ¶†Tertia ratio, quia dato, quòd ille habuisset potestatem legitimandi extantibus legitimis, & naturalibus; tamen quãdo petitum fuit dictam filiam legitimari, debet fie-

g ri mentio, g quod extabat alia filia legitima & naturalis: aliàs non valuit legitimatio, ut no. Iac. de Bel. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. & quoniam. per ea, quæ habentur in d. §. si quis ergo non habens, eo. ti. An. de But. in d.c. per venerabilem, in 26. col. in ver. nunquid autẽ retrotrahatur, &c. & Pau. de Cas. in d.l. Gallus. §. & quid si tantum. sed ista mentio filiæ legitimæ extantis facta non fuit: ergo, &c. ¶Non obstant illa verba posita in legitimatione, videlicet sine tamen præiudicio legitimorum & naturalium filiorum, vt Bonifaldi, & quorumcũque, cum quibus ipsa Marmonia ad aliquam peruenerint successionem bonorum, si quę erunt, vt vnà cum dicta Marmonia æquis portionibus, &c. quia ad hoc põt responderi, quod in legitimationis prędictæ petitione non est facta mentio de filijs legitimis & naturalib. licet comes ipse in executione gratiæ incidenter illa verba diceret, non tñ p hoc extendatur gratia ad causam existentium legitimorũ, vt probat tex. optimus in cle. 1. ver. quamquam confectis, &c. iuncto prin. de præbẽ. ¶Quarta & vltima ratio, quia in dicta legitimatione narratur dictam Marmoniam fuisse filiam naturalẽ, & in veritate erat spuria, vt superius dictum fuit; ergo legitimatio redditur nulla propter vitium obreptionis. l. sed si hac. §. patronum, ibi dũ allegat arrogatum propter obreptionem, &c. ff. de in ius voc. & ibi per illum tex. dicit Ang. ꝙ rescriptum principis non extenditur ad defectus tacitos & suppressos. pro hoc etiam allegat. l. quidam cõsulebat, ff. de iud. & l. cum dominus, in prin. ff. de pecu. leg. & no. per Inn. in c. cum olim, de re iudi. ¶Istud etiam probatur in l. 1. ff. de nata. resti. & per illum tex. in terminis dicit ibi Bened. de Plumb. dixisse, quòd legitimatio filiorum non valeret, si in impetratione, & in priuilegio legitimationis esset tacitum vel omissum, ꝙ filius, quàm legitimabatur, esset natus ex coniugato. Ad idem alleg. id, quod habetur in c. innotuit, de elect. & clarius & expressius de renun. in c. nisi cũ pridem. §. personæ, ver. vñ patet. quod ibi no. Io. An. & qđ no. Spe. in tit. de leg. §. nunc de ipsarum, ad fin. in ver. curia verò Romana, &c. ¶Hoc etiam clarè voluit in l. prætor, in v. col. C. si contra ius vbi quòd si quisque petijt a principe se legitimari, dicẽs, se natum esse ex adulterio, nam si natus est ex alio complexu, non tenet legitimatio, per d.l. 1. ff. de nat. rest. ¶Et idem tradit Old. in consi. 246. incipiente factum tale est, quidam rex. Ioan. And. in addit. Specu. in tit. qui filij sint legit. in rubri. & Ant. de But. in d.c. per venerabilem, in 2. col. in versi:

14 nunc descendendo ad secundum, &c. vbi† dicit, quòd in legitimatione oportet legitimantem exprimere qualitatem illegitimi, videlicet an sit spurius, vel incestuosus, quia difficilius dispensatur cum incestuoso, vel cũ spurio, quàm cum eo, qui est naturalis tantum, vt patet in d.c. per venerabilem, in fi. & c. in talibus, & c. tacendum est 26. dist. per totam l. vniuersa, C. de diuer. præscrip. & c. super literis, de rescri. bene facit, ꝙ

15 † in proposito not. Host. & Io. And. in c. fi. de fi. presbyt. quorum verba breuitatis causa non refero. ad quod Ang. not. in l. si non lex. ff. de hære. instit. ¶Nec obst. si dicatur, quòd dictus comes in legitimatione apposuit clausulam, non obstante. §. fin. in auth. quib. mod. natu. eff. sui, & alijs legibus prohibentibus spurios legitimari, per quod dictum videtur declarari, quòd intentio legitimantis fuisset legitimare, etiam si fuisset spurius per ea, quæ singulariter no. Bal. in l. eam quam, C. de fideic. in 22. col. in ver. sed pone quidam erat, &c. vbi voluit, ꝙ quidam erat natus ex adulterio & incestu, & erat legitimatus tanquam spurius: non tamen fuit facta mentio de illo duplici impedimento, scilicet adulterij & incestus: non valet legitimatio, nisi ex appositione clausulæ non obstante appareat contrarium; vt quia dixit, non obstat, l. qui contra, C. de incenup. & non obstan. §. fin. in authen. quibus mod. natu. eff. sui, quia ad hoc respondeo, quòd Bald. loquitur, quando fuerit spurius,

spurius, & non fuit expressum illud duplex impedimentum: sed nos loquimur in casu, in quo defectus obreptionis, fuit expresse narratus comiti; quia illa fuit filia naturalis. nam in veritate erat spuria, & maius est vitium obreptionis, quam surreptionis, vt colligitur per Inn. in c. cum dilec. de resc. & no. Anto. de Butr. in c. ex parte. de capel. mon. ¶Ex quibus omnibus videtur probabiliter posse nedum in dubium reuocari de viribus dictæ legitimationis, sed etiam affirmari posse dictã legitimationẽ non tenere ad aliquod piudiciũ filiarũ legitimarũ ex causis supradictis: non tamen puto pro constanti quãlibet causam nullitatis legitimationis supra narratã nocere sine dubio legitimato: sed bene dico, ꝙ saltem ex secunda causa nullitatis supra redacta legitimatio non tenuit, & per ista apertè colligitur allegata in contrarium non refragari.

ADDITIONES.

* In legitimatione.] Quòd requiratur id expresse dici, tenet Ias. conf. 7. lib. 3. latissimè. Et vide Rui. consi. 70. col. 10. lib. 1. vbi dicit rationabiliter posse contrarium attentari. Et princeps legitimans simpliciter ad feuda, non intelligitur ad antiqua, Signo. cons. 218. quidam dicitur Ioannolus col. 3. nu. 8. & priuantur agnati, si princeps eorum iuri derogat. vt per Are. consi. pen. col. fi. Et potestas legitimandi concessa etiam ad feuda, non extenditur ad feuda ab ipso principe concessa. Rui. consi. 21. nu. 13. lib. 5. & de con. Are. meminit Ias. con. 127. col. 4. lib. 4.

a ¶Nisi dominus. vt dixi in consue. Paris. §. 8. gl. 1. nu. 39.

* Imperatoris.] Vide Cur. Iunio. cons. 157. Vbi testatur hanc esse communem opinio. licet ipse ibi contrarium teneat. Et de istis vide Rui. consi. 36. col. 8. lib. 1. Bossium in tract. de principe. nu. 185. Et sufficit, quòd princeps se non opponat. Item quando non subesset alia persona quæ excluderet principem, sed ipse princeps vocaretur. Ita Alcia. consi. 171. In quęstione proposita &c. Vbi alia in proposito. Et vide Alex. consi. 2. col. 7. ver. prędicta etiam confirmantur. lib. 1. vbi tenet legitimationem ad feuda valere etiam in præiudicium domini inferioris. Et de prædictis vide etiam Paris. consi. 1. col. fi. vol. 2. Natt.

b ¶Emphyteuticis. Idem in his eadem ratione dico, nisi accedat consensus domini directi, vel nisi essent hæreditariæ in quoscunque alienabiles.

c ¶Naturales. infra lib. 5. consi. 174. nu. 5. Old. consi. 146. consi. 195. Albert. parte 1. statu. quæst. 49. Bal. consil. 406. lib. 1. infra in addit. Spec. de success. ab intesta. Ludouic. de Sar. tract. legit. col. 9. Deci. consilio 433. Anchar. consi. 187. Bertran. consi. 6. libro 1. consi. 135. quia scienti, libro 2. consi. 31. viso consultationis, lib. 3. Alciát. de præsumpt. regu. 2. prę sumpt. 5.

* Nõ legitima &c.] Istud idem tenuit specificè in terminis huius statuti de compromissis Raph. Ful. cons. 159. Seius, & Augerius &c. motus, quia tales non sunt appellandi filij, vt ibi latè per eum. Natta.

d ¶Coniunctorum. And. Tiraq. in consuet. Pic. titu. retra. §. 1. lib. 8. nu. 5.

e ¶Statuto. latè infra lib. 7. consi. 144.

* Legitimare.] Istud sequitur Cro. in §. Et quid si tantum car. 10. Nat.

f ¶Ordinaria. Alex. Ias. l. q̃q̃. C. de testa. mil. I. anc. Dec. l. si mihi & tibi §. in legatis, col. 3. de leg. 3. Cur. sen. cons. 65. col. 8. Dec. l. in testõ. col. 5. C. de test. mil. l. more. col. 4. ff. de iur. om. iud. c. qm̃ abbas, col. 6. de off. deleg. c. cum inter, col. 2. de exc. c. 1. col. 2. de app. consil. 77. Anto. Cor. de potest. reg. q. 6. Hipp. Mars. sing. 84. in l. de vno quoq;. nu. 24. de re iud. Cor. cons. 167. col. pe. lib. 2. Ias. consi. 1. col. 9. cum seq. lib. 2. Bert. consi. 86. col. 2. consi. 227. col. 1. cum seq. lib. 3. Alci. de pręsump. reg. 3. pręsum. 36.

g ¶Mentio. infra eo. consi. 195. adde in simili Cæp. cau. ciui. consi. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex vna causa, obtinet ex alia, si fuit narrata.*

4 *Testes noui non possunt produci post publicationem super factis de necessitate facti & probationis comprehensis in antiquis articulis.*

9 *Sententia cui noceret, & acta nocent.*

11 *Libello non est opus coram iudicibus ruralibus.*

12 *Sortem quod excedit, accipere non licet.*

13 *Cambia an sint licita.*

CONSILIVM LXI.

Viso processu causæ inter Io. Zunzini, & procuratorem Io. de Blanchinis, & aliorum, de quibus in libello agentem, & Laurentium filium & hæredem Berti de Begatijs mediante suo curatore se defendentem. ¶Visis literis domini vice potestatis terræ Massæ Lombardorum me requirentis, vt consulam quæ futuræ sunt partes suæ in pronunciãdo. quàm breuiter pro qualitate loci conclusiuè dicam, quid sentiam: ¶Puto igitur partes iudicantis esse debere in condemnando dictum Laurentium dicto Ioã. Zunzino in omnibus de quibus in libello fit mentio, ad dandum & soluendum principalibus dicti Zunzini, seu dicto Io. Zunzini medietatem ducatorum ducentorum auri, de quibus in libello fit mentio, & a reliquis petitis in libello absoluere dictum Laurentium: & quia vtraque pars est victrix & victa, absoluere vtranque partem ab expensis. ¶Moueor ex eo, quia de dicta dimidia ducatorum ducentum apparet ex publico instrumẽto dictum Bertum fuisse, & esse obligatum dicto Ioan. Zunzini. nec mirandum est, ꝙ cum in libello narretur, quòd Io. Blanchini mutuauerit Anto. Begatio ducatos ducentos auri, & in instrumento dicatur, ꝙ Ioan. fecit mutuare dicto Begatio, immediatè oriatur actio & obligatio intentata contra hæredem Bert. sed est stipulatio facta inter Ioan. Zunzini nomine dictorum de Blanchinis, & etiam notario recipiente nomine eorum, & dictum Bert. nam ex numeratione facta Anto. non nascebatur actio contra Bertum. l. eum qui mutuam, & l. non aduersus, C. si cert. peta. l. si vnus. §. ante omnia, ff. de pac. sed ita est, ꝙ in libello est deductus & bene excitatus contractus stipulationis: ergo ex eo op-
a timè dictum est. illud enim, quod in varijs locis [a] dicitur, †ꝙ
1 si ago de numeratione, & probo non de numeratione, sed de alio contractu, vel facto non deducto in libello, puta de stipulatione, non possum obtinere iuxta l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, & ibi not. Bart. in vlti. col. ff. de verb. oblig. & in l. certi condictio. §. quoniam, & in §. si numos, & ibi nota. ff. si cert. peta. & in l. si ita stipulatus fuero. §. 1. cum sequen. de noua. & Specu. & Ioan. Andr. in titu. de teste, versi. sed pone, & Bald. in l. si absente, C. si cert. peta. & can. in cap. si cautio, de fi. instru. & in c. examinata, de iudi. procedit, quando in libello nõ fuit etiam narrata illa sufficiens causa ad producendum actionẽ, quæ est probata. ¶Sed in casu nostro est etiam narrata & probata, & est adiecta clausula, non astringens se ad probandum non necessaria: quæ tamen vt in casu nostro non erat necessa-
2 ria: †quia dato, quod plures causæ essent in diuersis citationibus narratæ, sufficiebat vnam concludentem probare. l. fine, §. fine, & l. propter litem. §. 1. ff. de excusa. tuto. & plenè per Barto. in l. diuus, ff. de re iudic. & not. in ca. 1. de exce. & doc. in c. licet causam. de prob. cum multis concord. ¶Nec ēt obst. si diceretur, quod dictæ pecuniæ videntur fuisse de pecunijs Dominici de Odofredis, & Hieronymi de Bonsignonis, & nõ dicti Ioannis de Blanchinis, vt videtur colligi ex processu, & maximè ex responsione positionum facta pro parte dictorum agentium, ex qua videtur apparere, ꝙ mutuum & numeratio non fuit ad illos factum, vel facta nomine Ioan. Blanchini, nec animo acquirendi Io. Blanchino. ergo ex tali numeratione non potuit acquiri actio Ioan. Blanch. & nepotibus, sed illis, qui mutuauerunt suo nomine, iuxta d. §. si numos, & d. l. si absentis, cum ibi no. quia respondeo quod verum est, quòd ex illa numeratione immediatè non est acquisita Ioan. de Blanchinis actio intentata: sed illa est acquisita ex stipulatione facta cum Berto, quæ fieri poterat, & actionem parere: quia nihil repugnat, quod ex dicta promissione facta per Bertum dicto Ioanni Zunzini nomine dictorum de Blãchinis debuerit Bertus obligari ex dicta promissione, attento quòd, vt in dicto instrumento continetur, Ioan. fecit dare & numerare ipsi Anto. Begatio dictos ducentos ducatos, etiam posito, quod fuerint de pecunijs proprijs dictorum Dominici & Hieronymi, & dictus Ioann. de Blanchinis principaliter se obligauerit pro dictis Dominico, & Hieronymo, non tenebatur dictus Anto. Begatius dicto Ioã. Blanch. aut actione mandati, aut negotiorum gestorum iuxta l. si remunerandi. §. si passus, & l. si pro te. ff. mand. ¶Non potest Bertus se tueri, tanquam indebitum per errorem facti, vel iuris promiserit: quia in instrumento dicitur, quòd ex certa scientia. facit l. 4. §. fi. cum ibi not. maximè per Ange. si quis cau. & expressius quo ad propositum nostrũ tenet. Bald. in l. mater. circa 3. colum. C. de rei vend. vbi dicit,
3 †quòd si in instrumento tabellio scripsit, quod talis ex certa
b scientia, [b] & non per errorem iuris, vel facti locauit, &c. & in hoc stabitur instrumento, vt ibi per eum, & no. Bald. in rubri. C. de confess. in l. 2. in 7. quęst. de rescin. venditio. ¶Potuit ergo dictus Bertus promittere, quòd dictus de Blanchinis soluisset dictam quantitatem pro eis. vnde Bertus sciens se teneri pro dimidia vigore certæ promissionis, & sciens non esse satis tutas attestationes prædictas, deducta, testificata in prima causa, produci potest in alia instantia prædicta super

 eiusdem

eiusdem capitulis, vel directo contrarijs noui, vel antiqui testes. c. fraternitatis. c. cum venisset. ca. constitutus, el 3. de test. & in cle. testibus, de test. In proposito Io. And. & alij in d. c. cũ in tutela, & Bar. in d. auth. at qui semel, in vlt. col. de proba. in
4 præal. l. 2. §. j. ff. vi bo. rap. ¶†Nec etiam possunt produci testes super his, quæ de necessitate facti & probationis comprehendantur sub antiquis capitulis, secundum quod declarat Bart. in auth. at qui semel, C. de prob. circa pen. col. in versi. quæro, vtrum testes super eo, quod non dixerunt. Inn. & Ioan. And. & Ant. de But. in d. c. fraternitatis, & in c. attestationes, de despõsa. impu. & Ang. in l. per hanc, C. de temp. appe. & ibi ponunt perpendere ex quibus intelligũtur capitula discrepantia a primis, possunt testes recipi: quia distinguunt ipsi qualitatẽ de-
5 pendentię. †Nam si capitulaui in primis capitulis, ꝙ ego præscripsi talem fundum longo tempore; nam publicatis attesta-
c tionibus, non potero [c] producere testes super capitulis, continentibus, ꝙ emi dictum fundum a tali, & ego possedi cõtinuò per spatium 10. vel 30. annor. quia ista super primo c. pręscriptionis inerant de necessitate facti, & de necessitate probationis, cum non possit esse præscriptio longi temporis sine titulo & possessione continua. l. sine possessione, ff. de vsu. l. super longo tempore, & in l. nullo, C. de rei ven. & illud est necessarium
6 probare, vt obtineatur in pręscriptione. †secus, si capitulatur, ꝙ ego mutuaui tibi centum, & publicatis attestationibus capitulo, quod mutuaui tibi centum tali tempore, vel tali loco, vel ꝙ mutuum illud fuit factum sub cõditione prædicta; pos-
d sum [d] inducere de nouo: quia quo ad veritatem & substantiã eorum, quę continebantur in primis capitulis non erat necesse deducere illud tempus, vel conditionem, de quo, vel qua in nouis capitulis, arg. c. ex tenore, de testib. & c. cum Io. de fi. instru. ¶Aduertatis ad vnum, quod egregiè voluit Inn. & omnes in d. c. fraternitatis, & Ant. de Bu. ibi, & in cle. testibus, eo. tit.
7 & Ang. in d. l. per hanc, † ꝙ si testes simpliciter iurauerunt dicere veritatem super tota causa, quod post publicatas attestationes non poterunt amplius in causa produci testes super aliquo cap. comprehenso sub petitione illius causæ, in qua recepti sunt, & illud dictum reputat mirabile Ang. in d. l. per hãc, volens, ꝙ qñ testes in prima causa, vel instantia iurarunt dicere veritatem: ideo tunc post publicatas non poterunt produci testes super nouis capitulis dependentibus ex primis, licet nõ includantur noua capitula sub pręmis. & ita dicit velle. Inno. in c. fraternitatis. ¶Item pręsuppono, quod libellus productus in prima causa, quia est eadem cã petendi, vt patet ex narratis in vtraq; petitione, quia agit Antonia ex hæreditaria causa ad consequendã dictam postam, & declarare difficultatem ædificandi sibi competere vigore iuris habiti causati ab Illustrissimo domi. Venetorum, & eadem res, & postea molendini, quæ petitur in primo libello deducitur in totum, vel saltẽ pro parte in secundo iudicio; & ita pſupponitur mihi, quod est eadẽ. ¶Item censetur causa secunda verti inter easdẽ personas, inter quas vertebatur prima, qñ vertitur inter repræsentantes eas, vt j. ꝓximè dicam; ergo sequitur, quod dicimus dictam secundam cãm tendi ad eundẽ finem, ad quẽ prima: quia concurrẽtibus proximè dictis sentẽtia, quę fuisset lata in prima causa, pareret exceptionem rei iudicatæ in hac secunda, vt l. cum q̃ritur, cum duabus l. seq. l. si quis cum totum, in prin. ff. de ex-
8 cep. rei iu. ¶†Vnde tunc, qñ secunda cã est talis, quod si in prima causa fuisset lata sententia, talis sñia produxisset in secunda causa exceptionem rei iudicatæ, tunc prima & secunda cã dicuntur tendere ad eũdem finẽ quo ad hoc, vt ꝓbationes factæ in prima faciant fidẽ in secunda, & publicatio testium facta in prima impediat produci testes in secunda super eisdem capitulis, vel directè contrarijs. ita no. Bar. in d. Auth. at qui semel, in vlt. col. C. de prob. & Cy. & Bal. in pręal. l. is, apud quẽ. ¶Insuper ẽt præsuppono, ꝙ si in primo iudicio fuisset lata sententia in fauorem Bartholomæi & Christophori de la Sega, antequam dicti de la Sega vendidissent dictis Iuliano & Manfredo, talis sententia pareret in cã pręsenti exceptionem rei iudicatæ ad fauorem dictorum Iuliani & Manfredi habentiũ causas a dictis de la Sega; tex. in l. si a te. §. fi. & l. & si iure. §. item Iulianus. ff. de exec. rei iudi. & in l. superatus. §. fi. ff. de pign. sicut ergo sententia, quæ fuisset lata in prima causa cum illis de la Sega habuisset prodesse, & nocere istis singularibus successoribus, s. Iuliano & Manfredo, sicut si cum dicto Iuliano &
9 Manfredo lata fuisset. ¶†Ita etiam dicimus de attestationibus & omnibus alijs actibus factis in dicta prima causa, cui noce-
c ceret, vel prodesset sententia, nocere [c] & prodesse etiam debẽt alia acta, sicut si cum eis facta essent, vt no. Inn. in d. c. causam, el 1. de test. & Bar. post Dy. in d. l. cum lite mortua, in penul. col. per l. sed si possessori. §. fi. cum seq. ff. de iureiu. & Bar. in l. qui repudiantis. §. 1. ff. de inof. tes. & in l. si mater. §. fi. ff. de exce. rei iud. in d. l. si superatus. §. fi. & Cyn. & Bal. in l. si quis a se fundum, in fi. C. ad l. Iul. de vi, & in l. 2. C. qui c. res iud. nõ no. & Ant. de But. in c. quamuis, in 3. col. de re iu. ¶Procedunt. n. a pari sententia & acta. c. at si clerici, de iudi. c. inter dilectos. §. porrò, de fi. instr. etiam quo ad effectum, de quo quæritur, s. ad effectum. s. ad impediendam nouã productionẽ testium, vt dicunt Do. in locis primo lo. all. ¶Et clarius Ant. de Bu. in pal.
10 c. causam, el 1. vbi ad propositum nostrum dicit, † ꝙ probationes testium factę in cã, in qua est postea perempta instãtia, prosunt & nocent singulari successori habenti causam ab illo qui fuit in lite, sicut faceret sñia, vt d. l. si a te. §. fi. ff. de exce. rei iud. Ex quibus omnibus clara & necessaria infertur cõclusio, ꝙ probationes factę in dicta prima instantia inter dictam Antoniam, & dictos de la Sega faciunt fidẽ in hac secunda instantia, qua pendet factum dicti de Blãchinis, qui se obligauit eis, prout in instrumento pędicto narratur, nec de aliquo errore est probatum. ¶Non ẽt habet obstare si dr̃ ꝙ dic. Bert. promisit per se & hæredes suos vice & nomine Christophori eius fratris de rato, & ratihabitionis promisit dare & soluere d. Io. de Blanchino dictam quantitatẽ pecuniæ inde ad Pascha Resurrectionis; & per consequens non vr̃, ꝙ ipse Bertus, & eius hæres sit obligatus suo nomine, nisi pro dimidia non conueniret hæres Berti ex eo capite, & Christophorus ratum non habuisset per ea, q̃ habẽtur in l. si mihi & Titio, in prin. ff. de ver. ob. & l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duo. re. quia ex inspectione instrumenti apparet, ꝙ eo casu, quo Bertus nõ faceret, & nõ solueret in festo Paschali resurrectionis, prout promiserat, voluit teneri ipse Bertus in totum, posse conueniri realiter & personaliter pro dicta medietate ducatorũ, vt expresse apparet in instrumento. ergo cum contenta in instrumento non fuerint paschate obseruata pro dictum Bertum, succedit illa secunda dispositio: q̃a tenetur ad totũ: imò sufficeret, quod in vno tm̃ deficit Bertus de his, q̃ promiserat in instrumento hoc, vt succederet dicta secũda dispositio, vt l. si is qui ducenta. §. cũ ita, cũ ibi no. in glo. & per doc. ff. de reb. dub. ¶Nec ob. ẽt si diceretur non esse probatum in processu, quod Io. Alexandrini & Blanchini fuerunt nepotes dicti Io. promisit dictus Bertus Io. Zunzini recipienti nomine Ioã. Blan. & eius nepotum, non est probatum esse nepotes dicti Io. imò in instrumento nullo modo fuerunt nominata expresse eorum nomina: quia respõdeo, ꝙ attento ꝙ persona agentis est Ioã. Zunzini, cum quo contractus dictæ stipulationis fuit celebratus nomine dictorum de Blanchinis, ex tali stipulatione acquisita fuit dicto Io. Zunzini directa actio. l. pen. de neg. ge. l. possessio quoque. §. fi. ff. de acq. pos. no. in l. huiusmodi, in prin. ff. de leg. 1. & in l. quicunque gerimus. ff. de act. & obl. Vnde attento quod in libello est facta mentio de dicto contractu facto cum Io. Zunzini, & in fine libelli est adiecta clausula, super quibus omnibus & singulis petit sibi iustitiam ministrari, &c. Illa clausula operatur, vt videatur non solum, prout in speciali conclusione est conclusum, sed ẽt omni alio meliori modo, prout potest colligi ex his, quę deducta sunt quouis modo in libello, & no. doc. in c. 2. de ord. cog. maximè p Io. Cal. & Anto. de But. ¶Et dicto tali Io. Zunzino. qui ꝯxit noĩe dictorum de Blanchinis, ẽt absque alio mandato posset solui a Berto dicta pecunia adeò, q̃d per solutionem sibi factã liberatur soluens, vt est tex. singu. in l. filiæ, & ibi Bar. no. ff. de sol. facit l. quod seruus, cum si. ff. depositi. ¶Et ad pędicta sic cõcludẽdum satis ẽt me inducit rei veritas, & euitanda litium inanis multiplicatio: & quia inquit
11 Bal. & Sal. in auth. nisi, C. de sen. ex bre. rec. † qñ causa agitur
* coram vicarijs castrorum, * vel coram vicarijs ruralibus prout est præsens cã, ibi non requiritur libellus: sed simpliciter via & summariè procedendum est, vt ibi per eos: quo casu nõ curamus de aptitudine libelli, & tot iuris apicibus, ut per Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, figura, in l. 1. in princi. in 2. col. C. de exec. rei iu. & in l. siue scripta, C. ad Treb. & quod
12 no. gl. in l. vinum, cum si. ff. si cer. pe. ¶†Ideò autem dico esse absol-

absoluendum hæredem dicti Berti a medietate dictorum ducatorum 82. pro discretionib. dictorum 200. ducatorum, quod tales discrepationes promissæ in effectu quatuor pro centenario singulo anno licitè non possunt peti, vt probatur in c. nauiganti, in prin. de vsu. & in c. consuluit, & in c. in ciuitate, eod. tit. & 14. q. 3. capit. 1. & in §. plerique. ¶Plus dicit Bal. in l. rogasti. §. si tibi, si cer. pe. quod si promitto tibi reddere decem in nundinis: & si non reddo, promitto tibi reddere quinque pro interesse, & ex nunc confiteris tantum interesse mea, non potes agere ad illa quinque, quæ sunt vltra decem, nisi probes tãtum interesse, per rationes ibi allegatas. nec ẽt ex ratione moræ commissæ in non soluendo potest licitè promitti, vel dari aliquid vltra sortem, & sub nomine interesse, vt etiam voluit Bal. in l. vnica, in 7. & 8. col. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, & Pet.
f de Anch.[f] consi. 150. inci. in quæstione quæ vertitur inter nobilem dominam. vbi vult quod mulieri passæ moræ in restituenda dote, si fiat promissio dandi aliquid vltra sortem & quantitatẽ dotis pro alimentis, non valeat promissio, vt ibi per eum plenè. ¶†Nec ob. si diceretur, quod cambia sint[g] licita, vt no. gl.
13
g ibi, & clarius Bal. & Saly. in l. 3. C. de exerci. saltem quando nõ exercent generalem consuetudinem mercatorũ, vt inquit Bal. in rub. de consti. pec. in prin. in rub. de vsu. rei iud. & in sua disputatione incipiente, statuto cauetur, quod fœnerator, in 1. col. & Saly. latè in auth. ad hoc, in 11. q. & Ioan. in cons. 11. & Lau. de Rodulphis in d. c. consuluit, in repetit. in 2. par. & in 1. quæstio. quia respondeo, quod cambia sunt licita ratione periculi pecuniæ, quam mercator facit soluere in alio loco: tum quia si do Bononiæ mercatori cẽtumduos aureos causa cambij scilicet vt ipse det tibi centum in alio loco tantum aureos, quia valent in vno loco plus, quam in alio. vnde põtest cambiũ esse licitum. Item si mercator recipit Bononiæ a te centum sex Florenos auri causa cambij, vel plus, vel minus, secundum quod cambia currũt, vel facit tibi dari in ciuitate libras decẽ grossorum, istud potest esse licitum. nam poterat esse, quod tempore, quo soluentur decem libræ grossorum, valebunt vltra dictos centum florenos, poterit esse, quod valebunt & æstimabũtur minus, & sic non videtur, quod hoc modo per soluantur vltra sortem, & iam aliud est plus recipere, aliud vltra sortem recipere, vt clare voluit Archi. 14. q. 4. c. si quis clericus. nã si mutuo tibi corbem frumenti, quę corba valet nunc vnum aureũ, & postea, quando valet duos aureos, dicor recipere plusquam dederim: tamen non dicor recipere vltra sortem. secus, quando decem, vt reddas vndecim: quia tunc est vltra sortem, & nõ potest licitè percipi, cum in casu nostro non apparet, quod fuerit factum cambium de loco ad locum eo, quia debitor dederit pecuniam in vno loco, & mercator suo periculo faceret dari in alio. nec sunt licita cambia. ¶Et similiter licèt cambi, quod faciunt campsores, qui dant monetam, quę valet vnum aureũ, & recipiũt aureum, & vnum denarium plus. Nam licitè illud recipiunt, vt dicit Archi. 13. d. c. 1. Et Laurentius vbi supra tñ. ille denarius datur ratione laborum & operarum, pensionum apothecarum secundum eos, vel ratione permutationis pecuniæ datæ ad certũ tempus, prout in casu nostro, quod fieri non potest per iura supra alleg. ¶Et dato, quod si probaret actor se istas discretiones soluisse pro dictis de Blanchinis dic. Domi. & Hyeronimo de voluntate dictorum de Bagatijs, potuisset eas repetere secundum tamen plenè no. in c. peruenit, de fideiuss. & per glo. in l. si mandato meo. §. si fideiussor, ff. mand. & per Io. And. in regula, damnum, in Mercu. & per Bar. in consi. inci. in q. prædicta, primò videndum est, & per doct. in c. 1. de vsur. & l. fi. C. de vsu. rei iudi. & in l. 1. C. de sum. Trini. tamen quia non probauit, non videtur, quod in dictis discretionib. possint agens obtinere. Ex quibus breuiter concludo, partes domini iudicantis esse in pronuntiando, prout in primo dixi.

ADDITIONES.

* Repetitum consi. 61. lib. 6. Natta.
a ¶Locis. infra eo. consi. 179. nu. 6.
b ¶Scientia. supra lib. 1. consi. 4. nu. 9. Iaf. l. si dari, de verb. ob. Sed vide Iaf. consi. 160. col. 3. lib. 4.
c ¶Non potero. Transeat de facto possessionis, quod est satis expressum. Sed de facto certi tituli contra puto, vt dixi in consue. Pari. ti. 4.
d ¶Possum. Contrà puto, aliàs. l. passim fraudaretur.
e ¶Nocere. Alex. l. sæpe, col. 51. de re iud. l. 2. gl. fi. C. de eden. Cur. Senior consi. 71. col. 1. Iaf. l. sed & si possessori, in fi. de iureiu.
* Castrorum.] Istud idem dicit Soc. per easdem authoritates cons. 56. col. 2. lib. 4. Et idem amplectitur Iaf. in l. 1. col. 2. ff. de off. assesso. Adde quòd vbi causa est vilium personarum, prout agricultorum, procediturr sine scriptis, & si causę non sint viles. glo. in §. si tibi in auth. de mand. prin. Et est de mente gl. & doc. in d. auct. nisi breuiores. Et clarè Abb. in c. 1. col. pen. de libelli. obla. Idem si fit de vilibus rebus, vt de feno, & palea. vt per gl. in d. §. si tibi. Natta.
f ¶Ancha. Vbi male consuluit, dixi in l. eos, C. de vsur.
g ¶Cambia. Conrad. trac. contract. q. 98. cum sequen. Claua. ver. vsura. 1. §. 52. Guido Pap. de contract. illici. nu. 21. col. 8. Iaf. l. 1. lect. 2. nu. 39. de sum. trini.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum insequendo possunt executores alienare fundum pupilli hæredis, eo non vocato, & sine decreto. & numero 2. 3. 4. & 5.*
6 *Statutum compromittendi non habet locum in liquido, vel articulo iuris.*

CONSILIVM LXII.

Visa facti narratione, & testamento fratris Danielis tertij ordinis S. Francisci, & instrumento dationis insolutum, viso legato facto Francisco quondam Io. de quadam petia terræ pro satisfaciendo doti dominæ Iacobæ filiæ quondã dicti fratris Danielis, & vxoris dicti Francisci, & viso statuto
1 sub rubrica de compromiss. præsupponitur, †quòd de iure valuit dicta datio insolutum facta per executores dicti testamenti, quibus data erat in testamento plena, & libera potestas alienandi de bonis immobilibus hæreditatis dicti testatoris pro satisfactione relictorum, & expensarum, de quibus fit mentio in dicto instrumento: inter quæ continetur relictum pro dote dictę dom. Iacobæ, dato quòd hæres esset pupillus, & in illa datione insolutum non interuenit decretũ iudicis, nec aliæ solennitates, vt dicitur, requisitæ a statuto in alienatione rerum minoris. Et dato quòd non fuerit in dicta alienatione requisitus hęres, hoc probatur per id, quod habetur in l. prædium, & quod ibi not. glo. quando decre. opus non est, & l. 1. circa princi. & l. fin. ff. de reb. eor. vbi licèt aliàs in alienatione rerum minoris requiratur decretum iudicis, & quædam alia requisita: tamen fallit, quando in testamentis testator disposuit bona ipsa vendi posse, vel executoribus dedit vendendi potestatem, vt dixit glo. in d. l. prędium: quia tunc sine dictis solennitatibus poterit procedi ad alienationem prędictam, & ita debet intelligi statutum, quod debet interpretari secundũ communem iuris dispositionem. l. 2. C. de noxa. c. cum dilectus, de consue. Ad quod licet plura adduci possent, tamẽ sufficiant pro nunc, & no. Bald. C. qui bon. ced. poss. l. 1. versicu. quæro, si statutum dicit, quòd instrumẽta guarentigiæ, quem sequitur simpliciter Petr. de Anch. in commento. c. canonum statuta, de constit. in versi. occurrunt aliæ quæstiones. vbi vo-
2 luit, †quod statutum disponens, quod instrumentum guarentigiæ *, mãdetur executiõi per carcerem & quauis alia via, quę magis creditori placuerit, non habebit locum contra debitorem volentem cedere bonis: quia de iure communi talis non potest carcerari. d. l. 1. C. de bon. poss. & ibi plenius per Bald. ¶Ad prædicta bene facit, quod no. Saly. post Rayn. in l. alio, ff. de alim. & cib. leg. l. 3. in ver. quærit Io. An. ex omnibus rebus. vbi fatetur veram esse glo. in d. l. prędium, quando executores habebant liberam potestatem alienandi, prout in casu nostro, & ita tenet Sal. in l. si quis ad declinandum, C. de epis. & cleri. verum esse, quod tunc non requiritur decretum licet hęres sit minor per illam gl. quam sequitur Sali. in d. l. prædium, qñ executores habebant liberam potestatẽ a testatore, vt in casu nostro est, sed Bar. in d. l. alio, & Bal. in d. l. prędium, dicunt, qđ istud procedit, s. quod dicti executores vendere possent, quam rẽ vo-
3 lunt, nisi mala fide fecerint: † quia dolus dicitur exceptus in quacunque lata potestate. l. creditor. §. Lucio. ff. mandati. qui dolus in proposito non pręsumitur. l. quoties. §. qui dolo, ff. de prob. l. merito, ff. pro socio. ¶Nec ob. etiam dictam alienationẽ non valuisse, eo quia ad eam faciendã non fuerit citatus, nec requisitus hæres, prout videtur fuisse necessarium, iuxta no. per Bar. in d. l. alio, ver. quęro, an hęres sit requirendus, & Petr. de Anch. in c. tua nobis, de test. quia rñdeo, quod cum dictus hrs esset pupillus, pro constãti ponitur certè, quod nõ fuit necessaria re-

quisitio dicti pupilli, attento quod in dicta alienatione interuenerunt omnes tutores, seu maior pars dicti pupilli; nec tamen fuit necesse omnes tutores adesse, l. fi. C. de autho. præst. vnde requisitio & præsentia hoc casu non fuit necessaria, vt colligitur ex rationibus Bar. in d. l. alio. Nam requiritur propriè præsentia hæredis, qua trahere posset executores ad illam rem vendendam alio pretio, ar. l. sicuti, ff. de arb. sed ista ratio cessat in pupillo: quoniã pupillaris ætas quicquid videt, ignorat. l. 1. C. de fal. mone. l. fi. ff. rem pup. sal. fo. Pro hoc inquit no. Bal. in l. 1. in vlti. col. C. qui admit. ad bo. pos. & Ang. in l. fi. C. de verb.
4 sig. vbi dicit, † quod si statutum disponat, quod mulieres nõ possunt contrahere sine consensu propinquorum, non verificabitur in pupillis propinquis: quia propter lubricum ætatis apti non sunt, vt ibi per Fed. & in simili no. Bar. in l. si tertius, in prin. ff. de aqua plu. Vnde faciunt no. per Bal. in l. captatorias, in fi. de testa. mil. vbi dicit, quod executores non tenentur requirere hæredem, nisi indigeãt eius informatione, vel suæ voluntatis exploratione? quia non sunt iudices, sed executores, arg. l. quod si nolit. §. fi. ff. de ædil. edi. ar. eorum, quæ no. in cle. j. de off. de-
5 leg. ¶ † Ad idẽ quod no. Bal. in l. nulli, in 3. col. in ver. sed nunquid hæres potest adesse, de epi. & cle, quinimò no. Bal. in l. id quod pauperibus, C. de epis. & cle. in 18. q. videtur concludere, quod tales executores habentes a testatore potestatem vendendi possunt inuito hærede vendere, quamuis dicunt, quod non possunt eum possidentem heredem expellere inuitum de possessione. ¶ Presupposita ergo dicta validitate dictę dationis insolutum, videtur quòd non sit locus compromisso petito ex parte agentis; tamen quia iste videtur esse articulus iuris, scilicet vnde datio insolutum valuit sine decreto & solẽnitatibus a iure communi, vel municipali requisitis, & statutum arctãs
6 partes † ad compromittendum non habet locum, quando quęstio
a vertitur super articulo iuris, vt no. Bald.[a] & Sal. in l. ancillæ, in prin. per id, quod habetur. C. de fur. & no. idem Cy. & Bal. in l. cum proponas, C. de reb. credi. ¶ Hoc idem satis videtur de mente statuti prædicti, dum dicit, hortamur tamen partes, vt si nõ sit dubium facti, sed iuris tantum, puta quia ambæ partes fatẽtur factũ, sed dubitabant de iure, quod in vnũ vel duos iurisperitos compromissum faciant, & sic nõ videtur statutum necessitate partes ad compromittendum hoc casu, sed videtur ponere in earum potestate, l. non quicquid, ff. de iud. & l. legis virtus, ff. de legi. ¶ Fortificantur prędicta alia ratione per ea quę dicit Io. de Imo. in l. si sic, la 1. ff. de ver. ob. vbi per ea, quæ ibi no. gl. in vers.
7 electio, dicens, † quod vbi verba sunt clara, nõ indigeant interpretatione, infert, quod si debeat fieri cõpromissum ex forma statuti, non debebit fieri compromissum, si clarum & apertum
* est ius * per verba partium. pro hoc etiam allegat ipse id, quod no. Bal. & Bar. in l. ille aut ille. §. cum in verbis, ff. de leg. 3. vbi dixit per illum tex. quod si statutum dicat, quod causæ debeãt committi consilio sapientis: nõ tamen illud est verum, quando quęstio non habet dubium, & ita no. in l. placet, C. de sac. san. eccle. in prin. & l. 1. C. de relatio. Et Ang. consi. 33. inci. quæst. vertente inter S. Benedictum, vbi etiam dicit, quod quando iudex videt tale consilium per calumniam, seu animo differendi, vel frustratoriè peti, tunc nõ habet locum statutum arctans iudicem ad committendum causam cõsilio sapientis, vt petunt partes, argu. l. 2. ad l. Corn. de fal. & l. 1. C. de dilat. l. cum hi. §. si cui, & quod ibi no. Ang. ff. de transa. & ita etiam voluit Io. An. in tit. de requisi. consilij, in add. Spe. §. insuper, ver. vt autem, & Bal. in d. l. 1. C. de relatio. & in proposito nostri statuti ponit Pau. de Cast. in consilio suo 70. inci. in Christi nomine, visis & consideratis. ¶ Ad idem, quod no. Bal. in l. 1. ff. de transa. vbi per il-
8 lum tex. dicit, † quod vbi res est liquida per instrumentum, nõ est locus transactioni: & quòd post publicationes, attestationes, & re iam liquidata, non est locus compromisso requisito a statuto, cum tale compromissum sit quædam transactio, in Authen. vt diffe. iudi. §. 1. & no. in c. quintauallis, de iureiuran. & illud dictum etiam sequitur Pau. de Cast in prin. C. vbi refert etiam Ludo. Roma. in l. prætor. ad fi. ff. de oper. no. nun. in addi. ¶ Vltimò ad hoc, quod habetur in dicto statuto in ver. hoc tamen compromissum. sed ita est, quod stante dicto testamento adiudicatum insolutum, & his, quæ opponuntur contra dictam adiudicatiouem, articulus videtur clarus, quòd adiudicatio valeat, vt probatur: nec contra hoc sunt contradictiones iuris; ergo nõ est locus dicto statuto, nec cõpromisso,

ADDITIONES.

* Guarentigię.] Sequitur Alex. in l. postulante col. pen. ff. ad Treb. vbi vult, quod statutum, permittens capturam contra debitorem, non procedat in hærede conficiente inuentarium. Natta.

a ¶ Bald. l. postquàm liti. col. 2. C. de pac. l. cum virum. C. de exc. tract. stat. ver. allegatio. Fel. c. cum venissent. col. j. de iudi. Ias. consil. 26. in
* fi. consi. 35. lib. j. * Sequitur Ias. in l. si quis in conscribenda, col. pe. C. de pac. quoniam ius semper est certum. Natta.

* Ius.] Sequitur Deci. consi. 461. in fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Legitima nepotum pinguior est per se, quàm cum patruis succedentium.*

6 *Mulier habere potest bona triplicis generis.*

CONSILIVM LXIII.

Super primo dubio quæritur quanta sit legitima dicti Roberti, & quinque eius sororum, quæ oẽs sunt nepotes dicti testatoris ex filia pręmortua, an sit tertia pars, an verũ dimidia; hoc in terminis decidit Saly. in authen. nouissi-
1 ma, C. de inoff. testa. in 1. q. vbi quærit, † quod si auus ex filio vnico præmortuo, habeat quinque nepotes, an legitima omnium sit triens, vel semis, & dicit quod est semis: quia oẽs veniunt ad successionem eius in viriles, vt in aut. de hęre. ab intest. §. j. secus, si venirent cum vno filio: quia tunc venirent ex parte patris sui cum filio illius, de cuius hæreditate agitur, & sic in stirpes, & omnes quinque haberentur loco vnius, vnde tunc legitima esset triens, cuius dimidia esset filij: & alia dimidia esset dictorum nepotum. & idem dicitur, quod si nullus filius superesset, sed tãtùm nepotes ex duobus filijs, puta ex vno duo, ex alio tres: quia veniunt in stirpes, & censerentur vt duo; & per hoc allegat tex. in §. neq;, in auth. de trien. & semis. col. 3. ad hoc, quod habetur in §. cum filius cum seq. insti. de hęr. ab
2 intest. quod reputat no. ¶ † Facit quod not. Bal. in l. illam. C. de colla. circa vlt. col. & Saly. in l. sancimus. §. repletionem, C. de inoff. test. in ver. quæro, an nepos contineatur, & Io. de Imo. in l. 4. circa vlti. col. ff. ad l. Fal. vbi faciunt istam differentiam, an nepotes concurrant cum patruis in successione; tunc nepotes repleant locum patris sui, nec possunt aliter cum patruis concurrere, nisi venerint ex persona patris: quia sunt remotiores in gradu. aut non concurrunt cum patruis; & tũc veniunt seu venire possunt ex personis eorum. ¶ Ad prędicta etiam bene facit, quod no. Ray. in auth. nouissima, pręallegata: vbi conclu-
3 dit, † quod in casibus, in quibus fratribus debetur legitima; * quando
* frater fratre superstite, vel fratribus decederet turpi persona instituta. l. fratres, & l. fratris, C. de inof. test. & l. 1. ff. eo. legitima dictorum fratrũ, qui sunt quinq; numero & vltra, erit ho-
b die[b] dimidia per id, quod no. gl. & doc. in d. auth. nouissima. & in corpore, vnde sumitur. & pro hac conclusione videtur tex. in d. auth. de trien. & semis. §. 1. ibi dum dicit, hoc seruãdo in omnibus personis, in quibus ab initio antiquę quartę ratio de
4 inofficioso lege decreta est. ¶ † Pro hoc etiam facit, quia dispositio legis fauorabilis ipsis filijs trahitur ad nepotes, in auth. vt exac. instan. §. 2. & l. filium habeo, ff. de Mace. & no. Bar. in l. liberorum, in ver. 2. quæro quando verbum filij profertur a lege. ff. de verbor. signifi. per Cyn. & Bal. in l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiesta. & Bald. & alios post eum in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. & Bal. in l. nepotis. l. in suis. ff. eo. titu. & Anto. de Butr. in cap. in quibusdam, de pœnis. & Petr. de Anchar. in clem. 1. de baptis. hoc etiam est de mente Cy. in d. authen. nouissima, in fi. dum dicit, quòd regu. in auth. de trien. & semiss. §. 1. habet locum in filijs, & filiabus, & alijs descendentibus, poterunt ergo dictæ sorores petere supplementum legitimę pro rata prædicta quamuis auus earum in dicto testamento libras decem Bononenorum pro singula relinquerit. l. omnimodo, C. de inoffic. testamen. & authen. vt cum de appell. cogno. §. cæterum. ¶ † Venio ad aliud dubium, quo quæ-
5 ritur an hæredes dictæ dominæ Floræ possint petere fructus perceptos per dictum dominum Maximum per tempus annorum 23. ex bonis non dotalibus dictę dominę Floræ ex paterna hæreditate, & breuiter dico quod sic, * vt not. in l. pen. quæ
* incipit, maritus, in princi. ff. ad l. Falci. & Bar. Ange. & moderni hoc tenẽt, quãdo fructus industriales percepti fuerunt à marito contra voluntatem mulieris per l. de his, C. dona. inter virum

rum & vxo. vbi est casus noster, vt infra ostendam. De Naturalibus autem fructibus etiam constat, quod illos omninò repetere potest mulier, seu suus hæres, & sic de voluntate mulieris percepti sunt, vt no. gl. bona in l. fi. C. de pac. conuen. & saltē quatenus maritus esset locuples effectus secundum Marc. Sili. quē refert & sequitur Bart. in d. l. maritus. & in dubio præsumitur
* locupletior effectus, quatenus valuerunt fructus,* & qui ad eū peruenerunt, nisi pro parte ipsius Maximi probetur contrariū, vt colligitur ex glo. in l. in tantum, in gl. 1. iuncto tex. ff. de peti. hæredi. quam ibi ad hoc multum commendat Ang. ¶ Subdunt etiam doct. præfati in d. l. maritus, quod prædicta vendicant sibi locum in fructibus consumptis à marito. vbi verò fructus adessent, dicūt indistinctè fructus debere reddi hęredibus mulierum per d. l. stipulata, & cum eis cōcordat Bal. in l. si ego. §. dotis, ff. de iur. do. & quod tales fructus repeti possunt per mulierem, seu eius hæredem, tenuit etiā gl. in l. vbi adhuc, in verbo, sustentationem, & ibi Bal. in pen. col. C. de iure do. ¶ Istam opin. approbat etiam Bal. in l. assiduis, C. qui poti. in pign. hab.
6 vbi refert, quod licet Bar. consuluit † quod quādo bona sunt assignata viro per vxorem tanquam paraphernalia, fructus taliū bonorum si sunt consumpti per virum cum muliere in domo cōi, non possunt repeti per vxorem, vt per Bartho. in consilio incip. Titius habens lumen. vbi non apparet talia bona esse assignata viro tanquam paraphernalia, sed si vir vt minister vel negotiator administrasset, teneretur restituere fructus tales, allegat id, quod no. Dy. ff. so. ma. l. diuortio, super secunda glo. in fi. sed ista bona non erant paraphernalia, quæ mulier secum defert in domum viri. d. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. do. in auth. de exhi. reis, ad fi. cum glo. in ver. proprius, & no. glo. in rub. C. de pac. conuen. & habetur in l. fi. eo. tit. & not. Azo. in summa, C. de iure dot. in prin. in tit. de pac. cōue. in prin. vel si alio modo tradita sint per mulierem marito iuxta dotem, vt not. Ia. Bu. & Bart. in l. maritus, C. de procurator. & Bald. in d. l. assiduis, & patebit ex infra dicendis. ¶ Vltra prędicta quęstionem nostram
c in terminis decidit [c] Bal. melius, vt mihi vr̄, quā alius in consi.
7 incip. & sciendum, † quod mulier, vbi formaliter sic dixit, quod mulier habere potest patrimonium triplicis generis, s. bona dotalia, item paraphernalia; & hæc paraphernalia sunt bona mobilia, quæ vxor defert in domum viri maximè ratione sui proprij vsus. l. fi. C. de pac. cōuen. & l. si ego. §. dotis. ff. de iure do. & de istis paraphernalibus, quando mulier tradit viro custodiam, vr̄ ei tradere tacitè administrationem & vsum. sed quādo sibi seruat custodiam mulier; & tunc vir nullum ius prætendit, vt in iuribus proximè allegatis. ¶ Quædam sunt bona mulieris nec dotalia, nec paraphernalia, sicut sunt ea, quæ sunt extra dotem, & extra ea, quę vxor in domum viri adduxit, & in istis vir non habet administrationem. vnde videmus, quod pro istis agens cauet de rato. l. maritus, s̄. de procura. secus, quādo agit pro paraphernalibus: quia intelligitur habere tacitam administrationē à iure, vt d. l. fi. C. de pac. conuen. & ibi gl. de fructibus verò paraphernalium teneretur maritus reddere rationem, quatenus maritus conuertisset in vsus proprios: quia debuit in communem vsum conuertere, vt in superiori. allegatis l. fin. C. de pac. conuen. & no. in l. stipulatus. §. 1. & in istis procedit distinctio Mar. Sili. & Bar. in d. l. pe. in prin. ff. ad l. Fal. & glo. in d. l. fi. de fructibus autem dotalibus certū est, quod sunt viri. ff. de iure do. l. dotis fructibus, & l. oneribus, C. de iure do. ¶ De tertio verò genere bonorum, s. non dotalium, nec paraphernalium cōcludendum est, quod si constat, quod contra voluntatem mulieris percipit fructus, & huic voluntati statur, vt d. l. de his. aut cōstat, quod percepit de voluntate mulieris: & tunc aut quęrit̄ de extantibus fructib. & illos integre restituere dēt maritus. d. l. fi. stipulatus. aut de consumptis; & tunc tā de industrialibus q̄ naturalibus fructibus dicendum est, vt supra proximè in fructib. paraphernalium. ¶ Aut voluntas mulieris est dubia; & iste est casus, quē omisit Bart. quo casu dicit, quod non lucratur maritus nec extantes, nec consumptos, nec industriales: sed eos tenetur restituere, & de hoc propriè loquitur. d. l. pen. in princ. ad l. Falc. nihil subaudiēdo, nec violando literam. ¶ Et hoc, quia vir in istis nō præsumitur consumere de voluntate mulieris ex pluribus prę sumptionibus. Primò ex regula. l. cum de indebito, in prin. ff. de prob. quia nemo præsumitur velle perdere suum. ¶ Secūdo, quia genus mulierum est auarissimum. l. si ego, cum concord.
8 infra alleg. ff. de vellei. ¶ † Tertiò est congruentia personarum: quia debent viri sustentare vxores de proprijs, vel dotalibus, nō vir ab vxore. l. ex anno, ff. de don. inter vi. & vxo. Quartò ex per sonarum coniunctione, & qualitate: quia in vxore est annexa reuerentia viro, propter quam resultat præsumptio dissensus, seu assensus voluntatis. l. 1. §. quæ onerandæ, cum si. ff. qua. re. act. nō datur, Et no. Bar. in l. quæ dotis, in pe. col. ff. so. ma. & quia con sumptio bonorum mulieris est præiudicium mulieris. vnde venditio, vel dissensus. l. qui vas §. uetare, & l. pe. ff. de fur. unde & isto casu maritus, & eius hæres tenentur reddere rationem mulieri: ita nullo addito concludit Bald. in prællegato consi. ¶ Et licet in pluribus locis tetigit istum passum, tn̄ nullibi uidetur mihi, quod plenius, ac melius tetigit, quàm in dicto con silio, cuius opi. uidetur mihi de iure nec à dictis Bar. & aliorū discrepare uidetur, sed uidetur dicta eorum declarare & perficere. ¶ Cum ergo in præsupposito nostro non apparet de consensu mulieris, imò de iure præsumatur contra, sequitur, quod de iure possunt hæredes dictæ dominæ petere dictos fructus, qui cunque sint; & per hoc nō est necesse insistere, qui sint fructus naturales, de quo plenius per Barto. & alios in l. ex diuerso, in prin. post glo. ff. de rei uen. & per Bald. in l. pro oneribus, C. de iure dot. & in l. ancillæ. C. de fur. & l. 1. C. de usu. leg. & in l. clam, C. de rei uendic. & in rubr. C. de fructi. & litium expen. & in l. 2. in 20. col. in uer. si uende, secundo puncto, C. de ser. & aqua, post Inn. in c. cōsultationibus, de iure patro. plenè per Anto. de But. in c. grauis, de restitu. spolia. & aliquid per Bart. in d. l. maritus, ff. ad l. Fal. Vnde, ne confundantur actiones quę competebant domino Roberto, & pro parte hæredi dictæ dominæ Floræ contra dictum Maximum, hæreditas est ipsi Roberto dilata, consulo, si est intra tempora, adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij iuxta. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan. & etiam possit ubi beneficio detractionis, si legata excederent dodrantem, adeò, quod pęnes Robertum non remaneret quarta integra, solutis integrè legatis, & deductis deducendis iuxta ea, quę habentur in authen. de hęredit. & Falc. §. si verò non fecerit.

ADDITIONES.

a ¶ Saly. sequitur ibi Ias. nu. 51.
* Legitima.] Fratris legitimam esse auctā tenet Ang. in auct. de Trien. & semiss. §. 1. & in l. 3. ff. de inof. testa. Cyn. & Salice. & Fabia. in d. auc. nouissima, contra gl. ibi, Quartam. Ias. tamen ibi sequitur, & Bald. in d. l. fratres. q. 4. Afflict. Decis. 204. Aret. in §. igitur quarta. col. fi. insti. de inoffi. testa. Alex. contrarius in l. si patroni §. fi. col. pen. ff. ad Trebe. Quòd quarta in fratribus non sit aucta. Bal. in l. 2. ff. de inoffi. testa. Pau. de Cast. in l. fratris. q. 3. C. de inoffi. testa. Bar. in l. pater filium in repe. col. pen. ff. de inoffi. testa. Sed quod sit tertia, & per consequens aucta Ia. de Bel. & Ang. in auct. de Triente, & semis. Io. Fabia. in d. auct. nouissima Ioan. And. in c. si pater col. 3. de testa. in 6. Et quòd sit quarta, Ful go. in l. 2. ff. de inoff. testa. Natta.
b ¶ Hodie. Imò in trāsuersalibus non est aucta. Bal. d. l. fratres, co. 2. Ia. & communiter do. in d. auth. nouissima, licet Io. Fa. ibi idem quod Ray.
* Quòd sic.] Vide elegans consi. Pau. de Cast. referen. 5. opinio. consi. 199. Super primo reperio. lib. 2. Natta.
* Fructus.] Nunquid ex fructibus quis præsumatur effectus locupletior, vide Cur. pulchre consi. 72. col. 5. & Feli. in c. de quarta col. 10. de præscriptio. & vide etiam Soci. in l. pupillo. ff. de exceptio. & Pet. de Ancha. consi. 5. col. 1. Rui. consi. 29. col. fi. lib. 2. Cur. iun. consi. 28. in fin. & Rui. etiam consi. cxiij. colū. 2. lib. 5. vbi quid in minore? Et pro gl. in d. l. vtrum, vide omnino Ange. in l. illud. §. prædo. ff. de petitio. hęre. Natta.
c ¶ Bald. consi. 378. quædam sunt res. consi. 69. factum. lib. 5. consi. 276. verba statutorum li. 3. s̄. lib. 3. consi. 42. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Duobus testibus de maiori summa æstimationis damnorum statur, licet sint plures de minori.*

CONSILIVM LXIIII.

Visa consultatione præmissa, uisisque attestationibus testium inductis ad probationem damnorum & interesse conductorum datij uini. ¶ Super quibus principaliter quæritur, an dicti testes dicantur legitimè probare de aliqua
* certi damni quantitate. ¶ Et uidetur prima consideratione* dicendum non probare, cum uideantur omnes in suis dictis esse
1 † singulares, de electio. c. bonæ, el 1. quod procedere uidetur, etiam quando singulares sunt in summis: quia unus deponit de summa maiore, alius de minore, vt firmat Archidia. 3. q. 9. in c.

in c.nihilominus,& Ioan.And.& Lapus,Pet.de Anch. & moderni in c.1.de arbit.in 6.& Bal.in l.ex facto,in versi.itē quæro.ff.de vulg.& pupi.quia ad actum probandum ad minus requiruntur testes duo, qui sunt contestes. ex cōi negotio & c.c. licet ex quadam,de test.l.iurisiurandi.C.eo.ti. de aliquo actu, vel specie probanda.& no.de aliquo negotio in genere probando.quinimo,si teneamus,ꝙ testes singulares in summa ꝓbent concludendum vr̄ necessariò, ꝙ probent in summa minori.l. inter stipulantem.§.si stip.ff.de ver.ob.l.qui quartam, in prin. ff.de leg.1.& c.1.de arbi.cum simi.& in ea. minori summa,& non alia dicantur esse testes,vt in d.c.cum causa,& l.diem pro
2 ferre.§.si plures,ff.de arbitris.¶† Fortificantur hæc,quia regulariter,vbi testes variant,standum est maiori numero testium. l.ob carmen.l.fi.ff.de test.c.in nostra,de testi.& ibi plenè no.c. licet causam,de prob.& per gl.magnam.2.q.3.c.si testes.¶Sed ita est,quod omnes testes videantur conuenire, & cōcedere in summa minore vt dictum est; ergo dato quod aliqui testes essent concordes in summa maiori:tamen illi,qui cōcordes sunt in maiori summa; sunt vna cum alijs etiam concordes in minori summa;Sequitur,quod standum est minori summæ:quia in illa concordant omnes;& sic cū vnus sit testis, qui deponat de summa librarum trium miliū,licet alij deponunt de pluri: tamen omnes dicuntur concordare in dicta minori summa,& per consequens illa erit attendenda.¶Huic sententię vr̄ consentire conclusio,Bal.in l.1.in pe.vel vlt.co.in 8.q.C.de testa.vbi refert,ꝙ licèt Archi.in præall.c.nihilominus,dicat,† ꝙ si volo
3 probare me possedisse per decem annos, & vnus testis dicat,ꝙ vidit me possidere per triginta annos secundus testis dicat de 20.annis, & tertius testis de decem annis,non probat me possedisse per 10. annos: quia in quolibet facto probando requiritur pluralitas testium: tñ secundum Bal. illud dictum debet intelligi,quando testes sunt singulares in initio possessionis;vt quia vnus dicit,ꝙ incæpit possidere iā sunt 20. an. alius dicit, ꝙ iam sunt 30.anni, quia tales contradictiones indicant contradictionem iuris & facti,per not.per gl.in l.3.in prin.in ver. animo,in fi.ff.de acq.poss.secus,si non variant in initio poss.& vnus testis dicit,vidi ipsum possidere per 30.annos, & alij dicunt per 20.annos,probabūt in minori tempore,in quo intelliguntur esse contestes,ita etiam,ꝙ qñ apparet,ꝙ deponunt de eodem facto, vt videtur concludere Io. de Fant.& Domini.de sancto Gem.in c.1.de arb.in 6.& Pau.de Leaz.in disputatione sua incipiente contra instrumentum debiti opponit, quod instrumentum est vsurarium.¶Hoc videtur tenere Io.de Imo.in
4 l.inter pares,maximè in 2.col.C.de re iudi. † vbi quæritur,an si sunt plures testes deponentes de valore rei, vnus deponit decem,alter de viginti,& quilibet assignat rationem dicti sui, dicens,ꝙ sic cōmuniter venderet,& ꝙ pro tāto pretio ipse emeret.nam secundum eum tales testes non absolutè,nec singulariter dicuntur probare dicta 10. quia saltem in ea sunt concordes per d.c.1.de arbi.in 6. ¶Et idem dicit in testibus singulari
* bus & variè deponētibus,* tunc tempus possessionis pp quod reprehēdit dictum Archid.in præalle.c.nihilominus, & tenet Io.de Imo.in c.cum oporteat,de acc.in pen.col. & in l.1.§.stipulatus,de ver.ob.¶Bene facit,quod no.Ang.& Raph.Cuma.
5 in d.l.ex facto.§.item quero.ff.de vul.& pup.† dum dicunt,ꝙ si duo sunt testes inducti ad probandum Titium decessisse in pupillari ætate,& vnus dicit Titium intra 13. annum decessisse alter deponit eum esse ꝓbatum decessisse intra pupillarem ætatem:quia in hoc ambo conueniunt;quia vnica est ætas pupillaris;& ideo testes asserentes in diuiduo tempore non dicūtur diuersa deponere,imo dicuntur cōtestes,alleg.in si,not.gl. in d.l.ob carmen.§.fi.ff.de testi.& Inn.in c.qualiter & qñ,el 2. de accu.cum his vr̄ concordare id,quod no.Spe.in ti.de teste. §.postquam, ver.quid si plures. vbi dixit testes, quorum vnus deponit de decem,& alius de viginti non videri adiudicem cōtrariari.l.si quis in suo testamento.§.non autem, C.de fideicō. li.& sic videtur sentire Spec.ꝙ stetur minori summæ.¶Corroborantur prędicta:quia testium,& instrumentorum par videtur esse probatio.l.in exercendis,C.de fide instru.c.cum Ioan-
6 nes,extra eo.tit.tamen videmus,†quod si de eodē facto duo reperiuntur instrumenta,quorum vnum maiorem summam cōtineat:aliud autem minorem,standum erit illi,in quo summa minor cōtineatur,vt l.Sempronius proculo,de leg.2.& declarat Bal.in l.Imperator.ff.de sta.hom.in pen.col.& in l.cū pro-

poneretur,ad fi.ff.de leg.2.& in l.scripturæ,C.de fi.instr.& in l.falsus,circa pe. col. C.de furtis. ¶ Sed præmissis non ob contrariam sententiā in casu, in quo quæritur,puto de iure verio-
7 rem.¶† Ad quod ostendendum primo præsuppono,ꝙ si testis vnus deponit,ꝙ ego passus sum damnum pro tali causa in 10. vnus alius,vel duo deponunt,ꝙ damnū, quod ego passus sum pro illa causa,ascendit ad summā 15.ꝙ primus testis deponat
a de decem,non dicitur contrariari[a] alteri testi,vel alijs testibus deponentibus de 15.quia qñ deponit de damno ascendente ad summam 10. non videtur deponere, ꝙ nullo modo ascendat vltra 10.vt probatur in d.l.cum furti,ff.de in litem iurād. vbi ille,qui iurauit rem valere 10.nō est periurus,licet res plus valeat:quia nō vr̄ iurasse,ꝙ plus non valet.¶Vnde Barth. ibi quē alij sequuntur per illam dicit, ꝙ si examinati sunt aut fuerunt testes super articulo continente,ꝙ illa res valeat cētum, postea post publicationem fieret articulus, ꝙ res valeat 150. possent adhuc testes examinari, quod illi articuli non sunt contrarij, sed diuersi:quia potest esse vnum & aliud.¶Hoc idem videtur tenere Bart. in l.fi.ff.de leg.2.vbi quærit,quid si duo testes dicunt,vnus quod talis res valet centum, alius cētum quinquaginta,an dicantur adinuicem contrarij.de qua glo.facit ꝙ sic, quasi videntur primi duo testes dicere, ꝙ valet centum,s.tantum.In contrarium allegat d.l.cum furti,& sic videtur residere in hac ulti.opi.iuxta gl.in l.qui filium,in gl.quæ incipit, scilicet,ff.ad Tre.l.bona.fides,cum ibi no. per Bar.ff.deposi.& in l.3.§.Neratius.ff.de acqui.poss.& quęstio Io.An.in c.1.de sen. excom.in 6.cum si.¶Iam ultimam opi. scilicet quod testes primi non sunt contrarij alijs, firmat ibi Raph. ut in d.l.fi.§.1.de lega.2. & ita etiam ibi tenet Pau. de Cast. in lectu. Bono.licet Ioan.de Imo.ibi nō decidit: sed solum dicit esse dictum. idem etiam no.Ioan.An.in d.c.1.de arbi.in 6.quod no. in d. §. si plures,& id quod no.ipse in d.l.inter pares.¶Huic cōclusioni uidetur consentire Spec.in d.tit.de teste.§.1.uer. sed pone ecce, ubi dicit,quod si unus testis deponit de 10. alius de 15. alius de 20.non uidentur adinuicem contrariari. Idem uidetur tenere Ludo.Rom.in præalleg.l.cū furti.¶Bene facit.l.rationes, cum glo.suprà de prob.& quod not.Bart.in l.si quidem, C.de transac. ubi dicit, ꝙ si creditor confessus est se debere habere centum à Titio,non uidetur asserere, ꝙ centum tantum & nō ultra debet habere à Titio. secundum quòd probatur in l.3.§. cum Titio,de adi.leg.& no.idem Bart.in l.si cum dos,in prin. ff.rerum amo. ¶ Ex hoc infertur, quid cum ille testis, qui deponit de extimatione damni & interesse librarum trium millium, & similiter alij testes deponentes de summa inferiori ab illis maioribus summis, de quibus infra dicam, non deponant taxatiue; adeò, quod excludant damnum, & interesse non fuisse in plus, sequitur, quòd dato,quòd omnes dicantur concordare & probare de summa trium millium librarū;non sequitur ergo,non probant de maiori summa : quia imò probant de maiore summa, de qua deponunt, vt ibi referam, vbi etiam allegabo authoritates do.hoc in terminis tenentium. ¶Nec etiam sequitur,ꝙ licet stetur maiori numero testium,debet præferri summa librarum trium millium, in qua concurrit maior & omnis numerus testium: quia dato,ꝙ omnes probent de illa, tamen non sequitur, vt dixi, ergo non probant de maiore,cum non negant maiorem summam. Nam iura s̄.allegata,quæ dicunt,ꝙ maior numerus testium contradicit minori,sed quando,non contradicit, sed si per maiorem numerum deponitur aliquid quod potest stare cum eo,quod deponit maior numerus testium; tunc dispositio maioris non tollit illud, quod deponit maior numerus.vna enim probatio tunc nō detrahit alteri, vt patet ex not.in d.ca.nihilominus.in glo. fin.in princ.& patet etiam ex not.in l.cum furti.& d.l.fin.¶Vnde dicit Ant.de But. & sequūtur alij post eum in c.1.de offi.deleg.
8 per illum text.iuncta gl.1.† ꝙ licet vnus testis minus deponat de facto, quàm alter in suo testimonio, per hoc non censetur ille esse contrarius,dummodo alteri non contradicat, vt patet exemplum.nam si facto articulo, ꝙ vendidi Titio librum pro decem,& fundum pro centum: & aliqui testes, principaliter maior pars de venditione libri,& minor pars (dummodò sint duo, qui deponant) de venditione vtriusque, quis dubitat,ꝙ obtinebo in vtroque: quia isti testes non sunt contrarij, licet quidam præcedant alios in probando. ¶Ex his etiam infertur, ꝙ in summis,in quibus reperiuntur in aliquibus esse specifice contestes,

contestes, standum est eis, ne dictis eorum derogetur per testes de minori summa deponentes. vnde cum plures sint testes, qui deponunt concorditer, quod pp banna, prohibitiones, expulsiones, & interdicta emanata occasione suspicionis post cóductores datij passi fuerunt singulo mense damnum librarũ sexcentum Bono. habito respectu ad 23. menses inde restituti. Ia. Scacabis, & Io. de Bicherijs, & Andreas de Blanchinis, & Petrus Benchi, & aliqualiter Borinus de Banchis. ¶ Cum igitur per aliquos de nominatis testibus concor. dicit sic probatum ꝙ propter prohibitionem ne vuæ in castellacis côduci possint extra ciuitatem, & comitatum Bononiæ, conductores dicti datij sunt damnificati in quantitate librarum ducentum Bono. & probant dicti de Blanchinis, s. An. de Blanchi. & duo alij, & concorditer deponunt de summa librarum. ¶Ideò autem dico esse absoluendum de minori summa, quasi videantur minori affectione moueri: quia cum testes habeant reddere rationes suas inferentes ad communem æstimationem pretij, vel interesse, non potest dici, ꝙ videantur ex affectione maiori moueri illi qui deponunt de maiori æstimatione, vt vult ipse in d.c. de em. & ven. & si Bal. in d.l.2. de resc. ven. aliter sensisset. apparet ergo omnes istos negare, ꝙ stetur minori summæ in testibus, licet omnes videantur includere minorem summã, & in illo côueniant, ita etiam vult Bar. & alij. in d.§. si plures. ¶Idem & fortius dixit Sal. in d.l.2. C. de resc. vend. in vlti. char. & maximè in ver. item iuxta hoc quæro quid si de tribus. vbi quæritur,
9 † quid si tres sunt testes, quorum vnus dicit rem valere centũ: secundus dicit centum & decem: tertius dicit valere centum & viginti: an probent, & in quo? arguit primo ꝙ non probent: quia sunt singulares. In contrarium adducit: quia sunt contestes in minori summa, & sic vr̃, ꝙ in ea contestes d.l. diem pro ferre. versi. indè quæritur si plures. ꝙ tres testes probabunt in quãtitate media, s. in centum & decem per hanc ratioñe: quia primus testis implicitè est reprobatus p alios duos in eo ꝙ implicaret rem non valere vltra centum. alij autem duo sunt con cordes quod vltra centum valeat, & concordant se in centum & decem, licet in decem additis à tertio discordent, & illa discordia in illis decem non attenditur post, quàm tertius in eo est vnicus, & in centum decem sunt duo in effectu. ¶Et ad illã decisionem secundum eum suadet ratio: quia si aliter diceremus, sequi posset magna fraus, s. quod vnus ex istis, qui habet deponere super æstimatione, diceret de modico seu de minori pretio, & omnes alij deponentes de maiori summa dicerentur cum illo consensisse; & sic standum esset ei, quod diceret ille vnicus deponens de minori summa: quod esset iniquum dicere secundum eum. hoc confirmat ipse: quia quando tractatur de æstimatione alicuius rei, constat rem aliquid valere: & ideo quæritur sciri non de aliquo pretio, sed de maiori, quod tamen sit côe. sed in casu prædicto illud pretium de centum decẽ est illud, quod est maius, & quod per plures testes dicitur esse cômune; ergo illud debet præualere. ¶ Non ob. secundum eum. l. diem proferre. §. si plures, [b] ver. item quæritur, & c. 1. de arbi.
b in 6. quia aliud est in sententia, vel laudo arbitrorum, q̃ in dictis testium, vt no. gl. in d.§. si plures. & est ratio: quia secundũ eum iudices delegati, vel arbitri agunt inducere, non tantum declarare vel referre, vt faciunt testes: ideo eorum sententia ad illud, quod est minus, restringitur. ¶ Alia autem ratio pôt esse, quia arbitri prius conferunt inuicem de eo, quod iudicare intendunt, & intentionem suam declarant vnus alteri, vt ff. de arbi. & si tres, & l. sicuti. ¶ Ponit etiam rationem, quam breuitatis causa omitto. ¶Et sic videmus, ꝙ etiam in casibus, in quibus omnes testes omnino tenent singulare, non debet stari illi, qui deponit de minori summa; & sic non deberet stari dicto Achillis deponentis in summa librarum trium millium si duo non reperirentur in aliqua summa contestes, sed deberet atten di summa media. ¶Restat ad allegata in contrarium respondere, ad quæ satis colligi potest ex prædictis respôsio. ¶ Primò. n. non obstat, dum dicebatur, quod testes per conductorem non probant: quia sunt singulares: quia respondeo, quod sunt plures, qui sunt contestes, vt pro damno secuto ratione exemplationum quarundam, & proclamationum factarum ob pestis suspicionem sunt contestes Ioan. Minembo, & Ioan. de Becherijs, Anto. de Blãchis, & etiam Petrus Lentij, & Burinus & ita etiam in facto vuarum & vini prohibiti extrahi sunt alij testes
10 quos suprà retuli. ¶ † Quinimò dato quod essent singulares, si apparet, quod loquuntur de eadem re, vel facto, probant etiam in eo, quod reperiunt duo deponere, s. ille, qui deponit de maiori vltima summa, & ille, qui deponit de penultima maiori summa: quia in penultima probabunt, in qua intelliguntur esse concordes, cum in ea côueniant, vt dicunt do. in locis suprà allegatis, & maximè Sali. in d.l.2. C. de rescin. ven. ¶Et hoc, qñ testes, qui deponunt de inferiori summa, non essent plures numero. & dato. ꝙ essent plures, tamen non deponerent p dictionem taxatiuam, & sic non dicerentur contrarij testibus deponentibus de maiori summa iuxta d.l. cum furti, cum ibi not. per Bart. & alios quos suprà retuli. ff. de in lit. iuran. & ideo sta bitur potius ipsis duobus affirmantibus de maiori summa, cũ non inueniantur esse alij plures testes, qui dicantur deponere de negatiua dictæ maioris summæ. igitur ipsis affirmantibus stabitur per no. in d.§. si plures, per gl. & docto. ¶ Nô ob. illud, quod not. Arch. in d.c. nihilominus, cum concor. s̃. allegatis. vbi volunt, ꝙ per testes singulares circam summam non dicatur esse probatum: quia respondeo, vt iam dixi, quia est proba
11 tum per testes, qui sunt contestes ¶† Secundo respondeo, ꝙ d. Arch. procedit, quando non apparet, ꝙ ille deponit de têpore comprehenso sub eodẽ initio possessionis, de quo deponebat alius testis deponens de maiori tempore. s. 30. anno. Nam si côstat, ꝙ de eodem initio deponunt, probabunt &c. illud, in quo duo conueniunt, vt firmat Pau. de Leaza. in d. disputatione, & Spe. in d.§. postquam, & Bal. in d.l.1. C. de testa. & moder. in d.
12 capit. j. de arbi. cum concor. s̃. in prin. alleg. ¶† Nec ob. quod no. Io. And. in c. 1. de arbi. in 6. in nouella; quia dictum suum procedit qñ ex singularitate testium apparet vnũ testem loqui de negotio penitus diuerso ab eo, de quo deponit alius, vt si vnus testis deponit ꝙ mutuaui tibi decẽ, & alius ꝙ mutuaui tibi 20. non probabunt: quia aliud præsumitur esse mutuum factum de 20. & est dubium, vt probatur in l. cum centum, secundum intellectum Iac. de Are. & ibi Bart. ff. de alimẽ. leg. & in l. quinquaginta, ff. de probatio. no. specifice Bald. & Ang. & etiam moderni in l. scire debemus, in prin. ff. de verb. obli. per id, qđ habetur in c. abbate sane, & Pe. de Ancha. & Io. de Imo. in l. 1. §. si stipulanti, de ver. obl. per id, quod habetur in c. abbate sanè, de re iudi. in 6. nec etiam ob. id, quod no. Bal. in l. ex facto. §. item quæro, de vulga. & pupil. quia Bal. ibi nô firmat; & ideo contrarium tenet Ange. & moderni. & superius relatum est. ¶Non ob. ꝙ dato, ꝙ testes singulares probarent dicta debita, quod probarent in minori summa, quæ sit inter omnes summas, quia in eo conueniunt omnes testes, attento ꝙ maiori numero stãdum est: quia respondeo, vt dixi, testes plures sunt, qui sunt contestes. ¶ Secundò respondeo, ꝙ dato quod omnes testes dicantur conuenire in minori summa: non tamen conueniunt in ea summa integra, vt iusta æstimationem damni secuti: de qua iuxta æstimatione probanda tractatur. & hæc responsio colligitur ex verbis Sali. in præalleg. l.2. in vlt. char. C. de rescin. ven. & vbi agitur de causa onerosa, habet locum regula, quæ habet, ꝙ in maiori summa &c. l. si decem. ff. loca. & ita est in casu nostro. ¶Nec ad hoc ob. tex. in d.l. diem proferre. §. plures, & in d.c. 1. de arbi. in 6. vbi hoc seruatur in sententijs iudicantium: quia ad illud respondi suprà secundum Sal. & vltra responsiones suas potest responderi, ꝙ illa iura non habent locum, quando diuersæ & singulares sententiæ essent latæ in diuersis quantitatibus probatis non obsolutè, sed respectu alicuius rei. ita firmat Bal. in d.§. plures, & in l. 1. circa prin. C. de sen. quæ sine cer. quanti. per l. si decem. ff. loca. & ar. l. si is cui decem. ff. de don. ¶Sed ita est in casu nostro: quia tractatur de æstimatione damni suscepti in vsu & exercitio dicti datij: ergo &c. ¶Non ob. dũ allegatur authoritas Bal. in l. 1. C. de testa. vbi dicit, quod videntur testes probare in minori summa, quia si verba Bal. bene inspiciamus, in sua conclusione loquitur in duobus testibus, quorum vnus probat de maiori, alter vero de minori. nam fateor, ꝙ impossibile est, ꝙ probent ambo in maiori: quia in eo nô sunt duo: ita etiam loquitur Pau. de Leaza. in disputatione prædicta, & Ang. in d.l. ex facto. §. item quęro. sed quando essent plures, quàm duo, tunc dato ꝙ probent sine dubio in ea minori summa, in qua vnus testis minus cæteris deponit; tamen veritas videtur, ꝙ etiam probant de vlteriori summa, in qua reperiantur duo esse contestes: quia licet vnus deponat de pluri, alius de minori probabunt, non autẽ de minima tantum, de qua vnus alius non deponit. & hoc non solũ, quando

quando testes deponerent taxatiue de minori summa: quia casus videntur satis clarus; sed etiã quando taxatiuè deponerẽt; quod apertius dixi suprà referẽdo maximè Sal. in d. l. 2. ¶ Non ob. etiam id, quod no. Io. de Imo. in d. l. inter pares, dum dicit, ꝙ si vnus deponit, ꝙ videlicet decem, alius 25. alius deponit de 20. quod saltem probabunt in decem: quia respondeo, ꝙ intentio sua est solum tractare, an testes, qui in summis sunt singulares, aliquo modo probent; & dicit, ꝙ si quando apparet, quod de eodem facto deponunt, quod probabunt saltẽ in minori summa, s. in 10. non autem disputat, an de illa media summa probẽt, nec illud negat, nec videtur negari posse per supra dicta: quia tex. in §. si plures, in c. 1. de arbi. in 6. non habet locum in casu isto, & maximè in testibus, vt suprà est ostensum; & eadem fuit intentio modernorum in d. c. 1. §. quærentem. an testes singulares in summis: sed an in minima tantum hoc ibi non disponit. ¶ Nõ ob. decisio Spec. in d. §. postquam: quia illa facit pro cõductoribus datij, & ita pro eis etiam induxit in argumentis secundæ partis ad eorum fauorem inductis. ¶ Non ob. tex. in l. Sempronius Proculo. ff. de le. 2. inducendo, vt etiã induxi: quia respondeo, ꝙ illa lex solum habet locum in dispositione facta ex causa lucratiua, prout ibi fuit, & in legatis, non in onerosa. ita inquit Bal. in l. scripturæ. C. de fide instr. per l. si tibi decem. ff. locati. item lex loquit᷑ in actu dispositiuo, in quo si exprimitur minor quantitas, intelligitur exprimi taxatiuè. Vnde, si tu interrogas me, an promittam decem, & ego respondeo promitto quinque, intelligitur, de quinque tantum; patet in l. rogasti. §. si tibi, primo responso, ff. si cer. pe. & in d. §. si stipulanti. non sic in verbis expressis ad probationem actus iam dispositi, vt probatur in d. l. cum furti, & no. Bald. & moderni in d. l. fi. §. in indiuisam, de leg. 2. & iste est casus noster. ¶ Ex quibus omnibus concludo esse probatum per plures testes de damno seu interesse librarum sexcentum Bononenorũ singulo de mense pro mensibus viginti tribus per ea, quę à dictis dominis & officialibus innouata sunt occasione suspicionis pestis, vel interesse librarum duarum milium Bononenorum pro interdicto facto, ne vinum collatũ extrahatur ex ciuitate, vel comitatu in quantitate librarum nonaginta trium quinquaginta Bononenorum, prout sigillatim superius deductum est. Et ita dico & consulo ego Alexand.

ADDITIONES.

* Consideratione.] Vide Matth. de Afflict. decis. 240. vbi in testibus deponentibus variè de quantitate fructuum, dicit standum minori quãtitati. Et vide eundem decisio. 72. Vide etiam Dec. in l. in eo. ff. de reg. iur. in fi. vbi Alexan. hic sequitur. & Rui. qui eundem sequitur, consi. 67. col. 3. lib. j. & quid in æstimatoribus si tertius discordet à duobus, qui prius dixerint, Salice. in l hac edictali §. his illud. C. de sec. nupt. Alex. in l. si fundum in apostil ff. manda. Natta

* Deponen.] Vide Alexan. in d. l. 1. §. si stipulante. ff. de ver. ob. Natta.

a ¶ Contrariari. & placet: quia non subauditur taxatiua, licet contrarium velit (& male) Alcia. l. 1. §. si stipulanti. nu. 45. de ver. obli. quod limito, nisi testes deponerent de facto proprio. item non probant, vbi debent deponere de toto facto, vt in testamento nuncupatiuo, Bal. l. cum antiquitas, col. fi. C. de testa. adde. de hac materia Anto. de But. consil. 52. Corn. consil. 223. lib. 1. Matth. Afflict. deci. Neapo. 72. Deci. consi. 240.

b ¶ §. si plures. hos text. nouiter declaraui in consu. Pari. §. 33. glo. 3. nu. 11. cum seq.

c ¶ Probabunt. Alexand. & alij. l. 1. §. si stipulanti, colum. fina. de ver. ob.

SVMMARIVM.

1 *Notario non creditur in quæstione falsi.*

4 *Testi plus creditur dubitatiue, quàm certo deponẽti de tẽpore.*

5 *Condemnatur nullus propter incertitudinem.*

6 *Testibus plus statur, quando omnes contradicunt scripturę notarij.*

CONSILIVM LXV.

Visis processibus in causa inquisitionis formatæ contra Ang. & Ioã. Baptistam eius fideiussorem occasione cuiusdam assertæ falsitatis commissæ per ipsos, vt dicitur testificando in quadam causa ciuili, quod fuerunt præsentes & audiuerunt, ꝙ quædam domina Andreola loco & tempore contẽtis in eorũ dictis dixit cuidam Nicolao fratri suo: io te dono e lasso quello che mio patre mi lassò ne lo suo testamẽto, & plenius prout in eorum attestationibus continetur: & pro parte iudicis inquirentis producti sunt plures testes ad probãdum, ꝙ domina Andreola prædicta decessit de anno 1454. in mense Augusti. & dictus Ang. videtur in suo dicto attestari, quod audiuit dictã dominam Andreolam prædicta verba dicentem de anno 1455. & bene inspiciat᷑ capitulũ, super quo dictus Ang. deposuit Ioan. Baptista qui est examinatus & productus in testem de anno 1461. de mense Martij, videtur attestari, quod audiuit dicta verba à dicta domina Andreola per quatuor annos ante, vel circa. & sic videtur deponere quod audiuit de anno 1467. de mense Septembris, & per cõsequens uidentur deposuisse falsum, & merito fuerunt condemnati ad pœnam, de quo in statuto posito sub rubrica, de pœna perhibentis falsum testimonium. ¶ Et quamquam si quis uellet nimis rigorosè cognoscere, & subtiliter processum intueri, posset ex plurib. ostẽdi non potuisse contra dictos inquisitos pronunciari, prout factum est. ¶ Tamen omissis fundamentis potius subtilitatẽ procedendi quam ipsius facti ueritatem ad eorum innocentiam concernentibus, me conuertam principaliter ad ea, quæ innocentiam inquisitorum euidenter monstrabũt. Et in primis moueor, quia quamuis in attestationibus dictorum Ange. & Io. Baptistæ reperiatur scriptum esse à notario eo modo, quo retulj. supra & eo modo, ut apparet in actis; tamen quando responderunt inquisitioni, responderunt, quod ipsi in suo testificatu deposuerunt verum, & dicit dictus Ang. quod quando d. Gaudentius potestas ciuitatis Fani cum examinauit, & interrogauit de tempore, quo dicta do. Andreola dixerat ea, quæ per ipsum Angelum testificata sunt, respondit ipse Angelus non se recordari, & quod nunquam respondit de tempore præcisè, nisi quod videre suo erant quatuor, vel quinq; vel sex anni; tamen in actis notarij in testificatu suo reperitur scriptum, quòd Angel. præcisè deposuit, quòd illa verba fuerunt dicta per do. Andreolam tempore, de quo in c. s. de anno 1457. de mense Septembris. ¶ Dictus verò Io. Baptista dicit, quòd circa testificata per eum examinauit. nam interrogauit eum de tempore, & tamen in actis reperitur scriptum in dicto testificatu per notarium, ꝙ dictus Io. Baptista interrogatus de tempore, respondit, quod sunt quatuor anni, vel circa: & per consequens dicti inquisiti in responsione facta in inquisitione expresè contradicunt his, quæ in attestationibus eorum scripta fuerunt quò ad ipsum tempus, in quo tempore consistit omne fundamentum allegatæ falsitatis. ¶ †Vnde casum nostrum decidit* in terminis Spec. in tit. de instrum. edi. §. restat, ver. sed quid si vnus &c. vbi quærit, quid si vnus ex testibus à tabellione receptus accusatur falsum dixisse: testis verò dicit aliter scriptum esse dictum eius, quàm ipse protulerit, negans illud: modò quæritur, an magis credatur scripturæ tabellionis, quàm dicto testis id se dixisse negantis? & respondit Spec. [a] quòd omnes docto. Bononienses in examinatione priuata ipsius concordarunt, ꝙ non credatur scripturæ tabellionis cõtra dictum testem, cum in criminibus probationes debent esse luce clariores. l. sciant. C. de probat. & eadem ratione nec ipsi testi creditur contra tabellionem; & sic non punietur nec testis, nec tabellio, vt in ca. cum inter R. seniorem, de electio. ¶ Et idem quò ad casum nostrum tenet Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. sed pone, ecce iudex, & intentio Spec. ibi est, quòd si quæratur, an ad finem, ad quẽ inducti fuerunt testes, hoc est quantum ad probandum in illa causa, in qua fuerunt inducti, stetur magis dicto tabellionis, quàm testis: †debet distingui, aut notarius solus recipit testes: & tunc si testes contradicunt his, quę notarius solus scripsit, tũc magis de iure creditur viuæ voci testium, quam scripturæ notarij, in auth. de instrum. cautela & fide. §. & si instrumenta. & §. si non nominatur, licet secundùm eum de facto stetur dicto tabellionis, aut iudex inter fuit examinationi testis vnà cũ notario; & tunc creditur de iure tabellioni. ¶ Ad quod faciũt not. per Cy. in l. si quis decurio. C. ad leg. Corne. de fals. & Anto. de But. in c. cum parati. de appel. & Iac. de Aret. Cy. Ang. & Io. de Imo. in l. 1. §. si quis. ff. quemadmo. testam. aper. & Spec. in tit. de citat. §. sequitur, vers. sed nunquid creditur. ¶ Si autẽ quæritur, an magis credatur testi, vel scripturæ quò ad finem iudicij criminalis intentati de falso contra testem, vt est casus noster, tunc non staretur scripturæ tabellionis, secundùm Specu. in d. ver. sed pone. & ita eum declarat, & intelligit Ant. de But. in ca. ad audientiam. de præscript. & ita etiam fuisse de mente Spec. ex his, quæ ipse not. in d. §. restat, ver. quid si attestationes, iuncto

iuncto d. versi. quid si vnus ex testib. & sic intentio Specu.est quo ad finem conuincendi de falso, vt puniatur criminaliter, & non credatur scripturæ tabellionis, quando testis contradicit.& ita clare firmat do.Abb.in d.c.ad audientiam,& in c.cũ causam,quæ inter archiepiscopum.de testi.vbi hoc apparebat & reputat notandum. & ita etiã sequitur præcise Ludo. Roma. in l. 1.§.si.ff.de verb.obli. vbi reputat illud dictum Specu. esse
3 in proposito verum & singulare.¶† Si verò dictus Ang.prout ipse respondendo inquisitioni dicit se in testificatu dixisse, ꝙ non recordabatur de tempore,non potest dici ꝙ per testes examinatos in causa inquisitionis deponẽtes, quod do. Andreola decessit de anno 80.sit detectum d.Ang.deposuisse falsum:& est verissimum illud,quod dicit Ange.s.ꝙ quando fuit examinatus,potuit respondere se nõ recordari,quãquam deposuerit, ꝙ fuerat de anno 66. de mense Septembris, à quo tempore distabat per quatuor vel quinque annos,cum tempus à memoria
* testis faciliter cadat,* vt dicit Inn.in c.qualiter & quãdo, el 2. de accu.& Spe.in tit.de teste.§. iam de interrogatorijs, & not. doc.in c.ex tenore,& in c.cum causam,de testi.& Bal.in l.pre
4 sbyteri,in 1.vel 2.col.C.de episcop.& cler.¶ †Quinimò dicit Ange.in consi.25.inci.pro decisione quæstionis &c.quod magis creditur testi deponenti dubitatiue de tempore,vt quia dicat potest esse tantum tempus,sed tamen præcise nõ recordor, quam testi deponenti certitudinarie de tempore: quia dicitur verosimiliora deponere propter obliuionem temporis,quæ de facili contingit.vnde verosimiliora deponẽtibus magis creditur.l.ob carmen.§.fin.& l. 3.§.idẽ diuus.ff.de testi.c.in nostra, cum ibi plenè no.de testi.¶Et dicit etiam Ang. in dicto consilio,ꝙ testis,qui dicit se bene non recordari de tempore, quicquid circa tẽpus dixit, apparet ꝙ dubitatiue dixit, & est bene attendendum pro responsione facta per Ange. in inquisitione, dum dicit, ꝙ ipse in testificatu suo dixit se non recordari de tẽpore, & quod nunquam respondit præcise de tempore, nisi ꝙ videri suo erãt quatuor,vel quinque,vel sex anni.nam,vt dicit Ang.ex quo dicit nõ recordari de tempore, quicquid circa tẽpus dixit,videtur nõ affirmasse:sed dubitatiue dixisse. Et licet etiam dicta do.Adreo.esset mortua ante per sex annos, & etiã per aliquot menses vltra sex annos; vt videtur deponere testes producti & recepti per iudicem inquirentem, per hoc non esset dicendum,ꝙ testis iste,s.Ang. deposuerit falsum; quia non datur varietas in testibus,licet in aliquo modico discrepẽt,vt dicit Ant.de But.in c. 2.per illum tex.cum glo. extra de regu. ¶Et maximè in ꝓposito nostro, in quo dubitatiue loquebatur testis super tempore,vt dixi.¶Præterea si testis dicit, ꝙ sunt sex anni,ꝙ domina Andreola dixit talia verba,& probetur ꝙ sunt septem anni, non videtur, ꝙ iste testis debet per hoc redargui de falso,ꝙ si sunt septẽ anni, ergo sunt sex an.cũ in maiori summa insit minor.l.1.§.si stipulati. ff.de ver.obl.l.diẽ ꝓferre.§.si plures.ff.de arbi.& in c.1.de arb.in 6.ita in teste voluit Bar.in l.si.§.1.in fi.ff.de leg.2.dum allegat.l.cũ furti, & ibi hoc tenẽt moderni. ff. de in litem iurand. & notat expresè Spe.in tit.de teste.§.1.versi.sed pone,ecce.per Archidia.in c.nihilominus, in quæstio.9.& in d.c.1.de arbi.in 6.cum si.¶Et per hoc apparet,ꝙ Io.Baptista nullo modo debet condemnari de falso , etiã dato,ꝙ scripturæ attestationis suæ debet stari;qa ipsa deposuit ꝙ erãt quatuor anni,vel circa,ꝙ audiuerat dicta verba à domina Andreola. ¶ Et similiter non obstat,si dicatur,quod colligitur falsitas ex eo,quod Angelus deposuit,quòd illa verba audiuit à domina Andreola circa vigesimam primam horam , & Ioannes Baptista deposuit,quòd fuit circa vigesimam tertiam, quia respondeo primo,quod Io.Baptista respondendo inquisitioni,negat se fuisse interrogatũ de tempore;ergo succedit doctrina Speculatoris in loco præalleg. ¶ Secundò respondeo,ꝙ quando testes differunt in modico, non reputantur varij, vt
5 proximè dixi.¶† Præterea dato,ꝙ essent contrarij in hora ; tñ requiritur,quod constet,quis certò dicat verũ,& quis falsum: tunc iudex deberet inquirere:non autem ex hoc potest condẽnare de falso, vt nota. Bal.in l. testium,vers. modò hic insurgit dubium , si vnus &c.C.de testi. ¶Facit bene glo. not.in l.item Mella.§.si plures,in gl.j.rectè intellecta.ff.ad l.Aqui.quæ vult, ꝙ quando plures erant,& vnus percussit Titium,& nõ constat quis eorum percussit,neuter condem natur,argu.l. absentem. ff.de pœnis, & quantum ad hoc glo. non reprobatur per doc. in l.fi.ff.de fica.s.quando apparet, quòd vnus tantum percus-

sit.& ita etiam nõ.doc.in c.significasti,el 2.de homici.¶Et per hoc patet non obstare,si diceretur, ꝙ dicti duo testes uidẽtur inter se contrarij eò,quia Ange.deposuit,ꝙ dom.Andreola dixit dicta verba prope uiam,qua itur ad portam Sãc. Leonardi vsq; ad portam minorem , & Ioannes Baptista deponit, ꝙ fuit in strata publica , qua itur ad S. Patrinianum prope domum olim Cete cauti . Nam licet testes in hoc uidentur contrarij: tamen nõ sequitur: ꝙ ex hoc ambo deponant falsum,sed vnus tantum, & non constat, quis sit ille,qui deponat falsum.vnde propter incertitudinem nullus potuit condemnari, vt dixi,facit.l. duo sunt Titij.ff.de testam.tute. l.si fuerit.in princ.ff.de re.dub.¶Prę̨tereà verbo fertur,quod dicta loca disconueniãt, nec est probata disconuenientia,quam erat necesse probari ad probandum falsitatem : quia posset esse,quod etiam dictæ demonstrationes conuenirent in eodem loco. istud in pulchra quęstione decidit.d.Car.in c.cum Ioan.de fi.insti.quem ibi refert & sequitur do.Abbas Siculus in pe.col.in ver.glo.fi. factũ
6 est &c.quam breuitatis cã formaliter non refero. ¶ † Decidit insuper casum nostrũ Ang.in d.l.1.§.si quis neget. ff.quemad. test.ape.vbi inquit,ꝙ licet quãdo vnus solus testis examinatus asserit examinationem se non deposuisse, prout scriptum est à notario,magis credatur notario,si notarius erat bonæ famę;vt ibi per Iac.de Are.tamen quando omnes testes examinati affirmant,ꝙ non deposuerunt,prout notarius scripsit, tunc.n.non creditur scripturæ notarij;alleg. no.per Spe.in tit.de teste.§.j. uer.sed pone,ecce.¶Et licet Ioan.de Imo.in d.§. si quis neget, dicit se non inuenire in Spe. dictum ver.alleg.per Ang.tamen Ang.voluit allegare Specu.in titu.de teste.in d.§.j. ver.sed pone,quem supra retuli. ¶ Apparet ergo,ꝙ Ang.vult nedum ad causam criminalem motam contra testem, quod non statur scripturæ tabellionis factæ super depositione testis, quando testis ei contradicit,sed etiam non stetur ipsi scripturæ quo ad finem,ad quem inducti sunt ipsi testes,quando omnes testes recepti contradicunt scripturæ tabellionis,ita loquitur d.Ang. cum ergo isti testes , qui fuerunt super dictis capitulis recepti in causa ciuili,ambo.s. Ang. & Ioan. Bapt. contradicant scripturæ tabellionis , sequitur secundum eum ꝙ non est stãdum scripturæ tabellionis.¶ Fortificantur prædicta , quia ad ostendendũ,quod illud ꝙ scripsit notarius circa attestationes dictorũ Ang. & Io. Bapt.non redarguitur de falso,nisi principaliter per tres clericos deponentes super tempore mortis dictę dominæ Andreolæ.† & constat,ꝙ in causa criminali clerici nõ sunt
7 idonei testes contra laicum 11. q.1.ca.testimonium,& ibi no. & not.Inn.in c.cum P.Manconella,de accu.& Spec.& Io.An. in tit.de test.§.1.in 17.col.in ver.item quod est clericus,& moderni,& d.Abb.in c.de cętero.in prin.de testi.nisi in subsidiũ, vt dixit ibi Arch.c.quãquam 14.q.2. quod intelligitur, quando ex natura ipsius facti alij testes non possunt concurrere, vt colligitur ex glo.no.in c.tertio loco,in ver iurati, quam ibi ad hoc põderat Ant.de Bu.de proba. & plenius ponit ipse in suo consilio incipi.quæstio hæc dubia vulgaris habetur &c. ¶Sed casus mortis ex communiter accidentibus non est talis naturæ,ꝙ non posset commodè probari per alios,sicut per clericos ergo &c. nec etiam de tempore mortis dominæ prædictæ Andreolæ est concludenter probatum per relationem missorum per iudicem ad inuestigandum, vt satis apertè constat ex inspectione ipsius relationis.& hæc breuiter dicta plus, quàm satis esse videntur ad ostendendum partes domini iudicãtis esse in pronunciando bene appellatum pro parte dictorum inquisitorum , & male iudicatum per priores iudices, & dictos inquisitós fore à contentis in inquisitione absoluendos. Et ita dico & consulo ego Aexand.

ADDITIONES.

* Decidit.] Idem scribit Alex.consi.70.col.j lib.j.& consil.74.col.pen. eod.lib.& limita,nisi omnes testes contradicerent notario,vt Alexan. infra subdit col.fi.pro quo facit Bal.in l.duobus.§.fi. de iureiuran. ꝙ testes contrariantes sibi ad inuicem,si sint pari numero nõ puniũtur de falso.Sentit Bal.ibi secus esse in dispari numero.Sed ꝙ,vbi testes ex contrarijs partibus diuersa dixerint,non teneantur de falso,sed reducendi sint ad concordiam,vel standum sit dignioribus. vult Bar.in l. eos in fi.C.de fals.relatus per Alex.consi.180.col.fi.j. eod.lib. Natta.

a ¶Spe.s.li.j.consi.70.nu.2.Cur.senior consi.55.col.8.Alci.de pręsum. reg.3.præsum.13.nu.19.

* Cadat.] Tempus à memoria testis faciliter cadit,non enim imprimitur sensibus prout locus,& alia inter partes gesta. Natta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Substitutio posita in fine refertur ad omnia praecedentia.*

CONSILIVM LXVI.

Viso testamento d. Benicasiae quondam Iulianae, & substitutionibus in eo contentis.¶ A me quaeritur, an in vltima substitutione censeatur monasterium substitutum omnibus filijs in eorum portionibus.¶Et omisso multiloquio breuiter respondeo, quod sic. ¶ † Pro quo primò adduco tex. in l.
1 cohęredi.§.qui discretas.ff. de vulg.& pup. vbi si testator prius aliquos istituit in vna tertia parte, alios in alia. postea dixit, hęredes meos inuicē substituo talis substō in fine apposita refertͬ nedū ad illam proximā & vltimā institutionē factā de plurib. in tertia parte : sed etiam refertur ad quascunq; superiores institutiones. Fortius voluit Barto. in l. Lucius, circa vlti. vel pen. col. ff. de vulg. & pup. in versi. sed quaero iuxta hoc de pulchra quaestione, & Bald. in l. testamento, in 6. q. C. de test. mili. quod si testator primò plures filias instituit in certis rebus, vel quantitatibus, demū filios masculos vniuersaliter hęredes instituit: postea dixit omnes filios meos inuicem substituo: ꝙ tunc, attēto ꝙ filiae fuerunt institutae in re certa, & sic non sunt propriè haeredes saltem quo ad ius accrescēdi cum haeredibus institutis, vt not. l. 1. §. si ex fundo. ff. de haeredi. institue. hoc casu substitutio praedicta non refertur ad eas, vt probāt dicti docto. in dictis locis, maximè per d. §. qui discretas: secus autem voluit, si dictae filiae fuissent institutae in quota, quāuis testator in substitutione vsus fuerit verbo masculini generis, scilicet filios.
2 ¶† Secundò moueor: quia quandoque quaeritur, an quaedam qualitas seu clausula, quam constat esse adiectam vni ex pluribus capitulis seu dispositionibus, intelligatur repetita in alijs dispositionibus sequentib. & ista est materia, de qua in l. auia, in prin. ff. de condi. & demon. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. & per gl. in §. item lapilli insti. de re. diuisi. quam ad hoc alle. Bar. in l. 4. §. eritq; differentia. ff. vi bon. rapt. & Bal. in l. quemadmodum. §. fi. ff. ad l. Aquil. & per Bart. in l. licet Imperator, de leg. 1. cum si. & istud nihil habet commune cum casu nostro, & in proximè dicto casu fit differentia inter dispositionē legis, quo casu procedit id, quod not. in d. §. item lapilli, & quod no. Bart. d. §. eritque differentia, cum si. & inter dispositionem contractus quo casu recurritur ad l. auia, & l. Seiae. §. Caio, cum ibi no. per Bar. ff. de fundo instr. & inter dispositionem rescriptorum quo casu recurritur ad c. causam, quae, de rescri. & ꝙ inter praedicta fit differentia, vult Bart. in l. licet imperator. & in l. talis, de leg. j. & in alijs locis, supra alle. hęc dico, vt deprehēdatur, ꝙ plura allegata in dubijs mihi exhibitis non faciunt ad propositum nostrum.¶† Quandoq; quęritur, vtrum clausula per se posita & nō specifice relata ad vnū
3 capitulum tantum, referatur ad primum tantum capitulum, an ad omnia supposita, ad quae salua ratione recti sermonis potest referri, & iste est casus noster: quia dubitatur, vtrū illa substitutio posita in parte testamenti, quae incipit, post mortem verò omnium dictorum filiorum &c. referri videatur ad partem Petri, in qua fuerat substituta mater in vsufructu, fratres in ꝓprietate: an vero ad partes omnium filiorum testatoris, qui ad inuicem fuerunt substituti. & tunc dico, quod clausula in fine apposita refertur pariter ad omnia praecedentia, si non subest ratio, quare magis referri debeat ad vnum, quàm ad aliud. l. talis scriptura in fin. de leg. 1. l. 1. C. de libe. praeteri. l. 3. §. penul. ff. de libe. & posthu. nec isto casu subest aliqua ratio, quare magis debeat referri ad portionem Petri, quàm aliorum.¶Nec ad hoc obstat, si dicatur, ꝙ imò subest ratio, quare magis refertur ab portionem Petri: quia testator benè substituerat matrem in vsufructu, quam non substituerat alijs, & in ista substitutione testator dixit, quod post mortem dictorum omnium filiorū & dictae Bartholomeae matris eorū substituebat monasteriū &c. ex quo enim fecit mentionem de morte dominae Bartholomeę quae fuerat substituta tantum Petro, apparere videtur, ꝙ se restrinxerat ad portionem Pet. quia respondeo hoc penitus non obstare: quia testator imo dixit post mortem etiam dominae Bartholomeae: quia cū monasteriū esset a testatore indifferēter vocatum per verba indefinita, quae aequipollent vniuersali. l. si pluribus, de leg. 2. c. solitae, de maio. & obedi. voluit, ꝙ monasterium viuente domina Bartholomaea succederet in parte, in qua substituta erat domina Bartholomaea, scilicet mortuis omnibus filijs, seu liberis substituta domina Bartholomaea, per dicta verba monasterium ex substitutione habuisset partes omnium, excepta parte domi. Bartholomeae per l. haeredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. cum ibi plenè no. cum ergo voluerit testator conseruare vsumfructum dominae Bartholomeae, donec ipsa viueret: & post mortem eius voluit expresse substituere monasterium: ideò debetur etiam dictae domi. Bartholomeę. bene facit. l. vel singulis. ff. de vul. & pup. & l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub.¶Nec ob. ꝙ illa aduersatiua, verò, dum dixit testator, post mortem verò omnium &c. & facit quod referatur tātum ad proxima : quia hoc derisorium nec minus verum, quando clausula sequens est per se posita & non expresse ad vnum capitulum relata. vnde pone quod testator dixit Titium instituo in dimidia, & Sempronium in alia dimidia instituo, Caium substituo : postea dicat Cornelium verò filium meum exhaeredo. dicemus ne, ꝙ propter dictionem, verò, illa exhęredatio videtur facta solum à gradu substitutorum, & non à gradu institutorum: nemo sanae mentis hoc dicit per d. l. 1. C. de libe. pręte.
4 & d. l. 3. §. si filius, de lib. & posthu.¶† Quinimò attento, ꝙ gradus substitutionis dicitur vnum capitulum, si sunt plures instituti. Vnde si testator dicat, Titio ꝓ parte instituto substituo Caium & Sempronium : instituo Lucium, & sic de singulis : omnes istae substitutiones dicuntur vnum capitulum d. l. 3. §. fi. & ibi Bart. ff. de libe. & posthu. ergo cum in dicto testamento omnes sint reciprocè substituti, pręter q̃ in vsufructu partis Petri, sequitur, quod illę substitutiones dicuntur vnum capitulum, & per consequens dato ꝙ clausula sequens deberet referri ad proxima, non per hoc esset, quin referretur ad partes omnium dictorum filiorum.¶Non ob. si dicatur, ꝙ testator magis dilexit filiam, quàm piam causam: quia eos praetulit. s. donec viuerent, aut cum liberis decederent: & etiam vdetur voluisse testator, ꝙ bona patris remanerent apud filios, seu haeredes eorum antequam transirent ad monasterium per no. in l. Lucius l. vlt. ff. de hęr. insti. quia cum supportatione, qui hoc diceret, somniaret: quia nihil ad propositum facit id, quod no. in l. Lu-
5 cius.¶† Nam fateor, ꝙ secundum glo. ibi communiter approbatam, quando testator dixit filium meum instituo: & si decesserit sine filijs, Sempronium substituo, certè eo casu, quo decederet cum liberis, videtur testator voluisse, ꝙ ad filiū pertineat disponere de bonis haereditatis, prout sibi placuerit: non autē videtur tunc instituisse liberos nasciturus ex filijs : quia liberi tales fuerunt solū nominati, & positi in conditione, non in dispositione: meritò illa verba non inducunt dispositionem in persona liberorum. l. ex facto agitatum. ff. de haeredita. insti. & l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testamen. l. filiusfami. §. cum quis. ff. de lega. 1. nota. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & ita communiter cōcluditur, vt per Io. An. in addi. Spec. in ti. de testa. §. 1. & doct. communiter in d. l. Lucius, per Old. in consi. 141. & Bal. in l. potest. ff. de vulga. & pupi. in l. si emancipati, in 8. opposi. C. de col. & Pet. de Ancha. in c. licet, de voto, & in c. si pater, de testa. in 6. & in repe. c. in praesentia, in 10. quęstio. de proba. cum simi.¶Sed in casu nostro monasterium non fuit nominatum, nec positum in conditione, sed in dispositione substituēdo ipsum post mortem pręedictorum decedentium cum liberis. vnde dato ꝙ testator pręetulerit liberos monasterio, noluit pręferre extraneos hęredes filiorum monasterio, sed ipsum monasterium, imò animam suam voluit illis extraneis pręponere, cum illa sit cunctis rebus pręponenda. l. sancimus. C. de sac. sanc. ecc. c. cum inter, de pęn. & remis.¶Vn-
a de dicit Ang.[a] not. in l. precibus. C. de impu. & alijs substitu.
6 † quod licet tacita pupillaris nō admittatur regulariter ex mente defuncti cōtra matrem pupilli, vt in l. fi. C. de insti. & substi. sub conditione factis, & d. l. precibus; tamen fallit, nisi monasterium, vel pauperes essent vulgariter substituti filio impuberi : quia tunc tacita pupillaris admittatur contra matrem ex mente defuncti, qui verosimiliter pręediligere pręsumitur animam suam, q̃ matrem pupilli, per d. l. sancimus. ita hoc casu multo magis pręsumendum est testatorem voluisse pręferre piam causam extraneis hęredibus filiorum, cum tractetur de fauore animę defuncti, cui causę non est minus fauendum, q̃ liberis, in dubio, vt dixit Bar. in repe. l. 1. C. de sac. san. eccl. in 6. q. princ. in prin. quę est in pe. vel antepe. col. in ver. circa ordinem &c.¶Et per hoc ēt non apparet obstare, si dicatur, ꝙ testator

tor magis dilexit dominam Bartholomæam q̃ monasteriũ: & tamen eam nõ substituit nisi Petro. ergo multominus videtur voluisse vocari monasterium. facit. l. publius, in fi. ff. de condi. & dem. nam ad hoc responsio est euidens; quia testator, si Petrus decederet, voluit de vsufructu partis Petri ꝓuideri, id est matri Pet. & non in partib. alicuius alterius filij: quia testator voluit, ꝙ alio aliquo filio decedente sine liberis succederẽt alij fratres superstites, vel alius frater superstes, quẽ & quos filios præsumitur magis dilexisse, quam vxorem. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem, C. de insti. & substi. l. cum auus. ff. de cond. & dem. sed ista ratio præferendi fratrẽ, vel fratres superstites in successione prædecedentis cessat mortuis omnib. filijs testatoris, ideo tunc cessare debet ratio, propter quam testator voluit d. Bartholomæam substituere tantũ in portionem Petri: & cogitauit testatot ꝙ dom. Bartholomęa decederet ante mortem Iuliani, Bartholomęi, & Christophori, vt patet ex ordine substitutionis testatoris, qui primo instituit filios, & eos inuicem substituit: demum disposuit, ꝙ Petro suo filio decedente sine liberis, vel ingrediẽte monasterium, mater ipsa Petri haberet vsumfructum: & post mortem dictæ d. Bartholomææ matri dicti Petri vsufructus rediret ad dictos filios, s. Iulianum, Bartholomæum, & Christophorum, ideo eam non substituit dictis alijs filijs. quia igitur monasterium vocatũ habet aliam rationem inuitatoriam magis ad substituẽdum monasterium in omnibus portionib⁹. s. post mortem omnium, q̃ esset in casu, in quo vocata erat mater, quę erat vocata incontinenti post mortem Petri ad vsumfructum superstitibus alijs filijs:
7 † ideò de vno casu ad alium tanquam ad diuersum non recta fit illatio. l. fi. ff. de calu. l. inter stipulantem. §. sacram ibi, sed dissimile est, de ver. ob. ¶Vel etiam potest responderi, & negari verum esse, ꝙ testator magis dilexerat vxorem, quàm monasterium: quia vxorem tantum in vsufructu partis dicti Petri vocauit: sed monasterium fuit substitutum & in vsufructu & in proprietate: & nedum partis Petri, sed absolute fuit substitutum post mortem omnium prædictorum, & sic in totum, vt dixi suprà posito ꝙ decessissent Iulianus, & Bartholomeus, & Christophorus, & vltimo loco Petrus, monasterium ex substitutionẽ totũ habuisset, excepto vsufructu partis Petri, in quo, si tunc decessissent. do. Bartholomæa ipsa successisset, & nõ impediuisset monasterium in residuo succedere, ut d. §. cum autem,
8 cum ibi not. per Bart. ¶ † Ita, ꝙ non potest dici, ꝙ testator magis dilexit vxorem, quam piam causam, & sic animam suã, & ita in dubio præsumitur, ꝙ magis dilexerit piam causam, quàm vxorem, vt expressè dicit Ang. in d. l. precibus, in 2. col. vbi pro hoc alleg. l. præses. C. de serui. & aqua, cum ibi not. vbi habetur, quod prima charitas &c. ¶ Et quod in casu nostro est verum, ꝙ testator voluerit substituere in tota hæreditate monasterium post mortem prædictorum, ostendo. testator dictos instituit filios, & eos inuicem substituit etiam per fideicommissum. pono, ꝙ primò decessissent Iulianus, Bartholomæus, & Christophorus, quibus successisset Petrus: & demum Petrus decessisset sine liberis: non negabitur, ꝙ monasterium successisset in totum ex substitutione facta pro Petro: quia substitutio facta ipsi Petro, vel cuicunq; alteri, cui simpliciter facta esset substitutio, comprehendit nedum portionem suam, in qua fuit institutus, sed etiam illas, quæ sibi superuenissent ex substitutione fideicommissaria reciprocè facta, vt est tex. secundum vnum intellectum approbatum in l. Scæuola. ff. ad Treb. & ibi declarat Bart. in ver. venio, vsque ad ver. ꝙ si inuicem &c. vbi
9 dicit, † ꝙ si duo filij fuerunt inuicem substituti, & vltimò decedens est grauatus restituere alteri, puta extraneo, non solum videbitur grauatus de restituendo illud, quod habuit iure institutionis, sed etiam illud, quod habuit iure fideicommissi de fratre suo prędecedente, vt no. Bar. & alij in l. Marcellus. §. quidam liberis, cum concor. ff. ad Treb. Si ergo isto casu nõ posset negari, ꝙ tota hæreditas transiret ad monasterium dicatur mihi, qua ratione aliud esse debet si decedat primo Petrus, & post alij, quę causa debuisset magis mouere testatorem in vno casu, quam in alio? & rationẽm habemus, quod in vltimis voluntatibus dispositio facta a testatore in vno casu trahitur ad alium, in quo idem verosimiliter prouidisset, si de eo cogitasset, vt est text. no. quem ita ibi summat Bar. in l. Titius. §. t. ff. de libe. & posthu. ¶Hæc conclusio probatur manifestè. non est dubium, quod testator, dum substituit monasterium post mortem prædictorum omnium, dicitur ille substituisse non dominæ Bartholomęę tantum, sed etiam omnibus filiis, qui post Petrum decesserunt. ratio, quia cum illa esset substitutio compendiosa, quæ post pupillarem ætatem & aditam hæreditatem nõ potest valere, nisi iure fideicommissi. l. centurio, & l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. & d. l. precibus, & d. c. Raynu. de testa. nõ potuisset fideicommissum ẽt respectu solius portionis Petri iniungi matri: quia mater non erat onerata à testatore nisi in vsufructu. vnde in plus non poterat grauari. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. l. Plautius, cum ibi not. ff. de condi. & dem. & in dubio grauamẽ fideicommissarię substitutionis intelligitur iniunctum illis, qui erant honorati a testatore, qui ab eo potuerunt grauari, vt in pulchra quæstione declarat Bar. in l. Centu-
10 rio, in ver. † quæro vlterius, quid si testator dixerit, si filij mei decesserint sine filijs, vel filij eorum sine filijs, bona mea deueniant ad talem, an ista substitutio valeat in filijs filiorũ, quibus nihil relictũ erat? & finaliter quo ad casum nostrũ dicit, ꝙ illa verba in dubio debeãt interpretari, quod onus fideicõmissi sit
b iunctum filijs [b] testatoris, & non filijs filiorũ, si filij filiorũ non sunt honorati; & hoc ne fideicommissum pereat; allegat in ar. l. si seruus legatus. §. qui margaritã. ff. de le. 1. & l. fi. C. ad Treb. & facit. l. quoties, de reb. du. & c. abbate, de ver. sig. & ita ẽt cõcludit Bar. in consilio suo incipiente, Andreas, & expressè in l. codicillis, in prin. ff. de vsufr. leg. & Bald. & Saly. in l. precibus, & per Bal. in l. ab eo. C. de fideic. & l. vnica. §. pro secũdo C. de cadu. tollen. & in l. si sit. ff. de leg. 3. per Ang. in consi. 7. & Pet. de Anch. in d. c. si pater, cum si. ¶ Ergo dicta substitutio fideicommissaria vr facta vltimo loco dictis filijs decedentibus matri, & est necessarium facere per proxime dicta: sed ita est de iure, quod subitò simpliciter facta alicui intelligitur in dubio facta sibi de oĩ parte hæreditatis, quæ ad eum ex dispositione testatoris quomodocunque peruenerit mediate, vel immediatà, vt probatur in d. l. Scæuola, cum ibi not. per Bar. in versi. s. alleg. & Ioã. de Imo. post An. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. in 1. col. ¶Et istud per se solum decidit quæstionem nostram, quę ẽt apertè deciditur per Saly. in l. cũ virũ. C. de fideic.
11 vbi dicit se vidisse dubitari, † quid si testator aliquos hæredes instituerat, quibus etiam prælegata reliquerat: postea autem dicit, si aliquis hæredum meorum decesserit sine filijs, talem substituo, an talis substitutio refertur non solum ad hæreditatem,
c sed etiam ad prælegata [c] relicta ipsi hæredi decedẽti sine filijs, refert, ꝙ quidam dicebant, ꝙ non quia ista substitutio cõgruit tantum ad personam, & non ad res. ipse decidit contrarium: quia videmus, ꝙ si testator dixit portionem tuam restituas, vel in portionem eius talem substitutio, veniunt prælega. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. ¶ Fortius in casu nostro, vbi non fecit mentionem de portione, & sic ad nullam quotam se
12 restringit: † quia etiam verbum, substituo, est aptum etiam ad singularia legata. l. 1. & l. ab eo. C. de fideicommiss. & l. 1. ad fin. C. communia de leg. etiam probat in contrario sensu. d. l. cum virum. Ecce ergo, quòd Salyce. vult duo. primò, quod clausula substitutionis non refertur ad proxima, sed etiã ad omnia: quia si ad proxima tantum, oportet, quòd in quæstione sua referretur tantum ad hæreditatem, vel ad pręlegata, hoc est ad id, quod proximum erat: & tamen decidit, quod refertur ad vtrunque. ¶ Item vult, quòd verbum substituo, indeterminate prolatum refertur ad omnia, quæ obuenerunt illi hæredi ex dispositione testatoris etiam alio titulo, quàm institu. Ex quibus concludo de iure & iudicio meo sine dubio, quòd testator voluit ad dictas portiones omnium fratrum substituere monasterium. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Ang. Et malè, vt dixi. suprà lib. 1. consi. 38. nu. 4.
b ¶ Filius suprà lib. 1. consi. 105. col. 2.
c ¶ Prælegata. Ias. consi. fin. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Rem euinci à primo, vel vlteriore emptore non refert.*
2 *Salarium non venit appellatione interesse.*
3 *Res non præsumitur effecta minoris pretii.*
4 *Conuentio, quòd de damnis stetur dicto creditoris, valet.*
5 *Actio illa, quæ apta est, censetur intentata:*
6 *Culpa de futuro, non dolus, remitti potest.*

CON-

CONSILIVM LXVII.

Viso themate, & verbis instrumenti venditionis factæ per Bartholomæũ de Brugisellis Leonardo Petri.

1 ¶† Omissis non necessarijs, conclusiue respondeo primò, ꝙ ad pœnam dupli æstimationis dictæ rei, habita etiam ratione meliorationis eiusdẽ, condemnandus est d. Bartholomeus de Brugisellis d. Leonardo: quia in casu litis motæ super dicta re promisit d. Bartholomæus litem in se suscipere, & defensioni se offerre, quoties sibi denũciatum foret sub dicta pœna, ergo, cum præsupponitur in themate requisitum d. Leonardum per dictum Bartholo. de Tessutis causam habentem à d. Leonardo, ꝙ Leonardus dictam litem motam d. Barth. de Tessutis super dicta re in se susciperet, & d. Leonardus similiter denuntiauit d. Bartho. de Brugisellis, qui hoc facere neglexit; incidit in pœnam quadrupli conuentionalem & exigibilem [a] eo, quia adiecta facto. l. si dictum, in princ. & l. si plus, in princ. ff. de euic. & leg. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. & ibi plenè not. & per glo. & doct. in l. Iulianus. §. idem Papinia. & l. Lucius. ff. de actio. emp. & in l. cum allegas. C. de vsu. & in c. tuam, de pœnis, & in c. dilecti, de arbi. cum suis multis concord. ¶Nec obst. quod in instrumento venditionis Bartholomeus de Brugisellis promiserit assumere in se litem. s. quando lis moueretur d. Leonardo emptori. lis autem non fuit mota Leonardo, sed Bartholomeo de Tessutis: ergo iste casus, de quo in dicto instrumento, & per consequens ad istum non debeat fieri extensio, l. si extraneus, ff. de condi. ob. cau. l. quicquid astringendæ, ff. de verbo. obli. quia respondeo, quod id, quod iudicialiter actum fuit contra d. Bartholomeum de Tessutis, qui emerat à dicto Leonardo cũ pacto de reuendendo, perinde habetur ac si actum fuisset cum dictum Leonardum, vt in l. si pro re pupilli. §. fi. cum glo. fina. & ibi expresse Ange. & in l. pater, & in l. si rem quã, ff. de euic. l. stipulatio ista. §. sicut, cum ibi not. de verbo. obliga. & not. doct. maximè Ioan. de Imo. & Raph. in l. si seruus. §. Iulianus. ff. de euic. quia secundum præfatos doct. in d. §. Iulianus, non committitur stipulatio dupla de euictione: quia secundo emptori fuit moto quæstio, & ipse denuntiauit primo emptori, & primus emptor comparuit ad defensionẽ pro secundo emptore, & soluit æstimationem agenti contra secũdum emptorem: ideò non committitur stipulatio de culpa pro euictione: quia non est euicta ipsi secundo emptori, contra quem agebatur, cũ res penes eum remanserit, nec ipse aliquid de suo soluit, sed potius soluit primus emptor, qui soluit æstimationẽ pro se. ¶Non potest etiam dici, ꝙ ibi fuerat euicta res primo emptori, quia contra eum non agebatur, nec ipse possidebat rem: secus ergo fuisset, vbi si secundus emptor se defendisset, ab eo fuisset euicta, vel ipsemet de proprio litis æstimationem soluisset, vt l. si seruus venditus. §. 1. & l. euicta. §. 1. eo. titu. Cum etiam in themate prædicto præsupponitur esse secutam euictionem dictæ rei venditæ Leonardo, euicto dicto Bartholomæo de Tessutis præcedente sententia contra dictum Bartholomæum de Tessutis, ita sequitur, ꝙ agere potest dictus Leonardus de Brugisellis, vt faciat soluere dicto Bartholomeo omne damnum & in-
2 teresse, quod occasione prædicta sustinuerit. & dato, † ꝙ sub appellatione damni non veniat pretium rei. vt probat tex. not. in l. 1. quam ad hoc ponderat Bal. in prin. C. de ædil. actio. ¶Tamen bene venit pretium rei sub appellatione interesse, vt probatur in l. 1. & gl. ibi. C. de his, qui à non domino, & ponderat ibi ad hoc Bal. contra nonnullos proteruos contrarium dicentes, & probatur in l. si controuersia, & in l. cum successores, C. de euic. & l. vnica, cum glo. 1. & ibi doc. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & dictum pretium, & expressa promisso facta dicto Leonardo de satisfaciendo omne interesse, & etiam ex natura contractus venit, si non appareat rem venditam fuisse minoris pretij tempore, quo euicta fuit. l. euicta, vlt. ff. de euic. l.
3 Titius, la 1. ff. de act. emp. ¶† Nec præsumitur, ꝙ fuerit affecta minoris pretij, nisi probetur, vt notabiliter decidit Ia. de Are. & Cy. in auth. sed quamuis, in fi. C. de rei vxo. act. ¶ Accedit, quod, vt patet per instrumentum venditionis factæ per Leonardum, res vendita fuit dicto Bartholomæo de Tessutis pro maiori pretio, quàm emerat dict. Leonardus, & sic non præsumitur, & potest idem pretium, esse pretiũ, nisi aliud appareat ex qualitate temporum, vel alijs extrinsecis causis superuenientibus, vt declarat Bal. in l. vnica, in vlt. colum. ver. pe. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, & in l. 2. in vlti. col. C. de rescin. ven. & canonistæ maximè Io. de Imo. in c. pen. de emptio. & vendi. ¶Faciunt not. per Nicolaum de Mata. & Bald. in l. ex persona, suis concord. C. de probatio. quinimò deducto interesse con-
4 uentionali, de quo in dicto instrumento, † de stando simplici
b dicto & verbo dicti Leonardi, quæ conuentio valet, [b] & dicto creditoris statur, nisi de eius iniquitate probetur, secũdum veras & magis communes conclusiones, & no. Dyn. Ray. Bar. & Ang. Io. de Imo. & alij moder. in l. fi. ff. de pręto. stip. & Io. An. in addi. Spec. in tit. de proba. §. videndum, ver. sed quid si ibi, & Bal. in d. l. vnic. in pe. col. C. de sen. quę pro eo, quod interest. & Ia. But. & Ant. de But. & Bal. in l. iusiurandum, quod ex conuentione in principio, per illum tex ff. de iureiuran. & Io. An. & An. de But. in c. finem litibus, de dolo & contumacia. ¶Nec prędictis obstat, si diceretur ad dictum pretiũ occasione euictionis agi non posse per dictum Leonardum ante, quàm ipse sit condemnatus d. Bartholomęo de Tessutis, & soluerit: quia respondeo primo secundum quod not. glo. in d. l. si pro te. §. 1. in versi. statim agere, dum refert distinctionem Azonis distinguẽtis, an agere velit primus emptor actione ex empto; & potest agere eo ipso, ꝙ res euicta est illi, qui habebat causam à primo emptore; an vero agatur actione ex stipulatu ad duplã pro missam in casu euictionis; & tunc secus per d. §. si secundus, in l. si cum venditor, ff. de euic. vbi probatur vtrunque membrũ,
5 & illam gl. ibi sequitur Saly. ¶† Et in dubio intelligitur intentatum illud remedium, & illa actio, quæ melius adaptari potest l. si quis intentione, ff. de iudi. l. inter stipulantem. §. 1. cum ibi not. ff. de verb. obli. pręsertim vigore illius clausulę, super quibus omnibus, & singulis petit iustitiam ministrari omni meliori modo, &c. c. 2. cum ibi no. per doc. de ordi. cogni. no. Spec. in titu. de libel. conceptio. §. nunc iam videndum, versi. sed cum ex his, Bal. in l. edita. C. de eden. cum simi. ¶Vel potest responderi secundum distinctionem Bart. in d. l. si pro te. §. 1. quod vbicunque primus emptor alienauit rẽ, tunc si in ea aliquod ius reseruauit; & tunc eo ipso, quod euincitur res ab habente causam à primo emptore, qui aliquod ius in re sibi reseruauit, & tunc statim potest agere: ita probatur in pręalleg. l. si pro te. §. 1. in ver. statim agere &c. ¶Sed ita est in proposito nostro quando Leonardus vẽdidit Bartholomæo de Tessutis, fuit appositum pactum, ꝙ res ipsa deberet retrouendi dicto Leonardo: & pro obseruatione illius pacti, & aliorum contentorum in instrumento Bartholomæus de Tessutis obligauit omnia bona sua præsentia, & futura, & consequenter dictam rem Bartholomæo venditam. meritò ratione talis iuris resultat, ꝙ agi possit per dictum Leonardum: & antequam d. Leonardus fuerit condemnatus dicto Bartholomæo de Tessutis. ¶Vel etiã potest responderi, ꝙ posito, ꝙ vel actione ex empto, vel actione ex stipulatione de euictione non posset agi ad dictum pretiũ ante, quàm esset condemnatus dict. Leonardus, tamen in casu nostro agere potuit ex illa stipulatione apposita in instrumento: quia promissum est dicto Leonardo, ꝙ d. Bartholomæus Brugisellus defendat dictam rem, & suscipiat litem, & alia faciat, de quibus in instrumento, cum pacto, ꝙ si omnia & singula non obseruabit, satisfaciet Lonardo damna, & interesse, de quibus conuenit stare dicto suo simplici etiam sine iuramento: ergo de dicto interesse debet stari dicto prædicti Leonardi vigore dictę conuentionis, quæ valida est, vt conclusum est supra. ¶ Quantum vero pertinet ad melioramenta facta in dicta re empta per d. Leonardum, & postea euicta singulari successori suo, licet videretur prima facie dicendum nõ debere audiri magistrum Leonardum cõtra auctorem suum, quia fuit in culpa, si ipse, aut habens causam ab eo, dum contra eum mota esset lis, non opposuit exceptionem, ꝙ sibi satisfaceret per agentem de melioramentis, vt est casus in l. id quod. §. 1. ff. de act. empt. & in l. si controuersia, coniuncta glo. C. de euictio. tamẽ in casu nostro puto istud non obstare: quia in instrumento venditionis factæ Leonardo est promissum specialiter, ꝙ non opponeretur ei, ꝙ culpa sua euictio sit secuta. & istud pactum valet, vt non possit postea contra emptorem agentem de euictione allegari aliqua eius culpa circa euictionem, vt no. Spe. in ti. de emptio. & vendi. §. sciendum, ver. sed quid si in instrumento continetur &c. cum sequen. ibi dum dicitur. hic quarto paciscitur, ne venditor posset rei opponere sententiam culpa vel negligentia emptoris, vel per iniuriam latam fore, quod alias

alias opponi posset.c.fi.de emp.& ven.l.si per imprudentiã,ff.
6 de euic.Nam†quamuis futurus dolus pacto remitti nõ possit.l.sumus.§.illud.ff.de pac.c.quemadmodum,de iureiu. tamen bene potest remitti culpa.l.si vt certo.§.interdũ. ff. cõmoda.l. cõtractus,ff.de reg.iur.no.in l.1.§.si conueniat,ff. depositi.

ADDITIONES.

a ¶Exigibilem.imò iudex non debet tantam pœnam adiudicare,vt no uè dixi in l.vnica.4.q.1.C.de senten.quæ pro eo, quod inter. in nouis intelle. meis.

b ¶Valet.s̃.consi.47.nu.4.lib.j.

SVMMARIVM.

1 *Collecta subditis personis pro rebus imponitur.*
3 *Salaria officialium per capita,non pro rebus imponuntur.*
4 *Testes de eadem vniuersitate non sunt idonei.l.1.nu.* 14.
6 *Consuetudo non debet extendi, nu.19.*
7 *Contribuere debent pro fortificatione ciuitatis omnes habẽtes ibi bona pro rata,etiam non subditi.*
10 *Consuetudo est, quòd forensibus pro rata bonorum collectæ imponantur.*
11 *Consuetudo vt sit præscripta,quod tempus requiratur.*
12 *Collectas imponere non subditis pro rebus,non est de reseruatis principi,nec requiritur tempus immemoriale.*
13 *Collecta iure communi ratione aggerum, viarum, pontium & similium imponitur, etiam non subditis, & ecclesiis.*
17 *Testi,non citato,sed monito à parte creditur.*
18 *Possessio quo ad omnes actus illius speciei acquiritur per vsum iurisdictionis in vno actu nu.* 20.

CONSILIVM LXVIII.

Vtuiso & dudum discusso processu causæ vertentis inter homines & commune sanctæ Agathæ ex parte vna agentes & plerosque homines terræ Lugi immobilia possidẽtes in territorio dictæ terræ S.Agathę ex parte altera se defendentes & nonnullis lubriculis concurrentibus in compositione,& actione collectarum dicti communis sanctæ Agathæ,& viso decreto,de quo in actis fit mentio,insuper visis allegationibus dominorum aduocatorum vtriusq; partis. ¶Videtur prima considetatione dicendum partes Magnifici domini commissarij: & in hac causa a principe delegati esse ĩ pronunciando dictos reos conuentos non teneri ad subeũdas collectas,& onera in terra sanctæ Agathę pro rebus immobilibus,quas ibidem possident,cum de nulla in contrarium consuetudine datum aut legitimè probatum est ex infrascriptis.
1 ¶†Et quia de iure communi ratione solius possessionis, quam quis in alieno territorio habeat,non potest cogi ad onera subeunda,& ad solutionem collectarum, cum collectę imponuntur de iure personis pro rebus, & ideo forensibus prædictis in
a ipsa nequeant [a] etiam pro bonis sub iurisdictione collectarũ
* positis imponi grauamina.l.libertis.§.sola,& ibi no. Bart. *ff. ad munici.l.cum neq;,& ibi no.Bar.C.de inc.lib.10.& l.munerum.§.patrimonium.l.scripta.§.fi.& vtrobiq; no.Bar. ff.de mune.& hono.& no.glo.in rubrica.C.de mune. patrimo.lib.
2 10.¶†Ideo clericis non subditis non possunt imponi,vt in authen.nulla communitas,C.de epi.& cleri.c.non minus,de im munita.eccl.c.j.eo.ti.li.6.& licet ad onera, seu ad munera patrimonialia non sunt tributa, quæ imponuntur rebus pro ipsis rebus,vt puta ꝙ in frumento ex prędijs percepto debeat ꝑstari quinquagesima nomine tributi, & sic onus pręstatur de eo,quod percipit ex rebus,pro quibus quis ad onera vocatur. l.medicis,C.de suscep.& arch.lib.10.& d.l.munerũ. §. patrimoniorũ aũt,& no.in l.1.C.de ann.& trib.lib.10. & declarat Bart.in l.j.de mulieri.& in quo loco,lib.10.teneantur de iure forenses,& omnes etiam non subditi,vt in præallegato.§. patrimoniorum aut,& ibi not.Bart.in d.l.rescripto.§.fi.l.placet, & l.iubemus nullum,de sac.san.eccle.10.q.1.si tributum: tñ de talibus oneribus realibus non videtur tractandũ: quia de iure italica prędia non sunt tributaria.l.j. & l. fi. & vtrobique no.ff.de censi.l.de his,C.de epis.& cle.& plenè no.in l. fin.C.
3 sine cen. vel reli. ¶†Et prędicta maximè sibi locum vendicant quo ad mercedes seu prouisiones,& salaria, quæ debentur officialibus:quia debent talia onera imponi per capita subditorum, non habito respectu ad patrimonium, vt in l.1. C.de muli.& in quo loco, vbi Bar.ante fi.lib.10.onera verò,quę imponuntur pro munitione, & fortificatione terrę sanctę Agathę,& refectione pontium,& viarum,seu pro flumine,& similibus dicuntur onera, quæ imponuntur personis pro rebus, no.Bart.in l.ad instructionem,C.de sacrosan.eccle.gl.in l.j.C. de immuni.ne.conced.lib.10. quia non præstantur ex ipsa re, seu fructibus,quæ percipiuntur ex re,pro qua quis collectat: quia si etiam nihil percipi contingeret ex re, tamẽ collecta imponitur & exigitur: & ista talia onera imponuntur nõ pro capite sed pro quantitate patrimonij d.l.fin.& ideò cum imponantur personis pro rebus, sequitur quod non possunt non subditis imponi,& forensibus ibi prædicta possidentibus, vt d.§. sola,cum concordan.supra allegatis. ¶Aut nos consideramus non ius commune,sed consuetudinem,& ad hoc videretur,ꝙ homines dictę terræ sanctæ Agathę non possint obtinere:quia non videtur, ꝙ dicta consuetudo sit probata.primo,quia cum ad probandum sunt inducti testes homines sanctæ Agathę,se-
4 quitur homines de eodem comitatu sanctę Agathę, † & sic cũ videatur deponere super eo, quod concernit proprium commodum ratione suę ratę onerum videntur minus idonei.l.nullus.ff.de testib.l.omnibus,C.de testi.& no.omnes in leg.intantum.§.vniuersitates,ff.de rerum diui. & in l. sed si hac.§. qui manumittitur,ff.de in ius voc.Cyn.in l.parentes, C.de test. & Io.And.in c.cum nuncius, de testi. ¶Quinimò etiam in casu, quò admitterentur illi de vniuersitate ad testificandum ꝓ vniuersitate circa ea, quę cõcernerent commodum vniuersitatis, & non singularium personarum: tamen non eis plena fides adhibetur, vt no.Arch.12.q.2.in summa,& Anto.de But. in ca. cum nuncius, de testi.& Vber.de Bo.& Io.And.in addi. Spec. in titu.de teste.§.1.versic. sed nunquid in causa vniuersitatis. ¶Quinimò, vt videtur velle ibi Spec. ita demum admittuntur illi de vniuersitate ad testificandum, si super hoc alij testes haberi non possent per text.in cap.& si Christus, de iureiurand. non videtur probare dicti testes:quia, vt inquit aduocatus hominum terrę Lugi, illi testes non fuerunt citati;ergo tanquam vltro se offerentes redduntur suspecti.l.quæ omnia,ff.de pecu. in auth.de test.§.si verò ignoti ibi, festinantes &c.vt l. vxori.§. qui se.ff.ad l.Corn.de falsis.¶Tertiò, quia non videtur probatum,ꝙ istę expensę omnes,& singula onera, quę nunc imponuntur, maximè circa constructionem muri, imponerent ante tẽpus 10.anno.vltimo decursorum & completorũ ante tẽ-
5 pus præsentis litis, † & sic non videtur, ꝙ saltem quo ad talia onera possit allegari consuetudo, in qua ad minus requiritur tempus 10.annorum, vt l.2. & ibi no.C.quæ sit longa consue. Cum prædicta consuetudo non debeat extendi vltra ea in quibus fuit specifice seruata, quia consuetudo,quę est contra ius, prout est ista, vt dixi in principio, non debet extendi ad alios casus, vt in l.quod vero ratione, cum ibi no.ff.de legibus,& l. quod vero, eodem tit.& not.in l.1. C. quæ sit longa consuetu. & in c.1.in fi.& ibi not.Inn.de offic.archidia.l.1.§.si quis hoc interdicto, & ibi not.Bart.ff.de itine. actuque priua.cum si. ¶Quinimò videtur necessaria consuetudo tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existat.c.super quibusdam.§. præterea, de verb.signif.vbi simpliciter, quo ad acquirendum per consuetudinem ius imponendi pedagia, salinaria, vel similia, requiritur consuetudo tanti temporis, cuius in cõtrarium memoria non existat; & hoc videtur velle Bar.in l.1.in 5.col. C.de mul.& in quo loco.lib.10.& in l.cum neque.C.de incol. de aqua quotidia.& æsti.l. hoc iure. §. ductus aquæ. ¶Vel saltem videtur necessarium, ꝙ consuetudo illa fuerit præscripta
6 spatio longissimi temporis, scilicet 40.anno.† quia in consuetudine, quæ est contra ius, videtur quod saltem de iure canonico quod est seruandum in terris ecclesię nõ sufficit longum tempus 10. annorum, sed longissimum 40.annorum, vt not. gl.in c.fi. de consue.facit. c.cum beneficio, de pręben.in 6. & in c. Cumana, de elec. sed ista consuetudo est contra ius commune, vt in princ. probaui; ergo &c. ¶Præterea dato, quòd intentio communis & hominum terrę sanctæ Agathæ esset probata: tamen ex aduerso videtur probatum per testes productos pro parte illorum de Burgo, quòd fuit conuentum & compositum inter homines de Burgo, & dictos homines terræ Sanctæ Agathæ quod onus collectandi pro constructione murorum dictę terrę sanctæ Agathæ deberet diuidi hoc

di hoc videlicet ꝙ tertia pars oneris deberet imponi capitibus
& perſonis hominum ſanctæ Agathæ, & alia tertia pars domi
bus, ſeu caſamentis eorum, & alia tertia pars imponeretur pro
menſura & rata æſtimorum habentium bona æſtimata, vt vi-
detur deponere ſer Homo, & Antonius, & Raymundus, & vi
dentur etiam deponere teſtes producti pro parte illorũ de Lu-
go, ꝙ reparationes, & expẽſa fluminis, & agrorum, & aliarum
operarum manualium non imponebatur, nec imponi ſolita
eſt ſecundum menſuram æſtimi. ¶Sed præmiſſis non ob. quã-
uis negari non poſſit cauſam eſſe ſatis dubiam, præſertim ſecũ
dum probationem ipſorum teſtium, quibus quanta fides adhi
benda ſit non immerito iuriſconſultus in pectus iudicantis re
poſuit. l. 2. in prin. §. 1. ff. de teſti. & ſi quis rigoroſe vellet intue-
ri dicta teſtium probationis hominum S. Agathæ, forſan vide-
rentur varijs ex cauſis probationes eorum aliqualiter ęſtimari,
& moderari poſſe, & præſertim ex ſuperius dictis: tamen ani-
maduertentes ad id, quod Pau. iuriſconſultus inquit in l. ſi ſer
uum. §. ſequitur, de ver. ob. plerumque ſub authoritate ſtricti
iuris ſcientiæ pernitioſe erratur &c. & adhærens veritati, &
his, quæ de mente illuſtriſſimi Principis fuiſſe concipere poſ-
7 ſum ex literis donationis, de quibus in actis. ¶†Puto probabi-
liorem eſſe contrariam ſententiam, videlicet dictos homines
de Lugo collectari poſſe pro rata terræ S. Agathæ poſſidente,
ſecundum quod in terra dicitur. & primò quò ad onera con-
currentia fabricati muri terræ S. Agathæ &c. circumſcripta
omni cõſuetudine extra decretum de commiſſione principis
emanatum, ꝙ pro conſtructione dicti muri, & fortificatione
dictæ ciuitatis omnes habentes ibi bona debeant conferre ꝓ
ſua rata, & ęqua lance ad dicta onera. ¶Nec dubium eſt, quòd
propter priuilegium poteſt concedi facultas imponendi col-
lectas forenſibus. l. munerum. §. patrimoniorum, §. prætereà.
ff. de mun. & ho. ¶Nec ad hoc ob. quędam allegata conuentio
inter homines terræ S. Agathę, & dictos homines de Lugo: qa
reſpondeo, ꝙ in tali conuentione requirebatur inter cætera, ꝙ
ſaltem adeſſent duæ partes ex tribus totius vniuerſitatis terræ
ſanctæ Agathæ, & quod appareat quod maior pars hominum
dictarum partium conſenſerat. l. nulli. ff. quod cuiuſq; vniuer.
no. l. 2. & 3. ff. de decre. ab ordi. fac. & requirebatur, quod eſ-
ſent publicè vocati ad ſonum campanę, vel aliter ad morem
8 loci. l. 2. C. de decu. li. 10. ¶†Nec ſufficiat, quod teſtes dicant,
a ꝙ dicta conuentio fuerit facta per homines[a] dictę terrę ſanctę
Agathę, niſi ſpecificè concludant, ꝙ interuenerunt duę partes
ex tribus, & quod maior pars conſenſit. ita no. Old. in conſi. c.
incip. in executione &c. nam in probatione facta per teſtes, in
definita non ęquipollet vniuerſali, vt no. Inno. in ca. auditis, in
gl. in ver. exceptionẽ, de pręſcri. & Pe. de Anch. & Io. de Imo.
c. quanto, de his, quæ fi. à prę. ar. l. libertus. §. fi. ff. de manu. teſ.
& l. inter illam. §. fi. ff. de ver. ſig. ¶Tamen, quia in poſitionib.
ſeu capitulis productis pro parte dicti communis videt͛ aper
te fateri ſyndicus, ꝙ expenſa dictę fabricę, imponitur pro duo
9 bus omnium partibus ad ratam ęſtimi: †& ideo ſecundum di
ctam confeſſionem erit iudicandum, cum in hoc poſſet ſyndi
ctus confitendo præiudicare communi. l. non ſolum, in prin.
ff. de proc. c. præſentium, de teſt. in 6. & no. doc. in l. certum. §.
ſed an ipſos, cum ſi. ff. de confeſ. & in hoc cõcordat ſecundus,
tertius, quartus, ſextus teſtes dicti communis. ¶Quantum ve
rò ad alia onera, ſ. pro ſatisfaciendo vicario, & officialibus ꝓ
eorum ſalario, & pro eorum reparationibus fluminis, & agge
ris, & aliorum onerum, de quibus in capitulis productis per
procuratorem communis S. Agathæ. ¶Et in hoc conſiſtit om-
nis ambiguitas. ¶Tamen puto, ꝙ ſatis probatum ſit de cõſue-
* tudine* allegata pro parte dicti communis terræ ſanctę Agathę
in eorum ſupplicatione, quam conſuetudinem princeps ſer-
uari mãdabat. Nam primus teſtis, videlicet ſer Bartholomęus
productus pro parte dicti communis deponit, quod pro ann.
1370. quando ipſe erat officialis in dicta terra, vidit, ꝙ impo-
nebantur grauamina dictę terrę ſanctę Agathę generaliter om
nibus tam forenſibus, quàm terrigenis. fortius deponit archi-
presby. ſcilicet ꝙ à 30. annis & vltra fuit ſeruatum; ꝙ pro expẽ
ſa officialium & alijs expenſis occurrentibus dicto communi
imponebantur collectæ etiam forenſibus, & etiam Lugo ſecũ
dum ratam & menſuram ęſtimi. Idem etiam deponit Albertus
tertius teſtis, qui etiam deponit de longiori tempore, videlicet
ab annis. 40. & ita etiam videtur atteſtari Lazanius. Antonius
etiam deponit idem fuiſſe ſeruatum à 20. annis, 30. &c. & iſta
videntur corroborare teſtes producti pro parte dictorum de
Lugo ſuper 5. c. In reliquis, videntur teſtes producti pro parte
dictorum hominum de Lugo ſibi inuicem aduerſari, & cõtra
riari, ſi bene inſpiciatur. ¶His cõſonant authoritates doctorũ,
* maximè Bart.* in d. l. 1. in antepenul. col. C. de mulie. & in quo
10 loco. vbi dicit, †quod in Italia [b] de conſuetudine ſeruatur, ꝙ
b collectę etiam imponuntur forenſibus, & etiam inoleuit mos
vniuerſalis, & ſatis notoriè conſtat. modò videndum eſt, an di
ctum tempus ſit ſufficiens ad dictam conſuetudinem inducẽ
dam. & certè ſi conſideramus tempus communiter requiſitũ
ad eſſe conſuetudinis, quæ non ſit contra ius, videlicet tẽpus.
10. an. vt d. l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. Et clarum eſt, ꝙ eſt ſuffi-
cienter probatum, aut conſideramus, quod iſta dicatur cõſue-
tudo contra ius; & in illa requiritur de iure canonico tempus
40. anno. ad hoc, vt ipſa conſuetudo dicatur præſcripta, vt d.
gl. in d. c. fi. de conſuetudine. ꝙ eſt verum quo ad eccleſias, in
quibus requiritur tempus. 40. anno. c. de quarta, & c. illud, de
præſcri. ſed quo ad alios, in quorum præſcriptionibus regula-
* riter ſufficit tempus* 30. anno. etiam vbi conſuetudo deberet
eſſe pręſcripta, ſufficit tempus 30. anno. vt eſt gl. no. in l. domi
ni pędiorum, in gl. fi. de agrico. & cen. lib. 11. & no. Bal. in c. j.
in prin. qualiter feu. olim pote. alie. & Spe. in ti. de præſcr. §. 1.
ver. de conſuetudine, & in ſpecie decidit Pau. de Caſt. in l. de
quibus, de legi. & per no. per gl. in d. l. domini; & de tanto tem
* pore videtur eſt probatum. ¶Nec ob. quod videat͛ neceſſariũ*
tamtum tempus, cuius in contrarium memoria non exiſtat,
iuſta. c. ſuper quibuſdam. §. prætereà. de ver. ſign. quia reſpon-
deo, ſecũdum quod dixit An. de Bu. & Io. de Imo. & dominus
Abbas in c. fi. de conſue. dum tractat, quantum tempus requi
ratur ad eſſe conſuetudinis, quod in his, quæ ſunt reſeruata ſo
li principi, eſt verum quod requiratur conſuetudo tanti tem-
poris, cuius in contrarium memoria non exiſtit; ita loquitur
tex. in d. c. ſuper quibuſdam. Nam poteſtas imponendi illa no
ua pedagia &c. eſt de reſeruatis. l. vectiga. & l. ſeq. C. noua ve-
11 ctig. & no. gl. in d. §. prætereà †ſed poſſe non ſubditis impone-
re collectas pro rebus, quas poſſident in territorio alicuius lo
ci, non vr̃ de reſeruatis principi, quod probat͛. nam inferiores
à principe non poſſunt ſtatuta cõdere ſuper his, quæ ſunt prin
cipi reſeruata, vt no. Bart. in l. oẽs populi. in 3. q. prin. ver. præ
dicta vera, qñ ſit ſtatutum &c. ff. de iuſti. & iur. & in l. teſtamẽ
ti. ff. de teſta. & no. Bal. in ti. de pa. con. in ver. ſed minores, & le
ges illius ciuitatis, per illum tex. per tex. in c. venientes, de iu-
12 reiu. facit. l. 1. §. de qua. ff. de poſt. ¶†Sed per ſtatutum inferio
ris poteſt ſtatui, quod forẽſibus poſſit imponit collecta pro re-
bus, quas poſſident in loco ſtatuentium, vt no. Bal. in l. 1. C. de
ſen. quæ pro eo, quod intereſt, in 7. col. & ideò Bart. in l. 1. C.
de auro coro. lib. 10. per illum tex. inquit, quod ſi de conſuetu
dine antiqua eſt ſeruatum, qđ forenſibus imponant͛ munera ꝑ
ſonalia, poterunt ad illa cogi: ſed ita eſt, qđ conſuetudo prædi
* cta ſpatio requiſito ad ꝑſcriptionem inducẽdam dr̃ antiqua,*
vt no. gl. in c. gñali, in ver. deuotio. & in ver. antiqua, de ele. in
6. ergo in tali conſuetudine nõ eſt neceſſarium tempus cuius
in contrarium memoria non exiſtat. & ideo licet Bar. in l. j. C.
de mulier. & in quo loc. in prima addi. & in l. 3. C. de incolis,
lib. 10. dicat, qđ forenſibus collectas imponere poſſint ciuita-
tes, quæ hoc habent ex conſuetudine tanti temporis, cuius in
contrarium memoria non exiſtat; nõ per hoc intellexit exclu
dere, qđ minus tempus non ſufficeret, vt patet ex ſuperius di-
ctis. ¶Nunc ſupereſt reſpondere ad allegata in contrarium. Et
primo non ob. qđ de iure canonico ratione ſolius poſſeſſionis
nõ poſſit forenſibus imponi collecta: quia reſpondeo, ꝙ dato,
ꝙ de iure cõi ita eſſet, tñ omnes dictæ terræ ſe fundant ex con
13 ſuetudine, quam princeps reſeruari decreuit. ¶†Prætereà etiã
quo ad onera, quæ imponuntur ratione aggeris viarum, pon-
tium, & reparationis fluminis, vt ſupra videt͛. qđ de iure cõi ta
lia onera poſſint imponi non ſubditis, patet, qa imponuntur
* eccleſijs.* l. ad inſtructionẽ. C. de ſacroſ. eccl. & tñ eccleſijs re-
gulariter non poſſunt imponi collectæ imponendæ perſonis
pro rebus ad onera merè realia tãtum, vt in l. placet, & ibi no.
Pe. & Cy. C. de ſacroſan. eccle. & in auth. nulla, & decidit ex-
preſſe Saly. in d. l. placet, in vlti. col. & Inno. in ca. non minus,
de immu. eccle. & Fulgo. in d. l. ad inſtructionem, quæ dicit,
ꝙ ita uident͛ magis cõiter doc. intelligere: ſed ſecũdũ cũ Bart.
in d.

in d.l.ad instructionem,tenet contrarium.in d.auth.Itē nuda
14 vbi tex.nō stringit.¶†Non ob.quod homines dictæ cōmunita
c tis sanctę Agathę non sunt idonei c eo quia videntur deponere ad proprium commodum:quia dico, quod contrarium est verum quo ad propositum nostrum,hoc primò patet ex his,quæ no.Iac.de Bel.in authen.de mona. in prin.in 8.q.vbi sequitur Old.dicēs,quod aut causa est vniuersitatis:vt quia quæstio est de molēdino,vel alijs rebus quorum vtilitas peruenit in communi:& tūc homines illius vniuersitatis sunt idonei testes:& ita intelligit ipse,quod no.gl.in auth.de mona. §.cogitādum, in versi.testes,& glo.in l.in tātum §.vniuersitatis, ff. de rerum diuisi.& gl.in l.idonei,ff.de testi.aut causa est singulorum.exēplum in pascuis,& nemoribus,ex quibus omnes homines vniuersitatis singulariter percipiebant fructum,nam tunc nō erūt idonei,arg.l.1.§.in propria ff.quādo appellandum sit.¶Hoc ēt vult Sal.in l.parentes.C.de test.vbi inquit, quod aut illi super quibus vertitur controuersia, spectant ad vniuersitatem quo ad nomē,& quo ad commodum immediatum: vt quia ꝑ eius officiales reditus percipiuntur; & possunt testificari homines vniuersitatis pro vniuersitate, ita secundum eum debet intelligi gl.in d.§.vniuersitatis,nō attento commodo. quod cuilibet in consequentiam obuenire posset,arg.l.1.ff.de auth.tu.& in-
15 sti.de te.§.legatarijs,& probatur in c.super.de testi.† vbi clerici possunt ferre testimoniū in causa ecclesię suę, quamuis ipsi in consequentiam ex hoc ipsi sentiāt commodum, s. victus & alimētorum.aut illa super quibus litigatur, sunt vniuersitatis quo ad honorem & nomē tantum , & quo ad commodū sunt singulorum.& tunc nō possunt esse testes.Exemplum ponit in legato diuidēdo inter eos.l.1.in fi.& ibi no. ff. de coll.illic. & l.ciuitatibus,in ver.diuisionem singulorum,ff.de le.1. ¶Idem tenet d.Abbas ī d.c.insuper,extra.de testi.vbi etiam.circa hoc fortius dicit,sed nō expedit illud nunc referre.¶Cum ergo dicta vtilitas collectarum à forēsibus percipienda debeat percipi ꝑ officiales & massarios vniuersitatis ,vt moris est, & nō appareat,quod distribuatur in singulares personas, nō debent dicti homines repelli à testimonio,dato ꝙ in consequentiam eis obueniat commoditas:quia minus grauabūtur in recollectis. nam illud nō consideratur,vt dixi. ¶Si enim illud consideretur,sequeretur ꝙ si vniuersitas ageret ad molēdinum vniuersitatis recuperandum,nō essent ipsi idonei testes: quia cum molendinum iuuet & cōferat in consequentiam ad commodum singulorum:quia si fructus ille nō sufficeret ad onera vniuersitatis,non esset imponēda alia collecta soluenda per singulares homines,vt gl.& doc.ī l.1.ver.ꝙ si nemo,ff.quod cuiusq; vniuer.no.& tamē vt dixi supra secundum doc. in causa molendini ipsi possunt esse testes. Nec obst. ꝙ in casibus,in quibus admittunt homines de vniuersitate ad testificadum:tamen nō faciūt omnino plenā fidem. Vnde dicebat Vber. de bo. vt refert Io.An.super dicto ver. sed nūquid in causa vniuersitatis quod non creditur eis sine adiūctis . Quia potest responderi primo ꝙ dicti testes communis habēt secum adiunctos. nam habent primum testem,qui est de Lugo,& etiam cōsonat cum eis testimonium nōnullorum, qui sunt producti per homines de Lugo,vt patet ex his,quæ deponit ser Homo,& Antoniolus,vt dixi,accedūt,etiam libri impositionum & taxationum collectarum scripti manu scribæ communis: & sic præbēt adminiculum ad probādum,ar.l.2.C.de conuen.fisc. de li. 10. & ex eis
16 minus suspecta redditur ꝓbatio testiū.c.series,de testi. ¶†Præterea non videtur verum, ꝙ homines vniuersitatis nō sunt integri testes pro vniuersitate, quādo deponunt ad commodum vniuersitatis,prout in casu nostro est exemplum de molēdino, vt dixi supra & hoc videtur omnino velle.Io.An.in addi. sup ver. sed nunquid in causa, vbi postquam retulit dictam opi. Vber.de Bo.volentis,ꝙ nō sunt omnino integri testes dicit Io. And.ibi sed tu omnino vide & tene id,quod dixi.in c.cum nūcius,sup gl. j.de testi.vbi distinguitur,an singulares de vniuersitate participant commodum necne &c.nam Io.And. in d.c.cum nūcius,simpliciter sumit distinctionem,quam facit Bar. in d.l.in tātum.§. vniuersitatis.& Cy.& Sali.in d.l.parentes,s. an singuli participāt commodum,vt in pascuis , & vsu nemoris,& non sunt idonei testes secus si tēdit ad commodum, collegij immediate.¶Præterea ratio,quare mouet Archi. ad dicēdū, ꝙ homines de vniuersitate nō sunt omnino integri testes, est;quia consequentiam sentiunt commodum aliquod:sed cōtrarium videt colligi per d. c. insuper. Et per d. §.legatarij.d. Abb.in d.c.insuper,de test.dicit,ꝙ opi. Archi.posset procedere, quando aduersarius vniuersitatis aliquos testes in contrarium haberet pro se probantes:alias putat, quòd opi. sua non sit vera.allegat tex. 14.q.2.in cap.super prudentiam. sed contra testes vniuersitatis non sunt producti , qui contrarium aliquid probent, vel deponant ; ergo &c. ¶Non obst.ꝙ homines de vniuersitate debeant admitti in subsidium, scilicet alijs deficientibus per c.& si Christus,de iurei.ad si. & per no. ꝑ Spe. in d.versi.sed nunquid in causa vniuersitatis : quia respondeo ꝙ Spe.in loco præalle.non firmat opinio.& ideo dicit ipse. qđ quidam respondendo ad d.c.& si Christus.obstat iste tex.in d. c.insuper,& in d.c.super prudentiam,cum seq. ¶Vel secundū d.Abb.in c.insuper, potest responderi aliter ad d.c. & si Christus,videlicet ꝙ ibi illi religiosi tenebantur iurare, & videbat eis. quòd si subeant iuramentum pro testimonio perhibendo pro ecclesia sua,esset contra conscientiam:vnde, vt saluarent suam conscientiam,quantum possunt, Papa indulget eis licen
17 tiam iurandi deficientibus alijs testibus. ¶†Non ob. quòd testes communis non fuerunt citati , & sic tanquam vltro se offerentes debeant repelli.ego respondeo , quòd quando testis vltro se offert ad testimonium non productus à parte, nec monitus à iudice:tunc testimonium eius redditur suspectum, vt in iuribus allegatis in contrarium:secus , si est productus à parte,vel monitus à iudice, prout fuit in casu nostro prout patet in actis,nam tunc licet testis sponte deponat non coactus, aut coactus, valet testimonium eius.de hoc est glo.in l. post legatū §.his verò,& ita ibi declarat Bart.ff.de his quibus vt indig. & in l. 4. ff. de test.& no. in l. libertorum.C. de testi.& in auth. presbyteros.C.de epis.& cleri. & Bald.in auth. presbyteri, in 2.colum.C.de epis.& cler.istud etiam tenet Spec. in tit. de teste.§.qualiter,in versi.iudex ergo, & domini de Rota sua conclusione.362.quæ incipit. Item fuit dubitatum, vtrum dictū &c.vbi per hoc plures allegationes allegant;& idem tenet An. de But.in cap.2.de testi.¶Non ob.quòd quo ad onera,quę nūquam fuerunt imposita antequam esset inducta consuetudo collectandi forenses,sed non fuerunt postea in dicta consuetudine imposita,vt in expensa fabricæ muri non prosit d.consuetudo : quia respondeo , ꝙ quo ad fabricam muri non est opus consuetudine,stante decreto,de quo dixi supra præterea commune terræ S. Agathæ considerat habere quandam dispositionem iurisdictionis in forenses, videlicet collectandi eos ꝓ bonis , quæ possident in illo territorio pro oneribus & expensis generaliter succurrendi in dicto communi , quamuis post inductam illam cōsuetudinem superueniat illa noua necessitas, & impensa dicti communis,pone, ꝙ dictum esset vigore prioris consuetudinis imponi collectas prædictas, & onera forensibus quia dicta impositio collectarum pro isto nouo onere est de eadem specie iurisdictionis,s. collectandi, quem ex consue
18 tudine acquisiuerat d.commune.¶†Hoc probatur ex eis, quę no.Pe.Cyn.& Saly.in l.1.C. de eman. libe. vbi quærit pone ꝙ quidam iudices per consuetudinem quæsiuerunt sibi aliquā iurisdictionem:an debeat fieri extensio , vt vigore illius consuetudinis possint indistinctè vti omni specie iurisdictionis . & concludit, ꝙ iurisdictio connumerat plures species . Nam diuiditur in merum & mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem,ut legitur & no.in l. 1.in prin. ff. de iurisd.om.iud. si per consuetudinem aliquis vsus est in vna specie iurisdictionis,puta simplicis iurisdictionis,acquirat iurisdictionem quo ad omnes actus,qui comprehenduntur sub illa specie iurisdictionis simplicis,ar.l.stillicidij.§.fi.ff.quemadmo. seru. amit. non autem quantum ad diuersam speciem iurisdictionis quo ad ea,q̄ sunt meri imperij,ar.l.si prius,in prin.ff. de aqua plu. arc.& ibi do.in c.2. de Cap.mon.& An. de Bu. in repetitione. c.fi.in fi. in pen.colum.de cau.pos.& Pau.de Leaza. in repeti. c.in literis.in j. q. de resti.spo.Bal.in l.2.circa.12.& 13.colum.
d de seruі.& in sua disputatione quæ incipit Apulus. d Romanus,& Bal.in l.imperium,in ver.circa octauum &c. ff. de iuris.om.iudi.vbi idē dicit esse in præscriptione iurisdictionis. Nec ob. quod consuetudo non sit extēdenda ad alium casum per l. quod vero ratione , ff. de leg. cum si. quia respondeo, ꝙ ex consuetudine extendi iurisdictionem videtur in omnem personam quo ad vnam speciem iurisdictionis , dicitur quis
* acquisiuisse iurisdictionem ad omnes actus,*qui possunt com

prehendi sub prima specie iurisdictionis, quamuis per prius non fuerit vsus illa specie iurisdictionis in omnibus suis actibus, vt dicit Cy.& alij in præallegata.l.1.in vlt. vel pe.q. C.de emancipa.& sic non est extensio postquam ille actus collectandi pro certo onere est de illa specie iurisdictionis, id est imponendi & exigendi collectas pro oneribus. Nam sub illa specie collectandi comprehenduntur omnes collectæ, licet differant per plus, vel minus: vel differant in modo, l. 1. ff. de fun. instructo;& optimè no.in l.legato generaliter.ff.de le.1.aliàs sequeretur, ꝙ si quis per consuetudinem acquisiuisset generaliter iurisdictionem in forenses in casibus quibuslibet non posset cognoscere de causa mutui, si nunquam prius contigisset tractari de aliqua causa mutui;quod non est dicendum & est contra no.per Cyn.& alios in d.l, 1.cum concordantijs. ¶Tamen
19 obstat id, quod legitur & no.in c.fi.de offi. arch.† quia quæritur, an possit fieri extensio consuetudinis quo ad certum separatum territorium pro quo nunquam fuisset imposita collecta. vel si quæratur, an consuetudo contra ius possit extẽdi de vno iure separato ad aliud;& non potest, vt d.c.fi.& no. Inno. tamen vt dicit ibi Inno. nunquam impeditur fieri extẽsio eiusdem rei ad eandem eo, quod vna & eadem res non debet diuerso iure censeri stat ratio c.cum in tua, de deci. 12. q. 2. cognouimus. Sed si diceremus, ꝙ bona dictorum forensium possent collectari quo ad quasdam necessitates, puta pro expensa muri & pro alijs, nõ esset dicere, quòd vna & eadem res diuerso iure censeretur. Et per hoc patet responsum ad l.1. §. si quis hoc interdicti,& ibi no.Bar.& in l.si publicanus, in fi.& in l. licitatio.§.consequenter.ff.de publica.quia fateor, quòd præscriptio non extenditur quo ad diuersos, sed in eisdẽ satis est, ꝙ vsus fuerit per aliquos actus iurisdictione aliqua ad hoc, vt intelligantur acquisita etiam, quæ sunt de eadem specie iurisdictionis, ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. ¶Ad prędicta bene facit, quod not.Ioan.An.in cap.auditis, de præscri. vbi voluit, quòd aut quasi possessio plurium iurium est apud aliquem; & tunc si alij occupant, quasi possessionem in vno articulo, non dicitur acquiri in alio, arg.l.quod meo.§. 1. ff.de acqui.poss.& no.Inno.in cap. dilectus, de cap. mo. Aut illa quasi possessio non erat apud alium; & tunc occupato in vno articulo animo acquirendi vniuersali iure acquiritur quo ad
a patria potestate parentum, cum viuant iure Romano. l. Iudæi. §. 1. de iudæ. iuncta l. item in potestate. cum l. seq. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & ibi in specie firmat Bal. & in l. nam & ciuium. quæ sequitur post l. item in potestate. illud etiam tenet gl. 28. q. 1. Iudæorum, nisi filij Iudæorum sumerent Christianum baptisma, vt ibi gl. hoc etiam vult gl. 1. dist. ius Quiritũ, & Gaspa. & Calde. in consi. 3. sub tit. de Iudæis. nã omnes, qui nati sunt ex iustis nuptijs sunt in patris potestate, quod ius paternæ potestatis est propriè ciuium Romanorum. ita habetur Instit. de patria potest. in princ. seu in §. 1. & in d. l. item in potestate. cum l. seq. & in l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & sacramentum coniugij est apud fideles & infideles. 26. dist. de Iudæis. c. gaudemus. de diuor. c. de infidelibus. de consang. & affin. licet possent Hebræi dato libello repudij vxorem dimittere. 5. q. 1. non satis. & hoc fieri poterat ex dispositione iuris ciuilis. iuxta l. consensu. C. de repud. & ff. de diuor. per totum. & tamen nati ex illo matrimonio erant in patria potestate. ¶Non obst. ꝙ interdum iura dicunt Iudæos esse seruos. c. si Iudæos. extra de iudæis. 24. q. 3. §. sed qui. 24. q. 8. dispar. ergo si sunt serui, non possunt habere alios in potestate. 32. q. 3. patrẽ, & ibi not. & l. sic eueniet. ff. de adulte. quia potest responderi, ꝙ iura non loquuntur de illa seruitute, propter quam quis amittat penitus libertatem. nam & vxoratus in seruitute esse dicitur. l. 2. de lib. ho. exhi. & tamen non est dubium, quod retinet filios in potestate. vnde videmus, ꝙ Iudæi non retinentur in seruitute, nec venduntur. vt reliqui serui. ¶Nec sublata fuit existẽtia suitatis per dationem substituti factam dicto Vitali, prout s̃. quia per illam substitutionem factam per illum verbum, scilicet si filius meus decesserit sine filijs, substituo talẽ
3 non est sublata existentia suitatis: †quia illa est substitutio cõpendiosa, quæ facta per verbum commune, comprehendit fideicommissariam substitutionem post pupillarem ætatem. c. Raynutius. de testam. l. precibus. cum ibi not. plenè, de impu. & alijs substi. & plenè in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & etiã continet vulgarem substitutionem, vt declarat Bar. in d. l. Centurio. in versi. quæro, vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune, contineat vulgarem. cõfirmant omnes in
4 d. l. precibus. & in d. ca. Raynutius. ¶†Sed ita est, ꝙ quando filio in potestate est facta substitutio fideicommissaria cõiuncta cum vulgari, non intelligitur sublata existentia suitatis, vt probat Bal. in l. non iustam. C. ad Treb. & in repet. l. in suis. & circa vlti-

ea vltimam chart.ff.de libe.& posthu. & in l.Papinianus.§.4. & ibi etiam Ang.ff.de inoffic.testam.& Ang.& Ioã. de Imol, in l.1.ff.de vulgar.& pup.sed clarius ponit hanc in d.§.4. vbi propriè loquitur in substitutione compendiosa, prout in casu nostro. ¶Vnde redeundo ad propositum, si Vitalis decessisset etiam non adita hæreditate, transmisisset ex potentia suitatis ad dictas sorores substitutas: & si de consensu & voluntate eo rum fuit promissa & soluta dicta quantitas* pecuniæ hæreditariæ sine dubio videtur adita per eos hæreditas iuxta l.gerit, cum materia.& l.pro hærede.ff.de acq.hære.& l.2. C.de iure deliber.aut sine consensu & voluntate sua fuit facta dicta solutio pecuniæ,& tunc cum,vt dixi, dicta pecunia non esset in effectu diminuta hæreditas prædicta: quia competeret substitutis ius agendi contra eos, qui dictam pecuniæ quantitatem sine eorum consensu minus debitè soluissent, facit l.qui hæredem.§.fi.& l. filiæ.C.de sol. ¶Confirmantur prædicta: quia si diceremus, ꝙ etiam si postquàm cessisset dies legati, & postquam solutum fuisset legatum,de vnaquaq; diminutione contingente ex quocunque euentu deberet fieri diminutio,sequeretur ꝙ singulo die,quo contingeret pro victu quotidiano hæredum seu substitutorum prędictorum,vel aliàs quouismodo diminutionem fieri,deberent singulis diebus & horis dicti legatarij reddere & satisfacere pro rata dicti legati,& expensam subire minutatim singulis diebus,vt dixi,quod videtur absurdum dicere.arg.l.1.in princ.ff.de alim.& ciba.lega.& l.cum hi.§.causa.ff.de transac.† & debet interpretanda voluntate disponentis attendi id, quod verosimilius est.ca.inspicimus.de reg.iu.in 6.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg 2. ¶Hoc comprobatur & alia ratione,nã intelligendo,ꝙ testator voluerit duntaxat,ꝙ debeant dicti legatarij sentire iacturæ ratam,quæ eueniret, vel contingeret antequam cederet dies legati, istud habet optimam rationem: quia voluit testator fauere filiabus, quæ necessario ex tunc erant in casu dicti legati debẽdi: quia dictum legatum relictum erat in casu,quo haberet locum dicta substitutio, quæ totum habere non potuisset, si tempore mortis Vitalis prædecessisset d.filia testatoris.l.si ex pluribus. ff.de suis & legi.& l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pu. ¶Sed si intelligeretur, ꝙ testator voluerit,ꝙ vnamquanque iacturam sentirent,quæ etiam euenisset post,quàm cessisset dies legati, sequeretur inconueniens, scilicet ꝙ si d.filiæ testatoris post mortem Vitalis decessissent, relictis tamen extraneis ipsarum hæredibus, quòd testator voluisset auferre dictis legatarijs dictum legatum, qui sunt de agnatione testatoris, & illud applicare dictis extraneis,quod non est pręsumendum.in l.cùm acutissimi.in fi.C.de fideicom.& l.fi.C.quorũ bon.tex. in d.l.si seruus plurium.§.fi.in ver.charitatis necessitudo &c. ¶Et predicta etiam tanto magis procederent,si d.Vitalis decessisset in pupillari ętate, substituti successissent, & ex capite pupillaris comprehensę in compendiosa, iuxta c.si pater.de test. in 6.& gl.seq.§.qua ratione.Instit.de pup.substit.& Archi.in d.ca.si pater.& etiam Io.And.ibi in nouella.& do.Card.in d. c.Raynutius.& Old.in consi.225.quod incip.in proposita.& Sal.& Fulg.in d.l.precibus.& Sali.in l.ex tribus.C.de inoffic. testam.& Ang.& Io.de Imo.Raph.Pau.de Cast.in l.Centurio. & Io.de Imo.in d.c.Raynutius.vbi refert se ita consuluisse,& ita tenent alij, quos ibi referunt,& ita sum solitus consulere in d.l.Centurio. & ita etiam consuluit Paul.de Cast.in consi. 8.vt refert per d.l.precibus. inducendo, ꝙ ibi miles in dubio videtur voluisse testari iure communi.l.in testamento. & l. quamuis.C.de testam.milit.ergo cum testator solum locutus fuerit de diminutione suę hęreditatis, non intelligo, quando diminutio euenisset post casus substitutionis pupillaris: quia tunc dicitur tractari de hęreditate pupilli. l.sed & si plures. §.filio.ff.de vulg.& pup.

ADDITIONES.

* Legatarij.] Pro hoc facit,quia qui prohibetur petere;nõ prohibetur retinere.l.per retentionem.C.de vsu,l.2.&ibi Bal.not.C.de fideicõ. & patet in excommunicato,iuxta not.in c.intelleximus.de iud. Nat.

* L.cũ in fundo.]Et istud ibi dicit glo.in verbo ex quo ipsi lucrum,ad idem text.in l.nupta.§.j.ff.sol.matr.Et facit illud Ouidij, Vt culpent alij, tibi me laudare necesse. Natta.

a Iudæi.Infra lib.6.consi.6. * Quòd Iudæi filios habeant in potestate,tenet etiam Alex.in l.multum.ff.de verb.obl. Natta.

* Quantitas.] Ista solutio pecuniæ fuit facta alijs,& ex eo prætendebatur diminutio hæreditatis. Natta.

EPITOME.

BARTHOLOMAEVS agebat contra Dalmianum, vt eum liberaret ab obligatione, qua tenebatur pro afflictu versus Manfredottum: Dalmianus respondet, se non teneri ad hãc liberationem. ex quo Mãfredottus recognouit eum in sociũ. propter quam recognitionem nouata fuit prior obligatio. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio non fit, nisi expresè agatur.*
2 *Discedere à iure suo velle non censetur, qui facit ex necessitate.*
4 *Bannitus tenetur comparere per procuratorem.*

* Duplicatum consi.58.lib.6. Natta.

CONSILIVM LXXII.

Visis & diligenter ponderatis his, de quibus in themate ante posito fit mentio,si singula dubia per argumenta ad vtranque partem differere vellem,longo commento narrarem. ¶Omissis itaque superfluis, circa primum quæsitũ breuiter dico, exploratissimum esse dictum Bartholomæum non fuisse liberatum à dicto Mãfredo, dato ꝙ Dalmonius ad*ministratione dictæ Falcidiæ pro quarta parte in eum translata per ipsum Bartholomæum se ingerit sciente & patiente Manfredo, etiam posito, ꝙ ex hoc apparet Manfredum sibi in socium assumpsisse dictũ Dalmonium ꝓ pdicta quarta parte.
1 ¶†Quod probatur primò: quia ex aliquo actu sequenti in dubium nõ intelligitur factam esse nouationẽ alterius pcedentis
a obligõnis, nisi expresèª agatur,ẽt si noua persona intercedat, vt l.fi.C.de noua.& Instit.quib.mod.tol.oblig.§.pen.& plenè not.in l.pen.ff.de præt.stip.& in l.qui vsumfructum.ff.de ver bor.oblig.¶Et licet Bart.videtur velle in d.l.pen.quòd de iure digestorum,quando interueniebat noua persona,secunda obligatione cõtinẽte idem,quod in priori,fiebat nouatio, nisi esset actum,quòd essent duo rei,vt l.3.in princ.ff.de duob.reis. & eodem casu dicit, quod hodie ope exceptionis fit nouatio per not.per glo.in d.l.pen.& in l.2.C.de nouat. tamen magis
b communis[b] opinio est in contrarium per d.l.in verbo, nihil
2 penitus innouari. ¶†Nam vniuersalis negatiua falsificatur,qñ aliquod affirmatiuum remanet.l.si is, qui ducenta.§.vtrum. de rebus dub.l.à procuratore.& ibi not.C.mand.ca.solitæ.de maio.& obed.& important illa verba,nihil penitus, idem,qđ nihil omnino,vt in clem.1.in verbo,Nullus.de præben.& Io. And.in c.1.in ver.Positus,de postu.prala.in 6.& importat dictio,penitus,idem, quod omnimodò, vt probatur in l.1.iuncta rub.C.de gladia.pen.tol.lib.11.& Archi.in d.c.1.de sup. neglig.prælato.in 6.sed ita est, ꝙ dictio,omnimodo, vbi iungitur cum negatiua,prout in d.l.fi.tunc importat idem, quod nullo modo.l.in Naue Saufeli.ad fi.cum gl.ff.loca. seu importat idem,quod sine distinctione.l.vbi autem.§.fi.de verb.obli. ergo perinde est,ac si in d.l.fin.diceretur nullo modo nouari, vel sine distinctione non fuit nouatio vnde, si ope exceptionis fieret falsum esset dicere,quod nihil penitus fit innouatum de priori obligatione, vt de se patet. ¶Item esset falsum dicere,ꝙ nullo modo,vel sine distinctione non fieret nouatio. & istam opinio.tenuit Iaco.de Bel.in sua disputatione, quæ incipit, In Christi nomine amen.Cauetur l.municipali &c.quam disputationem ponit ipse in d.l.postquam liti.C.de pact.& Iac.Bu. in d.l.fin.C.de nouat.& Rayn.in l.si pacto,quo pœnam.C.de pact.& Guil.de Cug.in l.rescriptum.§.pacto.& ibi Bald.ff.de pact.& Fulgo.in d.l.fin.vbi dicit,quod si illa lex intelligeretur secundùm intellectum Bar.esset imposita verbis,& non rebus contra.l.2.C.communia deleg.& c.commissa.de elect.in 6. ¶Item non esset sublata dubitatio, quàm ibi voluit tollere Imperator:quia adhuc esset dubium,quando fieret nouatio tacitè,vel expresè.& idem tenet Io.de Imo.Raphae.Cyn.Pau.de Cast.in d.l.pen.& in l.2.& non obst.not.per gl.in d.l.fi.in l.2. ff.de noua.quia vltra præfatos doct.dictæ gl.intelliguntur,qñ ex manifestis coniecturis constabat partes voluisse nouare, vt patet per exempla posita per gl.in d.l.fi.& ita etiam tenuit Io. de Imo.in l.delegare.ff.de noua.& Fulg.in l.certi conditio.ff. si cert.pet.ita etiam est de mente Cyn.& Rayn.in l.fi.& etiam ille gl.non dicunt id, ad quod allegantur per Bar.si bene inspiciantur.¶Præterea dato,quod per alium contractum, quã per stipula-

stipulationem, nisi illud expresse actum fuisset, vt l.item illa.
in fi.ff.de consti t.pec.& d.l. si mandato meo.§.fi.ff.manda. ita
allegat Bar.in l.1.in 1.col. ff.de nouat. & si interesset noua p-
sona, vt d.l.quis ergo illos actus. in fi.co.ad contractum socie
2 tatis celebratæ inter Manfredū, & Dalmonium non potest in-
ferri factam esse nouationem prioris obligationis contractæ
3 inter Manfredum, & Bartholomæum. †Confirmatur, quia si
quis faciat aliquem actum ex necessitate, non videtur ex illo
actu velle discedere ab aliquo actu per ipsum facto.l.fideicom
missa.§.si rem.ff.de leg.3.l.rem legatam.ff.de adim.leg. ¶Sed
Manfredus ex necessitate acceptauit Dalmonium in participē
pro dicta quarta parte; quia Bartholomæus potuerat inuito
Manfredo partem ipsius Bartholomæi locare, & transferre in
Dalmonium,l.solutam.§.solutum.ff.de pign.act.& l.cum an-
tiquitas. C.de vsufr.facit l.in re mandata. ergo non videtur ex
hoc Manfredum recessisse ab obligatione prius contracta in-
4 ter Bartholomæum,& ipsum Manfredotum.¶†Quò ad secun
dum dubium est expeditum de iure, ꝙ Dalmonius tanquam
pro homicidio bannitus à loco citationis, tenebatur per pro-
curatorem comparere, si illū constituerit. vt l.Papinianus exu-
li.ff.de minor.l.sed & si per prætorem.§.1.ff.quib.ex cau.ma.
& plenè in l.fi. ff. de in integ.restit.per Bart.in l.1.ff.de diuer.
temp.præscr.& per Cano.in c.2.de procur. & in terminis no-
stris in bannito firmat Ang. in disput.sua incipiente,Bononiē-
sis in sua ciuitate bannitus.in 3.& 4.dubio,& potissimè in o-
bligationibus & contractibus gestis ante bannū,prout in ꝓpo
posito, vt ibi per eum.hoc etiam voluit Spec.in tit.de accu.in
3.parte.§. sequitur videre.versi.quid si bannitus quis. ¶Et ibi
hoc videtur velle Io.An.procedere sine dubio in ciuilibus, in
quibus potest comparere per procuratorem: secus dicit in cri-
minalibus, in quibus non potest comparere per procuratorē,
iuxta c.veniens.de accu.& l.pen.§.ad crimen. ff. de pub.iudi.
Idem etiam voluit Bar.in l.adul.in prin.ff.de adulte.per id,qđ
not.glo.in l.eius. aliàs incipit,casus. §.fi.ff.de aqua plu.arcen.
5 ¶†Et statutum ciuitatis in genere loquens comprehendit etiā
istos bannitos, vt not.Bal.in repet.l.cum mulier.ff.sol.matr.in
9.col.in versi.iuxta quæro,pone&c. ¶Et attento,quod d.Bar-
tholomæus erat obligatus d. Manfredo ad eximendum eū ab
obligatione, qua d.Manfredus erat obligatus monasterio pro
dicto affictu,quantum est pro quarta parte rerum, quæ ex con
tractu conditionis remanserunt apud Manfredotum, quæ qui
dem obligatio ascendebat ad quartam partem librarum non-
gentarum quinquaginta singulo anno dictorum octo annorū,
vt constat in dictis instrumentis, potuit d.Manfredotus pete-
re in iudicio à d.Bartholomæo dictas libras septuaginta ꝓ ra
ta quantitatis debitæ pro dicto affictu: quia saltem negari nō
potest, quin in tantum verteretur interesse ipsius Manfredoti,
ex eo, quod Bartholomæus non exemerat Mānfredum ex dicta
obligatione,prout promiserat, & quia Bartholomæus non fe-
cerat, vt promiserat, commissa erat obligatio ad interesse.l.sti-
pulationes non diuiduntur.ver.Celsus.ff.de verb.obl.l.si quis
ab alio.in prin.ff. de re iudi. ¶Et ꝙ talis petitio Manfredoti de
* iure processerit, * expresse Bal.in l.fi.§.fi.in vers.& pone, quæ-
stio de facto &c. C.de vsur.rei iudi. & in l.si pro ea.in 3.q. C.
man.Accessit,quod not.Cy. & Bal.in l.certum.in 2.col.C.fa.
6 erc.† vbi voluit, quod vbi fideiussor est obligatus per instru-
* mentum habens ex vi statuti* executionem paratam, prout
communiter per Italiam habent communiter instrumenta ex
forma statutorum,quod talis fideiussor habetur pro condem-
c nato, c & debet talis fideiussor conseruari indemnis per prin-
cipalem cōuentum. & ideò cum Manfredotus esset obligatus
per instrumentum monasterio ad dictam quātitatē, Bartholo-
mæus,qui promiserat per Manfredotum liberare à dicta obli-
gatione,tenebatur soluere,non cauere.¶Et ideò nō potest deci
pi Bartholomæus,si confessus est debitum,& soluit. nam lici-
tum fuit Bartholomæo bonam fidem agnoscere,& cōfiteri ve-
ritatem, quæ comprehenditur ex obligatione Manfredoti fa-
cta monasterio, & ex obligatione facta per Bartholomæum.l.
quot.§.sicut autem.ff.de admin.tut.& pariformiter cum pro-
miserit Dalmonius Bartholomæo soluere dictos affictus,& va
luit dicta promissio facta Bartholomæo stipulanti dare Man-
fredoto, ex quo circa illud versabatur interesse ipsius Barth.l.
stipulatio ista.§.si quis insulam.& §.si stipuler. ff.de verb.obl.
& cum non dederit, commissa fuit obligatio ad interesse.d.l.
liber homo.ff.de verb.oblig. ¶Et expresse fuit conuentum in
instrumento Dalmonium teneri ad omne interesse taxandum
iuramento Bar.quod fieri potuit, vt not.per Bart. & alios in l.
fi.ff.de præt.stipul.cum suis vulgaribus concordantijs, & in-
teresse Bart.de se est clarum respectu librarum septingentarū
cum intentioni Manfredoti satisfecit iam respectu aliorum li
brorum mercatorum, & est liquidatum interesse Bartholom.
per Dalmonium.

ADDITIONES.

a ¶Expressè. Supra eo.consi.13.nu.6.
b ¶Cōis.Et bene,vt dixi d.consi.13.licet Alexan.in l.4.§.si ex conuen-
* tione putauerit in contrarium esse. * Vide Dec.in l.pecunia. in fi.
ff.si cert.pet.Et magis communem esse opin.pro Bart.dicit Alex.sibi
contrarius in l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iud.Soc.in l.qui vsum-
fructum.ff.de verb.obliga.Dec.consi.400.in fi.Sed contra Bart.tenet
Ias.in l.j.in fi.C.de iudic.& in l.singularia.num.36.cum seq.ff.si cer-
tum petat. Natta.
* Ponit.] Dic ꝙ fideiussor non potest agere ante quàm soluat d.l.si
pro ea.& l.fideiussor pro venditore.ff.de fideiussor.Fallit si reus diu
cessasset in solutione.Item si dilapidaret.l.Lucius. ff.mand.quia tūc
potest agi contra reum non ad precium,sed vt liberet fideiussorem.
Et fiet executio simpliciter captis pignoribus pro quantitate debiti
gl.in l.si quis mandato.ff.de neg.gest.Bal.ibi & in d.l.Lucius.Et Do-
cto.in d.l.si pro ea.Et vide de istis Matt.Afflict.decis.241.Et vide sta
tutum Ciuitatis.16.col.c.89. Natta.
* Statuti.] Salic.tamen in d.l.si pro ea. tenet, ꝙ expectare oporteat,vt
petita sit executio instrumenti;tamen idem quod Bal.tenet Bar.in l.
fideiussor pro venditore.ff.de fideiusso. & idem Bald.in l.Lucius.ff.
manda. Natta.
c ¶Condemnato.Et quod statim potest agere,Hyppol.de Marsi.rubr.
de fideiusso.num.293.Sed non est verum,nec practicatur, vt dixi in
consuet.Paris.§.167.

CONSILIVM LXXIII.

LEGE. lib.4.infra consi.121.vbi plenius habetur.
* Et ibi in hoc eodem casu consilium CVMA. præcedit cum
alterius doct.consil. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Alimentatio non probat filiationem.*
4 *Naturalis præter alimenta, quando aliunde non habet, nil potest petere contra voluntatem, vel testamentum.*

CONSILIVM LXXIIII.

Viso processu causæ inter Faustinam agentem,& domi-
nam Nutam quondam domini agentis Aurispæ,&
Nardum Palmearium se defendentes. ¶Dico ex pluribus sen-
tentiam absolutoriam esse ferendam in fauorem dictæ domi-
1 næ Nutæ,& Nardi.¶†Et primò,quia cōstat,quòd non est pro-
batum dictam Faustinam esse filiam legitimam & naturalem
domini Ioan.Aurispæ:quia ad probandum,quòd ipsa esset fi-
lia legitima & naturalis,oportebat verè vel præsumptiuè pro-
bare,ꝙ ipsa esset nata ex domino Ioan. & tali eius vxore.l.filiū
diffinimus.& ibi hoc colligit Bart. & expressius Bal.ff.de his,
qui sunt sui vel alien.iur.& not.Cy.in l.si vicinis. C.de nupt.
¶Illud autem non est probatum, quinimò testes producti pro
parte Faustinæ,deponunt, quod mater Faustinæ erat concubi-
na domini Ioan.& dominus Ioannes erant clericus, & sic non
* potuisset habere filios nisi spurios.* l.vulgo. in fi. & ibi not.ff.
de statu hominum.in l.2.C.de episc.& cler.& not.Bar.in l.fi.
in princi.ff.de his, quib.vt indig. ¶Fortius dico,quòd per te-
stes Faustinæ non est probatum sufficiēter aliquo modo, quod
Faustina esset filia domini Ioannis vel in quasi possessione filia
tionis,& præsertim quia illi testes videntur esse singulares, &
sic non probant. c.licet causam.de probat. & c.bonæ.de elec.
¶Sed quod prius est probandum est taliter per testes dominæ
Nutæ,& Nardi:quia dici non potest, quòd dominus Ioannes
tractauerit dictam Faustinam vt filiam; quia testes, quando
deponunt,quòd dominus Ioānes semper dicebat,quòd illud,
quod faciebat, erga Faustinam, faciebat amore Dei, & quod
non erat filia sua, vnde protestatio declarauit, quod tractatus
sequens non fiebat Faustinæ vt filiæ, vt l.at si quis.§. plerique.
ff.de relig.& sumpt.fune. l.qui in aliena.§. Celsus.ff.de acqui.
2 hæred.¶†Sic etiam posito,quòd esset probatum per testes Fau
stinæ, quòd dominus Ioannes alimentasset, & lactari fecisset
Faustinam,

Faustinam, vel similia, per hoc non sequitur, ergo tractauit eã vt filiam: quia etiam talia conueniunt & fieri possunt alijs, quam filijs. bene faciunt, quæ not. Bartol. l. si quis à liberis. §. Iulianus. ff. de liber. agno. & not. per docto. in ca. per tuas. de probatio. cum similib. Præsertim stante dicta protestatione & declaratione animi, & tanto magis, cum tractemus de exclu-
3 dendo præsumptionem delicti ipsius domini Ioan. ¶ † Nam in dubio semper fieri debet interpretatio in partem, per quam euitatur delictum, & dubia probatio debet ad illud adaptari, vt eleganter tradit per Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de operis noui nunciat. & Bal. in l. precibus. in 7. colum. in versi. & scias &c. C. de impuber. & alijs substitut. & Moderni in ca. licet causam. de probatio. ad hoc l. 2. cum ibi nota. C. de petit. hære. l. meritò. ff. pro soc. ¶ Sed si fiat interpretatio quòd illa non sit filia domini Ioann. nec tractata vt vera filia, est euitare delictum, & suspicionem damnati coitus, ergo &c.
¶ Insuper etiam videntur probare testes dominæ Nutæ & Nardi quòd eo tempore, quo mater Faustinæ, venit ad habitãdum cum do. Ioann. erat prægnans, & quod inde ad quinq; menses peperit filium, & sic non potuit esse filius do. Ioã. nec natus ex eo præsumitur, vt not. Cyn. in d. l. si vicinis &c. Et facit l. septimo mense. cum ibi not. ff. de statu homi. ¶ Sed posito etiam, quod probatum esset, aut probaretur ipsam Faustinam esse natam d. do. Ioan. & eius concubina, tamen talis filia non potest petere legitimam in dictis bonis dicti domini Ioan. prout petit:
4 † quia spurius nihil petere potest in bonis patris nisi alimenta de iure canonico, quando non haberet aliunde, vnde se alere, in authen. ex complexu. & quod ibi doct. maximè Bald. C. de incest. nupt. & in ca. cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. eam, quam polluit per adulter. & l. 1. C. de natu. lib. ¶ Præterea nedum filia spuria, sed nec naturalis nunquam potest succedere contra voluntatem, & testamentum patris, dato quòd potest succedere ex testamento, vel ab intestato, vt est gl. reputata singularis* in l. 1. in glo. 2. & ibi Barto. ff. de bonor. possess. contratab. & pro illa glo. est tex. in l. fi. quem ad hoc ponderat Bald. C. de natur. libe. & not. Bal. in l. 1. C. quorum bonorum. & in l. certum. in 3. col. C. vnde legi. ergo nullo modo potest dicta Faustina petere dictam legitimam, nec venire contra voluntatem testatoris. ¶ Ac etiam dictum legatum librarum centum sibi relictũ in testamento obtinere non potest: quia nondum venit tempus præstandi legati: quia secundùm dispositionem testatoris debet sibi præstare legatum, quando professionem fecerit. vnde, cum ante illud tempus fuerit sibi opposita exceptio, reus debet totaliter absolui. §. temporalis. Instit. de excep. l. 1. in fi. ff. quando dies vsu. legati. & declarat Barto. in l. eum, qui ita. el 2. in fi. ff. de verb. oblig. Et not. doct. in l. exceptionem. de exceptio. in cap. 1. de plus peti. ex quibus concluditur dictam dominam, & Nardum, & eorum intercessores esse absoluendos.

ADDITIONES.

* Spurios.] Adde Abb. in c. innotuit. col. 4. de elect. vbi dicit, quod presbyter non dicitur committere simplicem fornicationem, sed adulterium, quia videntur matrimonium contraxisse cum ecclesijs. Natta.

* Singularis.] Hæc gl. communiter approbata, vt Alex. tradit in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Natta.

EPITOME.

PENDENTE prima conductione Petri finienda ann. 1450. Idem Petrus ann. 1446. conduxit hinc ad nouem annos. Dominus locauit Frãcisco ad certum tempus inchoandum anno 1455. quo adueniente Petrus causatur secundam suam conductionem durare vsq; ad annum 1459. quasi secũdum quinquennium non inciperet currere nisi à primo quinquennio lapso. respon. quòd ex die contractus cœpit currere propter verbum, hinc, quod est de indubitabili.

CONSILIVM LXXV.

1 Ponderatis his, de quibus in themate fit mẽtio. ¶ † Videtur prima consideratione tempus primæ inuestituræ attendi finitæ de anno 1450. & sic finito primo nouennio, non obstante secunda conductione. Et inuestitura facta, durante primo nouennio, & & per consequens tempus secundæ obligationis & inuestituræ durare vsque ad annum 1459. ¶ Quod probatur, quia per secundam conductionem & inuestituram non videtur secuta nouatio primæ, nec ab ea esse recessum, postquàm ita expressim non fuit actum. l. fi. C. de noua. & inst. quib. mod. tol. obl.
2 §. præthereà. ¶ Pro hoc facit, quia † licet per alium contractum, quàm per stipulationem posset fieri nouatio præcedentis obligationis, vt probatur. l. si mandato meo. §. fin. ff. mandati, quẽ tex. ad hoc pro singulari ponderat Bar. & alij in l. 1. ff. de nouatio. tamen per alium contractum, quàm per stipulationem sequentem nunquam fit nouatio aliquo modo, nisi expressè agatur etiam inspecto iure digestorum. l. item illa. §. fina. & l. vbi quis. ff. de pecu. & not. Bart. in præalleg. l. 1. ¶ Adde & tertiò, quòd facit. l. si quis ante. versi. idem Pomponius. ff. de acq.
3 possess. † vbi si precario rem accepi eo acto, quod in me possessio transferatur, & eandem rem postea ab eodem conducam per sequentem possessionem non videtur recessum à prima. ¶ Pro hoc & vltimò facit ratio. l. cum de indebito. cum simil. de prob. quia non est verisimile conductorem voluisse, renunciare iuri sibi competenti virtute primæ conductionis. ¶ Sed his non obst. contraria sententia videtur mihi verior & magis de mente contrahentium, quod secunda conductio & inuestitura Petri dicitur incepisse 1446. die 13. Octobris, & finita fuisse post nouennium tunc proximè secutum, & sic non durasse vsque ad annum 1459. hoc luculenter percipitur ex verbis instrumenti secundæ conductionis & inuestituræ factæ
4 1446. † dum dicitur hinc ad nouem annos proximè futuros tantum, quæ verba important, ac si dictum esset de isto die vsque ad nouem annos tantum, vt est text. in l. placet. cum gl. in ver. ab hinc. C. de sacrosan. eccle. & Instit. de iure natur. gent.
5 & ciuilium. in princi. cum glo. in ver. hinc. ¶ † Quinimò ille dies facti instrumenti secundæ inuestituræ computatur in dicto nouennio secundæ conductionis: quia per illam dictionem, hinc, tempus computatur de momento ad momentum, vt inquit Bart. Bald. & Ange. in l. 1. ff. si quis cautioni. & Bald. in l. eos. §. sin autem. C. de appellatio. & Ang. & Rayn. in l. huiusmodi. la 2. ff. de verb. oblig. ¶ Et per hoc bene facit text. in l. huiusmodi. vbi si stipulatus sum à te per hæc verba, videlicet si Titius consul factus fuerit, tunc ex hoc die in annos singulos decem dare spondes? & post triennium à die stipulationis extiterit conditio, certè etiam decem pro singulis istorum dictorum trium annorum peti poterunt: quia propter illa verba, ex hoc die, quæ æquipollent dictioni, hinc, videntur contrahentes denotare non solùm, quod illud initium temporis erat terminus, in quo celebratus erat contractus: sed etiam voluisse connumerare illud tempus in tempore præstationis, & solutionis annuæ. ¶ Ita ergo in proposito illa verba, hinc ad nouem annos, denotant, quod tunc incipit currere tempus secũ-
6 dæ conductionis. ¶ † Pro hoc facit, quia vbicunque durante tempore primæ concessionis fit secunda concessio in longius tempus, tunc per secundam cõcessionem potius dicitur prorogari primæ, quàm de nouo concedi. l. sed si manente. ff. de precar. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. Et per hoc patet responsio euidens ad allegata in contrarium, nam non curo, quod per secundam conductionem non sit facta nouatio primæ, & quod quò ad illos quatuor annos, qui restabant de prima conductione tempore factæ secundæ conductionis, potuerit conductor retinere ex vtraque conductione, & agere ex vtroque contractu: tamen dico, quod secunda non potest excedere nouennium inchoando ipsum tempus de anno 1446. die 14. Octobris propter illa verba, hinc ad nouem
7 annos &c. † Et præsertim in contractibus verba sunt strictè & propriè accipienda. ca. cum dilecti. de donat. & l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. ¶ Pro hoc vltimò facit: quia Franciscus habet clarè fundatam intentionem suam per instrumentum suæ conductionis, per quod clarè apparet, quòd debet sua locatio incipere post nouennium inchoatum 1446. die 13. Octobris. ergo si Petrus ad excludendum Frãciscum producat instrumentum suæ secundæ inuestituræ, oportet, quod dicamus, vel quòd verba secundæ inuestituræ Petri sunt clara contra Petrum, vt est ostensum, vel si sunt dubia, debet fieri interpretatio contra Petrum, qui ex illo instrumento vult suam

suam intentionem fundare. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulatio. ff. de verb. oblig.

ADDITIO.

* Hoc consi. reperitur lib. 6. consi. 56. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Possessio titulata vincit antiquiorem sine titulo. nu. 3.*
2 *Petitorium absordet possessorium, nisi quò ad impensas litis.*
6 *Dominium territorij non infert nisi iurisdictionem.*
8 *Possessio recentior præsumitur clandestina.*

CONSILIVM LXXVI.

In causa & lite inter magnificum Albericũ de Manfredis agentem, & homines seu commune Lugi se defendentes. ¶Aduertendum est, quod Albericus agit petitorio simul, atque possessorio recuperandæ ad loca & terrena infrascripta, videlicet fabricatum locum positum in partibus Romandiolæ intra infrascriptos fines, videlicet ab Oriente Flumen vetus Sauterur. ab Occidente iuxta loca dicta, la Manfreda. à Meridie iuxta iter, quò itur ad castrum Consilicis, & fundum Capignare. à Septentrione iuxta valles. & similiter petit terrenum, siue locum dictum, la Manfreda, positum in partibus Romandiolæ infra istos confines, videlicet ab Ortu Solis iuxta fabricam. ab Occasu foueam in correa vacchis. à Meridie iuxta viam, qua itur à Fabriaco ad castrum Consilicis. à Septentrione iuxta valles, quæ bona detinentur & occupantur per homines & commune Lugi, vt ex confessione syndici vel Procuratoris eorum apparet: quia confitetur possideri per dictum commune posita inter dictos confines. videndum erit in primò, vtrum sit fundata intentio Alberici. ¶Secundò principaliter erit videndum, an per partem aduersam talia sint probata, quæ habent elidere intentionem agentis. ¶Circa primum dico fundatam esse intentionem in petitorio, quia de anno 1430. magnifici & potentes domini Guidatius, & Astorgius de Manfredis titulo donationis donauerunt dicto Alberico plura bona: & inter cætera donarunt sibi dictum locum appellatum de Manfreda. & constat quòd Albericus dictum locum possidebat, & possedit, vt deponunt plurimi testes recepti pro parte sua, maximè Iacobus Sancassa de Mordano, & Rodulphus, ac Mengolus, & Ioannis Georgij, & Bartholomæus, & Vianus Benedicti, & quidam alij, & sic
1 possedit Albericus cum titu. † sed ita est, quòd vbi duo sunt, quorum vnus possedit cum titulo & alter sine titulo, si intentatum est petitorium, & possessorium, potentior est ille, qui fuit possessor cũ titulo, & si aduersarius habuisset possessionẽ antiquiorem sine titulo. ¶Et ad hoc ostendendum præsupponò, quòd vbi agitur causa possessorij, & petitorij simul, tunc si vnus ex litigantibus probat melius de possessione, & alter probat melius de dominio, vel quasi dominio, vt quia titulum habet, debet iudex pronunciare super vtroque, si liquet, & in possessorio pronunciabit pro illo, qui melius probauit de possessione: quàm pronunciationem super possessione facere debet, vt sciatur, quis teneatur ad expensas. l. vtique. ff. de
2 rei vendi. ¶† Et in petitorio iudex pronunciabit pro illo, qui probabit de dominio, vel quasi dominio deducto in iudiciũ: tunc ille qui obtinuit in petitorio, non tenetur restituere possessionem illi, qui obtinuit in possessorio: quia ei, qui obtinuit in possessorio obstaret exceptio, dolo facis: quia petis, quod restituturus es. l. dolo facis. ff. de doli except. ista sunt ver
a ba Cyn.[a] communiter approbata in l. incerti. in 2. quæstio. 3. versi. primo casu, quando econtra &c. C. de interdict. Io. And. & alij in cap. pastoralis. de causa possession. & proprietatis ad quos etiã se remittit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. in pen. quæst. ff. de acquiren. possessio. versicu. tu quid pro vno. ¶Hoc præsupposito, dico etiam dato, quòd commune Lugi probaret de antiquiori possessione, & pro eo deberet ferri sententia in possessorio quò ad finem discernendi quis teneatur ad expensas: tamen in petitorio debet ferri sententia pro Alberico, qui titulum habet habilem ad acquisitionẽ dominij, vt etiam docuit de possessione, quantumcunque etiam appareret possessionem suam esse recentiorem: & non tenebitur Albericus restituere possessionem dicto communi, quamuis dictum commune habuisset possessionem antiquiorem, vt patet ex præsupposito supra fundato. ¶Et istud est verum dato, quòd titulus Alberici esset maior possessione dicti communis, & hoc ita esse probatur per ea, quæ dixit expressè Io. And. in addit. Spec. in tit. de causa possessio. & propriet. §. nunc vi-
3 dendum. in fin. additionis. vbi voluit, † quòd vbi agitur iudicio petitorio, & appareat, quòd vnus primò possedit etiam cum titulo, & postea cecidit, & illa possessio peruenit postea cum titulo ad Titium, Titius quamuis habeat minorem pos-
b sessionem, potentior erit propter titulum[b] & possessionem, nisi ille titulus fuisset per Titium acquisitus mala fide, vel lite pendente, vt ibi plenè not. per eum. Et idem Bald. in l. quo-
* ties. C. de rei vendi. & in vlt. colum. versi. modo restat &c.* C. si plures vna sententia. & idem sentit Bart. in l. fin. §. si duobus. ff. de publiciana. ¶Et sic apparet, quòd vbi sumus in iudicio petitorio, non curamus, quòd titulus sit recentior possessione aduersarij, quando talis titulus est sine mala fide. l. pen. & ibi not. C. de euict. ¶Et etiam clarum est, quòd titulus dictæ donationis fuit ante aliquam litem motam inter prædictos. nec iure cautum reperitur, quòd ad hoc, vt quis obtineat in petitorio, oporteat esse in antiquiori possessione aduersarij. Sed habetur in d. ca. cum dilectus. de causa possessio. cum ibi not.
4 † quòd causa proprietatis semper tanquam dignior præfertur causæ possessionis, & expressè dicit Anto. de Butr. in cap. cum causam. de probatio. pen. vel vlt. chart. in versic. oppono, quòd attententur &c. quòd si quis habet possessionem suam iuniorem ex titulo obtinebit, & sic apertè ibi determinatur iste pas-
5 sus. ¶† Fortius etiam dicit Antonius de Butrio, quòd etiam in mero possessorio obtineret ille, qui recentiorem possessionem suam iustificaret ex titu. vt etiam not. Barto. in l. si de eo. §. fin. ff. de acquir. possessio. & ibi clarius Ioannes de Imol. vbi istud limitat. quam limitationem non refero: quia non expedit, maximè cum in casu nostro sit intẽtatum etiam petitorium, quo casu debet seruari illud, quod dicit Cy. in d. l. incerti, in quæstione, prout retuli supra in princip. ¶Insuper dico alia ratione debere dictum Albericum obtinere nedum in petitorio, sed etiam in possessorio: quia testes sui probant de possessione triginta annorum, & à tempore, quo fuerunt expulsi Comites de anno, quod est circa illud tempus, vt probant testes deponentes de possessione Alberici, quos supra nominaui, & etiam Stephanus de Agristellis, qui videtur etiam deponere de possessione patris Alberici, de quo etiam deponit Ioannes quòdam de Pugiotto. ¶Nec ad hoc obstant dicta testium communis Lugi: quia respondebo statim circa expeditionẽ primi membri principalis. ¶Secundò principaliter est videndum, an talia sint deducta pro parte dicti communis, quæ habeant elidere iura dicti Alberici, & dico quòd non. Nam in primis non obstat, quòd dictum commune conatur probare, quòd dicta bona sunt in territorio dicti Lugi, & inter istos confines: quia non sequitur bona sita sunt in territorio Lugi, ergo particula-
6 re dominium ipsorum spectat ad commune Lugi: † quia ha-
c bere territorium[c] non denotat, quòd dominium eorum particularium spectat ad illum, qui habet ius territorij: sed denotat, in quo quis habet exercitium iurisdictionis. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signifi. in cap. 1. & in clem. ne Roma. §. sanè. de elect. in 6. & ita exponit glo. in l. quicunque. C. de fun
7 dis limit. lib. 11. ¶† Vnde videmus, quod Imperator, quamuis sit dominus totius mũdi quò ad iurisdictionem & protectionem. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. non tamen intelligitur dominus rerum particularium, vt not. glo. & Bartol. in proœmio digestorum, in princi. & per Barto. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. & in extrauaganti, ad reprimendum. in ver. totius orbis, & Angel. in d. l. bene à Zenone. & Bald. in l. cunctos populos. in in princ. C. de summa Trin. & fide catho. ¶Denique plures ex testibus Alberici, & maximè Paulutius, & Bolognetus, & frater Antonij Bontinus, & Syluester deponunt, quòd territoriũ Lugi non se extendit vltra Flumen vetus, & sic non comprehendit Manfredam, & etiam deponit Ioannes quòdam Petri, qui expressè dicit, quòd Manfreda non est de territorio Lugi, vt deponit dictus Bontinus. ¶Non obstat etiam exceptio præscriptionis allegata per dictum commune: quia de aliquo titulo non docet commune, licet sine titulo cum bona fide possit perfici præscriptione triginta annorum iuxta ea, quæ plenè not.

ne not. in ca. si diligenti. de præscript. & in cap. 1. eodem titu. libr. 6. quando bona fides ipsa esset allegata, quæ tamen non est allegata, sed allegari debet * iuxta l. si adulterium. cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulter. & expressè notat. Bald. in cap. si quis per triginta. si de feud. fuerit controuers. & not. Angel. in l. cum qui. § fin. ff. de Publicia. & in l. super. longi. in 3. colum. C. de præscriptio. longi tempor. tamen in casu nostro non potest procedere præscriptio. quia nō est probatum, quòd commune Lugi possederit per triginta annor. dictum locum appellatum, de la Manfreda, & confinatum, prout in libello actoris, prout etiam infra dicetur, & maximè per testes & contestes concludentes in eodem initio & fine triginta annorum completorum ante litem motam, prout requiritur, & plenè tradit Bart. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & doct. in cap. licet causam. de probat & Bal. in l. fi. in 15. oppositione. C. de edict. diui Adria. toll. ¶Insuper non obstat, si diceretur, quod commune Lugi probaret de antiquiore possessione per testes suos. Albericus verò probat de recentiori, ergo debet obtinere com-
8 mune Lugi: †quia possessio Alberici tanquam recentior [d] præ-
d sumitur clandestina, vt in cap. licet. de probatio. & not. doct. in l. 1. C. vti possidetis. & Barto. in l. si duo. in princi. ff. vti possidetis. ad hoc respondeo, quòd etiam posito, quòd illud esset verum, quòd commune Lugi probasset de antiquiori possessione, tamen attento, quod cum possessorio cumulatum est petitorium, & in petitorio sine dubio melius probat Albericus, ergo debet pronunciare pro Alberico in petitorio, cuius victoria effectualiter præfertur, vt probaui s. in primo psupposito. nam probat Albericus in titulo suo, quem habet ab illustrissimis Manfredis de Fauentia, & est probatum etiam verè per omnes testes Alberici, quòd dicta Manfreda fuit tenta & possessa per illos duos de Manfredis.

ADDITIONES.

a ¶Cyn. decis. Tholos. 494. Alex. infra.
* Ioan. And.] Idem ibi tenet Abb. col. 9. versi. Ad tertium qualis Paul. de Cast. in l. si de vi. col. 3. ff. de iud. Natta.
b ¶Titulum Bal. l. data opera. in fi. C. qui accu. non pos. Anch. con. 361. in fi. Alex. d. §. nihil commune. & ibi Soc. colum. 3. num. 9. Curt. Sen. consi. 76. col. 4. per omnes in c. licet causam. de prob. Dec. consi. 302.
* De territorio non inferri ad dominium rei particularis, vide Barto. in l. j. col. fi. ff. de iurisd. omn. iud. vide Abb. in ca. nimis. de iureiur. colum. j. & in c. si diligenti. 2. notab. de præscript. Afflict. decis. 267. Pau. de Cast. consi. 56. Videtur dicendum præfatos. lib. 2. Iacob. in verbo dicti quam vasalli promiserunt. colum. 3. versic. subsequenter quæro. Natta.
c ¶Territorium. Dixi in consuet. Paris. §. 46. q. j.
* Debet.] Adde quòd allegari potest post cōclusum in causa, & quòd qui dicit se posidere rem tanquam suam, videtur tacitè allegare bonam fidem; quòd sufficit, vt per Dec. in l. non hoc. C. vnde cogna. Et de istis pulchrè ponit Matthæus de Afflict. decisio. 178. vltimo dubio. Natta.
d ¶Recentior. Supra lib. j. consi. 110. nu. 1. infra lib. 5. consi. 88.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ, quatenus non sunt conformes, potest ter appellari.*
2 *Iudex potest sine causa augere, non minuere tempus datum condemnatis.*
3 *Immutatio diei facit dispositionem difformem.*
4 *Papa committendo admittit appellationem inadmissibilem.*
5 *Primiceriatus iure communi non est dignitas.*
6 *C. Statum, de rescriptis in sexto. etiam inter laicos litigantes, locum habet.*
7 *Error communis non iuuat delegatum ad unam causam.*
8 *Nullitas defectus iurisdictionis nunquam censetur sublata.*
11 *Nullitas euidens impedit executionem trium sententiarum.*
12 *Exceptio dominij notoria excludit agentē interdicto recuperandæ.*
13 *Exceptio, quæ non debet admitti, si est admissa & probata, nocet.*

CONSILIVM LXXVII.

In causa & lite vertente coram Abbate sancti Proculi Papæ delegato inter Andream de Casali partim appellantem, ac de nullitate dicentem, & partium appellatum, & Basilium de Arencheria similiter partim appellantem, & partim appellatum, de pluribus contingit dubitari. ¶Et primò, vtrum dicto Andreæ, in cuius fauorem lata fuit vna duntaxat sententia per Vicarium curiæ Episcopatus Bononiens. accedente etiam consilio plurium probabilium mercatorum, liceat & licuerit appellare à quadam sententia vltimò lata contra eum per dominum Carolum de Paracinis assertum Primicerium sancti Petronij, in qua dictus Andreas condemnatus extitit in florenis trecentis aureis de camera dicto Basilio intra tres menses soluendis, attento quòd contra eundem Andream latæ fuerunt duæ aliæ sententiæ prius, in quarum vtraque prius condemnatus fuerat dictus Andreas ad dandum dicto Basilio pro residuò suorum florenos ducentos viginti, & pro parte lucri sui ducatos centum triginta, & in sententia secunda condemnatus fuit, prout in prima sententia fuit condemnatus in florenis sexaginta auri, prout latius in dictis sententijs. ¶In quo dico de iure licuisse & licere dicto Andreæ appellare à dicta sententia vltimò lata à dicto as-
1 serto Primicerio. ¶†Quod probo omissis superfluis: quia quatenus sententiæ non sint conformes, potest vltra secundam appellationem ter appellari, solum est prohibita appellatio tertia * ab eodem capitulo sententiæ. l. 1. C. ne liceat tertiò prouoc. in versi. eisdem capitulis. & in authen. de iudi. §. appellationibus. aliàs est in §. audientiam. & in 2. quæst. 6. §. post. in c. sua nobis. extra de appellatio. & vtrobique not. docto. & not. Spec. in titu. de appellat. in 2. parte. §. quoties. versicu. primò. ¶Sed ita est, quod Andreas non ter appellauit ab eodem capitulo sententiæ, vt infra ostendam, ergo procedit sua tertia appellatio. ¶Quod autem non sit idem capitulo sententiæ vltimæ latæ per Primicerium cum capitulis contentis in primis sententijs, etiam in summa ducatorum triginta quinque ostendo. nam posito sine præiudicio, quòd duæ primæ sententiæ conformes essent tantum respectu summæ: tamen hæc tertia sententia lata per Primicerium dicitur differre effectualiter in qualitate & substantia propter adiectionem illius temporis trium mensium, quod probatur. Nam præsuppono, quòd virtute statuti sub rubrica de præceptis fiendis, & confessis, vel conuictis, est prouisum, quod sententia condemnatoria alicuius quantitatis debet executioni mandari intra sex dies, postquam in rem iudicatam transiuerit: sed de iure communi debet mandari executioni intra tempus quadrimestre, vt l. 2. & l. fin. C. de vsur. rei iudic. Vnde dictus Primicerius in sua sententia dicitur prorogasse & auxisse terminum datum per di-
2 ctum statutum condemnatis ad soluendum; † quod quidem facere potuit, etiam sine causa, dato quod diminuere sine causa non potuisset. l. 4. §. si quis condemnatus. & ibi glo. & doct. firmant. ff. de re iudic. & in capit. quærenti. de offic. delegat. & Iacob. de Belui. in authen. de exhibend. reis. §. 1. & Angel. in l.
3 debitoribus. ff. de re iudica. ¶ † Sed ita est, quòd immutatio diei in dispositione reddit illam dispositionem diuersam in qualitate, & substantia ab alia dispositione non habente diem, adeò, quòd inter illas dispositiones nulla dicitur conformitas esse, ita probatur in l. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & ibi nota. expressè Barto. in §. præterea. Instit. de inutil. stipulat. l. 1. §. si stipulanti. & l. inter stipulantem. §. 2. ff. de verb. obliga. vbi apparet, quòd diuersitas in quantitate non vitiat stipulationem in eo, in quo conuenit, scilicet in minori summa: quia dicuntur esse conformes interrogatio, & responsio. ¶Secus autem, si deformitas sit quia interrogatio sit facta purè, & responsio sit facta in diem. vel interrogatio sit facta de promittendo ad certam diem, & promissio, seu responsio sit facta ad aliam diem etiam breuiorem & vtiliorem stipulanti, quia hæc diuersitas qualitatis immutat substantiam obligationis, & qualitatis, ita dicit Barto. in d. §. si quis simpliciter. per illum textum sicut ergo, si vltimus iudex condemnasset ad aliquid diuersum in substantia ab eo, quod condemnassent duo priores iudices, proculdubio posset ab illa sententia sua appellari: quia non diceretur ab eodem capitulo sententiæ appellari: ita debet posse in casu nostro, & in hoc diligenter aduertat dominus iudex: quia ita esse de iure reperiet, licet, si non fuisset illa diuersitas diei, sed quantitatis, posset dici non posse appellari per prædicta. nam cum hoc casu nulla sit conformitas, cessat præsumptio trium sententiarum. ¶Secundò principali fundamento ostendo de iure cognosci de hac causa appellationis

tionis,& sic de iniquitate dictæ tertiæ sententiæ: quia in commissione huius causæ appellationis commissæ per sanctissimum dominum nostrum fit mentio de supplicatione dicti Andreæ, in qua narratum est tres sententias fuisse contra eum
* in causa latas: & tamen hoc non obstante Papæ* committit causam appellationis, quo casu dicit dominus Antonius de Butrio,& expressius Ioannes de Imol.in cap.sua nobis. de ap-
4 pellatio. † quòd Papa committendo causam videtur causam admisisse, non obstante, quòd aliàs non posset tertiò appellare,allegat id,quod not.glo.in cap.statutum. in ver.literarum. de rescriptis.in 6.in cap.pastoralis.§.præterea. in glo.de offic.
* delegat. ¶Contingit* & secundò principaliter dubitari, an contra petitionem executionis sententiæ latæ per Primiceriũ possit opponi exceptio,adeò, quòd impediatur executio dictę sententiæ quò ad dictam sententiam ducatorum ducentorum quinquaginta?in quo dico, quòd sic. ¶Et ad istud ostendendũ præsuppono dictam sententiam esse nullam ex duplici capite. In primo, quia lata fuit per dictum Primicerium tanquã subdelegatum à quodam delegato particulari Sedis Apostolicæ:
5 †& sic dictus Primicerius, quamuis dicatur habere officium Primiceriatus: tamen non habet dignitatem Ecclesiasticam: quia vt incidenter apparet ex literis Eugenij Papæ,dictus Primiceriatus non est dignitas, sed officium est. de iure cõi Primiceriatus quandoque nominatur dignitas, quandoque officium,quandoque personatus largè accipiendo dignitatẽ,prout accipitur in materia nostra. cap.statutum. de rescript.in 6. Primiceriatus non est dignitas, nisi in loco ita reputetur, & habet signa dignitatis, vt quia haberet administrationem rerum ecclesiæ cum iurisdictio. ita doctor. in cap.de multa.de præben.& in cap.1.de consuetu.in 6. ¶Si ergo dictus Primiceriatus est officium, & aliud est officium, aliud est dignitas. cap.fi.de præben.in 6.cap.1.de consuetud. eodem libro,ergo succedit dispositio.de qua in cap.statutum.de rescriptis.in 6. vbi habetur, quòd causæ delegandæ per sedem apostolicam debent delegari solum personis in dignitate ecclesiastica constitutis,prout ibi habetur in glo.in ver.dignitate.¶Et idem habetur in subdelegatis: quia debent esse personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ,vt ibi in glo.3. & ibi in glo.in ver.legatorum.& est text.ibi.§.in nullo. ¶Et non valet processus factus coram talibus delegatis in dignitate non constitutis, etiã si nihil opponatur,vt not.glo.& doctor.in d.c.statutum.in 6. ¶Nec partes aliquo modo tali exceptione possunt renunciare firmat Ioannes Andr.in additionib. Specul. in titu.de iud.delega.§.excipi potest. in additione incipiente, hodie falsum est
6 per id,quòd habetur in d.cap. statutum.in fine. ¶†Nec obstat si dicatur,quòd dispositio illius.cap.statutum. non habet locum,vbi causa verteretur inter laicos per id, quod habetur in dicto cap.sua nobis.extra de appellationibus. quia respondeo secundùm veras responsiones,aliàs conclusiones quòd dispositio dicti cap.statutum. habet locum etiam quando verteretur inter laicos: tum quia generaliter textus loquitur, & sic generaliter debet intelligi.l. de pretio. ff. de publ.cap.solitæ. de maior.& obedient. tum etiam quia in casibus vertentibus inter laicos militat vna finalis ratio dicti cap.statutum .·.quia redundat dedecus sedis Apostolicæ,vt in versi. committantur & istam opinionem tenet Hostiens.in d.capit.sua nobis.& videtur etiam illam tenere Ioannes Andreas: quia concordat dictas opiniones: quarum prima est,quòd possit committi causa laicorum illi qui non est in dignitate ecclesiastica, & maximè quando causa foret criminalis, & ad pœnam sanguinis, quæ non potest committi clericis.cap.fi.ne clerici, vel monachi.lib.6.& capitu.in archiepiscopatum. de raptor. Secundò ponit opinionem, quòd nullo modo potest committi his, qui non sunt in dignitate ecclesiastica, propter generalitatem dicti cap.statutum. & subdit tenendum esse illud, quod subdit curia ecclesiæ Romanæ. quod Ioannes Andreas in vltimo loco inter opiniones iuris refert pro vltima opinione illam,quæ habet,quòd commissio non valet, ergo illam intelligitur approbare in puncto iuris: quia opinio posterior videtur approbari, vt not.glo.in l.qui filium.§.1. ff.ad Trebell.& not.Ioannes Andr.in cap.1. de pœnis. in 6.in nouella. & in cap.1.de sentent.excommuni.in nouella. & probatur in l.si idem cum eodem.§.fin.ff. de iurisd.omnium iudicum.& in l.bona fides. & ibi not.Bart.ff.deposit.& Bald.in authen.ex testamento. C. de collatio.in 2.colum.& in l.si mater.C.ne de stat.defunct. ¶Istam opinionem clarè firmat dominus Cardinalis de Zabarellis in ca.sua nobis.dum dicit seruandum esse. ca.statutum. & in causis laicorum, nisi appareat, quòd Papa illi constitutioni derogari voluerit, subdens quòd dictum capitulũ procedit in causis, quarum sunt capaces clerici,quia licet generaliter loquatur, debet restringi,ne inducat absurditatem,argum.cap.veniens.de iureiuran.vnde, si erat causa criminalis, quæ induceret clericum ad irregularitatem, Papa non committet vni clerico.d.cap.fi.ne cler. vel monach.& cum præalleg.opinio.Ioannes Andr. transit etiam Pet.de Anch.in d.ca. sua nobis. ¶Istam opinionem etiam firmat de iure veram esse Ioannes de Ligna.in d.cap.sua nobis. & etiam refert Dominicus de sancto Gemin.in d.cap.statutum.in 2.colum.licet Do. ibi nihil firmet.& respondent præfati Doct.ad cap.sua nobis. quòd illa decretalis loquitur eo tempore, quo nondum erant determinatæ qualitates,de quibus in d.cap.statutum. Et licet
a Anton.de Butr. & quidam Moderni [a] in d.cap.sua nobis. dicant se putare.d.cap.statutum. debere restringi, vt non corrigat dictam decretalem,sua nobis: tamen hoc non probant ratione: quinimò contrarium probatur per generalitatem dicti cap.statutum.& per rationem finalem illius c.statutum. quæ militat etiam in causis laicorum commissis illis,qui in dignitatibus non essent.& ad d.cap.sua nobis.potest vltra prædicta responderi, quod in literis commissionis factæ per Papam fiebat mentio,indicans illos delegatos esse laicos: mirum est talem delegationem factam à Papa valere, vt not.glo.in d.c.statutum.in ver.literarum. & not.Spec.in tit.de iud.deleg.§.excipi potest.versi.quid si Papa. ¶Nec obstat etiam, si diceretur, quòd debet d.cap.statutum.restringi ad commissionem causarum ecclesiasticarum, & non ad causas laicorum: quia clerici, maximè in dignitatem, constituti, non debent occupari in causis temporalibus,maximè laicorum. 11.quæst.1.cap.te quidem.23.q.8.c.reprehensibilis,vt dicebat Abbas Modern. in cap. tua nobis.quia hæc ratio debilis est cum supportatione:quia si istud esset verum, sequeretur, quod simplex clericus non posset cognoscere vt iudex delegatus, vel vt arbiter de causis vertentibus inter laicos contra legem non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbit.& contra ea, quæ habentur in c. sanè.22.quæst.8.& in d.ca.fi.ne cler.vel monach. Et etiam si à laico superiore delegetur causa clerico, valebit iudicium, vt probat Anto.de Butr.& dominus Abb.in c.2.de iudi.Ex quibus apparet,quod doct.maioris ponderis & authoritatis sunt illi,qui tenent istam opinionem,quod in casu nostro commissio non valuerit; ideo eorum authoritas præualere debet cæteris,vt dixit Angel.in l.si idem cum eodem. ff.de iurisd.omn. iudic.facit.l.3.in princ.ff.de test.& in cap.nostra.de testibus. ¶Præterea aduertatur, quia nos sumus extra dubitationem dictorum in dictis locis,nam illi, qui tenet contrarium,volunt, quòd text.in d.c.sua nobis.non intelligatur correctus per tex. in d.c.statutum.sed ita est,quod d.ca.sua nobis. duntaxat loquitur in Papa delegante alicui non existenti in dignitate ecclesiastica, ergo, cum commissio facta dicto Primicerio non fuit facta à Papa, sed à particulari legato Papæ, & sic sumus extra exceptuatũ in d.ca.sua nobis.residemus sub regula generali posita in d.cap.statutum.l.in his.cum ibi nota.ff.de leg.l. quæsitum.ff.de fun.instr.non.n.oĩa, q̃ cõcedunt Papæ, cõcedunt delegato suo.l.1.ff.à quib.appel.non lic.c.proposuit. de concess.præben.& per istud solum esset responsum ad omnia, quæ in contrarium adduci possent. ¶Nec prædictis obstat, si diceretur, dictus Primicerius reputabatur communi opinio. propter Primiceriatum esse de dignitate ecclesiastica, & partes ignorabant Primiceriatum esse officium simplex & nõ dignitatis, & per consequens debet valere sententia ab eo lata per l. Barbarius Philippus. de offic.præto. quod plenè not.ff.de iure patronat.quia potest responderi negatiuè, quòd communi opinione reputaretur ille Primiceriatus dignitas, strictè accipiendo, prout accipitur in materia ista,& maximè cum de iure communi non omnis Primiceriatus sit dignitas, prout supra dixi;& quod est fortius, non est probatum, quòd communi opinione maioris partis iste Primiceriatus sit dignitas.
7 ¶†Potest etiam responderi, quòd illud, quod habetur in d.l. Barbarius.procedit in iudicibus ordinatijs, non in iudice delegato,cui vna causa tantum, est commissa,vt signanter concludit

cludit Innocen. & Anto. de But. in c. cum dilecta. de rescript. ¶Alio ex capite redditur dicta sententia nulla: quia cum presentata esset appellatio dicti Basilij interposita à subdelegatione facta in dictum Primicerium, dictus Primicerius vidit, legit, admisit & recepit dictam appellationem, prout in actis cōtinetur per hæc verba: qui dominus Carolus commissarius subdelegatus pro tribunali sedens, visis & lectis dictis instrumentis appellationis & requisitionis ipsa omnia admisit & recepit. per quæ verba videtur detulisse dictæ appellationi, vt not. Spec. in tit. de appel. §. nunc dicamus. ver. fi. & Pau. de Leazar. in q. sua incipiente, iudex appellanti. in fi. per c. sæpe. & in c. interposita. de appell. & Dominicus de S. Gemin. in c. 1. §. 1. in 1. notab. de appellat. in 6. ¶Per quam delationem abdicasse dicitur à se omnem iurisdictionē, si quam habeat. c. dilectus. de app. & in d. c. cum app. friuolis. eo. tit. in 6. & talem actum, per quem videtur abdicasse à se omnem iurisdictionem, non potest iudex reuocare, vt not. Io. And. in c. constitutus. el 2. de app. & in c. meminimus. de accusa. & in d. c. cum appellōnib. ¶Bene faciunt not. in c. significantib. de offic. deleg. ¶Præsuppositis ergo dictis duabus nullitatib. infertur, ꝙ exceptio primæ nullitatis potest deduci ad impediendam executionem dictarum sententiarum: quia licet tex. in d. clem. 1. * de re iudi.
8 dicat,† quod ad agendum de nullitate trium sententiarū, vel alicuius ex eis nullatenus auditur ille, contra quem dictæ tres sententiæ latæ sunt, donec fuerint executioni mandatæ: tamē ibi non habent locum, si deduceretur nullitas surgens ex defe
b ctu [b] iurisdictionis, vt est glo. reputata singu. in clem. vnica. in gl. fi. de seque. poss. per tex. in l. 2. in fi. ff. de pœn. per quam gl. in l. diuus. ff. de testa. mili. & in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur.
9 & Bal. in l. si quis filio. ff. de iniusto test.† dicunt, ꝙ si per legē, vel statutum sit remota omnis exceptio nullitatis: non tamen intelligitur remota exceptio nullitatis surgens ex defectu iurisdictionis, & ita etiam not. Bal. in l. scire oportet. §. fi. ff. de excus. tut. & in l. 1. C. si à non comp. iud. & dicit hoc verum, etiā si statutum vtatur his verbis generalibus & vniuersalibus: nulla exceptio posset opponi. per hoc etiam ipse dicit, ꝙ d. l. si qs filio. & not. etiam Bald. in l. reos. in 12. col. & in l. generaliter. C. de epi. & cle. & Ant. de But. & do. Abb. in c. item si quis. de restit. spol. Et ibi etiam loquuntur, quādo statutum loqueretur per verba vniuersalia. s. nulla exceptio nullitatis admittatur. ¶Facit. l. 2. §. pen. & quod ibi not. Bar. ff. qui satisd. cog. & hoc verum, si tres essent latæ sententiæ conformes, vt firmat Lapus & Pet. de Anch. & do. Card. in clem. 1. de re iud. & Ang. in l. j. C. ne lic. tert. prouoc. & in l. 1. C. quando prouo. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. & in l. expressim. ff. de appel. & in l. 3. §. fi. ff. de dam. infect. & Pau. de Cast. in l. 4. §. condemna. ff. de re iu. & dñi de Rota in suis decisionibus nouis, vt refert Io. de Imo. in d. l. si expressim. circa antepe. chart. ¶Nā ratio illius cle. 1. de re iu. est, quia præsumitur pro illis iudicibus non priuatis, qui tres sententias tulerunt ca. in præsentia. de renunc. l. 1. C. de iuris. omn. iud. quæ ratio cessat in eo, qui iudicat, & nullam iurisdictionem habet, sed est priuata persona: alias autem sequeretur absurdum, quod quis potest procurare habere tres sententias à tribus priuatis personis nullam iurisdictionem habentibus, & hoc modo reiecta omni exceptione iudicantis obtineret executionem sententiæ contra mētem iuris quod quidem præsumitur pro iudice non priuato, vt dixi; facit. l. quæcunque. §. fi. ff. de publi. ¶Nec obstat, si in contrarium allegaretur gl. in clem. 1. in ver. pendere. de re iu. iuncto tex. quia respondeo, ꝙ illa gl. loquitur, quando iudex protulit sententiam diffinitiuam, pendente appellatione ab interlocutoria eiusdem iudicis, quo casu, quando iudex tulit sententiā
* diffinitiuam,* non erat incompetens: quia poterat procedere ante inhibitionem. ca. non solum. de appel. in 6. licet, si postea pronuncietur bene appellatum ab illa interlocutoria, intelligatur illum iudicem non potuisse ferre dictam sententiam tertiam diffinitiuam: nos autem loquimur in casu, in quo tempore, quo lata est dicta tertia sentētia, iudex erat omnino incompetens. vnde dicit do. Card. in d. clem. 1. de re iudi. in 6. quod glo. ibi posita in ver. pendere. loquitur in casu, in quo non erat funditus extincta iurisdictio, sed suspensa per interdictionem ab interlocutoria: secus autē, quando iuri sdictio nullo modo competebat, ita loquitur glo. in clem. vnica. de sequestr. poss.
10 ¶†Nec dicatur, quòd glo. in clem. vnica. de sequestra. poss. loquatur, quando tractatur de perpetuo præiudicio resultante ex sententia, quo casu exceptio nullitatis ratione defectus iurisdictionis non intelligatur relecta. secundùm glo. in clem. 1. de re iud. intelligitur, quando tractatur de temporali præiudicio, scilicet quousque sententia sit executa, vt postea possit allegari nullitas, & non ante: quia dico, ꝙ ista concordia ad istas glo. esset falsa, secundùm quod dicit etiam Ioan. de Imol. in d. l. si expressim. post medium, circa antepen. chart. quando etiā in casu dictæ clem. vnicæ. de sequest. poss. agebatur de temporali præiudicio, scilicet sequestrationis, quod durabit, quousque per iudicem determinabitur, quæ partium melius ius habeat, vt ibi. ¶Nec ad hoc obstat, si diceretur, quòd in casu dictæ clem. vnicæ. de sequest. poss. glo. ibi non loquitur, quando latæ essent tres sententiæ: quia dico, quòd quamuis ibi gl. hoc expresè non dicat, tamen doctor. quos supra retuli, expresè hoc dicunt. & ratio, quæ colligitur ex glo. vnica. habet locum etiam hoc casu, quando sunt latæ tres sententiæ, si tertia sententia, vel plures ex tribus sententijs latæ sunt ab eo, qui funditus iurisdictione careat: quia iura pro tali habente iurisdictionem non præsumunt, vt dixi supra aliter & respondeo ad d. clem. 1. de re iud. videlicet quod dispositio illius clem. 1. loquitur & intelligitur, quando secunda & tertia sint confirmatoriæ ipsius primæ: secus autem, si vna, vel plures ex ipsis sententijs sit reformatoria, vel sint reformatoriæ; ita not. glo. in d. l. si expressim. & ibi Ioan. de Imo. in 6. char. & Pau. de Leazar. in d. clem. in ver. ex eis. Sed in casu nostro saltem tertia sententia est reformatoria, attento maximè, quòd in trecentis quinquaginta ducatis nullo modo dicitur cōcordare cum aliqua ex præcedentibus sententijs, vt probaui supra in primo dubio.
11 ¶†Insuper & alio modo respondeo ad d. clem. 1. quia vbicun
c que euidenter [c] constat de nullitate sententiæ: & de ea manifestè probatur, saltem actis prius factis coram iudice, qui dictam tertiam sententiam tulit, tunc non habet locum dispositio dictæ clem. 1. & potest impediri executio per allegationē nullitatis, etiam si non sit nullitas surgens ex defectu iurisdictionis: ita voluit Oldra. in consi. 106. incipiente, quod literæ executoriæ &c. per rationem quæ colligitur ex verbis d. clem. 1. ibi dum dicit, de calumnijs litigantium occurratur &c. nā vbi euidenter constat de nullitate, tunc cessat ratio calumniæ. & sic cessante ratione legis, cessat eius dispositio. l. adire. §. quamuis. ff. de iure patro. & in cap. cum cessante. de appellat. Et istud in terminis nostris firmat Bald. & Sali. in l. 1. C. ne liceat tertiò prouoc. & domini de Rota in suis decisionibus nouis, quos refert & sequitur Ioannes de Imo. in d. l. si expressim. circa antepen. chart. & Ludouicus Romanus in d. l. de pupillo. §. qui opus. & in l. de viro. in 32. fallentia. ff. soluto matrim. & in l. feriatis. ff. de fer. & dominus Card. in clemen. vnica. de sequestr. poss. ¶Bene facit quod not. Barto. in l. 1. in 3. col. ff. de operis noui nun. in versi. oppono. ff. de leg. 2. §. quis eum &c. & Bal. in l. 1. C. si de momen. poss. fue. appel. in ver. denuo quæro an tali omissione. & Petrus de Anchar. in consi. 206. incip. In Christi nomine de iure communi &c. vbi dicit, ꝙ si statutum reiicit exceptionem nullitatis, non intelligitur reiicere illam quæ euidenter constat ex actis per id quod not. gl. magna in l. vbi pactum. C. de transa. ¶Et per hoc not. per Inno. c. 1. de
12 offi. vic. ¶†Comprobatur, quia videmus ꝙ quanquam contra agentem recuperandæ possessionis, nō possit opponi exceptio dominij, vt l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. & l. si maritus. C. de donatio. inter vir. tamen fallit quando de dominio seu iure rei conuenti euidenter seu notoriè constaret: vt in c. significasti. de diuort. & not. gl. magna in c. fi. de restit. spol. libro 6. cum sim. ¶Nec ad hoc ob. si diceretur, ꝙ si esset verum, ꝙ vbi euidenter constat ex nullitate sententiæ ex actis, ꝙ impeditur executio trium sententiarum cōformium sequeretur, ꝙ nihil esset specialiter inductum per d. clem. de re iu. in casu quo latæ essent tres sententiæ conformes, cùm etiam ita demū impediatur executio vnius tantum sententiæ, quę in rem iudicatam transiuit, quando nullitas est euidens per not. per Inno. in c. ex ratione. de appel. & per Bald. in l. sui. §. condemnatum. ff. de re iu. & per Cy. & alios in l. ab executione. C. quorum appel. non reci. per Spec. in tit. de lit. contest. §. quando autē. ver. quid de causa nullitatis. & in tit. de libellorū concepti. §. nunc dicendum. ver. quid si sententię. cum suis concor. quia rñdeo, ꝙ imò per d. clem. 1. de re iu. est inducta specialitas in casu in quo pe-

quo petitur executio trium sententiarum conformiũ, quando
vna vel duæ tantum latæ sunt, quæ in rem iudicatam transiuis
sent, sufficit ad impediendum coram executore, quando reus
se offerat incontinenti seu intra breuem dilationem probatu-
rum de nullitate. Ita dicit Barto. in d.§.condemnatum. & alij
doc. in locis supra allegatis per l.prætor. §. Marcellus. ff. de re
iud. ¶ Sed quando sint latæ tres sententiæ conformes hoc non
sufficeret: sed requirit quòd hoc appareat ex ipsis actis. Nam
tunc non potest dici quòd exceptio nullitatis per calumniam
opponatur: ideo tunc cessat ratio illius cle. 1. vt ibi ver. calum-
nijs &c. ¶Sed ita est quòd de exceptione nullitatis tam ex pri-
mo, quàm ex secundo capite suprà deductis constat euidẽter
per acta, & de secundo capite nullitatis constat etiam ex actis
factis coram ipso Primicerio, quæ acta inducunt notorium:
vt no. Inn. in c.per tuas, de test. & in c. ex insinuatione. de ap-
pel. & quod nota. gl. in c.audientia. de accus. & text. in c. cum
olim. de ver. sig. & in c.fi. de cohab. cle. & muli. ergo dicta ex-
ceptio nullitatis debet admitti ad impediendum executionem
sententiæ. ¶Potest etiam aliter responderi ad clem. 1. de re iud.
quòd illa loquitur, quando solum per viam principalis petitio
nis agendo deducebat nullitatem. Nos autem sumus in casu in
quo per viam exceptionis, reus, contra quem petita est execu-
tio, deducit nullitatem: & est differentia maxima inter casum
quando solũ per viam exceptionis nullitas deducitur, & quan
do per viam principalis petitionis. vt no. Ang. & Io. de Imo. in
d.§. condemnatum. & Spec. in titu. de libel. concep. §. nunc di-
cendum. circa fi. & Ioan. And. in Spec. in tit. de lit. contest. §.
quando ver. quid de causa nullitatis. & Bal. in l.fi. per illũ text.
13 C. de ord. cogni. circa fi. ¶†Denique respondeo aliter ad prçal-
leg. clem. 1. de re iudi. quòd dato quod exceptio nullitatis non
deberet admitti ad executionem sententiæ, attamen vbi est ap-
posita & probata; & sic petens execútionem passus est proba-
ri exceptionem & nullitatem, vt in casu nostro, debet tunc pro
nunciari super ipsa nullitate, & impeditur executio: sicut di-
cimus, quod licet contra agentem possessorio recuperandæ nõ
admittitur dominium ad impediendam restitutionem posses-
sionis: vt dixi, supra. Tamen si exceptio dominij fuit opposita
* & probata, & si actor passus est eã probari,* & super ea discus-
serit super dominio & petitorio pronunciandum, & impedie-
tur restitutio possessionis, in c. 1. de resti. spo. vt not. Bald. in l.
si quis à se. C. ad l. Iul. de vi. & in l.naturaliter. §. nihil commu-
ne. ff. de acqui. pos. ¶Bene facit quod nota. Inno. in c.fraternita-
* tis;* de fri. & in c.cum Bertoldus. de re iudi. & in c.cum lecta.
14 de rescriptis. vbi voluit † quòd licèt contra præsumptionem
iuris & de iure non admittatur probatio in contrarium. l.rei.
d C. arbi. tute. l.antiquæ. C. ad Velleian. Tamen fallit[d] nisi parte
non resistente fuerint factæ probationes in contrarium: quia
tunc valebunt. & sequuntur hoc doc. vbiq;. ¶Et sic multis mo-
dis apparet quod dispositio dictæ clem. 1. de re iud. non ob-
stat aliquo modo quod teneo pro constanti, sicut Deus est, sal-
uo semper iudicio saniori. ¶ Ex quibus omnibus concluditur
quòd appellatio Andreæ procedit, quia constat ex scripturis
& libris sententiam Primicerij fuisse iniquam & iniustam. na-
15 tura † enim societatis est, vt commodum & incommodum
sit commune, vt l. cum duobus. §. quidam sagariam cum §.
sequen. ver. proinde. & l. si non fuerunt. ff. pro socio. quomodo
ergo debet condemnari ad dandum socio totum in pecunia,
cum in societate non restent pecuniæ: sed nomina debitorum.
* de hoc tamen non discutio, sed aliàs quòd ad merita scripsi,*
& me ad illas refero. ¶Secundò infertur ex præmissis, quod
dato etiam, quòd dicto Andreæ appellare non licuisset, tamen
licitum fuit & est sibi, dicere de nullitatibus prædictis, & di-
co illas esse probatas, & consequenter sententiam nullam exe-
quendam non esse, quę conclusio habet etiam maximam æqui
tatem, quia per eam euitatur circuitus inutilis: vt fieri debet. l.
dominus testamento. ff. de condi. indebi. l.fi. C. per quas per-
so. nob. acqui. nam si nunc super nullite non pronuncietur, sed
differtur. & fieret executio secundum quod habetur in dicta
clem. 1. non euitaretur circuitus.

ADDITIONES.

* Tertia.] Sequitur Socin. consi. 39. col. 3. lib. 4. latè scribit Dec. in c. sua, de appella. & no. quòd quatenus sint conformes, non licet appella-
re. Dec. consi. 385. Vbi etiam dicit sufficere sententias quamuis interpellatas. Natta.

* Papa.] Facit Bald. in c. studuisti. de offi. deleg. quòd princeps rescribendo, Fiat iustitia, super sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, videtur sententiæ derogare. Quod tamen dictum impugnat Ias. in l.causas col. 2. C. de transact. Et Alexan. hic sequitur Feli. in c.cum inter col. 2. de except. Ias. in l.Barbarius col. 3. Natta.

* Contingit.] Et nunquid Primiceriatus sit dignitas ita, vt delegari causæ possint, vide Ias. consil. 77. dub. 2. lib. 1. Et quòd primiceriatus non sit dignitas, Grammati. decis. 64. Vbi ponit quomodo cognoscatur ecclesiastica dignitas. Natta.

a ¶Moderni, scilicet Panor. synchronos Alex.

* Cle. 1.] Ea quæ hic ponuntur ad intellectum d. clem. 1. ponit etiam Alexan. vbi alia tradit, in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. Et de hac gl. Rui. consi. 14. dub. 2. lib. 2. Et adde Bal. consi. 369. In causa, quæ vertitur, circa prin. lib. 3. vbi inquit, quòd oppositio de defectu iurisdictionis non tendit contra sententiam, quia non constat de sententia, vbi non constat de iurisdictione. Natta.

b ¶Defectu. Bald. l.generaliter, col. 1. C. de epi. & cle. l.pen. ff. de iustitia & iure. consi. 332. li. 2. Trac. stat. ver. bannitus, nu. 8. Roma. consi. 42. cõsil. 115. in fi. Gemi. consi. 24. col. 3. consi. 95. col. 1. Pau. consi. 99. in prin.
* li. 2. Feli. c.pastoralis, col. 3. de excep Hyppo. Marsi. sing. 10. * Hæc nullitas non intelligitur exclusa. Dec. consil. 8. col. penul. Felin. in cap. ex parte, il secundo, de offic. delega. col. 6. & in rubri. de foro compe. Dec. consi. 520. in fi. Fallit, vbi prima sententia lata ab incompetenti fuisset confirmata per secundam, quæ transiuisset in rem iudicatam. Alex. consi. 111. lib. 5.

* Diffinitiuam.] Vide pro concordia harum glo. Feli. in c.eã quę, col. 2. versi. obst. prædictis, extra de re iudica. Natta.

c ¶Euidenter. Roma. fin. 287. * Vide de hoc etiam Alexan. consi. 225.
* col. 4. lib. 6. & consi. 186. colum. penul. infra libro 2. Ruin. consil. 36. lib. 5. Natta.

* Probari.] Vide Dec. consi. 84. col. 2. vbi limitat nisi exceptio deducta sit ad iustificandum possesionem, quia tunc non pronunciabitur super dominio. Natta.

* Fraternitatis.] Inno. ibi loquitur in re iudicata, Et eius dictum pro not. habet Abb. consi. 89. col. 2. lib. 1. & de dicto Inno. meminit etiam Alexan. infra consi. 158. circa fin. eo. lib. Dec. in l.res iudicata, de reg. iur. & tenet Abb. consi. 55. incip. In causa, quæ ad præsens vertitur, lib. 2. inferens, quòd licet ex statuto non possit dici de nullitate sententiæ, nisi fuit facta probatio super nullitate, debet probans obtinere. Sequitur Ias. in l.1. col. 3. de ope. no. nunc. quod not. & Inno. tenet etiam Ias. in l.patre furioso col. 5. Natta.

d ¶Fallit infra, lib. 4. consi. 62. nu. 81.

* Scripsi.] Istas allegationes pro Domino Andrea de Casali, qui dicitur fuisse gener. D. Alexandri, habes consi. 210. lib. 7. quod incipit Reuerende pater. Natta.

EPITOME.

SOCIETAS omnium bonorum satis dissoluitur, & quod vnus nomine proprio acquisiuit, non præsumitur de pecunia communi.

CONSILIVM LXXVIII.

Discussis his de quibus in themate superius posito fit mentio. ¶Puto de iure concludendũ, dictum Franciscum posse de iure petere dimidiam aut aliquam partem illorum bonorum quæ dict. dominus Marcus suo proprio nomine tantum acquisiuit. ¶ Moueor, quod Marcus videns, quòd Franciscus prædictus frater suus non dabat ei aliquod subsidium & quòd dictus Franciscus de Salarijs non cõmunicabat aliquid, cæpit dominus Marcus acquirere & emere aliqua bona sub suo nomine proprio: vt per instrumenta patere dicitur, in quibus dicitur quòd Marcus emebat de suis proprijs pecunijs: & etiam præsupponitur quòd reditus bonorum communium dictorum prius non sufficiebat ad victum.
1 ¶ † Ex quibus infero, ꝙ posito quòd prius fuissent socij oĩum bonorum dicti fratres, tamen attento ꝙ postea dictus Fran. nõ cõicabat de salarijs aliquid, & dictus Marcus cæpit acquirere sub proprio nomine, diceretur tunc dissoluta esse dicta societas, adeò quod ea quæ acquisiuit postea dominus Marcus com
* municare non tenet. l.itaq;. *ff. pro socio. no. Bart. in l.Titium aut Meuium. §. altero. ad fi. de admi. tuto. & in l.prima. §. si quis interdicto. ff. de itin. actuque priua. ¶Et per hoc patet non obstare id quod habetur in l. actione. §. diximus. ff. pro socio. & l. si patruus. & quod ibi no. Baldus in princip. C. communia vtriusque iudi. & id etiam quod habetur. in l. si societatem vniuersarum. & l. si quis societatem contraxerit. ff. pro so-
2 cio. & quod notat Bartolus in d. §. † vbi habetur quòd si duo

fratres erant focij omnium bonorum & vnus aliquid acquisiuerit suo nomine, tenetur cõicare illud proprio nomine acquisitum:*vt ẽt plenè no.& declarat Cyn. in addi.in l.cum duob. §.si inter fratres. ff. pro socio.& ibi Bart.& Bal.in l. 1.ad fi.C.si quis alteri vel sibi.& in l.si vt proponas.ad fi.C.de rei ven.& in l.cũ oporteat.in 4.col. C.de bo.quæ lib.& in l.fi.§. quatuor.ff. de le.2. & in l.socius. ff. si cer.pe.quia leges illę loquuntur qñ vnus cõmunicabat in cõicando & in contraferendo socialiter oĩa vndecunq; obueniẽtia. & alter sibi retinebat seu pro se acquirebat. ita dicunt p̃fati doc. in dictis locis. ¶Sed cũ pręsupponatur in themate φ tam dictus dominus Marcus q̃ dictus Franciscus ẽt prius ceperit desistere a conferendo oĩa sibi obuenientia dum dr̃ in themate quod dictus Franciscus ex salarijs non communicabat, & sic cum videtur mutuo consensu tacite fuisse recessum ab illa vniuersali societate omniũ bonorum, dato φ remansisset inter eos aliqualis societas particularis, tamen pp illam non tenetur dominus Marcus cõicare cum Francisco pręda quę post suo noĩe proprio acquisiuisset, ita inquit Bar.in d.§. altero.per l.si vnus.ff.pro socio.& Bal.ẽt in d. §. si vnus in lec.antiqua.per illum tex.ita de facto.dicit responsum fuisse in que. duoɿũ fratrum qui quosdam actus fecerant in cõi & quosdam separatim, qđ si vnus reperitur fecisse mercaturam proprio noĩe,nõ teneatur illam cõicare cum altero fratre. ¶Plus videtur ẽt velle Bal. in locis supra allegatis:& maxi-
3 xime in d.l.si socius.† φ etiam quando non appareret qđ Franciscus cepisset desistere a conferendo & communicando oĩa; sed appareret dominum Marcum emisse suo proprio nomine sciente & patiente Francisco, quod tunc non teneretur dictus Marcus cõicare.ar.l. 1.§. magistrum aũt.ff.de exer.iuncta. d.l. itaque. & ita est intentio Bal. vt patet per iura allegata per eũ. ¶Et p̃dicta procedunt vbi appareret φ inter dictos fratres mortuo patre fuisset tacita vel expressa coita societas omnium bonorum conferendo oĩa vndecunq; obuenientia adinuicem & postea destitissent cõicare, vt dixi supra & narratur in themate.sed vbi non appareret aliquo tempore fuisse contractam societatem omnium bonorum inter eos conferendo & cõicando promiscue oĩa vndecunq; obuenientia iuxta no. in d.§. altero.& in d. l.si patruus.& in d.l.cũ duobus.per doct.& per Bal. in c.1.de benefi. fratrum. & in c.1.§.si duo fratres.de fratri.de nouo benefi. inuesti.& in tracta.de duobus fratribus cum suis concor. tunc res non habet dubium; vt l.cum duobus. §.pap. aliàs incipit. si fratres.ff.pro socio. ¶ Vbi tamen ex pecunia cõi fuerunt acquisita per dictũ Marcum illa prędia, teneretur dominus Marcus pro rata pecuniæ cõis spectante ad dictũ Franciscũ reddere sibi, iuxta.l. 1.& quod ibi no.Bal.C.si quis alteri vel sibi.& l.si ex ea pecunia. C.de rei vend.& in d.l.si patruus. ¶ Tamen in proposito non potest allegari φ dicta pecunia ex qua empta fuerunt proprio nomine Prędia per d. Marcum fue
4 rit cõis, nisi hoc expresse probetur per d.Frãcĩscum:†quia prę
a sumuntur empta illa Prædia ex pecunia propria[a] ementis non
* ex communi* vt.l.si defunctus.C.arbi.tute.& no. Bar.in d.l.si patruus.& Bal.& Sal.in l.pen. C.si quis alteri vel sibi.& etiam Bar.in l.cũ proponas. C.pro socio. ¶Et patet ex narratis in quo præsupponitur quod redditus communes non sufficerent ad victum seu ad necessitates cões,& quod dictus dominus Marcus erat industriosus: nam narratur in puncto quod ille ex industria sua & suorum amicorũ auxilio, acquisiuit aliquas terras.¶Bene facit quod not. Spe.in ti.de iud.§. sequitur. versi.vt
5 autem.in quarta parte.† vbi dum dicit quod si plures erãt fratres remanentes in domo paterna mortuo patre & vnus erat habilis ad lucrandũ,vt quia erat artifex:& tunc si quid acquisiuit non pręsumitur φ acquisiuit ex bonis communibus, sed suis operis & industria sua,nisi aliud probetur per d.l.si defunctus.& l.venditor.ff.de hæ.vel ac.ven.& l.3.ff.ad l.Falcidiam. & cum dictus Marcus possederit dicta bona & possideat. & Franciscus est qui petit,incumbit Francisco onus probandi qđ fuerunt empta ex communi pecunia per no. per glo. in l. cum oporteat in princip. in ver.cuius substantia. C.de bo.quæ lib. Et no. Io.An.in addi. Spec. in titu.de actore.§. 1.in addi.incipiente,in summa.& Bal.in aut.ex testamẽto.C.de col.in 7.col. in ver.11.capitulum &c. bene facit quod no.12.q.1.in c.sint manifestæ.& ea.causa. q.5.in c.nulli.& quod no.Bal.in l.si pariter.ff.de re. du.ex quibus concluditur φ stantibus verbis his de quibus in themate dicto non potest obtinere pręfatus Franciscus petens partem istorum bonorum tanquam communium vel communicandorum per dictum dominum Marcum quæ proprio nomine emit & acquisiuit.

ADDITIONES.

* Possidere.] Sequitur Aretin. consi.68. colum.fina. Natta.
* Infamis] Tamen Ang.conf.184. incip.præmitto ad euidentiam,dicit spurios creari posse tabelliones,& instrumenta conficere,quia vile officium. tamen non dicit, φ possit esse notarius ad banchum. Natta.
a ¶Propria.Rom.consi.3.Cor.consi.98.lib.4. Deci.consi.348.Bertr.consil.253.viso consulta.lib.3.
* No.bene quòd dictum testium ab aduersario productorum,non potest pro parte acceptari quia fides testis est indiuisibilis.vt Bal.inquit in d.l. nulla. ff.de ll.& dicit Bal.in l. 2. versi.Sed reuoco. C.de testi.φ berruarij producti contra potestatem si dixerint partim pro eo, partim contra,non potest fides testimonij diuidi. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Causa appellationis sicut deuoluit totam causam,ita causa nullitatis.*
3 *Sentẽtia super libello inepto ita est nulla,vt nequeat reformari.*
6 *Error debet esse visibilis,vt sententiam reddat nullam.*

CONSILIVM LXXIX.

Prospectis verbis sententijs & libellis & his de quibus in themate fit mentio, dico quòd quamuis An.in l.1.C.quando prouo.non est nece.& in l.si expressim. de app. fuerit in opinione quod ille qui cognoscit super nullitate sententiæ solum possit reformare sententiam nullam, & cognoscere de iustitia vel iniustitia ipsius sententiæ, quando ipsa sententia fuisset nulla propter sordes & corruptionem seu iniquitatem ipsius iudicis, qui sententiam tulerat. ita intelligebat text. in ver. absentem, & in ver. per iniu-
1 riam. iuncto verbo, reformabis.C.de acc. ¶†Tamen communis opin. est quod quandocunque sententia sit nulla quando defectus est in sententia seu concernentibus ipsam sententiã,
* *& non in reliquis substantialibus ipsius processus possit reformari per l.1. ver.sed si huius. ff.quæ sen.sine app.rescin. & per d.l. absentem. Nam dicta lex non loquitur quando sententia esset nulla propter errorem calculi expressum in sententia, vt qa dixit quia quinquaginta q̃ debes tali causa, & 25. quæ debes ex tali, faciunt seu constituunt centum: ideo te condemno in centum, nam iudex coram quo petebatur executio talis sententiæ,contra quem opponebatur de nullitate & errore, vt ibi gl. in versi.quæstionis poterat reformare dictum corrigendo errorem. ¶Præterea non subest ratio quare magis debeat reformari sententia quando est nulla propter sordes iudicis, q̃ quando est nulla ob alium defectum. ¶ Et istam opin. tenuit Inno.in c.cum contingat. in gl.magna. ff. de offic.deleg.& sequitur Bart.in l.si vt proponas.la 1.C.quomodo & quando Iu-
2 dex.† vbi dicit quod sicut causa appellationis deuoluit totam causam & totum negotium ad iudicem appellationis, vt possit ex noua causa sententiam reformare. l.fin. ff.quod cum eo. l.per hanc. C. de tempori. appella. ita etiam facit causa nullitatis: quia facit quod possit ipse cognoscens de nullitate ipsam sententiam reformare cum totum negotium deuoluatur ad eum per d.l. absentem.& d.l.1.& dicit Bar.no.& tene menti hoc dictum: quia a me amplius non audiuisti tale verbum. ita etiam tenet ipse in l.1. C.quando prouo.non est neces.& in l.si est expressum. prælleg.circa penult.col.& Anto. de Butr. & do. Abb. in c. dilecto.de appel. & Bald.& Ange.& Ioan.de Lig.in clem. 1.de re iudic. ¶Et Ioan. de Imola in d. l.si expressim. vbi dicit hanc esse eorum opi. quæ sibi videtur equior & rationabilior ratione circuitus vitandi, vt l.dominus testamento.ff. de condit. indeb. ¶Et respondit ad d.l. absentem. in versi per iniuriam,scilicet ex animo commissam. Alio modo potest intelligi per iniuriam, id est non iure: vt probatur in l. sed si quæcunque.§. iniuria.& in l. 2. & 3.ff.ad l.Aqui.& insti.eod. tit. & ita etiam tenet Abb.in c. cum Ioannes.in fi.de fi.instru.
3 ¶ †Est verum quando nullitas surgeret ex actis in quibus substantiatur & fundatur sententia, vt quia libellus esset ineptus quo casu sententia super eo est nulla; vt no. gl.institu.de obliga.in

ga. in prin. in glo. quę incipit, istud. quam ad hoc ponderat & singularem reputat Bal. in l. actori, in fi. C. de reb. cred. & no. ēt Bal. in l. ex hoc iure, in pen. col. & in l. fi. in prin. ff. de iustitia & iure. & Anto. de Butr. in c. examinato, de iud. & tali casu sententia nulla non potest reformari, ita not. dicit Pet. de Ancha. & Ioan. de Imo. & do. Abb. in c. cũ dilecti. in notabilibus, per illum text. de emp. & vend. & Bald. in l. 2. C. de rescin. vend. in q. vbi dicit ad hoc esse tex. meliorem qui sit in iure, in d. c. cum dilecti. & reputat hoc menti tenendum. ¶Sed iste non est casus noster, quia in libello non fuit ineptitudo, sed si quis fuit
4 defectus, fuit in sola sententia. ¶ † Bene fateor quod vbi prima sententia esset nulla ex eo quia in ea sit expressus error, si iudex postea pronuncians super dicta sententia eam simpliciter confirmat: talis sententia confirmatoria redditur nulla ipso iure. quia sententia confirmatoria referens se ad primam videtur cõtinere eundem errorem quem continebat prima, d. l. 1. ff. quæ sent. sine app. rescin. not. Bart. & omnes in l. 1. C. de erro. calculi. secus si prima sententia erat nulla ex alia causa quàm ex expressione erroris in ea: quia tunc si iudex sequens confirmat illam sententiam confirmans non erit nulla. vt not. gl. & docto. in l. 1. C. quando prouo. & ibi clarè Bal. in versic. quarto quæro vtrum iudex. & firmant omnes in l. expressim de appellationi. sed iste non est casus noster; quia non quærimus hic an sententia secunda simpliciter confirmans primam, prout iacet, sit nulla. ¶Sed quærimus an possit reformari, & dicendũ
5 est ꝙ sic, vt tenetur magis communiter, vt dixi. ¶†Fortius dici potest ꝙ dicta sententia non contineat expressum errorem iuris; quia licet in sententia dicatur condemnamus d. Iulium Cęsarem, Ant. Petronium Ia. & quemlibet eorum insolidum & dictũ eius authorem &c. tñ non per hoc est ꝙ dicatur expressus error iuris. nam quãuis actiones hæreditariæ regulariter diuidantur inter hęredes pro hęreditarijs portionib. l. 1. C. si cer. pet. l. pro hęreditarijs. C. de hęredi. acti. attñ. quia in verbis sniẹ nõ exprimitur, ꝙ condemnentur, vt hęredes, & quilibet insolidũ hęreditario noīe, dato quod ex mente iudicantis appareat iun ctis scripturis ꝙ eos intendit cõdemnare ex causa hęreditaria,
6 attamen per hoc nõ dicitur esse iuris error talis qui reddit sententiam ipso iure nullam. ¶ †Quia ad hoc vt expressione erroris reddat sententia nulla, requiritur ꝙ error sit taliter expressus, quod oculo corporali legi possit, & inspici in ipsa sentẽtia, & non sufficit quod ex mente comprehendatur, seu quod snīa ex mente reducatur ad erroneum intellectum, vt singulariter voluit Inn. in c. P. & G. de offi. deleg. & Ant. de Bur. in c. ab excommunicato. de rescri. vbi reputat hoc singulariter notandũ & reputat do. Abb. in c. 1. de re iud. ¶Bene facit quod no. gl. & doc. in c. 1. de testi. bene fateor quod snīa non est conformis libello: vt patuit in iuribus vulgaribus. Sed hęc disputatio non est necessaria: quia posito quòd esset expressus error: tamẽ posset reformari vt patet per prędicta. nec est necesse vt prius pronuncietur an sit reformanda vel non, sed satis est procedere ad vlteriora, id est ad ipsam reformationem & sententiam. l. à procedente. & ibi not. Barto. C. de dilat. capitul. ex parte. el 3. de app. capitul. cum super. de ordi. cog. Et hoc videtur mihi ipsa veritas alterius rectius sentientis iudicio semper saluo.

ADDITIO.

* Sententiam.] Vide Dec. in rub. de Appellatio. Alex. in l. Iudex postquam. col. pen. ff. de re iud. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Spurius non potest esse notarius actorum.*
3 *Reputatio communis sola, non iustificat notarium.*
4 *Procurator si quis pronuncietur non nocet domino absenti.*
5 *Verba testis, iam sunt decem anni, intelliguntur de proxime prę teritis.*
6 *Ratio mala infringit dictum testis.*
7 *Ratio vicinitatis non valet, nisi in his quæ solent esse nota vicinis.*
9 *Turbatio non probatur per solam locationem.*
10 *Producens capitula non fatetur contenta.*
13 *Testes deponentes de antiquiore possessione præferuntur.*
14 *Aduersarij in facto alieno possessione tolerabilis error.*

CONSILIVM LXXX.

Examinato processu querelę, seu accusationis institutæ per Ioannem Ioseph de Cesena, seu eius procuratorem contra Franciscum de Brunacijs, & statutis mihi transmissis, vna cum alio processu aliàs in causa ciuili agitato, inter dictas partes puto nos esse in casu ꝙ accusatore non probante reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. & c. 1. de eccl. benefi. ¶Non enim obst. in primis si diceretur probatam esse intentionem d. Io. ex responsione aliàs facta per d. Franciscum, cuidam positioni productæ per d. Ioan. de ann. 1461. in qua positione continebatur quòd d. Io. tenuit & possedit dictam petiam terræ de qua ad p̄sens vertitur quæstio per annos saltem sexdecim continuos proximè præteritos. & Franciscus respondit illi positioni qđ credit de duodecim annis: sed ita est quod in accusatione seu querela instituta accusatur d. Franciscus de conturbatione possessionis d. Io. de an
1 no 1461. tamen quia possit d. Io. replicare † quod si semel possedit videlicet tpe de quo in responsione facta dictæ positioni, præsumitur ēt ꝙ postea possederit si allegat se possedisse & pos
* sidere. * vt not. in l. siue possidetis. C. de prob. & Ang. in l. non ignorabit. C. ad exhibendũ. & p Cy. in l. super longi. C. de præscr. lon. temp. & per Io. An. in addi. Sp. in ti. de peti. & pos. §. 1.
2 ad fi. & Bart. in l. Celsus. ff. de vsuc. cum concor. ¶†Põt aliter respondeti ꝙ illę scripturę illius asserti antiqui processus fidem non faciunt: eo quia præsupponitur etiam & probatur qđ ille assertus notarius actoris erat spurius seu natus de nõ legitimo matrimonio: & tales dicuntur infames, vt no. Azo in summa. C. ex qui. cau. inf. irro. in pen. col. Vnde scdm eum repelluntur à dignitate, nisi pp inopiam non legitimi competitoris. l. generaliter, §. spurios. ff. de decurio. & l. 2. C. de dig. li. 12. & no. Bal. in l. 2. ff. de lib. & posth. & in l. generaliter. §. 1. C. de inst. & sub sti. sub condi. fac. Vnde succedit decisio Bart. in l. eadem. ff. ad
* leg. Iul. repe. vbi dixit qđ infamis * sicut non potest exercere officiũ tabellionatus qđ habet in se dignitatem iuxta. l. 2. C. de dig ni. ita non poterit exercere publicum officium aliquod, puta ꝙ esset notarius ad banchum. alleg. no. in l. 2. §. miles. ff. de his qui no. infa. & no. per Bal. in l. Cassius. ff. de senato. Io. de Imo. in l. infamem. ff. de pub. iud. ¶Ergo cum dictus nõtarius asserat se prędicta fecisse tanquã notarium ad banchum leonis causarum ciuiliũ communis Cesenæ, sequitur ꝙ non potuit dictũ
3 officium exercere. ¶†Nec ob. si diceretur quod debent nihilominus valere gesta per eum quia communi opinione fuit reputatus legitimus & naturalis & idoneus tabellio actorum, iuxta ea quæ habentur in l. Barbarius. & in l. actuarios. C. de numerarijs & actuarijs. lib. 12. & hoc nota. Bar. ita no. etiam Inn. & alij in c. nihil. de elec. & Bald. in l. 2. C. de senten. & interlocu. omn. iud. in versi. modo quæro hęc lex &c. Et latè in terminis nostris probat Bart. in d. l. 1. in 6. q. C. de test. & etiam Bald. in l. 2. in vlt. colum. C. de ser. & aqua. & Bartol. in tractatu repræsaliarum, in 5. q. secundæ partis principalis. & Spe. expresè in tit. de instru. edi. §. restat. versi. quid si is qui non est notarius. & sequitur hoc Io. An. vbi supra ver. scias. & ibi vult ꝙ non sufficit ꝙ esset in quasi possessione officij & sic requiritur etiã probare de creatione & communi opinione. & no. etiam Ioan. de Imo. in l. testium. §. 1. ff. de testa. & Bal. in d. l. Barbarius. & ita loquitur illa lex. ¶Quinimò requiritur quod communi opinione fuerit reputatus legitimus: & sic idoneus ad illud officium, vt in d. l. Barbarius. & ibi no. glo. in verbo fructus sit. & d. l. 1. C. de test. & declarat Bald. in d. l. 2. in vlti. colum. C. de seru. & aqua. in d. l. Barbarius. in 12. colum. & Spec. in titu. de prob. §. 1. ver. verum licèt &c. & melius in titu. de instru. edi. §. restat. versi. illud autem notandum est. & doc. in d. cap. 1. in fin. de fi. instru. in quibus locis concludit quod non sufficeret quod cũ aliquibus, puta quod cum duobus gessit se pro tabellione dicti officij: sed quod communiter ab omnib. seu saltem a maiori parte ita habebatur. d. l. 1. cum ibi no. C. de test. & not. plenè in c. consultationibus. de iure pa. ¶Pręterea posito ꝙ illa confessio probaret confessionem Io. hoc non sufficit ad condemnationem Fran. quia nõ est probatum de traditione facta per Franciscum, prout in querela continetur, vt infra ostendam. & pari ratione non obstant nonnullæ attestationes receptæ olim in dicta causa ciuili ad fauorem d. Io. ad probandum de possessione sua, de quibus apparere dicitur apertè ex actis dicti notarij

tarij minus legitimè nati & consequenter minus legitimè ele
cti ad dictum officium, vt dixi supra, dicti asserti testes fuerũt
recepti pręsente & vocato quodam asserto procuratore dicti
4 Francisci, de cuius mandato nihil apparet. ¶ † Et licèt fuerit
pronunciatum mandatum cuiusdam Ser Antonij de Zandi-
nis, tanquam procuratoris dicti Francisci, esse legitimum, ta-
men illa pronunciatio non nocet Francisco: quia non aderat.
l.cum non iusto.ff.de collu.deteg.& tex.in l.non idcirco.§.cũ
postea.& ibi Bal.& Ang.ff.de iudi.Inno.& Io.And.in c.super
literis.de rescri.& Spe.in ti.de fideicom.vers. quid si videtur,
& Io.And.in c.1.de procu.in 6.& no.Cy.Bart.Bal. & Ray.&
reliquit scribentes in l.licèt. C.de procur.& Bal. in l.falsus in
pen.col.de fur. ¶Quinimò iurarunt ipsi testes nõ præsente ser
Antonio asserto procuratore.nec etiã citato sed præsente quo
dam Ser Lanciloto tanquam procuratore substituto: de cuius
substitutione nihil inueni in actis.ergo ille attestationes nihil
nocent tanquam non legitimè receptæ.l.si quando.C.de testi.
¶ Et illi testes non deponunt de aliqua turbatione facta per d.
Fran. d.Ioan.& maximè secundum ꝙ deductum est in querela
vel accusatione postea instituta per Ioã. ¶Nunc videndum est
an per testes receptos in pręsenti causa sit fundata intentio d.
Ioã.petentis condemnari Franciscum tanquam turbantem d.
Ioan.in possessione sua faciendo eam arari & seminari non cũ
voluntate d.Io.possessoris de anno 1462. ¶Et ad hoc proban-
dum primo est inductus Ioannes Balbi, & iste non probat: qa
est ↄ̄rius his quæ deponit alter testis, quod a tpe trium annor.
& citra & per ipsum tempus conduxit a d.Francisco Brunolij
dictam petiam terræ & eam laborauit & granum recollegit,
& respondet de fructibus.Francisco. Dictus verò Budo depo
ponit quod de eodem tempore Ioã. Balbi laborauit, & fructus
recollegit pro Io.Ioseph a quo conducebat dictam terram; &
sic neuter eorum probat, vt no.in c.nostra, de testib. & iste ve
rè Budo secundus testis dicit se nescire de turbatione facta p
Franciscum : quinimò iste Budo in fine sui testificatus vide-
tur sibi contrariari dum dicit ꝙ iam sunt anni duo quod Bla-
sius Zamas amatoris laborauit pro Francisco Brunacij & su-
pra ↄ̄rium dixerat, si bene inspiciatur tẽpus de quo deponit,
dum dixit quod iam sunt decem anni quibus vidit dictã ter-
ram arari a Francisco per duos annos, & postea per Io. Balbi p
5 tempus octo anno. ¶†Nam illa verba.s.iam sunt decem anni,
intelliguntur de decem annis proximè præteritis : vt patet ex
no.per Bar.in l. Celsus.in vlt.col.ff.de vsuc.l.eũ qui calendis.
in prin.ff.de ver.obl. vbi si probaui per testes deponẽtes quod
iam sunt decem anni quod possedi talem rem, non retinerem
modo possessionem. licet dicerem me possidere pro præsenti,
si illa verba, iam sunt anni decem, non intelliguntur de proxi
mis præteritis.per no.in l.licèt.C.de acq.pos.& in l.siue possi
detis.C.de prob.in l.1.C.de ser.fug.& plenè no.doc.in l. si de
eo.§.qui forte.ff.de acq.pos.cum sim.Cuius contrarium dicit
Bar.in d.l.Celsus.in pen.& vlt.col.ita etiam vult Ant. de Bu.
in c.licèt cãm.de prob. circa fi.pe.char.Faciunt no.per Bal.in
l.iudicia, ad fi.C.de rei ven.& sic apparet quod dictus secun-
dus testis tanquam sibi ↄ̄rius non probat.l. qui falsa. ff. de te-
sti.& l.eos.ff.de fal.4.q.4.ver.item qui falsa vel varia.¶Nec re
ducitur ad concordiam dictum vnius, vt no.probat Bar.in d.
l.eos, per illum tex.& Iac.But.in l.de ętate.ff.de prob. & Ant.
de Bu.& d.Abb.in c.cum tu.de testi.& Io.An.in l.inter stipu
lantem.§.1.de ver.ob.& est de mente gl.in d.c.in nostra. quã
ibidem ad hoc ponderat Ant.de But. Item alia ratione nõ pro
bat d.do.Io.Balbi.de turbatione facta per Franciscum quia li
cèt dicat ꝙ Franciscus locauit Io.amatoris, tñ ẽt interrogatus
in causa scientię solum reddit rationem : quia dicit quod ita
vidit Io.amatoris laborare & granum recolligere ex dicta pe-
6 tia terræ: quæ omnia non inferunt ꝙ Fran.locauerit. † vnde p
rationem dicti redditã per testem, si ratio non est cõcludens,
infringitur dictum eius vt no.in l.solam.C.de testi.& no. do-
cto.in c.cum causam quę inter archiepiscopũ.de testi.& bene
ad propositum declarat Bald.in l.conuenticulam.in 6.col.de
epis.& cle.& in l.data opera. in 18.col.C.qui accusare.¶Non
ob. quòd testis dicat quod est vicinus : quia nõ dicit quòd est
7 Francisci Brunacij adeò quòd concludat quo ad eum.¶†Præ-
a tereà illa ratio scio, quia sum vicinus, [a] non concludit in his
quæ communiter sunt no.vicinis, vt circa diuitias, circa mo-
res & similia, aliàs non : vt declarat Bal. in l.conuenticulam,
in 6.vel 7.col. de epis.& cle.& Ang. & Pau.de Cast.in l.1.ff.si
cer.pet.¶Vnde secundum Ang.& Pau.de Cas. ad probandum
quod vicinus vel coniunctus tuus fecerit vnum contractum
nõ est bona redditio rationis sui dicti.s.si dicat scio quia sum
vicinus, vt probatur in l.quoniam sororem. cum ibi not. per
Bal.C.de iu. deli. vnde bene concludit pręsumptiuè ꝙ sciret
an Ioannes de maiore vicinus suus laboraret illam possessio-
nem : sed non concludit præsumptiuè quod illam sibi locaue
rit Franciscus Brunacij vel alius aut ꝙ potius Franciscus loca
uerit quàm alius. ¶Item ad probandũ dictam locationem ve-
ram non dat contestem: & sic est singularis & per consequens
non probat.l.iurisiurandi.C.de test.c.in omni.de test.¶Itẽ di-
ctus Budo.non probat turbationem factam per Franciscum li
cèt, dicat ꝙ iam sunt anni duo, ꝙ Blasius iactius amatoris la-
8 borauit dictam terram pro Frãcisco Brunacij, † nam idem est
dicere, facio pro Titio, & facio nomine Titij.l.fideicommissa
§.interdum, ff.de leg.3.& no.Bar.in l.1.§.nunciatio. in 3.col.
ff.de ope.no.nun.in d.l.fideicommissa.§.plerunque. & Ange.
in l.si pupilli.§.1.ff.de neg.gest.& aliquid per Bar.in l.ad idẽ.
de ver.obl. Et constat quod quis potest facere nomine Franci-
sci: & sic testis ille non concludit vt requiritur ad hoc vt pro-
bat.c.in pręsentia. de probat. & l.neque natales.C.de probat.
¶Item isti duo testes sunt singulares.primus deponit quod Io.
An.amatoris laborauit pro Frãcisco Brunacij, & secũdus de-
ponit de Blasio iactius amatoris: & sic tanquam singulares nõ
probant.ca.bonæ.de elec. c.licet causam de proba. & licet di-
cat iste secundus testis quod àudiuit a Ioan.amatoris quod di
ctam terram conduxerat a Francisco Brunacij : tamen nõ pro
bat contra Franciscum : quia deponit. de auditu ab alio.l.si
9 quando.cum ibi notatis.C.de testi.¶†Item quia sola locatio fa
cta per Franciscum alio non probato non est sufficiens proba-
tio ad turbationem possessionis nisi probetur quod per talem
locationem fuit impeditus Ioannes vti, vt fertur re vel posses-
sione sua.l.vim facit.ff.de vi & vi ar.& patet ex no.per Bar.in
l.1.§.huius autem interdicti.circa princ.ff.vti possi.¶Tertius
testis Franciscus Gotardi etiam non probat aliquid sufficien-
ter de turbatione facta per Franciscum, vt patet ex depositio-
ne sua iunctis his quæ dixi ad infringẽdum probationem præ
cedentis testis.¶Quartus testis, scilicet iactius amatoris q non
probat etiam aliquid quod viderit dictum Franciscum proba
re dictum Ioannem Ioseph in sua possessione, faciendo arari,
& seminari prout in querela. & licèt dicat quòd Ioannes ama
toris conduxit dictam petiam terræ a Francisco : tamen si to-
tum eius dictum bene legatur, videtur deponere se scire: quia
hoc audiuit a Ioanne prædicto fratre suo & sic deponit de au-
ditu ab alio.Item quo ad probationem dictæ locationis & tur
bationis est singularis, posito quod aliquid probaret. ¶Quin-
tus testis.s.Baptista, ẽt sufficienter nihil probat quo ad posses-
sionem Ioannis, nec quo ad turbationem factam per dictum
Frãciscum, de qua nihil in effectu deponit. Sextus & vltimus
testis, scilicet Ser Balthasar non probat de possessione saltem
intentata & deducta accusatione.Item deponit solum de con
17 †& etiam est valde familiaris,& attinens partis aduersæ:ergo non est idoneus testis,l.3.in prin.& §.1.ff.de testi. ¶Non obst. dictum magistri Guilielmi : quia nullam mentionem facit de magistro Anton. nõ sunt alij testes q̃ supra nominati,qui inter fuerũt instr̃o donationis,excepto do.Hieronymo:qui remanet singularis.¶Præterea,vt dixi,ipse & alij deponũt ꝗ ipse erat sanæ mentis , & actus tempore donationis indicat potius cõtrarium:& hoc sufficit vt intelligatur tunc fuisse furiosum. ¶ Nõ ob.id quod deponit 19.testis actoris,s. Dominicus, qui deponit quod in eo instanti quo fuit celebratum instr̃m donationis, non fecit aliquos actus fatuitatis:quia respondeo quod iste testis non probat ꝗ fuerit sanæ mentis :imo potius deponit contrarium , eo maxime quia deponit quod incontinenti post factum instr̃m donationis magister. A.dicebat sic, che è vegnuto à fare quì questoro.ecce signum dementiæ,ille enim q̃ non habet constantiam ordinatam,dicitur esse in demẽtia.Cum ergo apparet ex dispositione istius testis quod incontinenti post donationem fecit actus dementię.Et idem dicunt alij testes actoris, qui ẽt deponunt ꝗ incontinenti ante donationem viderũt esse fatuũ,ergo sequitur quod tempore donationis præsumitur esse fatuus stante ẽt quod instr̃m talis donationis potius sonat in dementia:& eadem ratione non ob.id quod deponit 20. testis actoris,dũ deponit quod fecit reuerentiã Vicario: quia dicit quod do.Antonia dixit magistro An. leuati suso che viene lo Vicario;& ad illa verba surrexit prout sæpe faciũt stulti:qui omnia quę eis dicuntur, faciunt.Itẽ deponit dictus testis quod eodem die quo instr̃m donationis actũ fuit, & ante & post incõtinenti & per plures menses fecit plurimos actus fatuitatis, prout ipse explicat:ergo apparet quod tẽpore donationis fuit vel fuisse præsumitur mente captus vt dixi.¶Et eodẽ modo dico non obstare id,quod deponit ꝗ interfuit donationi:sed dicit quod ante donationem loquebatur more hominis,qui erat sani intellectus: non tamen deponit quanto tẽpore ante donationem & sic non contradicit testibus aut aliquibus qui dicũt quod post donationem non erat mente captus non curo, quia non deponunt incõtinenti post donationem & dato quod aliqui deponerent,tñ testes nostri omnes deponunt ꝗ erat fatuus & per cõsequens habebat dilucida interualla. quo casu q̃ vult dicere

dicere quod erat sanę mentis tempore donationis habet neces
se probare vt est ostensum.¶Et pręsertim cum testes actoris sint
plures & verosimiliter deponentes vorosimilia, cum dicunt ēt
18 magis credenda† quia pro magna parte sunt testes vicini & q
conuersabantur in domo & vxor eius vicini quæ melius pręsu
mitur scire facta vicinorũ q̃ alij, l. filium, ff. de his qui sunt sui
vel alie. iu. l. si ita, §. fi. de fun. instr. c. quosdam, & c. quanto, de
pręsump. & ēt ille qui frequentat in domo, melius præsumitur
scire, l. consensu, C. de repu. c. veniens, el 2. extra de tes. ergo eis
vt melius informatis credendum est, l. ob carmen. §. fi. ff. de te.
¶Vnde dicit in proposito Iac. Bu. in l. maiorem, ff. de pac. quod
si potestas ciuitatis habet plures iudices non debet stare dicto
maioris partis, se illius qui melius scit per d. l. ob carmen. Ex
quibus videtur clarè constare donationem esse nullam.

ADDITIONES.

a ¶Consequentia infra eo. consi. 156. Fel. c. cum exhibita, in princi. de iudic. Iac. tract. feu. versi. & dicti vasalli pro dic. reb. feu. col. 12. Curtius trac. feu. par. 7. q. 9. Ias. l. decem, col. 8. de verbo. obliga. l. si quis nec causam, col. 7. de reb. cre. l. filiusfam. §. diui, lec. 1. col. 6. de leg. 1. Hypp. d. l. de vno quoque limita vt Alex. l. sæpe col. 8. de re iudi. Ias. consi. 111. in fi. lib. 1.

* Præiudicium.] Vide late Alexand. in l. sæpe colum. 22. de re iudica. vbi videtur dicere, q̈ facit semiplanam, licet non firmet. Sed istud tenet Felin. in c. quamuis, circa prin. extra de re iudica. Dec. consi. 42. col. fi. & consi. 272. colu. 2. & consi. 596. col. 1. Natta.

b ¶Curatoris Bertran. consi. 48. ex processu. col. 4. 5. lib. 1. Alex. infra li. 7. consi. 147. nu. 9. Bar. Pau. Alex. d. l. is cui bonis.

c ¶Præalleg. vbi Alex. & omnes aliud tenent in prodigo.

d ¶Singulares infra lib. 2. consi. 147. nu. 20.

e ¶Furore supra lib. 1. consi. 141. nu. 4.

CONSILIVM LXXXVII.

VIDE supra lib. 1. consi. 2. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes sunt capaces bonorum immobilium vt vendant.*
5 *Prædicatores non sunt mendicantes nisi ex constitutionibus.*
6 *Replicans de absentia contra præscriptionem tenetur probare.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Eximie domine Vicarie in causa ser Thadæi Mameli
1 ni visis dubijs. ¶† Circa primum quo dubita
tur vtrum fratres prædicatores potuerint dictam cessionem ex
causa vēditionis facere d. Thadeo, & quia coram eo res agitur
corã quo opus est veritate vti potius quàm multiloquio. ¶Bre-
* uiter * respondeo cessionem valuisse, quia vt in instrumento cõ
tinetur facta fuit pro libris trecentis conuertendis in necessita
tes vel vtilitates dicti conuentus, ita dicunt verba instrumēti:
& cõstat quod dicti fratres sunt capaces rerum immobilium,
a vt vendantur [a] vt no. gl. in c. 1. in verbo. demum. de reli. domi.
in 6. & Bal. in l. cõquestio, in fi. C. de leg. Et communis opi. est
q̈ si quis ingrediatur talem religionem pręd icatorum, mona-
sterium est capax bonorum immobilium saltem, vt vendat &
in suas necessitates conuertat, vt no. Sp. in c. de sta. mon. vers. 3.
quæritur, & Arc. in c. quia ingredientibus, 19. q. 3. & Lapus &
Io. An. in d. c. j. de relig. do. lib. 6. in nouel. & doc. etiam Domi.
& multi alij quos refert & sequitur Ant. de But. in c. in pręsen
tia, de proba. in ver. quintus casus &c. & Bal. in l. cum acutissi
mi, C. de fideicõ. & Io. de Imo. in l. Lucius, la vlt. ff. de hæredi.
inst. & in l. 1. ad fi. ff. de test. & in d. c. in præsentia, & etiam do.
Abb. ibi: & ita consuluit Io. Calde. in consi. 46. sub rub. de te-
sta. & dicit Bal. in auth. nisi rogati, in j. col. C. ad Tre. q̃d ita de
consuetudine seruatur, & istud est nota. & ita dicit Pau. de Ca.
ibi quod ita etiam vidit consultum per collegium Bononiæ &
doct. in d. c. in præsentia. & respondet ad ea quæ in cõtrarium
possent adduci, & propterea verba eorum formaliter non refe-
ro: sed si non habetis mittam vobis libros pręd ictos. ¶Non ob.
dum dicitur q̈ posito q̈ fratres prædicti potuissent capere hæ-
reditatem dicti Lenci, & magistri Pauli filij & hæredes dicti
Lenci per ingressum monasterij factum per dictum Paulum:
* tamen fratres permittendo domum possideri * per matrem
dicti magistri Pauli, & non apprehendendo possessionem do-
mus, videntur tacitè voluisse domum pertinere ad eam, per
not. per Bald. in authen. si qua mulier, in vlti. colum. C. de
sac. san. eccle. Quia respondeo q̈ vbi non apparet dę contraria
mente conuentus. verum est quod possunt fratres conniuenti-
bus oculis pati, quòd mater ingressi possideat bona ingressi,
& nunquam apprehendendo illa bona vel iura elapso tempore
pręfixo ad agendum, vel ad adeundum, videnť non se immisce
re hæreditati in bonis ingressi, sed cum appareret contraria
mens conuentus vt patet ex dicta cessione facta per conuentũ
vt hæredem dicti Lenci, mediante persona dicti magistri Pau-
li, sequitur quod præsumitur conuentum tolerasse d. dom. Vr-
sulinam habere in dicta domo, non animo à se abdicandi di-
ctam domum, sed vt dicta domina Vrsulina tãquam mater di-
cti magistri Pauli, haberet vsum & habitationē dictæ domus,
donec conuentus toleraret: quia vbi potest capi alia coniectu-
ra quàm donationis, cessat præsumptio donationis, l. cum de
indebito, ff. de proba. in princi. & c. super hoc. de renun. ¶Nec
tali spatio temporis quo dicta domina tolerata fuit ibi habita-
re excluditur conuentus à iure adeundi vel vendicandi bona
de lata monasterio, vt patet in l. licet, cum ibi no. C. de iure de-
libe. & in auth. quos actiones, C. de sacrosan. eccle. & in c. il-
2 lud, de rescrip. cum simi. ¶† Præterea non est probatum quòd
conuentus seu repræsentantes totum conuentum sciuerint d.
dom. Vrsulinam habitare dictam domum pertinentem ad con
uentum. Vnde sicut in expressa renunciatione requirebatur
scientia & voluntas conuentus, seu capituli, scilicet quòd sci-
rent illam domum ad eos pertinere, & per dictam dominã pos
sideri, l. in repudianda, ff. de acqui. hæredi. l. mater, §. cum quis
decedens, ff. de inoffic. testa. ita in tacita: quia non potest plus
tacitum quàm expressum, l. tacitum, de verbo. ob. l. cum quid.
si certum pet. ¶Item respond. quod Bald. non dicit q̈ per illam
tolerãtiam monasterium videatur repudiare. imo dicit quod
requiritur quod in ipso ingressu antequam bona sint acquisi-
ta monasterio, oportet quod per monasterium agatur seu de-
claretur quod bona ingressi non acquirantur monasterio. Hoc
specificè etiam probatur per id, quod not. Bar. Ange. & Io. de
3 Imo. in l. recusari, ff. de acqui. hæredi. vbi dicunt † quod si so-
ror permisit hæreditatem paternam diu possideri per fratres:
& quando aliquo egebat, petebat ab eis vt ab ipsis fratribus ex-
clusa quod videbatur repudiasse, ar. l. Procula, ff. de probatio.
secus dicitur si solum ipsa diu siluit patiendo illos possidere &
cum fratribus nihil commune habuit ab eis nihil petēdo, nec
cum eis rationem calculando de alijs gestis inter eos: quia ta-
le diuturnum silentium non sufficeret ad inducendam repu-
diationem: per d. l. licet, & dicunt præfati doct. quod istud ēt
fuit de mente Barto. ergo non potest dici ex tali sola patientia,
quando etiam de ea legitimè constaret, induci repudiationem
seu abdicationem à se. ¶Nec est etiam probatum quod fratres
sciuerint dictam dominam Vrsulinam vendere aut vendidis-
se dictam domum quamuis etiam si probatum esset. non suffi-
ceret per prædicta. ¶Non insisto an priuilegia concessa dictis
fratribus fuerint producta tempore congruo vel non: quia
hoc mihi non constat: sed bene dico quod eorum productio
4 non fuit necessaria attenta communi opin. prædicta. † & atten
to quod dominium, & possessio. quod erat apud magistrũ Pau
lum tempore ingressus monasterij transiuit ipso iure absque
alio facto in monasterium, l. si adoptauero, ff. de præca. iuncta
b auth. ingressi. [b] & vtrobique not. C. de sac. san. eccl. & per Bar.
in l. qui vniuersas, ff. de acqui. poss. & Bal. in auth. nisi rogati,
in pen. col. nisi in tempore ingressus declaretur seu agatur per
monasterium quòd bona nõ acquirantur monasterio, vt dicit
Bald. in præalleg. auth. si qua mulier. in vlti. colum. ¶Nec dica
tur quòd non transit in monasterium quod est incapax: quia
5 dico quòd monasterium prædicatorum est capax. ¶† Nam pre
dicatores ex regula non sunt mendicantes, sed ex constitutio-
nibus suis à sede Apostolica confirmatis, vt inquit Fede. de Se-
nis suo consi. 9. incip. fratres prædicatores & doct. & in d. c. in
præsentia, & Bald. in l. cum acutissimi, & Ant. de But. in c. ni-
mis praua. de exces. præla. & dictæ constitutiones permittunt
vt immobilia capiant, & pro necessitatibus suis alienent vt di-
cunt doct. in dictis locis & dictum est suprà. ¶Et ita factũ fuit
in casu nostro. ¶Et si alienatio facta esset ob duplicem causam,
satis est q̈ vna causa sit de permissis, licet alia non, vt signan-
ter deciditur ex not. per Inno. in cap. in præsentia. de renuncia.
& per Barto. in auth. non licèt, in fi. C. de lib. præ. facit, l. si
plures, inst. de excu. tuto. & quòd habetur in cap. 2. de rescrip.
¶Stantę ergo quòd titulus ser Thadei sit legitimus resultans
concur-

concurrentibus probationibus factis in processu quod est fundata intentio sua, quia probauit de dominio suo seu authorũ à quibus habet iura cessa: nam probauit de titulo emptionis * ser Lenci. propter quem præsumitur bona fides. l. penul. C. de euict. ¶Probauit etiam de possessione continuata vltra decem annos tam per dictum Lencium, quàm magistrum Paulum eius filium & hæredem, per quam præscriptionem acquiritur vtile dominium, vt in authẽ. nisi tricennalis, & ibi plenè not. C. de bon. mater. & in l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arc. ¶Non obst. ꝙ requirebatur probari quòd per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes possederint iuxta l. pen. & fi. C. de præscrip. long. temp. quia respond. primò, quòd est probatum per testes quòd iuncta possessione Lenci & possessione magistri Pauli possederunt per annos sexdecim vel circa, cum igitur translata fuerit ipso iure possessio magistri Pauli in monasterium, d. l. si adoptauero. & ibi Bar. sequitur ꝙ monasterium etiam dicitur continuasse in ipsa possessione quam non intelligitur monasterium perdidisse saltem ante lapsum decem annos postea secutorum iuxta not. in l. 1. C. de ser. fugiti. & in l. furtum. §. fundi. ff. de vsucap. & l. si de eo. §. si forte. ff. de acq. poss. cum sim. ¶Præterea cum monasterium sit vniuersalis successor, vt in d. auth. ingressi. & in d. cap. in præsentia. sequitur quod monasterium absque alia apprehensione possessionis poterit præscriptionem cœptam per Lencium & magistrum Paulum perficere. l. cœptam. ff. de vsucap. ¶Item respondeo, quòd hic non apparet aliquis absens contra quem durante primo decennio dicatur fuisse inchoatam præscriptionem adeo ꝙ quò ad eam possit dici non fuisse præscriptum. ¶Fortius etiam
6 voluit Ang. in l. emptore. C. de præscri. long. temp. † quòd ei, qui allegat absentiam ad infringendam præscriptionem aduersarij, incumbit onus probandi. l. cum te. C. de probatio. & l. ei qui. ff. de probat. ¶Præterea secundùm quòd not. per Nicol. de Matar. & Bal. in l. cum rebus. C. de probat. col. 2. quando probatur per agentem rei vendicatione de titulo emptionis, & solutione pretij, & de possessione vacua, quæ præsumitur fuisse si apparet ꝙ venditor diu possedit: vel apparet quòd emptor diu possederit, intelligitur probatum dominium directũ præsumptum per d. l. cum res. & dicit ꝙ illud diu possedisse potest accipi pro tempore minori etiam decem annorũ arbitrio iudicis. Nec etiam his quæ dicta sunt supra de præscriptione, obstat si diceretur quod fuit interrupta præscriptio per possessionem dominæ Vrsulinæ; quia respondeo quòd domina Vrsulina stabat in domo cũ magistro Paulo filio suo & hærede Lenci, ad quem magistrum Paulum & hæredẽ spectabat domus: meritò præsumitur quòd mater ibi staret iure familiaritatis, cum titulus spectaret ad alium: & sic non dicebatur do. Vrsulina possidere. l. qui iure familiaritatis. & ibi not. doct. ff. de acquir. poss. l. & habet. §. hospites. ff. de preca. & ibi doct. & cum post ingressum in monasteriũ factum per magistrum Paulum non superuenerit sibi titulus aut causa mutandi sibi causam possessionis, nõ potuit sibi mutare causam possessionis de nulla in aliquam. l. cum nemo. C. de acquir. poss. & ibi not. & in l. 3. §. illud. ff. eod. tit. ¶Nec etiam in dubio præsumitur alium fuisse sibi animum, scilicet mutandi, quia præsumeretur deliquisse, & iniustè fecisse quod l. non præsumit. l. merito. ff. pro socio. ¶Præterea etiam ante ingressum erat perfecta præscriptio: vt patet ex superius dictis. ¶Circa Publicianam non es-
7 set opus insistere: quia prædicta sufficiunt. † tamen etiam in hoc potest optimè dici eam fuisse intentatam: quia expressè in libello dicit quòd spectauit ad Lencium iure dominij, vel quasi, & sunt probata quæ sunt necessaria: quia est probatum de titulo & de possessione longi temporis, adeò quòd res poterat præscribi: ergo & Publiciana locum haberet. l. eum qui. in princip. aliàs est. l. sed si res. §. eum, qui. ff. de public. & not. doct. in d. l. cum tres. & possessio translata fuit in monasteriũ: vt sæpe dictum est, & posito etiam quòd non fuisset translata. tamen quia monasterium est vniuersalis successor in quem ipso iure transeunt iura: potest ex persona eius à quo causam habet intentare publicianam, absque alia traditione facta ipsi vniuersali successori: vt declarant docto. in l. cum sponsus. §. is cui. ff. de public. per illum textum. & in l. 1. §. 1. eod. titu. cum sim. reliqua suppleat præstantia domini iudicantis si expediat iuxta rubricam, & in l. 1. C. vt quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat.

ADDITIONES.

* Breuiter.] Fratres prædicatores sunt capaces rerum immobilium. Vide etiam Alex. infra. col. 2. Natta.

a ¶Vt vendantur. Luc. Pen. l. 4. C. de iure fisci. lib. 10. Philipp. Franc. in rub. de test. Pan. consi. 27. lib. 2. Fel. c. in nostra. col. 24. de probat. Are. in l. apud Iulianum. §. constat. col. 3. & Ias. col. 3. ff. de leg. j. Raphael. Cuma. consi. 69. viso testamẽto. Deci. consi. 559. Bertr. consi. 152. pun ctus. col. j. lib. j. consi. 161. regula, consi. 174. ex progressu. lib. 2. consi. 12. lib. 3. And. Tiraq. in consi. d. tit. retract. §. j. gl. 4. sed quod sint prorsus incapaces tenet Fulgos. consi. 104. Titius condidit testamentum. Corn. consi. 207. lib. 4. Gemin. consi. 40.

* Posfideri.] Potest monasterium pati conniuentibus oculis ꝙ hæreditatem monacho delatam consanguinei possideant quia in acquirendis ecclesia sibi potest præiudicare, ita Bal. in d. auth. si qua mulier. Sequitur Ias. in l. legatum. circa fi. ff. de leg. j. Natta.

b ¶Aut ingressi. Quæ non seruatur in hoc regno nec fit dedicatio tacita, vt dixi in consuet. Paris. §. 152.

* Emptionis.] No. quòd probato titulo iuncta possessione continua decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, intelligitur probatum dominium. Quod quæritur ex præscriptione. Imò sufficit: quòd diu possederit arbitrio iudicis, vt Alex. dicit infra hoc eod. consi. col. fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui semel possedit non potest agere petitione hæreditatis.*

5 *Filius qui non adiuit ex capita liberorum intra triginta annos põt ex capite legitimorum adire intra alios triginta annos.*

8 *Fides mala defuncti impedit hæredem præscribere.*

9 *Restituitur ex capite ignorantiæ contra præscriptionem longissimam.*

11 *Læso vltra dimidiam subuenitur in contractu stricti iuris.*

12 *Causa falsa vitiat contractum. nu. 14.*

13 *Lucrum si est radicatum, idem de eo iudicatur quòd de damno vitando.*

CONSILIVM LXXXIX.

Viso puncto & instrumentis de quibus in eo. ¶Puto pro veritate sic de iure concludendum esse: videlicet quod d. Marcus & Pollionus tanquam in effectu hæredes Francisci de Vende. maximè mediante persona do. Isabetæ matris eorum, ac filiæ & vniuersalis hæredis quondam Francisci prædicti mediantibus personis Nicolosæ & Margaritæ filiarum dicti Francisci, quæ in pupillari ætate decesserũt possunt agere petitione hæreditatis contra hęredes dicti ser Cechi possessoris dictæ petiæ terræ, quæ vt dicitur possidebatur per d. Francisc. tempore mortis suæ, & sic in eius hæreditate remansit, & per consequens pro ea dari potest petitio hæreditatis hæredi. l. item videndum. §. fin. cum l. seq.
1 ff. de petit. hæred. † & hoc si ista res nunquam fuit possessa per hæredes d. Francisci, puta per do. Isabetam, & d. Marcũ & Pollionum. quia aliàs si fuisset possessa, nõ competeret petitio hæreditatis pro tali re: vt est gl. not. in c. 1. de confes. in 6. in glo. 1. circa fi. & not. Bart. in l. 2. post glo. ff. de fidei. hær. pe. sed esset tunc agendum Publiciana: vt ꝟ dicam. ¶Si autem d. Isabeta post mortem patris possedisset istam rem, non autem possedissent Marcus & Pollionus possent tanquam hæredes matris agere petitione hæreditatis contra possessores, iurando quod ista res remansit in bonis & hæreditate dictæ Isabetæ, vel etiã si constat quod dictus Franciscus habuit titulum emptionis habilem ad translationem dominij vel quasi in dicta petia terræ, possent dicti eius hæredes agere Publiciana: vt l. 1. cũ multis seq. ff. de publi. ¶Et si probaretur ꝙ actor à quo d. Frãciscus habuisset causam: fuisset dñs d. petiæ terræ possint dicti hæredes agere rei vendicatione si vellent: casu quo possent probare authorem d. Francisci fuisse dñm secundum modum de quibus per gl. & doct. in l. cũ res. C. de probat. & per Bart. in l. rẽ, quæ nobis. de acq. poss. & in l. rem alienam. C. de pig. act. & in l. 2. ff. de vsur. & per Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 56. in tit. de act. & peti. §. sequitur. vers. sinautem velis. & per Bal. in l. cum super. C. de rei vendi. & in auth. quas actiones. C. de
2 sac. san. eccl. & in l. 1. in prin. ff. de rerum diuis. ¶† Et caueat agens ne cumulet petitionem hæreditatis cum rei vendicatione, vel publiciana pro eadem re: quia non procederet libellus reo opponẽte, vt declarat Cy. & Bal. in l. 2. C. de peti. hære. ¶Et dato quod non appareret ꝙ do. Isabeta vel suę sorores hæredi-

tatem patris adiuiissent: tamen eam transmisissent non aditam ad dictum Marcum & Pollionum in effectu hæredes eorum ex potentia suitatis secundùm veras & communes opinion.l. si fratres.C.de iure deliberan. & l.apud hostes. de suis & legi. l.ex militari.§.fi.cum l.seq.ff.de testam.milit.& plenè per Bartol.& doct.in l.ventre.de acq.hæred. & in l.si filius qui patri. ff.de vulga.& pup.& in l.si infanti, de iure deliber.cum simil. ¶Tamen de aditione hæreditatis Francisci facta in effectu, per
3 d.dominam Isabetam euidenter patet † per instrumentum solutionum debiti hæreditarij, de anno 1461.per quem actum inducitur aditio.l.2.C.de iure delibe.& plenè in l.gerit. ff.de acquir.hæredi. ¶Et si dictus Iacobus frater vtrinque coniunctus d.Pollioni & fratris Marci decessit hæreditate d.dominę Isabetæ eius matris non adita, sequitur quod mero iure per ius accrescendi portio delata d. Iacobo accreuit d. Marco & Pollioni cohæredibus æqualiter,iuxta l.1.cum materia. C.qñ
4 non pet.par.& l.1.§.his ita.C.de cad.tol. cum sim.† quia hæ-
a reditas materna non adita [a] non transmittitur communi iure ad hæredes, qui non sunt de descendentibus ipsius qui decessit hæreditate non adita.l.vnica. C.de his qui ante aper.tabu. & ibi not.in l.1.§.nouissimo.de cadu.tol.l.2.§.si quis ex liberis.& ibi not.ff.ad Tertul.& si apparet φ Pollionus asseruisset d.Iaco.adiuisse matris hæreditatem: illa assertio minimè sufficeret nec probaret quò ad præiudicium Marci volētis per ius accrescendi venire pro rata & portione delata Iacob.l.si vnus. §.an omnia.& l.fi.de pact.cum simil. ¶Nec obst. dictis agentibus exceptio præscriptionis. Primò aut volumus dicere quòd ipsi sunt exclusi per præscriptionem à iure adeundi hæreditatem matris,scilicet d.Isabetæ,quia respon.quod si appareat d. Marcum & Pollionum,vel saltem alterum eorum adiuisse hæreditatem matris intra 30. annos à tempore quo excesserunt pupillarem ætatem,quando ille adiuit.Non ob.prædicta præscriptio. nam prædicta pręscriptio solum tenere incipit post pupillarem ætatē.l.sicut.de pręscrip.30.ann.& in l.1.in fi.C. in quib.cau.in integ.resti.non est necessa.vbi not. †Si aūt non
5 apparet aliquē eorum adiuisse dictam hęreditatem matris intra 30.ann.adhuc non obstante cursu 30.ann. haberet facul-
b tatem adeundi mater.nam intra alios [b] 30.ann. vt simpliciter
* decidit * Ang.& Pau.de Cast.in d.l.licet.C.de iure delibe.vbi propriè loquuntur in hæreditate materna delata ex testamento vel abintestato. Et referunt ita consuluisse Bar.& mouetur, quia si filius ex capite liberorum vel intestato non adiuit hæreditatem maternam intra 30.anno. debeat postea posse adire ex generali capite legitimorum in alios 30. ann. hoc probant per l.1.§.sed videndum. ff.de suc.edi. Sicut enim habet annos 30.ad excludendum à bonorum possessione de iure prætorio; ita pari ratione se habent anni 30. ad excludendum de iure ciuili.d.l.licet.cum ibi not.¶Et si contra eos adduceretur quod istud non posset procedere in hæreditate materna: quia in ea non videtur habere locum vnde liberi,cum non datur bono. poss.contra tabu.si est præteritus à matre. l.illud.§.ad testa.de
6 bono.poss. contra tab.Instit.de exhære.§.liberi. †Nam ad hoc potest responderi, quod licet ante iura authenticorum filius contra testamentum matris non habeat bonorum possessionē contra tab.cum hodie videtur φ illam habere possit filius pręteritus à matre sine expressione causæ: vt firmat Ang.in l.1.C. de carbo.edic.& idem tenet Lud.Rom.in l.posth.in princ.C. de cōtra tab.in d.rub.vnde liberi.vbi refert φ Ang.in quibusdam lect.ita tenuit in l.1.C.de bon.poss.contra tab.quia quando hodie filius est præteritus à matre sine expressione causæ tantum redditur ipso iure nullum non aūt habetur filius pro exhæredato: vt probatur in auth.vt cum de ap.cog.§.illud. & ibi not.& sic cessat ratio propter quam olim bonorum possessio contra tab.non dabatur in hæreditate matris: quia habebatur pro exhæredato non datur contra tab. vt l.non putauit.in princ.& l.si post mortem.§.exhæredato. in fi.ff.de bono.poss. contra tab.¶Pro hoc facit quia eodem iure datur bonorū possessio contra tab.quo datur ius dicendi nullum,vt inquit Bar. in l.si post mortem.§.fi.ff.de bono.poss.contra tabu.per l.1.in prin.eo.tit.ergo cum tali filio exhęredato sine expressione causę à matre detur ius dicendi nullū.d.§.aliud.& ibi not. & plenè not.Bar.& alij in auth.ex causa.C.de lib.præt.¶Pręterea dato φ filius in hæreditate matris per caput veniat vnde legitimi.l.2.in fi.ff.vnde legit. & per caput vnde cognati, & sic exclusus per vnum cursum præscriptionis à capite vnde libe. haberet aliud caput vnde legitimi: per quod pōt venire nisi noua pręscriptio pręcurrat: vt d.§.dicendum. ita & exclusus per cursum vnius pręscriptionis à capite haberet aliud caput per quod venire potest, s.vnde cognati: nisi noua præscriptione exclusus sit ab illo capite: vt in pręalle.§.sed videndum. & sic requiritur cursus,60.ann.& hoc vt ab vtroq; capite sit exclusus secundùm descriptionem Bal.& aliorum in d.l.licet. Sali. ibi dixit se dubitare an illa decisio sit vera ex eo,quia oēs successores sunt hodie legitimi.tamen inter eos tria sunt capita, s.liberorum ascendentium, & collateralium in auth.de hęre.ab intestato.§.1.cum seq.Et sic exclusus à capite liberorū non potest venire ex capite collateralium, & dicit φ §.sed videndum
7 loquitur secundùm iura antiqua. ¶†Sed certè verior & cōmunior est prima opi. quia non potest negari quin hodie in hęreditate matris filius de iure ciuili possit venire ex capite liberum per Orficianum Senatusc.in l.1.& per totum.C.ad Orfi. & etiam ex capite agnatorem de iure ciuili hodie,cum cognati succedant etiam de iure ciuiti sicut & agnati.§.nullā. in authen.de hęre.abintest. & sic videtur φ ratio decisionis quę est in d.§.sed videndum. habeat locum in filio etiam volente succedere matri: cum possit venire ex pluribus capitib. ¶Aut volumus dicere φ isti sunt exclusi por pręscriptionem non dico à iure veniendi ad hęreditatem matris, licet à iure agendi petitione hęreditatis ad dictam petiam terrę spatio 30.ann. & vltra: iuxta l.hęreditas.cum ibi not.C.de petit.hęre.& in l.hęreditatem.C.in qui.cau.ces.lon.temp.pręscri.vel à iure agendi rei vēdicatione vel publiciana: quia possessores huius rei possederint spatio 30.an. ¶Et dico φ hęc exceptio pręscriptionis non potest obstare, quia d.ser Cechus non potuit incipere pręscriptionem: quia erat in mala fide,c.fi. de pręscri. & in c.possessor.de reg.iur.in 6. ¶Quod autem fuerit in mala fide patet: quia ista res fuit descripta per do.Benedictam matrem dictarum Isabetę, Nicolosę,& Margaritę, in inuentario dictorū bonorum pupillorum condito per d.ser Cechum procuratorem ac fideiussorem d.do.Benedictę tutricis pupillarum dictarum
8 eius filiarum.†& mala fides d.Francisci, nocet hęredibus suis & eos impedit pręscribere absq; alio titulo.l. cum hęres. ff.de diuer.temp.pręscr.quia censetur vna & eadem persona cū defuncto in auth.de iureiur.à morien.pręsti. in fin. & non debet esse melioris conditionis hęres q̃ defunctus.d.l.cum hęres. & in l.in omnibus.§.non debeo.& l.ex qua persona.ff.de re.iur. c.is qui ius.de reg.iu.in 6.& hęres tenetur exonerare cōscientiam defuncti, vt c.fi.de sepul.ca.in literis.de rapto.¶Et ita in proposito nostro tenet Io.And.in addit.magna.& Ant.de Bu. Io.de Imo.& d.Abb.in c.si diligenti.de pręscr.& Io.de Imo.c. fi.eo.tit.in 3.col.vbi dicunt, φ mala fides defuncti in pręscriptione bene nocet successori vniuersali in hęreditate, sed non successori in prelatura. & ita procedat quod no.in c.cum circa de iure patr.& opi.Dy.in regula potest s̄.alleg.cum cōcorita etiam tenet Pau.de Cast.in l.3.& l.Iul.sequitur.§.hęres.de vsur.& Ludo.Rom.in l.Pomponius. §.1.de acq.poss.bene facit quod not.Bal.in auth.ad hęc. C.de vsu.in 6.col.in ver.sed
9 quid dicemus.de hęr.pręscri. ¶†Vel dato φ pscriptio esset decursa. tamen d.hęredes do.Isabetę qui habuerunt pręsumptā causam ignorantiæ de iure eis competente in d. petia terræ. l. qui in alterius. de reg.iur. possunt incidenter petere restitutio-
c nem [c] in integrū ex clausula generali si qua videtur iusta causa aduersus eum iuxta dictam præscriptionem: quæ opponeretur,vt no.gl.in l.si partem.§.1.ver.vtēdo. quemad.ser.amit. & glo.in l.1.C.de pat.pote. & firmat Bar.in l.1.§.quis autem propter.ff.de iti.actuq; priua.per illum tex.cū ibi no.& Bart. in l.Aristo.§.Labeo.ff.de dona.& Spe.in tit.de pręscri.§.1.ver. sed pone celantis.& Ang.in l.fi.C.de pręscr lon.temp. & in l. heredem.aliàs est in l.annus.ff.de cal.& ī l.fi.ff.si quis test.lib. esse iuss.fue.Io.de Imo.in l.Pantonius.ff.de acq.hęr. & in d.c. fi.de pręscript.circa pen.vel antepen.chart.& Ludo.Roma.in l.si verò.§.de viro.in 5.fall.ff.solut.matrimo.& l.quę vniuersam.ff.de acquiren.possess.& dominus Abbas modernus in d. c.vigilanti.de præscrip.bene facit.l.Attilius.ff.de seruit.rusti. præd.& quod no.gl.& doct.in l.2.C.de iure emphy.& Bar.in l.Aemilius.de mi.& in l.cum filius.§.in hac.de verbo.obli.& in l.Senatus.de offic.pręsi.&c.& in l.precib.C.de preci.Impe.
10 offeren. ¶†Et tempus petendi restitutionem in integrum de quo

quo in l.fin. C.de temp.in integ.restit.lib.6. non currat nisi à die quo quis sciuit læsionem, & sic sibi competere restitutionem in integrũ: de quo in l.fi.C.de in integ.restit.& dicit Bal. in l.falsum.C.si ex fal.instru. vbi dicit, quod si quis staret per centum annos quod nõ peteret restitutionem in integrum, & probabiliter ignorat: posset petere postea, & ita not. do.Card. post antiquos in clem.1.in 25.q.de restit.in integ. & Paul.de Cast.in l.fin. C.de dolo.quia tempus petendi restitutionem in integrum quò ad sui initium est vtile.probatur in d.l.fi.cũ ibi not.C.de temp.in integr.restitu. ¶Nec etiam obstat prædictis hæredibus do. Isabetæ alia exceptio opposita, videlicet quod hæredes dictæ dominæ Isabetæ fecerunt d. dominæ Benedictæ finem & remissionem de dicta hæreditate quondam Francisci seu do.Isabetæ, & eidẽ dominę Benedictæ cesserunt omnia iura & actiones, quæ & quas habebant seu habere poterát in bonis & hæreditate prædictis Pollioni, & Iacobo pro libris ducentis: quas dictæ tres filiæ dominæ Isabetæ, & Nannes pater duorum ex eis, scilicet Iacobi & Pollioni receperunt de quibus omnibus fuit rogatus Iacobus Gandulphi de anno 1462. quod quidem instrumentum traxerunt dicti Marcus Iacobus de libro rogationum dicti Iacobi. & illud occultauerunt seu lacerarunt prout hæc omnia plenè narrantur in quodam instrumento facto de anno 1434. inter dictum Pollionum & hæredes dictæ dominæ Benedictæ: & in quo instrumento facto de anno 1434.dictus Pollionus solenniter ratificauit dictam assertam missionem, & cessionem & de nouo dictus Pollionus fecit dictis hæredibus dominæ Benedictæ & matris recipiẽtis nomine omnium, quorum interesset finem, refutationem, & remissionem, & per pactum de non petendo de omni iure & actione, & de omni eo & toto quòd ad dictũ Pollionum spectat & pertinet seu spectare & pertinere posset in bonis & hæreditate dictæ dominæ quõdam Benedictæ, aut in bonis & hæreditate dictæ quondam dominæ Isabetæ, aut dicti Francisci in latissima forma, vt in dicto instrumento continetur, & hoc fecit dictus Pollionus vnà cum patre suo pro dictis libris ducentis habitis à d.domina Benedicta & etiam pro libris viginti quas de præsenti hæredes dictæ dominę Benedictæ dederunt dicto Polliono, & eius patri, & promisit Pollionus litem aliquam non mouere contra bona aliqua quę fuerint de bonis & hæreditate dicti quondam Francisci cum iure & alijs clausulis consuetis, quia respondeo primò, quòd dicto instrumẽto facto cum Marco, & fratribus, de anno 1413. nihil apparet: nisi quando dictus Pollionus confessus est in dicto alio instrumento confecto 1437. in quo instrumento non interuenit aliquis consensus dicti Marci: vnde quò ad Marcũ illud instrm̃ non obst. aliquo modo, quia res inter alios acta &c.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.& in rubr. C.res inter alios acta, & per totum. ¶Secundò respond. quòd verbo fertur quòd dicta concessio & remissio facta fuit pro minori pretio
11 quàm pro dimidia iusti pretij & æstimationis. †quo casu in quolibet actu vel contractu, etiam stricti iuris: locum habet doli exceptio, si sit talis contractus, alleg.l.si quis cum aliter. cum ibi not.de verbo.oblig. & plenè not.in l.2.C.de rescind. vend.& in c.pen.de empt.& vend.etiam si verè fuisset contractus transactionis.secundùm Rayn.Bart. & Angel.& Ioan.de Imol.& Ludo.Rom.in d.l.si quis cùm aliter. & Bart. & Ang. in d.l.2.C.de rescind.vend.& do.Card.Florent. & Io.de Imo. dominus Abb.in c.Quintauallis.circa 15.chart.de iureiuran.
* ¶Nec obstat iuramentum *Pollioni, quia cum Pollionus esset minor vigintiquinque annis, & tanquam minor contraxit: & simpliciter iurauerit, iuramentum solum tale repræsentat eũ maiorem, non autem excludit à remedio.d.l.2.C.de rescind. vend.vel æquipollenti, vt not. Bart.& communiter doct.in d. l.3.& in d.c.pen.de empt.& vend.¶Et licet in instrumento dicatur generaliter ꝙ renunciauit exceptioni doli mali conditioni indebiti &c. tamen attento ꝙ Pollionus ignorare probabiliter præsumebatur ista bona de quibus nunc est quęstio spectare ad eum aliquo iure seu ad ea actionẽ habere per d.l.qui in alterius, non potuit renunciare dicto beneficio. l.2. seu exceptioni doli, quæ in locum beneficij succedat in contractib. stricti iuris, nisi minor fuerit certioratus, vt firmat Bal.in d.l. 2.in 4.q.C.de rescin.vend.¶Et bene facit quod not. Bart.in d. l.fi.§.idem quæsiuit. per illum text.de condit.indeb.ꝙ plus videtur ꝙ etiam dicta ratificatio, & cessio facta per Pollionum de anno 1434. non valet in effectu, & ei obstaret exceptio:
12 †quia fuit facta ex causa falsa, scilicet ex causa, quia d.Pollionus, & Iacobus cum consensu eorum patris, & etiam d.Marcus, de anno 1403. cesserant & renunciauerant d.dominæ Benedictæ iura prædicta & receperant dictas libras ducentas quod quidem non potuit esse verum quia de dicto ann.1413. dicti Iacobi, & Pollionus non erant adhuc in rerum natura: aut si erãnt non erant tantæ ætatis quòd fari possent & aliqualiter intellectum haberent: & sic nullum actum gerere poterant etiam cum authoritate legitimi administratoris vt declarat Bar.in l.1.§.adipiscimur.de acq.poss.& expressius Ioan.de Imo.in l.pupillus.per illum tex.ff.de acq.hæred. & ita interest declarare glo.1.ibi, scilicet quando infans, posset loqui & aliqualem intellectum habere, & ita etiam not.ipse in l.seruo inuito.§.si pupillo.post glo.ibi.ff.ad Trebellia. & probatur in l. quamuis.§.infans.cum glo. in ver.iudicium.ff.de acquir.pos. & in l. in negocijs.ff.de regu.iur.& quòd ibi not.ergo apparet quòd illa cessio & remissio facta per Pollionem anno 1434.
* fuit facta in actu cessionis, * & vitiat ipsum actum siue sit factum ex certa scientia siue per errorem ita in proposito dicit expresè Bal.in l.fi.C.de fal.cau.adiect.leg. allegat ea quæ habentur in l.per diuersas.& in l.ab Anastasio. C.mandati.& ita etiam quod in contractu donationis in quo nõ exprimitur ipse titulus donationis falsa causa vitiaret si ipsa causa fuit expressa per errorem.l.2.§.circa.ff.de doli except. ¶Et eo ipso ꝙ apparet quod Pollionus non habuit nec habere potuit dictam pecuniam eo modo quo in dicto instrumento nunciatur dicitur constare de errore confessionis, per not.glo.in l.cum de indebito.in princi.in ver.ignoranti.ff.de probat.& in l. si post diuisionem.ff.de iur.& facti igno. & in l.non fatetur.circa 4. col. ff.de confess. & in terminis nostris refert & not.Rapha.& Pau.de Cast.in l.diuortio. ff.de verb.obli.quid si d.Pollionus habuit cum alijs dictam quãtitatem dictarum librarum 200. diceretur tractare de damno vitando, & aduersarij dicerentur tractare de lucro qui pecuniam non soluerunt etiam dato ꝙ
13 illa hæreditas obuenisset Pollioni titulo lucratiuo: †quia post
d quam lucrum est radicatum [d] & acquisitum iudicatur de illo prout iudicatur de dãno si auferatur, vt not.gl.in l.2.§.si quis autem propter.in ver.in integ.restit. ff.de iti.actuq; priuat.& in l.2.q.1.ne quid in loco publ.not. Cy.& Bal.in l.cum te. C. de donat.ante nupt.in prin.lectu.& Bal.in l.non amplius.§.1. per ibi not.de leg. 1.& Io. de Imo.in l.Proculus.ff.de dam.infec.& Paul.de Cast.in l.2.§.fi.cum l.seq. ff.qui satisda.cog.& vbi tractatur de damno, dicitur probari de errore, eo ipso qđ apparet rem aliter se habere & l.sed si me putem.ff.de condit. indeb.& not.Bar.in d.l.non fatetur.& Canonist.in c.fi.de con
14 fessis. ¶†Et quod falsa causa in effectu vitiet regulariter promissionem vel similem actum inter viuos quando interuenit error probatur in d.l.si diuortio.iuncta gl.pen. ff.de verb.oblig.& in l.pen.§.mulier.sol.mat. Ex hoc ergo videtur dicendũ quod vitietur dicta cessio & remissio. ¶Bene faciunt not.per Bar.in l.demonstratio falsa. §.1.in 6.q.de condi.& demonstr. ¶Et hæc maximè procedunt: quia cessio prædicta. non potest valere nisi vsque ad concurrentem pretij quantitatem verè soluti.& non vltra.l.per diuersas.& l.seq.C.mand. ¶Alia ratione etiam ostenditur ꝙ dicta cessio fuit facta ex falsa causa: qa facta fuit per d.Pollionum ex eo, quia ipse de anno 1413. vnà cum fratribus suis mortua Isabeta eius matre fecerat finẽ & remissionem d.do.Benedictę de hæreditate dicti Francisci: & etiam de bonis & hæreditate d.domi.Isabetæ, & verbo fertur quod probabitur quòd nec de dicto anno 1413.nec ante. nec etiam de anno sequenti decessit d.do.Isabeta, sed decessit post annum 1415.¶Ad vnum tamen est aduertendum ꝙ d.Pollionus in prædicto instrumento iurauit omnia ibi contenta esse vera: ergo videtur ꝙ non potest periurium allegare & probare contrarium: quia ad hoc potest responderi ex not.per Bald.
15 in l.fi. C.de non num.pecu.prope finem. † vbi quæsiuit quid si quis iurauit recepisse in veritate pecuniam, & postea vult dicere & allegare ꝙ non recepit, certè secundùm Bal.non potest: quia allegaret periurium: subdit tamen quòd si admissus fuit ad probandum dictam negatiuam & eam probauit: tunc ꝙ iam periurium est detectum potest allegare ꝙ non recepit pecuniam: per id, quod legitur & not.in l.aliàs. ff.de iureiur. ¶Et idem tenet Sal.in d.l.fin. vnde si contingat admitti dictas

probationes ad probandum dictam negatiuam, poterit Pollionus non obſtante dicto inſtrumento vti dictis probationibus, plus videtur concludente Anto. de But. in ca. cum contingat,
16 de iureiur. in ver. quartus caſus &c. circa finem illius: † quia quando minor in contractu venditionis à ſe factæ iurat non contrauenire alieno remedio. & iurat id quod vendidit eſſe verum pretium: & omnia & ſingula appoſita in contractu eſſe vera: tamen cuſtodito de contrario poteſt contrauenire; quia iura non aſſiſtunt talibus iuramentis, cum fraus ſit ex parte recipientis iuramentum: & ideo reperto quod res aliter ſe habeat
e non eſt periurus, licet temerariè iurauerit: [e] allegat id quod habetur in c. quemadmodum. de iureiur. & in 20. q. 2. per totum. & id quod not. in c. cum in poſitionibus. de confeſ. in 6. ¶Vel ſi voluerit Pollionus: poterit petere abſolutionem à iuramento ſtante læſione ſua per not. per Innocẽt. & alios maximè Ant. de But. vbi hoc clarè vult in c. cum contingat. de iureiu. & per Bald. in l. emptione. C. plus vale. quod agi. dum tractant de contractu ſimulato in quo interuenit iuramẽtum. & iſtud eſt tutius. ¶Nec obſt. prædictis etiam quoddam inſtrumentũ factum inter magiſtrum Nannem ex vna, & dictum Pollionũ eius filiũ ex altera de an. 1444. die 30. Aug. in quo in effectu Pollionus videtur ſibi ſatisfactum eſſe à dicto Nanne eius patre de quantitate eius librarum 16. & ſolidorum 22. denariorum quatuor pro reſto tertiæ partis, librarum 200. habitarum pro certa deliberatione & pacto de vlterius non petendo à domina Benedicta vxore olim Franciſci prout de dicta deliberatione dicitur ibi conſtare inſtrumento ſcripto & rogato per Ioan. de reſtis notarium: quia reſpondeo quod iſta aſſertio facta in vltimo inſtrumento: quæ haberet relationem ad aliud inſtrumentum ſer Io. de reſtis, non probat; maximè quò ad fauorẽ alterius: quia in illo vltimo non interuenit, ſed producatur ipſum inſtrumentum ſer Io. ad quod fit relatio, per id quod habetur in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & ibi not. & in ca. abbate. de verb. ſign. ¶Et tanto magis: quia illud vltimum nõ ſpecificat cauſam propter quam facta fuerit dicta liberatio, & nulla ibi fit mentio de hæreditate dominæ Iſabetæ, & d. Franciſci, & etiam liberatio generalis non trahitur ad ea quæ depẽdent ex teſtamento, niſi fiat mentio de teſtamento. l. de his. cũ glo. ff. de tranſact. ergo dato quod nulla verba generalia probarẽt quòd eſſet facta liberatio dominæ Benedictæ, tamen extenderentur ad ea quæ peti poterant occaſione teſtamenti ſer Franciſci. ¶Præterea dato quòd etiam probarent illa verba factam eſſe liberationem, & pactum de non petendo do. Benedictæ; illud pactum non noceret hæredibus dominæ Iſabetæ, quin poſſint petere ab alio quàm à dom. Benedicta. l. ſi vnus. §. ante omnia ſupra alleg. Denique etiam quando illa aſſertio in vltimo inſtrumento fuerit valida, & affirmaſſet ceſſionem: illa tamen confeſſio non prodeſt abſenti, ſaltem quò ad plenã probationem. l. certum. §. ſi quis abſentẽ. ff. de confeſ. & l. 1. de interrog. actio. ergo non debet prodeſſe dictis poſſeſſoribus, qui non fuerunt præſentes. Ex quibus concludo dictos hæredes poſſe agere contra dictos poſſeſſores; vt ſupra, & quando.

ADDITIONES.

a ¶Non adita niſi intra annum iuris deliberandi; vt not. in l. emancipata, C. qui admitt. ſed cum hodie vbique ferè per conſuetudines vel ſtatuta poſſeſſio ipſo facto in hæredes cõtinuetur indiſtinctè fit trãſmiſſio etiam ab ignorantibus, vt dixi in cõſuet. Pariſ. §. 132.

b ¶Alios. Idem Alex. Cor. Iaſ. col. fi. d. l. licet, Cor. conſi. 70. litera G. li. 4. Bal. conſi. 12. lib. 3. Paul. l. quamdiu. 2. ff. de acqui. hære. Iaſ. l. vnica. C. quando non pet. part. conſi. 84. col. 10. lib. j. Ludo. Gozad. conſi. 156. Sed quicquid dicant verior eſt contraria opin. Saly. & Fulg. quæ etiã
* communiter obſeruatur, vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 130. * Idem dicit Alex. infra conſi. proxime ſeq. col. 2. Iaſ. conſi. 84. col. pen. lib. j.; Vbi limitat in expreſſa repudiatione. & filius non poteſt venire vti agnatus, quando extarent alij de liberis. quia ab eis excluderetur. gl. in d. §. ſed videndum. in verbo, Succedat. Dec. in l. vni. verſicu. in glo. j. C. quando non pet. par. pet. aur. & de artic. vide Alex. in l. quandiu. ff. de acq. hære. Iaſ. in l. ſi emancipata. in fi. C. de iuris & facti ignor. & conſil. Bart. eſt 129. Quidam habuit vxorem. Sequitur Ang. conſi. 241. Ad hæreditatem. col. j. Cor. conſi. 70. j. dub. lib. 4. Iaſ. conſi. 34. col. 2. lib. j. & conſil. 84. colum. antepenul. eodem lib. Curt. Iun. in l. j. colum. penult. C. qui admitt. Angel. de Aret. in §. cum igitur. in fi. inſtit. de bonor. poſſeſſ. Alex. in l. ſi filius, qui patri. col. fi. ff. de vulg. & pup. Natta.

c ¶Reſtitutione n. C. lib j. conſi. 71.

* Iuramentum.] Nota bene, quòd ſi minor iurat ſimpliciter, vel reſpectu certæ ætatis, iuramentum non ſupplet alium defectum. de quo latè Dec. conſi. 249. j. dub. col. 3. Natta.

* Ceſſionis.] Renunciatio facta ex falſa cauſa eſt nulla. Deci. not. poſt Alex. hic conſi. 318. col. 2. Natta.

d ¶Radicatum. Infra eod. conſi. 169. nume. 14. Dec. l. j. col. j. C. de inſtit. ſubſtit. Iaſ. l. reprehendenda. C. eo. l. fi. §. in computatione. col. 2. C. de iure deliber. l. fi. col. 3. C. de codic. l. non amplius. §. j. de legat. j. l. 3. §. Labeo. de acq. poſſ. repet. l. quominus. collat. 8. de Flu. conſi. 87. col. 2. lib. j. Lance. deci. l. j. in gl. in verſ. nam & reip. ſol. matr. limita cum lucrum accedit ad eum à quo proceſſit. glo. in l. ſi ita ſtipulatio. & ibi Bart. Iac. de verb. obl.

e ¶Iurauerit. facit pro his quæ dixi ſupra eod. lib. conſi. 36. nu. 3.

SVMMARIVM.

2 *Filiam eſſe ſatis eſt à patre & vicinis pro tali reputatam.*
3 *Excluſa ab vnde vberi, alios 30. ann. habet vnde legitimi.*
5 *Maritus non poteſt res vxoris ſine eius mandato vendere.*
6 *Fama quantum probet.*
7 *Affinis non eſt idoneus teſtis.*
8 *Publiciana quando datur contra titulo poſſidentem. nu. 10.*
9 *Dominium non tranſit ex ſcientia niſi traditione ſecuta.*
11 *Libellus valet & ſententia generalis in fructibus.*

CONSILIVM XC.

In cauſa & lite coram arbitris inter dominam Claram tanquam filiam & hæredem quondam Brunij de Bullo agentem; & Minellium quodam Ioannis de monte maiori, & Ioannem, & Ioannium fratres, & filios dicti Minelli ſe defendentes. ¶Videndum eſt primò quæ actio ſit intentata per dictam dominam Claram. ¶Et ſecundò erit videndũ, an ſint probata talia pro parte ſua, quòd ipſa debeat obtinere. ¶Tertiò an pro parte reorum probata habeant excludere ius
1 agentis. ¶ † Circa primum quamuis domina Clara in libello narrat ſe filiam & hæredem Brunij: tamen videtur ad petitam terræ petitam libellum ſuum fundare in Publiciana vel rei vẽdicatione poteſt, dum narrat dictam petiam terræ ad ſe ſpectare iure dominij vel quaſi: & ſic narrat id quod eſt vnum extremum requiſitum ex parte agentis rei vendicatione vel Publiciana. l. in rem. in princ. de rei vendi. l. 1. de pub. ca. abbate ſanè. de re iud. in 6. cum ibi not. ¶Et inſuper narrat aduerſarios tenere ipſam petiam terræ & ſic ponit aliud extremum requiſitum pro parte rei conuenti. vt l. 1. C. de alien. iud. mu. cauſa fac. & c. examinata. de re iud. ¶Et ſucceſſiuè concluditur in libello petendo declarari agentem eſſe dominium vel quaſi, quod proprio conuenit libello intentato ſuper dictis actionibus. l. ex diuerſo. §. 1. & ibi not. Bar. ff. de rei vend. Spec. in ti. de cau. poſſ. in §. notandum. verſi, aliæ ſunt. Guil. de Cug. & Bald. in l. domum. C. de rei vend. & not. docto. in c. 2. de libel. ob. & per Bar. in l. an eandem, §. actiones. de except. rei iud. ¶Circa ſecundum principale an ſit probata mentio agentis in dicto iudicio, & omiſſis argumentis ad partes concludo quod ſic. nam præſuppono quod eſſet clarum eſſe filiam dicti Brunij, & illã vnicam filiam remanſiſſe poſt filiam dicti Brunij, vt deponũt teſtes actoris Antonius, Bartho. Buglaſſus, & melius probatur
2 per magiſtrum Blaſium &c. † ſatis eſt enim probari quòd reputata & habita fuit à dicto Brunio, & à vicinis dicti Brunij. cap. per tuas. de probat. l. non nudis. cum glo. & ibi Bald. C. de probat. c. tranſmiſſæ, cum ibi not. qui filij ſint legit. not. in ca. Michael. de filijs presb. l. ſi vicinis. C. de nupt. & not. docto. in l. filiũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. ¶Hoc etiam ſatis videtur probari per procuratorem reorum in ſcriptura per eũ producta, de qua in tertio folio proceſſus de morte Brunij, ẽt probatum eſt; quia rei conuenti procuratoris reſpondendo poſitionibus agentis, illud fatetur & per conſequens videtur delatam fuiſſe d. do. Claræ hæreditatem dicti eius patris abinteſtato, cum prima cauſa ſucceſſionis ſit filiorum. in auth. de hære. abinteſt. circa princ. l. ſi matre. ff. de ſuis & legit. & conſtat eam adiuiſſe hæreditatẽ patris ex inſtrumento in quo ipſa de anno 1457. die 11. menſis Aprilis ipſa tanquam hæres Brunij conſtituit Barbatium ſuum procuratorem. &c. vnde cum etiam ſolo animo inducatur aditio hæreditatis: vt l. pro hærede. in princ. & §. 1. & l. gerit. ff. de acq. hær. ſequitur quod etiam ille geſſit actũ pro hærede.
3 ¶ † Nec ad hoc obſt ſi diceretur eam eſſe excluſam à iure adeũdi ſpatio 30. ann. l. licet. cum ibi not. C. de iure delib. & not. in l. quandiu. la 1. ff. de acq. hær. & per Bar. l. 1. C. de cõdi. ex lege attento quod vt ipſamet do. Clara in actis & poſitionibus ſuis fatetur,

fatetur, dictus Brunius decessit iam sunt anni 35. quia respondeo prout singulariter decidit Bal. in præalleg. l. licet. & Paul. de Cast. in d. l. quandiu. & in d. l. licet. vbi refert Bar. consuluisse q̃ si filiæ erat delata hæreditas matris ex testamento, & filia steterit per annos 30. q̃ non adiuerit hæreditatem sibi delatam ex capite liberorum, poterit postea intra alios 30. annos adire ex sequenti capite agnatorum & præferetur omnibus alijs, per l. 1. §. sed videndum. ff. de suc. edic. & Paul. de Cast. in d. l. quandiu. reputat hoc mirabile & dicit se habuisse de facto: ita qđ siue dictus Brunius decesserit ex testamento siue abintestato patet non obstare cursum temporis 35. annorum dictæ dominæ Claræ adeundi abintestato. ¶Et per hoc patet non obstare quod domina Clara coram arbitris de anno 1458. die 13. Iulij comparuerit, & asseruit Brunium eius patrē decessisse condito testamento & nullo apprehendit hæreditatem, & præterea stante lapsu 35. annorum ipsa tanquam proximior adiuit tanquam abintestato. Nam aut in dicto testamento dicta filia erat instituta, & sic per lapsum dicti temporis non fuit exclusa à successione intestati. aut alius est institutus in dicto testamento, & tunc cum de eius aditione non constet. fuit exclusus spatio 30. anno. vt dictum est. ¶Nec ad hoc obst. si dicatur q̃ in testamento fuit instituta pro dimidia hęres dicta Donina & vir ipsius dominæ Claræ, vt deponunt Tonius & Barth. testes ipsius agentis, & per alios testes productos per reos conuentos probatur. quia dicta domina Donina possedit dictam petiam terræ post mortem dicti Brunij, & sic gessit se pro hærede iuxta l. pro hærede. & d. l. gerit. cum materia: quia respō. q̃ non est sufficienter probatum quod dicta domina Donina
4 fuerit hæres instituta: † nam illi duo testes probant de auditu ab alijs testibus, q̃ quidem testimonium regulariter nō valet l. testium. & ibi not. C. de test. & not. in l. 2. §. pen. de aqua plu. arc. & in ca. quoties. de testib. ¶Præterea ad probandum illam vltimam voluntatem: quò ad dominam Doninam, non sufficit probatio duorum testium, sed requiruntur septem testes. l. si vnus. & l. hac consultissima. C. de test. & plenè not. in l. 2. C. de bono. poss. secundùm tab. & l. fin. C. de fideiuss. ¶Et insuper probatum est de quasi dominio do. Brunij, nam productū est instrumentum in quo apparet quod ipse de anno 1419. emit à Migutio quondam Actoli dictam petiam terræ pro pretio librarum 30. Bonon. & constituit venditorem possidere nomine emptoris, quæ petia terræ concordat in pluribus demōstrationibus cū petia terræ de qua in libello vt patet ex inspectione dicti instrumenti: & satis est q̃ per duas demonstrationes debeant ad limitem. l. forma. de censi. in prin. & in l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. not. Bar. in l. demonstratio fal. in prin. in 7. q. ff. de condi. & demon. ¶Probatum est quod d. Migutius possederit, vt deponunt ferè omnes testes ipsius agētis: ergo bene apparet probata esse extrema sufficiētia in publiciana, vt l. 1. & l. traditione. & l. eum qui. §. fi. ff. de public. nam si bona fides emptoris requirebatur, & sic ista præsumebatur extit. l. pen. de euict. & illud quasi dominium quod erat apud d. Brunium vigore dictæ emptionis, acquisitum est postea d. dominæ Claræ ex aditionē hæreditatis absque aliqua apprehensione possessionis. l. cum hæredes. in prin. de acq. poss. l. hæres nomine. ff. de acq. hære. & insuper probatum aliud extremum necessarium, s. q̃ rei conuenti tenent dictam rem, vt patet ex responsionibus reorum respondentium positioni, & etiam patet in scriptura producta per procuratorem reorum in tertia charta processus. Restat ergo principaliter videre, an aliqua sint probata pro parte eorū quæ habeant excludere ius agentis, & concludo mihi videri q̃ non. in primis enim non obstat quod deponit Io. productus testis pro parte reorum, qui deponunt q̃ ipse emit petiam terræ prædictam à Landosio procuratore do. Claræ, & Stephano eius marito pro libris 60. nomine Baccacij qui vocabatur Paulus Marchesini. primò quia ipse testis non deponit quod ipse Landosius habuit mandatum à do. Clara, & videtur de se mandatum vidisse. nam ad alienandum bona requiritur speciale mandatum. vel saltem generale cum libera. l. procurator totorū. & l. procurator cui gñraliter. ff. de procur. ¶Nec etiam maritus d. do. Claræ potuit sine man
5 dato vendere: † quia maritus extra bona dotalia & bona paraphernalia, & quorum custodia est per vxorem marito commissa, nō intelligitur aliquod habere mandatum. l. maritus. C. de procur. imò nec in dotalibus potestatem habet alienandi. l. 1. §. sed cum lex. C. de rei vx. act. l. 1. & per totum. ff. de fun. dot. nec etiam in paraphernalibus habet potestatem alienandi: cū sola custodia sibi commissa esse intelligitur. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. l. de his. C. de donat. inter vir. & vx. l. fi. C. de pact. conuen. ¶Non obst. q. iste testis deponat quod d. Donina possedit dictam petiam terræ spatio 30. annorum, quod & illam donauit d. do. Donina dictis reis conuentis, vnà cum alijs bonis ipsius dominæ Doninæ, & in causa scientiæ reddit simpliciter rationem: quia ita est publica vox & fama in villa montis maioris: quia respondeo quod ex hoc non probatur titulus
6 aliqualis dictorum reorum: quia † quando esset probata legitimè & per duos testes, non probaret nisi semiplenè. l. 3. §. eiusdem. cum ibi not. ff. de testib. & l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. veniens. de testib. & not. Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. ¶Et hoc verum quando appareret quod ipsa fama traxerit originem ex aliquibus probabilibus, seu verosimilib. causis. aliàs secus. l. decurionum. C. de peti. hære. & ideo dicit Bart. in d. l. minore. §. tormenta. quòd non sufficit probare famam simpliciter. & idem not. Bal. in l. proprietatis. C. de probat. & Anto. de Butr in c. veniens. el 1. de testib. ¶Ex quo patet quòd iste testis deponens de fama simpliciter, nihil probat. Etiam est alia ratio, quia est in dicto suo vnicus & singularis. l. vbi numerus. ff. de testib. ¶Præterea asserit se esse correum di
7 ctorum reorum: & sic non est omnino integer testis † quia nō solum coniunctus seu affinis non est integer testis, sed nec etiā multum amicus. l. 3. circa princip. ff. de testib. & not. Petr. & Cyn. in l. eos. de testib. & Bar. in l. admonendi. in 9. col. in ver. ad tertium. ff. de iureiur. & not. in c. insinuante. de offi. deleg. & not. Bald. in l. data opera. in 30. col. C. qui accus. & expresè dicit Guil. in l. an eorum. §. affinitatis. ff. de postulat. quòd quis non potest testificari pro vxore fratris sui viuentis, & sic patet quòd affinis non est idoneus testis. ¶Nec obstat etiam id quod deponit Bellus secundus testis qui dicit, quòd audiuit dici q̃ Lãdosius vt procurator nomine Claræ, & Stephanus eius maritus vendidit Paulo Marchesini omnia sua bona pro libris cētum. & quòd audiuit quòd dicta domina Donina donauit dictam petiam terræ cum alijs dictis suis bonis contentis quia respond. quòd iste testis non probat de mandato Landosij, vt dixi. Item deponit in omnibus de auditu, & per consequens non probat id, quod deponit Seuerius alius testis productus pro parte reorum, qui dicit quod fuit præsens quando Landosius tradidit duas petias terræ dicto Baccacio & Ioanni Glagi. vnam positam in curia Calboli, quę non est ista, cum ista sit posita in villa montis maioris, in loco dicto Lanello, aliam positam in curia montis maioris iuxta quandam domum sitam in dicta villa, & iuxta suos confines pro libris sexaginta. Nam iste testis nihil probat: quia non probat aliquod mandatum fuisse concessum per dominam Claram Landosio ad vendendum. Primò non specificat per sufficientes demonstrationes dictam petiam terrę. adeò quod constet de identitate corporis: vt not. Bart. in l. demonstratio. & in l. 1. C. si vnus ex pluribus ap. ¶Et eisdem rationibus nihil probat etiam Stephanus qui aliàs fuit coram arbitro examinatus in lite vertente inter dictum Baccacium ex vna, & dictum Minillum, & filios ex altera. ¶Non obstat quoddam laudum latum per dictum Manfredum arbitrum inter dictum Baccacium, & dictum Minillum, & filios ex altera, in quo ipse pronunciat restituendum esse dicto Minillo ac Ioanni eius filijs per dictum Baccacium vnum podere positum in villa montis maioris, cum domo existente super dicto podere, & cum curte & horto positis circa dictum podere, & dicto poderi contingens, & cum omnibus & singulis petijs terrarum aratis & vineatis, saldis, buschiuis, & pratiuis, quod podere est positum in loco dicto Lanello, iuxta hęredes Guidonius Cardin. Minellum prędictum & d. Baccacium, & viam communis. reseruata tamen d. Baccacio nona parte dicti poderis, seu ęstimatione dictę nonę partis prout legerunt dicti Minellus & filij pro parte dictę debitę ipsi Baccacio in bonis dominę Doninę olim eius matris. ¶Et in dicto laudo fuit pronunciatum transiuisse in rem iudicatam sententiam latam per Potestatem treampu. in qua fuerat condemnatus d. Baccacius ad restituendum dicto Minillo & filijs eius dictum podere dictę terrę, quòd dictus Baccacius fuit confessus sibi satisfactum esse in pecunia pro dicta nona parte. Ex quò videtur quòd per dictum laudum habeāt

titulum vendicandi Minellus & filius, qui titulus sententiæ videtur esse habilis ad translationem dominij vel quasi: vt l. 3. in fi. de publ. & in l. 3. §. item quæritur. de rebus cor. & plenè in l. Pomponius. §. si iussu. de acq. poss. & doct. in l. 1. C. cō-
8 munia vtriusq; iu. & in l. ex hoc iure. † & Publiciana non datur contra titulo possidentem regulariter: nam ad ista multis modis potest responderi. Primò considerandum est ꝙ dictus titulus sentētiæ fuit acquisitus dicto Minillo & filijs post mortem dicti Brunij in dicta petia terræ: quæ fuit in dominio vel quasi d. Brunij & in eius bonis & hæreditate remansit vt probatur per dictum instrumentum emptionis, & testes agentis. & etiam fuit acquisitus dictus titulus sententiæ dictis Minillo & filijs postquam iam erat acquisitum dominium vel quasi dictæ petiæ terræ ipsi dominæ Claræ: quia incontinenti eo ipso ꝙ ipsa domina Clara fuit hæres patris, fuit sibi acquisitū dominium vel quasi in dicta petia terræ prout habebat dictus Brunius etiam absque eo ꝙ domina Clara aliquam possessionem apprehenderet. præalleg. l. cum hæredes. & censetur fuisse in hæreditate mortuo patre quàm primò fuit eidem dominæ Claræ de iure delata hæreditas patris & hoc ex potentia suitatis, per l. in suis. ff. de libe. & posth. & in l. 1. §. qui in potestate. ff. si quis omis. cau. & in l. si filius qui patri. & ibi plenè. ff. de vulgar. & pup. imò d. Clara expressè adiuit hæreditatem antequam titulus ex dicta sententia perfectè fuerit acquisitus dicto Minillo & filijs. Nam domina Clara de anno 1452. die 11. Aprilis, tanquam hæres sui patris constituit Baccacium suum procuratorem &c. Et licet laudum latum fuerit in fauorem Minilli & filiorum contra Baccacium de anno 1457. die 9. Aprilis, & similiter sententia Potestatis castri sine appella-
9 tione fuit ante lata, tamen non habet obstare. † & non acquiritur titulus nec dominium vel quasi ex sententia nisi secuta traditione & sic facta executione sententiæ, vt in præalleg. l. 3. in fi. de pub. & not. Inst. de offi. iud. in d. §. fi. & not. Bar. in d. l. ex hoc iure. & not. alij in d. l. 2. C. communia vtriusque iu. & no. doct. in c. proposuit. de concess. præbend. facit l. traditionem. de publ. ¶Vnde casus iste deciditur per Sal. in l. fi. §. sancimus. in antepen. col. C. de edi. diui Adria. toll. & in l. 3. C. de petit.
10 hæred. vbi voluit, ꝙ † si post mortem defuncti qui erat quasi dominus vnius rei, quidam extraneus acquisiuit titul. & possessionem illius rei ab alio quàm ab hærede defuncti, & sic incepit sibi competere statim Publiciana: hæredi autē defuncti, incepit cōpetere statim Publiciana hæreditate adita, et non apprehensa possessione, allegat not. per glo. in l. sunt & aliæ. in l. quæcunque. ff. de publiciana. Vnde dictus extraneus possessor quamuis titulum habeat, excluderetur ab hæreditate defuncti: quia siue consideremus possessionem, possessio defuncti est antiquior & hæres repræsentat personam defuncti d. l. hæres in omni. & ex iure defuncti agit. siue consideremus titulū & etiam antiquiorem habet titulum hæres. & plus subdit: ꝙ etiam si hæres adiuisset hæreditatem postquam extraneus acquisiuisset rem & eius possessionem cum titulo, attamen si titulus extranei fuit acquisitus post mortem defuncti præfertur hæres quia aditio hæreditatis postea secuta trahitur ad tempus mortis. l. hæres quandoque. ff. de acq. hære. l. omnis hæreditas. ff. de reg. iur. facit quod not. Bar. in l. fi. in vlt. col. in ver. secundo casu &c. Et dicit Sali. in d. l. 3. C. de petit. hære. ꝙ ista habent locum non solum si hæres intentaret remedium. l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. Sed etiam intentaret publicianam, prout in proposito nostro. ¶Facit ad hoc quod not. Bal. in d. l. fi. C. de edi. diui Adria. in 9. oppo. ¶Et in proposito nostro facit ad hoc, quod not. Bal. vbi similiter dicit, ꝙ licet petitio hæreditatis non detur contra titulum possidentem, sicut nec publiciana: tamen fallit quando quis acquisiuisset titulū & possessionem post mortē defuncti: quia tunc hæres defuncti poterit agere petitione hæreditatis contra taliter possidentem cum titulo, per tex. in d. l. fi. & dicit Bal. se mirari hoc à nemine fore animaduersum. ¶Et licet Sali. in d. l. fin. ad fin. conetur impugnare opin. Bal. per l. 3. & l. hæreditatis. C. de pet. hæred. tamen illa iura non concludenter probant opin. Sali. vt ex inspectione patet: de hoc tamen vlterius non discutio, postquā non sumus in petitione hæreditatis, sed in publiciana. sed in hanc sententiam plurimum me trahit summa æquitas, ne aliàs contingat dictam dom. Claram de bonis paternis ad eam iure hæreditario deuolutis remanere destitutam occasione sententiæ, aut laudi inter alias personas lati, ea nec præsente nec vocata. Quare breuiter concludo partes dominorum arbitrorū esse in condemnando reos conuentos ad restitutionem dictæ
11 petiæ. ¶†Quò autem ad fructus, dico quòd licet Barto. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendi. tenuerit oportere specificare in libello, & in sententia quantitatem fructuum perceptorum ante lit. contest. per l. ædiles. §. item sciendum. de ędil. edi. & hoc ibi Bal. Tamen magis communis opinio est ꝙ non requiritur specificatio: vt tenet Innoc. in c. tanta. de excess. prælat. & in c. cum ad sedem. de restit. spol. & in c. inter dilectos. de donat. & domini de Rota sua decis. 221. incip. item fuit dubitatum. & Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. & Angel. & Ioan. de Imol. in l. si homo. ff. de re iud. & d. Ant. de But. in d. c. cū ad sedem. & Angel. in l. si maritus. §. fi. ff. sol. mat. & Bal. & Ang. & Io. de Imol. in l. filius. §. 1. ff. de verb. oblig. & Io. de Imo. & Paul. de Cast. in l. summa. §. 1. ff. de re iudi. & probatur Instit. de offic. iudi. §. 11. versic. & si in rem. Nec obst. d. l. ædiles. §. item sciendum. quia ibi dicitur quòd bene requiritur quòd petantur fructus percepti ante litis contestationem, sed non dicitur quòd requiratur specificatio. ¶Dico ergo dictos arbitros debere condemnare reos cōuentos ad restitutionem fructuum ante præsentem litem inchoatam perceptorum & extantium tantum. quia possident rei conuenti cum titulo sententiæ, & cum pręsumpta bona fide. l. certum. C. de rei vendi. In fructibus verò non extantibus, sed consumptis, qui similiter percepti fuerunt ante pręsentem litem, debent condemnari dicti rei conuenti ad restituendum quantum apparebat ex dictis fructibus locupletiores esse effectos dictos reos conuentos, secundùm opinionē quam approbat Bart. & Ang. optimis rationibus in l. ex diuerso. in princi. & sentit Cyn. in l. centum. & per Ioā. de Imol. in l. Nesennius. §. 1. ff. de re iud. Et ad dictum §. si quis à non domino. Institut. de rerum diuis. respondendum est vt per Angel. in præallega. l. ex diuerso. quod breuitatis causa non refero. Et ita etiam consuluit Ang. in cōsi. 150. incip. Super quo pūcto &c.
* ¶Item erunt condemnandi * rei conuenti indistinctè ad fructus perceptos post lit. contesta. eis motam, per d. l. certum. & per l. 2. cum ibi not. per Bart. C. de fruct. & lit. expen. ¶Et erūt condemnandi dicti rei conuenti in expensis factis duntaxat à tempore productionis Brunij, & publicationis testamenti agentis, per ea quę habentur in l. destitisse. ff. de iudic. & in l. si quis inficiatus. & ibi nōt. Bar. ff. deposit. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. cum simil.

ADDITIO.

* Condemnandi.] Litis contestatio constituit omnes in mala fide. l. sed si lege. §. siue autem. & ibi Bart. ff. de petit. hære. Anto. de But. in c. grauis. col. 2. de restit. spol. Not. ꝙ bonæ fidei possessor condemnatur pro fructibus extantibus, & pro non extantibus in quantum locupletior est factus. Et indistinctè pro perceptis post litem contestatam de quo ponunt Canonist. in ca. grauis. de restit. spol. & Alex. consi. 21. circa fin. lib. 4. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum repetitio remitti potest. nu. 9.*
4 *Compromitti potest in laicos de causa vsuraria.*
5 *Iuramentum excludit compensationem.*
7 *Ecclesiasticus non potest seculari inhibere nisi causa cognita.*

CONSILIVM XCI.

Visis actis mihi trāsmissis in causa inter Michaelem de Lucagnano ex parte vna & Paulum de Agnano ex altera. Viso themate suprascripto, ac visis quibusdam consilijs eximiorum doctorum adinuicem tamen oppugnātibus, subiungam infrascripta pauca pro illa parte, quę mihi de iure verior esse videbitur. ¶Et mihi videtur quòd de iure iustitia sit pro parte Pauli de Agnano, quòd non debuisset fieri dicta inhibitio eo modo quo facta est per iudicem ecclesiasticum iudici laico, ne exequeretur dictam sententiam arbitramentalem, & dictam inhibitionem sic factam debuisse reuocari.
1 ¶†Primò, quia constat quòd vsurarum repetitio possit remitti per eum qui vsuras soluit, adeò quòd ex hoc nec ille qui vsuras accepisset est oneratus onere restitutionis, vt not. gloss. ibi: & Io. Andr. in Mercurialibus. in c. pactum. de reg. iur. in 6. & not.

& not.Host. in sum.de vsur.§.quæ pœna. in ver.sed si fœnerator. & Fede.de Sen.in consi.19.quod incipit,quæstio talis est. & consi.22.quod incip.vtrum vsurarius sufficiat.& Lapus de Castel.in repet. c.in ciuitate.de vsu.& Ant.de But.& alij c.cũ tu.de vsur.& in c.2.de vsu.in 6.& 3.q. ¶Sed ita est ꝙ compromissum factum per dictos Michaelem & Paulum in laicos arbitratores sup asserta causa vsuraria subsecuto laudo,& emologato per partes. prout extitit, intelligitur fuisse per dictum Michaelem remissum omne id quod ex causa vsuraria repetere potuisset: vt consulendo concludit Pet.de Anchar.in consi.
2 98.incip.istam quæstionem dubiam facit &c.† vbi quærit an contra laudum latum per laicum arbitratorem possit opponi
* exceptio ꝙ debitum erat vsurarium. * & sic impediri eius executio.Et primò adducit aliqua pro opin.ꝙ possit opponi: cõtrarium concludit ipse:quia licet talis exceptio vsuraria saperet spiritualitatem, tamen non potest opponi ad impediẽdum executionem laudi. ¶Constat enim ꝙ licet coram iudice laico, coram quo pendet quæstio, non potest ventilari causa spiritualis: vt in c.tuam.de ordi.cogn.c.lator. qui filij sint legit. de mente dictorum iurium videtur quòd etiam coram laico allegari debeat & opponi exceptio vsurarum: vt probant illa capitula & alia iura de ista materia loquentia.Et est ratio:quia est exceptio peremptoria perimens negocium principale & intentionem agentis. vt d.cap.tuam.¶Hoc præsupposito dicit Petr.de Anch.in d.consi.quòd si debitum.quod descendit ex sententia arbitramentali dicatur habuisse originem ex causa vsuraria: debuit coram arbitratoribus opponi,nõ autem post laudum vel eius executionem impediendam. vnde sicut post sententiam est præclusa via exceptionibus.l.peremptorias. C. senten.rescin.non pos.& c.suborta.de iud. Ita post laudum est præclusa via exceptionibus. quæ habent eius effectum impedire. ¶Præterea secundùm eum coram arbitratore deducere & probare exceptionem, quæ sapit spiritualitatem, non videtur probatum seu concessum de iure. Nam quando non per modum contentionis de tali quæstio. est contentio inter partes,* potest nedum arbiter. sed iudex laicus de ipsa cognoscere,vt not.Spec.in tit.de re.conuen.in §.nunc dicamus. versic. sed nunquid.Et hoc est quod super probatione legitimationis fiunt articuli & positiones, & valet super eis confessio ꝙ non esset si non potest cognoscere dicto modo de plano,vt in d.c. at si clerici.de iudi. ¶Ita est in proposito quòd arbitrator & amicabilis compositor cognoscit de plano, & sine figura iudicij.& subdit Pet.de Anch. quòd saltem virtute iuramenti appositi in compromisso prout fuit in casu nostro,non posset ille,qui iurat contra laudum venire saltem non petita & obtenta absolutione à iuramento : per ea quæ habentur in ca.debitores. de iureiuran. plus etiam dicit quòd subtiliter est attendendum videlicet quòd licet sit absolutio à iuramento concedenda in casu dicti cap.debitores. tamen non erat concedenda in casu nostro : nam in casu dicti cap.debitores. apparebat promissio de vsuris soluendis. non mirum ergo si illicito contractu se oculis exhibente relaxatio iuramenti conceditur : sed in casu facti compromissi tractatur de remissione dubiæ quæstionis, licet spiritualis. vnde sicut remittens vsurario spõtè sibi præiudicat, vt dictum est supra ita quæstionem vsurariam deducẽdo in compromissum sibi præiudicet.& talis deductio debet operari tacitam remissionem & sic videtur tran-
3 sactum.vt not.in auth.de differ.iud.§.1. ¶†Nec prædictis obstat tex.in c.contingit.de arbit.vbi de causa spirituali non potest fieri compromissum in laicum arbitrum, quia respondet Pet.de Anch.quod ille tex.habet locum in arbitro.secus in arbitratore: quia arbitramenta redacta sunt ad instar transactionum,vt plenè not.doct.in ca.Quintauallis. de iureiur.& not. in d.auth.vt differ.iud.cum sim.ita concludit ipse in d.consi. cui se subscripsit dom.Gaspar de Cal. ¶Apparet ergo ex dictis per dictum compromissum & laudum maximè emologatũ à partibus, intelligitur per dictum Michaelem remissa exactio vsurarum per eum si quæ solutæ fuissent, & per talem remissionem est liberatus Paulus à restitutione vsurarum, etiam si dictum compromissum fuit factum in laicos & ꝙ non debeat d.Michaeli relaxari iuramentum præstitum in dicto compromisso: nec aduersus illud venire potest Michael & per consequens facta fide & de dicto arbitramento & compromisso,nõ debuit fieri inhibitio:& si facta fuit,debuit reuocari. ¶Prædictis etiam accedit id quod ipsemet Petr. de Anchar.concludit suo consi. vbi etiam vult quod text.in d.c.contingit.procedit in arbitro & non arbitratore. & ita etiá videtur fuisse de mente Spec.in tit.de arbir.in §.restat videre super quibus.ver.item de sententia.& idem tenet ibi Io.An.in c.fi.de rerum perm.& Bal.in tit.de pace Constan.in ver.possessiones.& Bal.in l.vnica.in 12.col.C.de confess.arg.c.nisi.de præb.¶Pro hoc facit: quia non videtur esse dubium ꝙ super causa vsuraria potest transigi,vt inquit Bal.in l.cum allegas.in 4.opposi.C.de vsur. per.l.1.C.de plus peti. & not.Host.in summa.de vsu.§.fi.ver. oportet qui monebantur &c. ergo compromissum fieri potest in arbitratorem quod censetur esse quædam transactio, vt est dictum.¶Fortius dixit Io.de Imo.in ca.innotuit. ad fin.de ar-
4 bit.& Ioan.And. & Ant.de But. ibi videtur velle † ꝙ de causa vsuraria posset compromitti in laicos arbitros : quia vult ibi Io.de Imol.ꝙ saltem istud esset verum vbi quæstio vsuraria es-
* set super facto:* puta an talis receperat ad vsuras seu talis dederit sub vsuris,scilicet quia tunc licet vt tenet Pau.de Leaza. in clem.1.de vsu.& Bar.in l.omni. C.de sac.san.eccl.& in l.2. ff.de iurisd.om.iud. & in l.Titia.ff.sol.mat.& in l.quoties. C. de iud.& Fed.de Sen.in consi.252.& Ant.de But.& Moderni in c.cum sit generale. de foro compet.non videtur talis causa spectare ad ecclesiam, imò etiam potest cognosci per iudicem secularem. ¶Et quod possit fieri compromissum in laicum arbitrum de causa vsuraria tenet expressè Bal.in c.1.§.similiter. de contro.inuestit. vbi videtur concludere ꝙ valeat compromissum factum in laicum super vsuris præteritis: licet non su per futuris.arg.l.si vnus.§.illud.ff.de pact.& hoc sequitur do. Abb. Sicu.in d.ca.contingat.de arbit. ¶Nec potest dici ꝙ hoc casu sententia lata à compromissarijs inducat peccatum,attẽto maximè quod fuit emologata à partibus. & sic videtur acquisiuisse & remisisse vsuras dictus Michael si quas soluerat, vt patet ex superius dictis. ¶Secundò principaliter moueor, quia dictus Michael tam in instrumento depositi promisit cũ iuramento reddere dictam quantitatem pecuniæ,quàm etiam in instrumento compromissi iurati in quo promisit parere sententiæ arbitratorum: & sic videtur promisisse soluere illud ꝙ
5 fuit condemnatus ad soluendum. † Sed ita est ꝙ vbi quis iu-
* rauit soluere* non potest opponere exceptionem compensationis alicuius quantitatis vel debiti: imò necesse habet præcisè soluere,vt est tex.secundùm vnam lect.communiter ibi approbatam per omnes doct. in c.ad nostram.el 1.de iureiur. Et ideo Io.de Imo.in c.ad nostram. & etiam in l.Iul.aliàs incipi. in l.si hæredi.ff.de condi.& demon. dicit quod per gl.& text. in d.c.ad nostram. & per ibi not.per omnes apparet reprobari opi.Bar.in l.amplius non peti.in vl.col.ff.rem ratam hab. vbi Bar.tenuit contrarium, motus ex eo quia conditio debuit esse impleta & in forma specifica.l.qui hære. de condi.& demon. l.Mæuius.eo.tit. sed ita est ꝙ promittens dare seu soluere implet conditionem compensando.l.si peculium. ff.de statu lib. mouetur etiam Bartol. ex eo quia etiam si ego impedior iusta ex causa facere quod promisi non sum periurus. l.fi. qui satisdare cogantur. capit.quemadmodum.de iureiuran.sed si ego non soluo tibi quando tu debes tantum : ergo impedior à te : quia tibi non soluo:quia tu non soluis mihi. vnde quando facto tuo sum impeditus, non debeo esse periurus. similem rationem text. facit in l.2.circa principium. versic.inde quæritur.ff.de statu liber. ¶Et certè in hoc.vt dixi, damnatur opinio Bartol. quia contra eum tenet glo. & communiter omnes doctor.in cap. ad nostram.per illum text.secundùm vnam lectu. per quam apparet responsio ad allegata per Barto.videlicet ꝙ magis debeat impleri iuramentum in forma specifica quàm condit.vt patet in d. cap.ad nostram. iuncta d.l.si peculium. ¶Nec etiam à periurio excusat impedimentum aduersarij, si non est tale quod impediat impleri iuramentũ : vt apertè probatur in d.c.ad nostram. secundùm vnam lect.gl.ibi approbatam ab omnibus, sed aliud fit in conditione. secus si esset tale impedimentum quod omnino impediret implementum iuramenti.c.querelam.& c.breui.cum ibi not.de iureiu. ¶Vel secundùm Imo.in c.ad nostrã.potest responderi ad iura quę debent sufficienter cõpensari ad implendum conditionẽ,loquũtur in eo cui relicta est libertas cum cõditione, & ideo potest dici illud fuisse statutũ fauore libertatis,arg.Instit.de don.§.fi.
6 ¶†Pro ista opin.facit ꝙ licet quãdo quis est obligatus aliquid

facere, liberetur præstando interesse.l.stipulationes non diui.
ver. Celsus.de verbo.obli.& l.si quis ab alio. ff.de re iud.tamē
secundùm magis communem opin. fallit vbi præstitum est iu
ramentum:quia tunc præcisè teneretur facere.facit.ca.quere-
lam.& ibi hoc per illum tex.Ant.de But.extra ne prælati vices
suas.Et not.gl.fin.in l.si pecuniam. in princ.in ver.proficisci.
iuncto tex.ff.de condit.ob causam.quam ad hoc allegat Bald.
eam secutus.C.de sent.quæ pro eo quod interest.in l.vnica. in
8.col.in ver.modo quæro de aliquibus &c. & Bald.in l.sed &
hæc.§.prætor.ff.de procur.& Bald.in prælu.feu.in 8.col.& in
d.l. si pecuniam.Et idem Innoc.in c.veniens.de iureiur.& ibi
hoc sequitur Ant.de But.Io.de Imo.do.Abb.& idem Host.Io.
And.Io.de Imo.in c.1.de iud.& Ang.in l.si conuenerit. & ibi
clarius Paul.de Cast.ff.de iurisd.omn.iud.& Ludo.Rom.in l.
stipulationes non diui.in princ.in quibus locis Doct.hoc plu-
7 ribus modis comprobant quæ breuitatis causa omitto. ¶†Ter
tiò moueor quòd dicta inhibitio per iudicem ecclesiasticum
iudici seculari parte non citata fieri non potuit ad instantiam
partis.per id quod habetur in c.Romana.§.si verò.& in c.non
solum.ad fin.cum ibi not.de appellat.in 6.& per not.per Spe-
cu.in tit.de appel.ver.sed quæritur. Et ita concludit Feder.de
Sen. in consil.300. incip. factum proponitur esse tale debitor
* promisit &c.& sequitur Io.de Imol.* in l.4.§.condemnatum.
de re iudi.& Pet.de Anchar.in consi.234.incip.casus talis est
post præceptum factum &c. & Laurentius de Rodulphis in
suo solenni tractatu vsurarum quem posuit in c.consuluit. in
q.131.de vsur. ¶Nam ante citationem factam coram iudice
ecclesiastico, non potest dici quod penderet coram eo causa
præiudicialis executionis facienda coram iudice seculari, vt
in clem.fin.vt lit.pend. ad hanc rationem patet non obstare id
quod not.Ioan.de Imo.in ca.tuam.de ord.cogna.& etiam pa-
tet istam magis esse communem opinio.¶Nec etiam similiter
habet obstare id quod not.do.Abb.in d.c.tuam. dum allegat
not.per Innoc.in c.ad nostram.el 1.de iureiur.quia istud pro-
cedit quando iudex ecclesiasticus ex officio procederet vel in-
hiberet, vt etiam notat & latè probat Fed.in præallegato cons.
Secus quando ad petitionem partis inhiberet prout præsup-
ponitur fuisse in casu nostro: quia tunc hoc faciendum non
est ante citationem secundùm magis communem opin. vt est
ostensum supra. Ex quibus omnibus & præsertim ex primo
principio fundamento infertur conclusio ꝙ facta fide coram
iudice ecclesiastico de dicto compromisso & laudo emologa
to, nullatenus erat inhibendum iudici seculari, ne procederet
ad executionem arbitramenti.vel dato quod facta fuisset dicta
inhibitoria, tamen ex præmissis debuit reuocari. ¶Solùm re-
stat respondere aliquibus quæ deducta sunt mihi in quodam
consilio mihi exhibito quæ videntur aliqualiter aduersari. Pri
mò in eo fundamento principali supradicto. Ad alia autem pa
tet respōsio ex supradictis. ¶Vnde ad illud quod in primo fun
damento dicebam supra quòd per compromissum & laudum
emologatum, videntur vsuræ remissæ. ¶Non obst. id quod pri
mo dicit præfatus consultor, videlicet ꝙ in dubio, maximè
qui est pauper non videtur renunciare iuri suo, maximè ve-
xatus multis litigijs & expensis, argum. eorum quæ habentur
in simili in c.super hoc.de renunc.& in c.solitæ.de restit.spo.
quia respondeo ꝙ cum supportatione istud fuit satis fragile
motiuum: quia in dictis iuribus solum quæritur an ista excе-
ptio per quam opponitur quod actor spontè renunciauit be-
neficio: multis laboribus acquisito sit verosimilis vel non. &
dicitur ibi quod non ideo ibi non admittitur. Sed in contra-
rium replicatur quod fuit metu facta: quo casu debent ab v-
traque parte testes recipi & qui melius probabit obtinebit.
8 † Vnde bene fateor ꝙ antequam sit probatum de renunciatio-
ne, illa exceptio quam quis opponit spontè fuisse renunciatū
beneficijs. non est verosimilis: quia nemo præsumitur iactare
suum, vt ibi.l.cum de indebito.in prin.de prob. Sed si proba-
tur renunciationem fuisse factam. dico quod non præsume-
tur quod metu aut dolo facta fuerit, nisi aliter ex aduerso pro-
betur, vt dicit Ioan.And.in c.super hoc. & qui allegat metum
vel dolum habet illud necesse probare. l.quoties. §. qui dolo.
ff.de probat.l.si maior transegisti. C.de transact. & l.metum m.
cum ibi not.C.quod me.cau.¶Nec obst.aliud quod dicit præ-
fatus dominus consultor quod talis remissio vsurarū quæ re-
sultat ex dicto compromisso & arbitramento emologato, non
sufficit ad exonerandum conscientiam vsurarij, sed oportet
quo realiter aperiat bursam & paratam habeat pecuniam &
eam offerat creditori.ita dicit Host.in summa.de vsu.§.fi.ver.
quid si fœnerator.& in ver.quid si vsurarius.& Dominicus de
de S.Gemin.in c.quanquam. de vsur.in 6.quia respond.quod
9 cum supportatione veritas † est in contrarium, scilicet quod
non requiratur actualis oblatio sed sine ea sufficit solus con-
sensus remittentis vsuras prout dixi in princ. ita firmat glo.in
d.l.pactum.de re iud.in 6. & Ioā. And.in addit.Spec.in tit.de
vsur.§.1.& Fed.de Sen.in consi.18. incip.quæstio talis est. an
vsurarius &c.in solutione illius quæstionis dum dicit, nō ob-
latum nec solutioni paratum &c. & Lapus de ca.in repet.c.in
ciuitate.de vsur.& Pet.de Anch.in dicta regula peccatum. Et
Ioan. Calder.in consi.10.super rubr.de vsur.& Laurentius de
Rodulphis in repetit.dicti capituli consuluit.in 1.quæstione.
¶Istud probari posset pluribus rationibus, sed breuitatis cau-
sa vna sufficit, cum ita se habeat communis opinio. ¶Nam in
crimine vsurarum & alijs grauioribus debent iura sufficit sa-
tisfactum esse creditori, ad hoc vt quis sit liberatus à restitu-
tione.c.quanto.de vsur.in antiquis.c.2.eod.tit.lib.6. c.in lite
10 ris. de rapt. & c.fi.de furt. † sed satisfactum intelligitur quo-
modocunque desiderium creditoris impletum fuerit etiam
sine numeratione vel oblatione pecuniæ.l.si rem.§.omnis. ver.
satisfactum.ff.de pig.act.l.1.ff.qui satisd.cog.Non obst. quod
not.Host.in summa.de vsur.§.quæ plura.versi.quid si fœnera-
tor.cum ver.seq.quia dico ꝙ si bene ponderentur verba Host.
ipse ibi potius dicit contrarium, quando non apparent conie-
cturæ ꝙ spontè vel liberè non esset facta dicta remissio, dum
ipse allegat d.l.si rem.§.omnes.de pign.act. Et etiam dum di-
cit ꝙ super vsuris tangit post. nec etiam communi opin. con
tradicit Dominicus de S.Gemin.in d.c.quanquam. in princi.
nam ipse refert quædam verba Io.And. qui se de hoc remittit
ad not.per d.c.peccatum. vbi Io.And.tenet ꝙ non sit necessa-
ria oblatio vel actualis numeratio. ¶Præterea ꝙ per prædictū
compromissum & arbitramentum intelligitur facta sufficiēs
remissio: tenet expressè Pet.de Ancha.in d.consi.98.vt retuli
supra.nec huic Michaeli faueat iudex motus æquitate cum ip
se asserat se impotentem ad soluendum: quia respondeo, ꝙ in
puncto præsupponitur ꝙ dolo se fecit impotētem, & propter
dolum perdidit beneficium quod aliàs sibi competeret.l.etiā.
§.licet.sol.matr.l.pen.de iure dot.Circa quod nō insisto: quia
etiam si sine dolo hoc contigisset, non tamen per hoc releua-
ret.l.continuus.§.illud.de verb.obli.& per totum titulum.ff.
& C.de cessio.bono. ¶Et per prædicta patet non oportere insi-
stere, an denunciatio qua vtitur Michael possit habere locum
post rem iudicatam: quia dato ꝙ sine præiudicio aliàs posset
habere locum, non in casu nostro propter dictum compro-
missum & laudum emologatum à partibus & non est opus di
sputatione, cum propter tale compromissum & laudum emo
logatum videātur vsuræ simpliciter remissæ, quæ solutæ fuis-
sent, & sic sine peccato retinentur.

ADDITIONES.

* Vsurarium.] Quòd de debito vsurario possit opponi ad impedien-
dum executionem, tenet contra Alex.hic Ias.in l.j.col.pe.C.de iuris
& facti ignor. Natta.

* Partes.] Vide Fel.in c.cum sit.col.5.de foro comp.& Dec.consi.150.
col.2.& ibidem.col.3. vbi sentit oppo.contra hoc dictum Spec.& in
c.decernimus.char.pen.de iudi.vbi etiam vide in j.notab. Natta.

* Super facto.] Quòd causa vsuraria pertineat ad ecclesiasticum Bal.
consi.311.Quidam Thomas 3.dub.lib.2.Sed distinct.Bart.tenet Abb.
in c.post miserabilem.in j.notab.extra de vsur.Paul.de Castr.consi.2.
& pulchrè consi.109.dub.2.lib.2.Corn.consi.227.col.fi.lib.3. Bal.in
c.2.in fi.extra de vita & honest.cler. Ias.in l.quoties.3.notab.de iud.
C.sed quòd solus ecclesiasticus, latissimè Lanfran.in clemen.dispen-
diosam.col.5.de iud. Natta.

* Soluere.]Qui iurat soluere, non potest opponere compensationem.
Corse.in repet.rub.de iureiur.distinguit ibi.in 15.priuilegio, dicēs,
ꝙ opinio Bar.procedit, vbi quis propter impossibilitatem nō potest
soluere, non habens aliunde vnde soluat, quia admittitur compen-
satio, aliàs secus.Sed Tindarus in tract.de compensat.col.23.dicit, ꝙ
aut debitum præcessit, & iurat postea soluere, & tunc cessat compen
satio.& ita loquatur tex.in c.ad nostram.Aut debitum post sequitur,
& procedit opinio Bar.quæ est humanior, & quam sequitur Alex.su
pra eo.lib.consi.12.col.pen. Et de quæstione vide Feli.in d.c.ad no-
stram.Soc.in l.Iulianus.col.4.vel 5.de condi.& demon. Et cum Bart.
tenet in discursu Andr.Sicul.consi.43.col.7.lib.2.& vide Abb.in ca.
cum dilectus.col.7.versi.quæro an hæc exceptio de ordi.cogn.& de
arri,

arti.vide latissimè Ias.in l.eum,qui.§. 1. ff. de iureiu.Et opinionem Bart.tenet Pet.de Anch.in c.statutum.§.si quidam de rescrip. in 6.Et vide Matth.de Afflict.deci.381.& Franc.Crem. in consi. 116. vult ꝙ cum debito naturali tantum non fiat,propter iuramentum, compensatio.Bal.in c.ad nostram.distinguit inter debitum liquidum, & non liquidum,Soc.in d.l.Iulianus,vult,opinionem Bar. procedere vbi aliquis iurauit soluere.secus si molestiam non inferre. & de prædictis Paris.consi.121.in fi.li.1. Natta.

* Io.de Imo.] Vide Alex.consi.68.& consi.seq lib.7.& consi.9. li. 4. & vide Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum col.5. ff.de offi. procõs. vbi plura hinc inde adducens attestatur hanc esse communem opinionem,& veram, tamen male in practi. seruari. Et idem Ias. tradit in l.si opus col.2.ff.de ope.no.nun. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio præsumitur ex longo tẽpore nisi sit nimia inæqualitas.*
4 *Authoritas glo.*
5 *Aestimorum libri probant.*

CONSILIVM XCII.

Viso & discusso laborioso processu causæ, inter Petrum Ioannis de sancta Cruce originaliter actorem & ser Franciscum de Tordotio reum cõuentum.Et viso quod accõmodatè & eleganter conclusum extitit per celeberrimum dominum & mihi maiorem consulẽtem: quæ dicturus sum paucioribus absoluam. ¶Et circa duo principaliter insistendũ est, quorum primum erit,an diuisio,allegata inter Ioannem Sauerij & abbaciam eius fratrem,intelligatur sufficiẽter esse probata. ¶Secundo posito quod non debeat dicto ser Francisco assignari pars domus positæ in capella sancti Michaelis pro rata, pro qua ad eum spectant iura hęreditatis dicti Ioãnis Sauerij: & etiã an sumptus ędificiorum factorum in domibus sanctæ
1 Crucis debeant refundi dicto Francisco. ¶†Circa primum dico quod magis communis opi. est quod si probatur ꝙ duo fratres res aliquas spatio 10. annorum inter præsentes possederũt separatim & diuisim:pręsumitur in dubio præcessisse diuisionem,si diuisio allegatur,*vt est gl.singularis in l.pen.C.cõmuni diuidun.quam ibi sequitur Ia.But.Bart. Bald.& expressius Saly.Idem etiam tenuit Bar.in l.qui in aliena. in principio . ff. de acqui.hęre.Et idem tenet Bald. & Angel. ibi moderni.hoc etiam sequitur Bart.in sua disputatione incipiente, quędã mulier,ad fi.& in l.cum de in rem verso.ff.de vsur.& Bal.in con-
a silio[a] incipien.quædam,vbi dicit quod quidam non intelligẽtes quod ex sola patientia non præsumitur contractus vel titulus.l.nulle.de rei uendic. & l. diutina C. de pręscriptio. long. temporis. Sed dicit Bald. quod isti non cõsiderant quod facta relatione per patientiam ad patientiam resultat quædam permutatio cui inest diuisio.l.cum pater.§.hęreditatem.de leg. 2. & quod nota.in l.prima.C.communia vtri.iudi. quæ quidem mutua patientia, in rebus vicissim & hincinde possessis, non interueniebat in casu dictæ.l.diutina. cum simil.allegatis per illos qui dictam glo.reprehendebant. ¶Istam opi.etiam sequit' Bald.in l.prima.in 5.q.C.qui admit.vbi sentit illam rationem quam ipse posuit in consilio præallegato. ¶Idem etiam tenet
2 Bal.in l.j.in 4.vel 5.col.C.de fideicom. vbi † concludit quod ex dicta diutina possessione 10.annorum præsumitur diuisio, ex eo quia ex prima materia communi erant obligati dicti fratres ad diuidendum.vt l.fi.C.communi diui.Vnde per dictam longam possessionem diutinam, non probatur obligatio diuisionis seu executiones ipsius obligationis diuidendæ. ¶Idẽ tenuit Ant.de But.in c. peruenit. de censi. in 11. charta magna in ver.venio ad secundum principa.&c.vbi intelligit illam gl.
3 procedere etiam quando resultaret diuisio inæqualis. ¶†Pro hoc bene facit.l.itaque.ff. pro soc. vbi apparet ꝙ diuisio communionis inducitur ex actu tacito per illũ tex.allegant ad hoc Bal.& Ang.in d.l.qui in aliena in ver.sed si non adierit, dicentes per illum tex.ꝙ sola patientia sufficit ad inducendam diuisionem.Nec ad hoc ob.quod Pe.& Cyn.in dicta l. pen. reprehendit opi. dictæ glo. ex eo quia dicunt ꝙ licet per præstationem longi vel diuturni temporis inducatur præsumptio tituli allegati.l.cum de in rem verso.ff.de vsu.& l.si certis annis, cũ ibi no.de pac.quia graue est soluere & pręstare. ideo pręsumitur ꝙ fine causa non fiat,& propter hoc causa videtur probata probando præstationem diuturnam arg.l. cum de indebito.in princ.ff.de proba.Sed pati non est graue. ideo ita non est dicẽdum ꝙ præsumatur ex patientia titulus vel contractus allegatus:& dicunt ipsi ꝙ aliàs patiẽtia habetur pro traditione.l. 2. C.de acq.pos.& l.qua ratione.§.interdum.ff. de acqui. re. do. illud est verum,vbi quis sit obligatus pati, vt in dictis legibus aliàs non l.qui vas.§.vetare.ff.de furtis. quia respondendo dico ꝙ responsio patet ex prædictis:quia verum est ꝙ sola patiẽtia Titij patientis Seium possidere rem ipsius Titij longo tpe. non inducat prę sumptionem ꝙ Titius donauerit aut alio titulo concesserit illam rem Seio. nisi vere probetur de tit. vt d. l. nullo.cum si.sed vbi est mutua patientia: quia ego patior te lõgo tempore & tu pateris me,præsumitur causa diuisionis si diuisio allegatur propter illos reciprocos actus possidendi separatim,vt d.l.itaque.vt dicit Bal.in d.consi.in d.l.1. C. qui admi.¶Et Cyn.respondet ꝙ patientia habetur pro traditione vbi quis est obligatus tradere,nec aliter responderi potest, prout, apertè sentit Bal.in d.l.1.C.de fideicommis.in casu nostro procedere videbatur obligatio:quia propter materiam obligatio-
4 nis diuisionis.†pręterea in iudicando & consulendo vbi glo. [b]
b firmat pedes non est recedendum ad ea secundum Iac. de Bu. in l.j.C.qui pro sua iurisdi.& Bar.in suo cõsi.inci. Andriolus. & Bal.in l.1.ff.de vulga.& pupi.& in l.1.C.de pœ. iudi.& Ange.in l.2.ff.de accusa.quanto magis sequenda est opi.gl.dictæ cum illa sit magis communiter a doctoribus approbata, vt patet ex prædictis & a communi opi. in iudicando recedendum non est,vt habetur in locis vulga.¶Nec prædictis etiam ob. qđ dixit Bal.in præalle.l.pe.vbi voluit ꝙ opinio illius glo. procedit quando inter dictas res separatim possessas esset proportio quæ possit ad æqualitatem diuisionis adaptari. Secus si in illis
c rebus nulla essẽt proportio[c] seu debita congruitas : quatenus non præsumitur diuisio.ar.l.cum de indebito. quia respõdeo primo ꝙ non potest dici ꝙ esset magna disportio, quia domus quæ sunt in capella sanctę Crucis fuerunt acquisitę pretio librarum 400.& vltra,vt apparet ex instrumentis emptionum. domus vero,quæ erant in capella sancti Michaelis, quę remanserunt Abrahę erant pretij librarum quingentarum, vel circa, vt patet ex positionibus actoris, ita quod ista non videtur ma-
5 gna disportio. ¶Pro hoc vt aliàs dicimus† magna læsio non est inter eos,qui non sunt minores.quãdo nõ excedit dimidiã vel saltem tertiam,vt probatur.in l.vnde.ff.pro soc.& in l.2.C.de resci. vẽdi.& no.doc.in c.quintauallis.de iurei.& Io. de Imo. in l.si quis arbitratu.in vlt.col.& in l.si quis cũ aliter.de verb. obli.in 5.col.Sed ista læsio non potest ascẽdere ad octauã partem:vt patet rectè calculãdo. vt patet attẽro quod quilibet habet in dictis rebus dimidiam.¶Pręterea dicit Saly.in d.l. pe. ꝙ opi.Bald.nõ est vera:quia ratio Bal.fundata per d.l. cum de indebito.procederet nisi esset alia pręsumptio in cõtrarium:scilicet quod tanto tempore patiẽtia mutuo interuenit vt ibi plenius per eum.& ibi etiam vult.Ant.de Bu.in repe.d.c. peruenit.in loco superius allegato vt superius retuli. Sed ita est ꝙ ꝑ plures testes maximè per testes vltimo loco receptos, probatur ꝙ dicti fratres possederunt separatim & diuisim dictas domos scilicet Ioannis Seuerini,domus capellę sanctę Crucis,& Abraham in capella sancti Michaelis.Nam testes deponunt ꝙ sunt quinquaginta anni & vltra ꝙ dicti fratres possederunt dictas domos separatim, vt dixi ꝙ ita possedit Ioannes vsque ad tempus mortis suę qui decessit ann. 1436. vt affirmat & ponit Pet.in suis positionibus, & sic possedit longe vltra viginti annos separatim & diuisim, & post eius mortem hęredes sui : ergo est probata diuisio allegata ex supra dictis. ¶Nec ad hoc obstat si diceretur quod testes non probant ꝙ possederũt pro diuiso apothecam dictę domus quia videntur aliqui testes vtriusque partis deponere quod etiam postquam inceperũt habitare separatim.Abraham cõuersabatur in apotheca domus capellę sanctę Crucis:quia respondeo quod testes Francisci deponunt nedum quod possideret Ioan. per dictum tempus dictam domum tanquam propriam. sed etiam apothecas vt deponit pręsertim magister Bartholomęus & etiam magister Antonius duo ex testibus vltimo loco productis.Idem deponunt duo ex primis examinati in principio antiqui processus magister Michael, quondam iudęus & Donatus quondam ser Bandini. ¶ Nõ obstat ꝙ testes aliqui deponere conentur ꝙ viderũt ibi etiam in apotheca dictum Abraham: quia respondeo ꝙ illi testes non deponunt quo tempore viderunt dictum magistrum Abraham. Nam potuit esse ꝙ post cõpletos annos a die diui-

diuisionis & de parte habitationis, cepit dictus Abrahã se exercere in dicta apotheca; & sic post inductam diuisionem. Cũ ergo illi testes qui conantur deponere ꝙ magister Abrahã post dictam habitationem separatim dictorum fratrum, steterit in dicta apotheca, non concludunt de initio alicuius certi temporis, non dicuntur infigere claram probationem testium ser Francisci & deponentium quod Ioannes, postquàm fuerunt dicti fratres separati, possedit separatim domum vt propriam cũ apothecis quia probatio dubia non releuat, c. in presentia. de proba. ¶ Oportet enim ꝙ illi testes, qui deponere conantur ꝙ post dictam separationem Abraham stetit in apotheca, deponerent ꝙ certo & limitatò tempore viderunt dictum Abrahã stare in dicta apotheca, & ꝙ essent concordes de initio temporis: adeo ꝙ apparet eós esse contestes in tempore & deponere de eodem tempore inchoato ante finem 10. annorum quib. ꝓbatur Ioannem possedisse per se domum capellæ sanctę Crucis cum apothecis: illud probatur ex no. per Bart. in l. Celsus. in fi. ff. de vsucap. cum quo concordat Bald. in fin. in 15. oppo. C. de edict. diui. & An. de Bu. in c. licet causam. de proba. ¶ Preterea posito ꝙ ad illam apothecam accederet magister Abraham & in ea staret: non sequeret̃ ꝙ in ea steterit pro suo vsu. & hoc videtur asserere Petrus in quadam sua scriptura producta in vltimo processu, in quo asserit Ioannem & eius hæredem teneri ad pensiones eo quod vsi sunt pro vsu proprio dictis domib. & apothecis per annos 35. ¶ Ad confirmationem huius allegatæ diuisionis accedit fides scripturæ ęstimorum. † nam cum

6 ibi libri æstimorum, vt fertur verbo, & vt mos est stent in archiuo publico, dicuntur scripturæ authẽticæ, vt in authen. ad hæc. cum gl. C. de fide instr. & no. Bar. in auth. ad hęc &c. eo. ti. & gl. & doc. in c. ad audientiam. in ver. censualem. de præscrip. & gl. & doc. in c. cum causam. de proba. & ꝙ tales libri ęstimorum dicantur authentici ad probandum: dicit hoc expresse Io. And. in addi. mag. in ver. quantum supplementum. & Bal. in ru. C. de fi. instr. in pe. col. & l. in exemplo. C. de proba. ¶ Cum ergo in dictis libris ęstimorum in pluribus postis, scriptis etiam manu plurium tabellionum, maximè in posta descripta sub annis domini, 1526. die primo mensis Iulij. quę postea fuit scripta de voluntate dictorum fratrum: vt ibi attestatur & contineatur ꝙ dicti fratres venerunt ad diuisionem: & ideo fiebat mutatio ęstimi inter eos: & in dicta scriptura ẽt dicatur ꝙ dictus Ioannes habitat in domo capellę sanctę Crucis, in qua habet domum propriam. & verba enunciatiua prolata a notario inter partes faciunt fidem inter eas si non apparet de contradictione earum eo tempore. l. optimam. C. de cõtrah. & commi. stipu. no. doc. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. ¶ Item & scriptura ęstimi quãdo fit de consensu partium facit fidem. l. rura. & ibi no. per Bart. de omni agro deserto. li. 11. & expresse Bald. in consi. suo inci. sciendum est ꝙ aliquando fit

* in catastro* & c. allegat. l. censualis. l. si præses. C. de dona. ita ẽt dicit Bal. in l. quidam in suo. in fi. de condi. insti. & Ang. & Io. de Imo. in l. decem. de ver. ob. & no. per doc. in l. fi. per illũ tex. cum gl. C. de predijs nauiculariorum. li. 11. & Bal. in l. solennibus. C. de rei vendi. in prin. & l. censualis. & Bar. in l. quę quisque. ff. de acqu. re. do. ¶ Nec ser Francisco in predictis obstat, si diceretur quòd ipse recepit titulo emptionis & donationis ab Abraham istam dimidiam iurium competentium dicto Petro, contra & aduersus hęredes Ioannis in ipsis bonis diuisis: quam dimidiam dictus Petrus titulo donationis primo cõcesserat dicto Ioanni. ergo ser Franciscus videtur fateri quod absque fundamento illius receptionis factæ non habeat ius in dictis bonis: vel saltẽ videtur illi iuri suo renunciasse. l. si rem aliquam. cum ibi no. de acq. pos. quia r̃ndeo ꝙ si dictus Petrus nullum ius habeat in predictis rebus de quibus vertitur controuersia, vt patet ex prædictis, & tunc sequitur ꝙ nulla iura videtur emisse ser Franciscus. l. si sic. §. j. de le. 1. l. legatum. ff. de libe. leg. ¶ Nec est verum ꝙ dictus ser Franciscus emendo illa iura illius Petri videatur renunciasse iuribus suis: quia sicut dicit ser Franciscus est ille, ad quem spectant illa iura: qa suc cessit in locum hęredum Ioannis, vt probatum est. Et Ioannes habebat dictas domos titulo allegato diuisionis: vt est ostensum supra: ergo dictus ser Franciscus non potuit emere ab aliquo illud quod iam suum erat quia emptio rei propriæ nulla

7 est. l. suæ rei. ff. de contrahen. emp. ¶ † Et licet aliàs ille qui sciẽter conducit ab alio rem ipsius conducentis videatur sibi ĩ aliquo præiudicare secundum distinctionem traditam. in d. l. si rem aliquam. tamen secus est quando quis emit aliquo titulo habili ad acquisitionem dominij vel recepit rem suam: qa tũc siue scienter siue ignoranter recipiat, non videtur renunciare domino & iuri suo per d. l. suę rei. Ita firmat Iac. de Rauen. & Io. de Imo. in d. l. si rem aliquam. in 7. col. & ibi ponunt rationem diuersitatis iurium. Item per dictam acquisitionem seu emptionem iurium factam per ser Franc. & Ioan. nunquam potest videri ꝙ ser Franciscus renunciauerit alicui iuri, si illa talis emptio & acquisitio est nulla. secus si venditio iurium ipsi ser Francisco esset aliqua & non aliter, vt probat tex. in l. si quis ante. ff. de acqui. pos. facit. l. si iure. de leg. 3. Aut ergo cessio facta ser Francisco p Ioan. fuit valida, & habemus intentum aut est nulla, & tunc ipsi ser Francisco non nocet, quãtum ad hoc vt videatur renunciasse alicui iuri suo. ¶ Et per prædicta video non esse opus aggredi secundum dubium principale. attento ꝙ plenè fundata & probata est intentio ser Francisci in hoc primo articulo, cum etiam si probatum non fuisset de dicta diuisione, prout verè est per prædicta, tunc non videtur esse in dubium reuocandum, an potius condemnandus esset ad consignandum relaxandum ser Francisco domos capellę sancti Michaelis quondam communiter possessas per dictos fratres. Et concorditer dicunt fere omnes testes pro parte Io. eatenus quatenus ser Franciscus causam habuit ab hęredibus dicti Ioã. & propter rei euidentiam non visum est mihi oportere circa hoc conterere tempus, & pari ratione prætermitto quid de melio

* ramentis.* ¶ Ex quibus omnibus concluditur ꝙ stante dicta diuisione quæ probata est. vt dixi, partes domini Potestatis & spectabilium dominorum de consilio iustitię sunt in emendãdo primam iniustam sententiam, præsertim ex nouis probationibus & absoluendo dictum ser Franciscum a petitis pro parte dicti Petri victum uictori in expensis legitimis condemnãdũ iusta. l. properandũ. §. sin autem alterutra. C. de iudi. & in §. oportet. in auth. de iudi. & ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Allegatur.] Idem tradit Ias. c consi. 172. lib. 4. Natta.

a ¶ Consilio, quod pulchrum. consi. 396. li. 1. inci. casus talis est quidam dominus Lo. in nouiter impressis.

b ¶ Gl. latè Anto. Cor. in reperto. ver. gl. & vltra eum Cur. senior consi. 42. nu. 16. Pau. consi. 268. col. fi. li. 1. Ias. l. vt vim in fi. de iusti. iur. 101. c. 1. col. 8. de post. præla. Barba. j. lib. 4. sub consi. 55. nu. 10.

c ¶ Proportio. idem Pau. ibi & in l. quàm tuberonis. §. sunt quidem. ff. de pecu. & in consi. 126. lib. 2. Ro. consi. 409. Cęp. cau. ciui. consi. 22. colum. 4. Felyn. ca. sicut. col. 14. de re iud. Fran. Barb. de rescri. 1. par. 3. par. prin. q. 10. nu. 44. Ias. consi. 128. col. 2. lib. 1. consi. 172. colum. 3. li. 4. Albe. bru. consi. 66. col. fi. Alex. infra lib. 5. consi. 25. col. 4.

* In catastro.] Istud consi. habes. in con. 1. lib. 5. Natta.

* Melioramentis.] De melioramentis vide Doct. & ibi Ias. latè in l. 2. in 7. nota. C. de iu. emphy. & aliquid per Alex. infra lib. 2. consi. 100. in fi. & consi. 44. col. 2. lib. 3. & adde, quòd prædo perdit meliorationes rei, Dec. in l. nemo prædo. ff. de reg. iur. & vide opt. tex. & ibi Ias. in l. si in area. ff. de condict. indeb. & Alex. in l. diuortio. §. impendia. ff. solmat. & in l. domos hæreditarias. ff. de leg. 1. & in materia Bart. & ibi addita in l. in fundo. ff. de rei vendic. Et pro melioramentis competit retentio rei. l. si necessarias in prin. ff. de pigno. actio. gl. in l. si quis rẽ. ff. de acqu. pos. & in l. colonus. ff. de vi & vi arma. Et melioramentorũ materiam late explicant Mod. per 12. conclusiones in trac. de pigno. Quinta parte principa. membro. 4. in fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Venire quis potest contra factum suum nullum.*

2 *Consensus simplex non confert titulum.*

3 *Statutum laicorum extenditur ad res ecclesiasticas, etiam si cum clericis contrahatur.*

CONSILIVM XCIII.

Visis & ponderatis scripturis mihi exhibitis in causa vertente, aut quę verti speratur, inter Longanum quondam Gorij ex parte vna & Antonium quondam Bartoli Paxolum ex altera. ¶ Omisso multiloquio adhærens his fundamentis principalibus in quibus veritas mihi consistere videt̃, prout maximè, & consulendo decet arbitror de iure dictam inuestituram factam per episcopum Cesenæ dicto Antonio non valuisse, & illa non obstante potuisse dictum Longanum de iure inuestiri de re prædicta consueta locari. ¶ Ad hoc enim ostendendum adducitur principaliter quòd tempore dictæ inuestiturae

turæ Longanus erat possessor illius domus & cum titulo, vt in scripturis mihi transmissis affirmatur: tunc procedit dispositio statuti transmissi, volentis iu effectu quòd nemo audeat se inuestiri seu innouari facere de re aliqua possessa, seu de qua alius p se vel actores suos foret innouatus vel inuestitus: si possessor talis rei vel ascendentes hæredes seu legatarij ipsius inuestiri vellent de ipsis rebus seu innouari & illas recognoscere, secundum quod res ipsæ consuetæ erunt locati: & quod nullus qui non sit de possessoribus dictæ rei, seu non sit de descendentibus hęredibus vel legatarijs dicti inuestiti, vel quod ab ipso inuestito acquisiuisset titulo singulari: nō audeat de rebus prædictis innouationem assumerę seu in emphyteusim ipsas conducere, nisi citatis dictis possessoribus vel hęredibus seu legatarijs prædictis, aliàs innouatio ipso iure non valeat: vt latius in dicto statuto continetur. ¶Ergo cum facta fuerit dicta innouatio domin. Antonio non citato Longano possessore, est nulla
1 ipsa innouatio ipso iure & per consequens † contra actum, qui est nullus ipso iure, potest dictus episcopus venire, quamuis ipsemet fuerit ille qui ipsam innouationem fecerit: vt in c. si quis presbyterorum. Et ibi plenè not. de re. eccle. nō alie. c. nosti. & ibi plenè not. de electio, l. iubemus. §. sanè. de sac. san. eccle. l. prima. C. de lib. tol. not. in cap. diuersis fallacijs. de cleri. coniug. in cap. pænitentes. 55. di. & plenè in l. post mortem. ff. de ado. ¶Nec ob. quòd statutum dictum videatur velle quod ille qui acquisiuit titulo singulari ab inuestito innouari possit absque citatione alicuius, & per cōsequens cum dictus Antonius acquisiuit a dicto Ioanne fratre Longani, qui Ioannes fuerat de dicta re inuestitus de consensu Longani, videtur ꝙ dictus Antonius potuerit iuestiri sine citatione alicuius: quia respōdeo ꝙ non apparet ꝙ Antonius acquisiuerit dictam rem aliquo titulo à Ioanne fratre Longani. Sed solum apparet ꝙ Ioannes parum ante mortem consensit, quod episcopus innouaret dictū Antonium de donatione prædicta de qua erat inuestitus Ioan. vt nominatus in instrumento inuestituræ dicti Ant. in quo inter cætera continetur quod de dicto consensu Ioannis apparebat publicum instrumentum rogatum per eundem notariū: quod quidem instrumentum consensus & licentiæ mihi non est exhibitum, licet illud mihi alias transmitti petierim, vnde si in dicto instrumento consensus vel aliàs cōtinetur ꝙ dictus Ioan. consensit ꝙ episcopus inuestiat dictum Ant. de domo: sequitur quod antequam dictus Anto. inuestiatur, non acquisiuerat dictam domum nec in ea titulum habebat: sed solū habebat licentiam acquirendi. Et episcopus habebat licentiā cō-
2 cedendi. † vnde aliud est rem acquisiuisse ab inuestito, & aliud est habuisse licentiam acquirendi, sicut aliud est emptio & vē-
* ditio, & aliud est licentia seu promissio vendendi* vel emendi. l. bonæ fidei. ff. de eo quod cer. lo. l. fi. ff. de re. eorū. l. & si equo. ff. de lega. 1. & patet ad sensum. ¶ Vnde ille simplex consensus Ioan. non tribuit titulum, sed est pręambulum ad acquirendū, & non potuit ipse vtile dominium nudo consensu a se abdicare & transferre in Ant. nisi intercessisset aliquis titulus venditionis vel verę donationis aut alius similis habilis ad translationem dominij. l. si quis. §. differentia. ff. de acqui. pos. l. nunquam nuda. de acqui. re. do. & quod plenè nota. maximè p doc. in l. cum falsa. C. de iu. & fac. igno. & in l. si rem aliquā. de acquirenda pos. ¶ Ergo si tempore inuestiturę factæ dicto Anto. non acquisiuerat dictam domum Antonius à Ioanne mediante aliquo titulo venditionis aut simili, vt dixi, sed solum interuenerat dictus nudus consensus Ioan. sumus in terminis statuti volentis quod nullus qui non possideat rem vel non sit de descendentibus hæredibus vel legatarijs inuestiti, vel nō acquisiuerat rem ab ipso inuestito non possit innouari vel inuestiri non citato possessore dictæ rei seu alijs enumeratis in dicto statuto. Et dicta innouatio aliter facta sit ipso iure nulla.
3 † Et puto quod dictum statutum quātum ad proprietatem sibi locum vendicet etiam si fuisset statutum laicorum, quamuis res prædicta sit ecclesiastica attento quod dictus Ant. erat suppositus iurisdictioni statuentium. Ita videtur decisum per
* Federi.* de Senis in consi. 81. in ordine meo de hoc inci. statuto ciuitatis Perusinæ cauetur ꝙ nullus &c. vbi quærit, quid si statuto cautum est ꝙ nullus comes Marchio vel natus de prole militari ex parte masculina, audeat vel præsumat per se vel per alium recipere vel in se transferre aliquam actionem personalem vel realem cessionem quocunque titulo inter viuos contra aliquem popularem. Et si contrafecerit talis cessio non valeat nec teneat, nec ex ea possit aliquid peti, & cedens perdat ipso facto actionem & puniatur in centum libris &c. Et contingat ꝙ syndicus cuiusdam monasterij specialiter constitutus ad actum infrascriptum, pro supplemento legitimæ cuiusdam monialis dicti monasterij dedit cessit & mādauit cuidam Perusino nato ex militari prole & linea paterna, omnes & singulas actiones eidem monasterio ex persona dictæ monialis, contra hæredes patris monialis prædictæ & contra omnes & singulos detentatores bonorum patris, & contra omnes qui in aliquo fuissent obligati dicto patri & postea cessionarius p̄dictus vigore dictæ cessionis agit contra popularem Perusinū debitorem patris olim dictæ monialis, petens executioni mandari dictum instrumentum pro rata contingente dictum monasterium ex persona dictæ monialis: Debitor vero conuētus opponit quòd cessio facta per syndicum non valuit, quia est contra formam dicti statuti laicorum. & concludit Fed. in d. consi. post multa quod dicta cessio non valuit contra dictum popularem. ¶Nec ob. secundum eum si dicatur, quòd per tale statutum, restringitur libertas & facultas quam habet ecclesia vt possit contrahere cum quocunque. & per consequęns non debeat valere, iuxta id quod habetur in cap. nouerint. de sent. exc. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & ca. fin. de re. eccle. non alie. & in auth. cassa. de sac. san. eccl. † quia respondit
4 imo non est contra libertatem ecclesiæ: quia licet possit contrahere cum quocunque, debet intelligi cum quocunque non prohibito. l. generali vel particulari. allegat in ar. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamē. vnde dicet ne aliquis quod ecclesia possit contrahere cum prodigo cui est interdictum bonis vel cum minore sine solennitate? Et potuerit ne facere etiā quod iura & leges non habeant locum in contractibus? & certe absit error iste secundum eum. ¶Accedit secundum ipsum: quia statutum habuit respectum non ad personam vel eius cessionem: sed ad personam suscipientem quæ est subiecta: & maxime cum dicta prohibitio non sit generalis omnium personarum sed certarum: & sic non vertitur in præiudicium ecclesiæ. poterit enim cum alia persona æquè contrahere: vt ibi per ipsum latius respondentem ad quædam alia quæ adduci possent iu contrarium. Et ex dictis ibi patet responsio ad ea quæ no. Ioā. And. in c. fi. de immu. eccl. ¶Ita ergo in opposito dictum statutum potuit inhabilitare certas personas statuentibus subiectas ad recipiendum inuestituram nisi seruata certa solennitate seu forma, de qua in statuto & tales personas nō potuit inuestire. ¶Etiam facit quod no. Bald. in repe. magna. l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. catholi. in 20. colum. in versic. sed hic quæro an arctet clericum & c. & in versi. sequitur. vbi voluit quòd statutum laicorum volens quod nullus possit contrahere sine præsentia presbyteri comprehenderet etiam contractum qui fieret cum clerico, vt probat ipse p id quod habetur in l. cum lege. C. de epi. & cler. l. generali. C. de sac. san. ec. ¶Et etiam concludit ꝙ statutum laicorum dispo-
* nens quod res tributaria non possit alienari in non subditos, * operatur quòd non possit transferri in ecclesiam, propter illā prohibitionem statuti. Item etiam latius concludit in c. clerici. de iudi. in ver. Sed hic quæritur de tali dubio. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in vlt. colum. de consti. & Ia. Bu. in l. assiduis. C. qui poti. in pig. ha. & in auth. cassa. & dato quòd in hoc Iac. Bu. & Bal. in dictis locis habeant contradictores: tamē hoc nō facit vim: quia dato quòd vera sit opi. illorum qui tenent contra. quod statutum disponens quod res mobiles nō possint alienari in non subiectos non intelligitur de alienatione quæ fieret in ecclesia. tamen non hoc obstat casui nostro. Ex pluribus modis ad illud respondet Fede. in dicto cōsilio qui in casu suo & nostro non videtur habere contradictorem. ¶ † Ad idem
5 etiam quod no. Saliç. in d. authen. cassa. in pen. q. volens quòd statutum disponens quod minor 25. annis non possit alienare rem immobilē nisi seruata certa solennitate puta cum p̄sentia agnatorum habeat locum etiam si minor contrahat cum clerico. ¶ Alio principali fundamento moueor in fauorem dicti Longani, quia vt præsupponitur in allegationibus mihi transmissis & etiam aliqualiter narratur in supplicatione Longani: dictus Longanus qui antea habebat titulum emptionis in dicta domo, concesserat dictum Longanum inuestiri de illo vti li dominio: quod erat Longani cum pacto quod Ioan. teneatur alere

alere dictum Longanum & eius vxorem.& istud pactum non fuit seruatum. Vnde dico q̃ si post dictum pactum dictus Io. vel post mortem eius, hæres suus fuit in mora alendi dictum Longanum & vxorem, reuocatur illa concessio facta Ioanni, mediante consensu d. Ludouici postquam non fuit seruata dicta conuentio, & redditur priuatus Io. illo vtili dominio in eũ
* translato, vt est casus in l. 1. C. de dona.* quæ sub modo. & per consequens extinguitur ius dicti Ant. si quod erat transslatũ
6 in eo: † quia resoluto iure datoris, ius acceptoris extinguitur. l. lex vectigalis. ff. de pig. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. lo cati. no. in ca. 1. §. rursus. in ti. qui. mo. feu. ami. ¶ Vnde si verũ hoc est vt in dictis scripturis narratur istud est fundamentum tutissimum, quod me potissime trahit ad consulendum pro ista parte. Ex quibus concludo dictam inuestituram factã in Ant. viribus carere debere, & inuestiendum esse dictũ Longanum, maximè etiam cum sit proximior agnatus d. Io. per id quod no. Bart. in l. 1. ff. de priui. cre. & in l. 1. §. permittitur. de aqua quoti. & æsti. & in l. si mihi & Titio, de verb. oblig. & Angel. in d. §. permittitur. & Anto. de Butr. in capit. primo. de loca. & d. Car. floren. in capit. primo. de postu. præla. & ibi not. per gloss. & Ioan. An. in cap. ex parte. de feu. in 9. colum. & Ludo. Roma. in rub. de arbitris post medium. in l. 2. in princ. ff. sol. mat. Alex.

ADDITIONES.

* Hoc consi. est duplicatum in lib. 6. nu. 22. Natta.
* Vendendi.] Vide circa hoc notabiliter And. sicul. consil. 51. dub. 3. lib. 1. vbi disputat, an si statuto vel pacto prohibeatur alienatio, incidatur in pœnam per pactum de alienando, & vendendo. Et vide Paul. de Cast. in d. l. in bonæfidei, vbi vult quòd si traditum est alicui qui promisit vendere, possit repeti datum pro futura venditione, si amplius nolit, qui dedit emere. Et facit, quia emphyteuta non cadit per promissionem de alienando, Alexan. consi. 173. 1. colum. lib. 2. Et plura ponit Dec. in l. cum fundum. §. seruum tuum imprudens. in 1. notab. ff. si cert. peta. vbi, propter hoc reprobat dictum Ioan. And. volentis, quòd vbi quis promisit se obligaturum pro decem, possit absque alia obligatione conueniri ad decem causa euitandi circuitus. Et de p̃dictis latè Iaso. in d. l. in bonæfidei, & consi. 117. li. 1. Et licet per alienationem necessariam inducatur reuocatio legati, non tamen per promissionem de alienando, Alexan. infra hoc eodem lib. consil. 168. colum. 2. in fin. Et ad illud dictum Pau. de Cast. in d. l. in bonæfidei, Fabia. tenet oppositum in trac. de emptio. & venditione. Quinta quæstio. princip. colum. 14. versic. Quarto quæritur. & ad reg. pro concordia Alex. consi. 75. col. pen. lib. 5. Natta.
* Per Federi.] Istud consi. Federi. refert, & sequitur Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ colum. 35. de consti. & Alexan. consil. 143. circa fin. lib. 7. hodie dictum consi. Feder. in vulgatis exemplaribus est in ordine. 85. Natta.
* Subiectos.] Vide Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de Constitu. colum. 38. & ex ibi dictis potes corroborare dicta Alex. hic. Et an statutum loquens de non subiecto, vel forensi habeat locum in clericis Deci. consi. 114. 1. dub. & consi. 275. 1. & 2. dub. Natta.
* L. 1. C. de donat.] Fauore alimentorum competit rei vendicatio Bald. consil. 212. Ad euidentiam lib. 2. vbi d. moram non purgari. Et donatarius probare debet alimentorum præstationem Corn. consi. 102. lib. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non censetur velle derogare rei iudicatæ.*
2 *Compromitti non potest super re iudicata.*
3 *Hæreditatis petitio non competit hæredi postquàm possedit.*
4 *Præsumptio iuris debet allegari.*
5 *Fama quomodo probetur.*

CONSILIVM XCIIII.

In causa & lite coram arbitris inter Cechum Mengolini de monte Catino agentem & Michaelẽ de Regis defendentem ob festinantiam nuncij omittam argumenta ad partes. ¶ Et præmittendum est quòd dicta causa fuit commissa per superiorem do. Malgarito qui pronunciauit ab soluendum dictum Michaelem a petitione dicti Cechi quæ sententia in rem iudi. transiuit per lapsum decem dierum intra quos non fuit appellatum, vt oportebat. cap. quod ad consultationem. de re iudi. auth. hodie. C. de temp. appella. & per quandam sententiam latam a dicto episcopo tanquam iudice delegato, qui pronunciauit dictam primam sententiam transiuisse in rem iudica. a qua non fuit appellatum. ¶ Modo tertio loco superior causam commisit dom. Malgarito prædicto ad instantiam Mengolini tanquam patris & legitimi administratoris dicti Cechi: vt in actis mihi transmissis apparet cui domi. Malgarito superior postea mandauit quòd non obstante dicto rescripto de legatario institiã partibus summariè administret. ¶ Demum producta petitione coram domi. Malgarito. & factis exceptionibus replicationibus & duplicationibus factum est compromissum in arbitris de omnibus litibus &c. coram quibus examinati sunt certi testes a partibus producti. ¶ Aduertendum est igitur quòd petitioni dicti Cechi obstat ex
1 ceptio rei iudicatę † quę est tantę potentiæ quod impedit litis ingressum. cap. j. de lit. contest. lib. 6. ¶ Nec virtus dictę senten
2 tiæ dicitur esse sublata per dictum rescriptum: † quia prin-
* ceps in dubio * non præsumitur velle derogare sententiæ quæ transiuit in rem iudica. vt est bonus tex. in cap. exposita. de arbi. Imo nec rescriptum factum in contrarium tenet; nisi in eo esset adiecta clausula, non obstante tali sententia transacta in rem iudicatam. l. fin. & ibi not. C. de senten. res. non poss. & l. causas. cum ibi not. C. de transac. ¶ Sed in dicto rescripto princeps apposuit dictam clausulam: ergo &c. ¶ Ad hoc adduco pulchram decisionem dominorum de rota sua conclu. 366. aliàs 357. sub titu. de rescrip. quæ incipit, item si in commis-
3 sione: quia ibi concludunt † quòd si in supplicatione petatur quòd in causa procedatur summariè id est simpliciter, de plano sine strepitu & figura iudicij. & superior nihil de prædictis cancellauerit sed in signatura supplicationis audiat talis & iustitiam faciat, rescripsit, non videtur commisisse, quòd summariè procedatur, quia si ita voluisset princeps rescripsisset & expressisset cap. ad audientiam. de decisi. secundum eos. ¶ Qui
* nimo nec in supplicatione fit mentio * quòd sententia transiuerit in rem iudica. & licet in dicta supplicatione sit narratũ, quòd contra dictum Mengolinum fuit pronunciatum quod fuit condemnatus: & quod sententiæ fuerunt executæ: non per hoc infertur necessario quòd dicatur eis narratum dictam sententiam in rem transiuisse iudicatam: quia dicta sententia
4 lata per d. Malgaritum in fauorem dicti Michaelis fuit † absolutoria, quæ incontinenti trahit secum executionem absque aliquo nouo facto iudicis, vt no. glo. & docto. in capi. pastoralis. de appe. & Inno. in cap. cum in nostris. de concessi. præbe. Bartol. in l. miles. §. qui iudicari. ff. de re iudica. & sic per hoc non infertur necessario quod de ea fuerit narratum. ¶ Præte-
* rea dicta verba supplicantis possunt verificari * in exec. quę de facto processisset, antequam sententia transiuisset in rem iud. & sic patet, quòd dicta verba non cõcludunt necessario quòd dicta sententia transiuit in rem iudica. & per consequens patet quod dictum rescriptum fuit surreptitium: ideo opitulari non debet impetranti. cap. super literis. de rescript. l. præscriptione. cum ibi not. C. si contra ius vel vtili. pub. ¶ Insuper ostenditur quòd dictus Cechus tali rescripto iuuari non potest: quo ad hunc finem, vt intelligatur rescissa dicta sententia: quia ipsemet rescribens mandauit dicto iudici delegato, vt non obstante dicto rescripto summariè iustitiam partibus ministraret. Nec etiam prædictę exceptioni habet obstare, si dicatur quòd per compromissum factum videtur esse recessum à dicta sententia, vel saltem illa dicatur esse suspensa vel
5 rescissa: † quia respondeo quòd compromissum fieri non potest super re decisa per sententiam quę transiuit in rem iudic. vt no. Bartol. in l. post rem. per illum tex. & ibi clarius. Bald. ff. de transac. & Bar. & Bald. in l. eleganter. in princip. ff. de condi. inde. Bald. in l. si diuersa. C. de transac. nisi expresse per dictum Michaelem esset renunciatum dictæ sententię. facit. l. si. C. de noua. l. 4. §. si ex conuentione. cum ibi not. ff. de re iudic. legitur & no. in d. cap. exposita. de arbtris. ¶ Fortius dico, quòd posito quòd etiam obstaret exceptio rei iudi. adhuc ferri debet per dominos arbitros absolutoria in fauorem Michae. ad quod ostendendum considero, quod Cechus in petitione sua dixit quòd bona in peti. sua contenta, spectauerunt & pertinuerunt ad Bacchum iure directi dominij vtilis vel quasi, & quod possedit vsque in tempus mortis: & quod decessit Bacchus superstitibus dicto Petro Benedicto & Antonia filia eius filijs legitimis & naturalibus, & dicti Bacchi hæredibus vniuersalibus ab intestato, & quod dicti Petrus Benedictus domina Antonia post mortem dicti Bacchi dicta bona pro indiuiso possederunt. ¶ Ex quo infero pro dicto Cecho asserto hęrede, &

dę, & filio dominę Antonię, non potest dici quod competat
petitio hæreditatis ex persona matris, nec etiam interdictum
quorum bonorum ex persona matris: quià matri tempore
mortis non competebat petitio hæreditatis nec quorum bo-
6 norum † quia hæredi nunquam datur petitio hæreditatis vel
interdictum quorum bonorum ad res hæreditarias quarum
possessionem semel apprehendisset hæres: quia apprehensa in
continenti per hæredem desinunt res tales esse hæreditariæ:
sed dicuntur esse propriè hæredis. ita per hanc rationem con-
cludit no. glo. in cap. j. de confes. in 6. in fin. glo. magnæ. Barto.
in l. 2. ff. de fideicom. hære. pet. facit quod not. in l. 1. §. veteres.
de acquir. pos. & in l. hæres per seruum. ff. de acqui. hære. sed
dictus Cechus narrat quod domina Antonia & mater acce-
pit possessionem dictæ hæreditatis. ergo sicut matri non com-
petebat amplius petitio hæreditatis nec interdictum quorum
bonorum, ita nec competere potest dicto Cecho ex persona
matris, cuius asserit se hęredem. l. quod ipsis. ff. de regul. iur. l.
cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscri. in cap. is qui in ius.
de regul. iur. in 6. ¶ Nec etiam competere potest petitio hære-
ditatis aut interdictum quorum bonorum ex persona sua pro
pria: quoniam in hæreditate dom. Antoniæ intelliguntur esse
bona possessa per dom. Antoniam. ¶ Cum igitur factum fue-
rit compromissum de dictis litibus vertentibus inter dictas
partes occasione eorum, quæ in dicta petitione continentur,
quæ etiam reproducta fuit coram dictis arbitris, & dictæ lites
vertebantur solum ratione petitionis hæreditatis vel rei vendi
7 cationis aut publicianæ, vt patet ex dicta petitione; † ergo di-
cti arbitri non possunt super alio iudicare quam super eo de
quo fuit factum compromissum, & super eo quod fuit petitū.
l. non distinguemus. §. de officio. & l. si cum dies. §. plenum.
cum seq. ff. de arbi. not. Bart. in l. Aquiliana. ff. de transa. & d.
Ant. in cap. constitutus. per illum text. cum glo. de religio. do
mi. no. in cap. quintauallis. de iureiuran. Bald. in l. fin. §. 1. C.
communia de leg. ¶ Et si non potest contra Michaelem obtine
re in principali repetitione, multominus in fructibus de qui-
bus nihil est probatum. ¶ Malè etiam videtur condemnare Mi-
chaelem ad fructus petitos per Benedictum & Petrum: quia
in hoc iudicio non reperio probatum quod Michael fuerit hæ
8 res Benedicti & Petri. † & licet Michael fuerit filius Petri non
tamen sequitur: ergo hæres, quando agitur contra eum, vt ple
nè no. in l. necessarijs. maximè per Bart. & doc. ff. de acqui. hæ-
re. & in l. 1. C. si vt se ab hære. absti. & glo. & Ange. in l. si cum
dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri. & Bald. in l. si filius. cū
concor. ff. de vulg. & pupil. ¶ Plus dico quod etiam si probatū
esset, quod Michael possedisset bona quæ fuissent possessa cū
tali actu, qui fieri nequit citra nomen & ius hæredis. iuxta. l.
pro hærede. & l. gerit. de acqui. hęred. & in l. 2. C. de repu. hæ-
9 red. & l. non hoc. C. vnde cog. tamen non sufficeret: † quia ex
talibus actibus ita demum quis præsumitur adiuisse hæredita
tem si allegaretur quod adiuerit hæreditatem. secus si non al-
legetur, prout in hoc processu in quo hoc allegatum non repe
rio. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. &
colligitur ex not. per Bartol. in l. rem alienam. ff. de pign. acti.
in 3. colum. versi. nec ob. præce. & Bald. in l. etiam. C. de exce.
rei iudica. in 2. colum. Salice. in l. certi. C. loc. vbi dicunt ꝙ in
casibus in quibus de iure quis præsumitur dominus: illud ꝓ-
cedit si tale dominium allegetur: alias secus. ¶ Et in simili di-
10 cunt doc. † quod licet alias ex titulo possidentis præsumatur
bona fides. l. pen. cum si. C. de euictio. illud est verum si talis
bona fides allegetur, aliàs secus. ita dixit Bald. in cap. & si quis
per triginta. si de feu. fuc. contro. inter do. & ag. & Bald. & An
ge. in l. super longi. C. de præscrip. long. tempo. & Angel. in l.
cum qui. §. fin. ff. de pub. ¶ Deficit in alio pars aduersa: quia in
hoc iudicio non reperio probatum quòd Michael possideat
bona petita: ergo non potest sequi condemnatoria. l. 1. C. de
alie. iudi. mut. cau. fac. & l. licet. & l. regulariter. ff. de peti. hę
re. quod tamen licet esset probatum non iuuaret actorem: vt
patet ex pręmissis. ¶ Igitur prædictis non habent obstare ea
quę deponunt quinque testes examinati & recepti in fauorem
Cechi: quia in veritate isti testes nihil probant: & posito quod
probarent ea quę deponunt, tamen adhuc nullo modo posset
ferri pro dicto Cecho: in infra declarabo. ¶ Venio ad primum
testem, qui est Ioan. Lau. & iste testis dicit quod vidit Petr. &
domi. Anton. possidere nomine Benedicti: ergo non nomine
proprio. & pręterea subdit quòd est publica vox & fama in
villa montis Cathonis quòd domi. Antonia & Petrus erant hę
redes Bacchi, & similiter quòd est vox & fama quod remanse-
rint dicta bona in dicta hæreditate Bacch. interrogatus in cau
sa scientię, dicit quòd vidit & audiuit prout testificatus est. in
terrogatus super interrogatorijs partis aduersę dicit quòd ista
domina Antonia nunquam coluit nec coli aut laborari fecit
istas possessiones. ¶ Aduertendum est igitur quod iste testis
non dicit quòd domi. Anto. possederit, saltem nomine pro-
prio; imo potius dicit contrarium licet aliquid dicat de voce
11 & fama: tamen quo ad hoc nihil probat: † quia ad hoc vt te-
stis deponēs de fama probet necesse est vt interrogatus de cau
a sa scientię, dicat ꝙ audiuit hoc publicè dici à maiori[a] parte
populi seu hominum illius loci in quo erat fama, vt no. glos.
& docto. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. Bartol. plenè in l. de mi-
nore. §. tormenta. ff. de quęstio Canonistæ in cap. veniens. extra
de testi. Salice. plenè in l. ea quidem. C. de accu. ¶ Imo secun-
dum Inno. & domi. Anto. in d. c. cum oporteat. de accus. etiam
si testis de causa scientię non interrogetur debet causam scien
tię reddere ad hoc vt probet famam: quia non sufficit simplici
ter famam probare; quod etiam tenere videtur Bartol. in d. §.
tormenta. ad fin. Bald. l. proprietatis. C. de probat. sed dictus
testis in causa scientię, interrogatus non deponit quòd hoc au
diuit dici a maiore parte populi. ¶ Pręterea iste testis est sing.
&c. vox vnius vox nullius. l. vbi numerus. ff. de testi. & in cap.
in omni. de testi. ¶ Quinimo posito quod essent plures testes
deponentes legitimè de fama: tamen plenè non probarent:
12 † quia fama non est plena probatio, vt plenè not. per glos. &
doc. in d. §. eiusdem: & l. proprietatis. C. de probatio. & per
Bartol. in d. §. tormenta. glo. & docto. in cap. veniens. el 1. de te
sti. & in cap. 1. de apo. Specu. de noto. crimin. §. fama. versicul.
quid si agenti cum si. ¶ Martinus secundus testis nihil ad pro-
positum dicere videtur in fauorem Cechi. nam in proposito
dicit tantum se audiuisse à quibusdam quòd dicta bona fue-
13 runt Bacchi; sed clarum est quòd † vbi tractatur de proba-
tione alicuius rei in qua requiritur verus hominus actus, in
quo non sufficiunt verba tantum: vt est ad probandum domi
nium, in quo requiritur vt probetur verus titulus aptus ad ac
quisitionem dominij, & traditio possessionis seu illius appre-
hensio. l. traditionibus. C. de pact. l. nunquam nuda. ff. de ac-
qui. re. domi. tunc nunquam sufficit testimonium de auditu,
vt not. plenè Iaco. de Aret. & Cyn. in l. testium. per illum text.
C. de testa. & Innoc. in c. cum causam inter episcopum. de te-
sti. Specul. in titu. de teste. §. 1. & per Bartol. in l. 2. §. penu. ff.
de aqua plu. arcen. cum simil. ¶ Item dictus testis interroga-
tus super interrogatorijs rei dicit quod nunquam vidit domi.
Antoniam possidere dicta bona: & idem in effectu dicit Fran
ciscus tertius testis, similiter alius quartus & quintus testis.
Item ipse Cechus non potest obtinere in rei vendica. quia non
probauit de dominio vel quasi. Nec ex capite hęreditatis ma-
ternę, quia non probauit quòd domina Antonia possederit
dicta bona. Et etiam quòd isti testes probarent obstat execu-
tio rei indicatę. ¶ Ex quibus breuiter concludo partes arbitro-
rum esse in absoluendo dictum Michaelem & victum victo-
ri &c. Alexan.

ADDITIONES.

* In dubio.] Si Papa cui fuit supplicatum super reuisione sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, rescribat. Audiat talis, & iustitiam faciat, an intelligatur derogasse sententiæ? Alexan. hic sentit quòd non. Vide plenissimè Iaso. in l. Iustitia. colum. 1. & seq. ff. de iusti. & iur. Et quid importet rescriptum, quòd fiat iustitia, vide Deci. consilio 483. in princ. & Iaso. in l. causas col. 2. C. de transact. Et ꝙ per clausulam, Iustitiam faciat, derogetur rei iudicatæ, Neuiza. in consil. Bru. consilio 31. in fi. Natam. in clem. sæpe. §. non sic tamen col. 29. de verbo. signifi. Natta.

* Mentio.] No. ꝙ appellatione sententiæ non venit res iudicata. Dec. in l. res iudicata. ff. de reg. iur.

* Verificari.] Vide Ruin. consilio 21. libro. 5. vbi etiam ponit an princeps sine causa possit tollere sententiam, & ius ex ea quæsitum. Nat.

a Maiori. Bald. consi. 406. lib. 1. Dec. Tho. 380. Cur. senior consi. 82. colum. 6. Dec. c. quia nos. no. 2. de appel. Alex. ĩ. eo. consi. 112. nu. 5. ĩ. li. 4. consi. 10. nu. 9.

SVMMARIVM.

4 *Appellari non potest a sententia de exequendo.*

7 *Ne-*

7 *Negligentia procuratoris non appellantis, nocet domino numero 11.*

10 *Executio non potest promptè fieri per cessionarium.*

CONSILIVM XCV.

Visis processibus circa lites versas inter Samuelem Hebreum ex parte vna & Petrum Ioan. de Glandolino ex alia contingit dubitari an sententia lata per eximios iuris doc. domi. Margaritum & domi. Petrum Pau. die 3. mẽsis Nouembris, vna cum sententia taxationis expensarum exequi debeat contra Samuelem duntaxat, stante sententia postremò lata per iustissimum dictum vicarium, qua pronunciauit dictã sententiam transiuisse in rem iudicatam & executionem mereri, non obstante quòd a sententia vicarij siue pronuncia appellare velit, allegans sibi appellare licere quod per dictum Petr. negatur. quæritur quid iur. ¶Et prima facie videtur dictã sententiam exequi non debere: quia dicta sententia lata per do. Malgaritum, & domi. Pet. Pau. videtur nulla: & similiter omnes aliæ sententiæ latæ in fauorem d. Petri. ¶Nam aduertendũ est quòd per ser Iac. de Benagijs arbitrum & arbitratorem inter litigantes fuerit sententiatum dictum Pet. teneri in libris 30. Samueli a quo laudo non apparet reclamatum pro parte Petri. Vnde licet superior in ciuitate Imo. ad supplicationẽ Petri commiserit ser Carpigno. & ser Iac. de Bro. qui litem & differentiam dictorum litigantium determinare deberent: nõ p hoc potuerunt dicti ser Carpigno & ser Iac. cognoscere & pronunciare super re iam decisa per sententiam & laudum transa-
1 ctum in rem iudicatam: †quia princeps maximè sine clausula non obstante, non potest causas per transactionem finitas vel p sententiam suo rescripto resuscitare: vt dicit tex. in l. causas. de transa. & l. fi. C. senten. rescin. non pos. l. 1. C. sent. rescin. non pos. & l. fi. C. vt li. pen. & l. fi. C. de erro. aduo. sed laudum dicti arbitratoris censetur quædam transa. vt in auth. vt differ. iudi. §. 1. cum ibi no. posita in authen. si vero. C. de iudi. ergo nõ potuit dicta causa tanquam decisa transactio resuscitari. ¶Nec etiam hoc in dubio videtur esse de mente principis, vt videtur casu in c. exposita. de arbi. ¶Pro hoc etiam facit communiter sententia lata, etiam contra sententiam arbitratoris, transacta in rem iudicatam non valet. l. 1. C. sen. rescin. etiam si de consensu partium procederet, vt est glo. reputata sing. in l. si diuer
2 sa. C. de transact. ¶†Ex hoc videmus post sententiam non valere compromissum & laudum inde secutum. d. c. exposita. no. do. in l. si causa cognita. C. de transactio. & in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi. in l. post rem. cum concor. ff. de transact. ¶Circa quod in simili multa adduci possent. ¶Si ergo dictæ sententiæ sunt nullæ: ergo exceptio nullitatis euidenter apparens impediret executionem. l. 4. §. condemnatum. in fin. cum concor. de reg. iur. ¶Præmissis non obstantibus contrariã sententiam probabiliorem puto. præsuppono itaq; sententiã latam per do. Malgaritum & do. Petr. Pau. die 3. Nouembris transiuisse in rem iudicatam, cum ab ea intra decendium non fuerit appellatum. c. quod ad consultationem. de re iudi. 2. q.
3 6. biduum. in auth. hodie. de appella. ¶†Secundo præsuppono quod sententia super taxatione expensarum facta etiam transiuerit in rem iudicatam: quoniam licet fuerit appellatũ intra tamen legitima tempora non fuit prosecutum, quo casu non est necessaria pronunciatio super desertione appellationis, secundum formam constitutionum sub rubrica formæ. ¶Et idem non attingo an de iure cõmuni fuerit necessaria pronunciatio super desertione, de quo per glo. & do. in l. eos. in princip. C. de appel. Bald. & doc. in l. præterea. ff. nil no. appel. pen. & in l. si contra. C. de appella. & in cap. sicut appellat. de appel. Bald. in l. 2. C. vt lite pendente. & in authen. si quis litigantium. C. de epi. aud. & in d. l. eos. ¶Et si omnes dictæ sententiæ transiuerunt in rem iudicatam, superuacuum arbitror tractare an sententia lata super reductione laudi ad arbitrium boni viri licuerit vel non licuerit Samueli appellare. de quo per Innoc. & docto. in cap. præsenti de præscrip. Bartol. & alij in l. 1. ad fin. ff. de lega. 2. Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de appell. §. in quibus. versicul. sed quod conuentum. Bald. in ca. fin. quo tempore mil. & Bald. in repe. cap. tale pactum. §. qui prouocauit. in vlti. quæst. ff. de pactis. & in l. fin. C. de contrahen. emptio. & Imo. in l. 2. ff. de pub. iudi. ¶Non dubium ergo quòd talis sententia exequenda est iuxta. l. 2. & l. ordo. C. de execu. rei iudica. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudica. ¶Nec executionem istam habet impedire appellatio ab ista vlti. sententia vicarij potestatis pronunciatis sententiam exequẽdam esse: quia dictæ appellationi friuolæ a iure prohibitę non est deferendum. cap. cum appellationibus friuolis. de appe. li. 6. cap. cum speciali. §. porro de appella. in antiquis. l. constitutiones. ff. de app. not. in cap. Romana. in §. finautem. in glo. in
4 versic. mandetur de appe. in 6. ¶†Quod autem à sententia qua pronunciatum est sententiam exequendam non possit appellari, est communis opin. quam tenuit Ioan. An. in add. Specul. in titu. de appella. §. in quibus. super versic. quinto &c. vbi refert ita etiam Odof. & Guil. de Suza. in l. ab executione. C. quorum appella. Spec. idem tenere videtur in titu. de execu. sent. §. breuiter vero. Sed secudum eum referentem Alb. papi. ita tenuisse & Bartol. in l. ab executore. in princip. ff. de appel. idem quo ad propositum nostrum, tenet ibi Ange. allegans glo. in l. si cum executione. §. hæc autem. actio. ff. quòd met. cau. idem tenet Cyn. & Bald. in d. l. ab executore. C. quorum appe. & Bald. in §. hæc autem actio. dom. Anto. in cap. quo ad consulta. de re iudica. quæ iura indistinctè dicunt ab executione nõ appellari d. l. ab executore. 2. quæst. 7. §. ab executione. cap. nouit. de appella. cap. super quæstionum. §. nos autem. ff. de offi. delega. ergo siue exequatur facto siue etiam re ipsa siue pronunciando non potest appellari ab actu executoris: nisi modum excedat dictis iuribus. ¶Item, quia si appellari posset nunquam esset litium finis quod leges abhorrent. cap. finem litibus. de dolo & contuma. l. fratris. C. de transac. l. properãdum. circa princip. C. de iudic. ¶Item, si ab executione facti appellari non potest, vt dicunt omnes per iura prællegata. Nec etiam debet posse appellari a pronuncia de exequendo, cum eadem sit ratio, quoniam ambo tendunt ad executionem, si & eadem ratio: ergo idem ius. l. illud. ad l. Aquil. l. à Titio. de verbo. obligatio. aliàs enim sequeretur quod l. fuisset imposita verbis & non rebus contra. l. 2. C. de lega. cap. commissa. de
5 elect. in 6. ¶†Item prohibito aliquo, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. oratio, de sponsa. l. legem. C. de nat. lib. vnde cum prohibita sit appellatio ab executione, videtur esse prohibita appellatio à pronuncia de exequendo, per quam ad ipsam executionem deuenitur, & p has rationes ita concludunt doct. in legibus prællega. ¶A qua communi opin. in iudicando recedendum non est iuxta not. per Innoc. in cap. ne innitaris. de consti. & Ioan. An. in capi. 1. eod. titu. Bartol. & Bald. in l. fin. C. de pœna iudi. qui. & Bald.
6 in cap. 1. §. iudices. not. de pa. iura. fir. †imò pręsumitur per imperitiam iudicare ille qui inhæret singulari opin. relicta communi sententia secundum Bald. in l. præterea. per illum tex. de senato. & vbi variæ sunt opin. sequenda est illa opi. quę plurium magistrorum authoritate comprobatur. l. 1. ibi sanè &c. ibi hoc no. Bald. de offi. quæsto. ff. vnde licet aliqui pauci contrarium tenuerint: non est tamen dicta communis opi. relinquenda. ¶Nec in dicta pronuncia apparet modus excessus in executione: qui modus dicitur excessus, quando ante tẽpus quod datur condemnatis, exequeretur: vel quando vltra quam esset condemnatum, exequeretur: vel quando iudex exequens non admitteret aliquam exceptionem de his quę opponi possent post sententiam: & sic de singulis prout latius examinatur per glo. & doct. in locis præalleg. ¶Ex quibus patet appellationi non esse deferendum, & illa. non obstante fore procedendum ad executionem per deducta. ¶Nec dicat aliquis dictam sententiam non esse exequendam contra Samuelem, sed contra ser Iacobum de Caputijs procur. non appellãtem, qui vt dicitur dolo & culpa non appellauit a sententia lata cõtra Samuelem, contra quam sententiam peti posset pro ipso Samuele in integrum restitutio, eo casu quo ser Iacobus prędictus soluendo non reperiretur, ne ex negligentia procuratoris in non appellando enormiter lędatur constituens, & si aliàs fieret dicitur excedi modus in exequendo, prout etiam reperio omnia hęc deducta coram vicario. †Quoniam respõdeo,
7 quòd negligentia procuratoris in nõ appellando nocet domino. l. 1. §. fin. quando appe. sit. & 2. quęst. 6. §. si aduersus. plenè not. docto. in l. 1. §. procurator. ff. si quis ius di. non optem. & in l. fin. ff. de resti. in integ. cano. in cap. 1. vt lite non contesta. ¶Nec istud fuit inductum in pœnam domini, sed procedit ex eo quia potestas appellandi non viuit vltra decem dies secundum

dum doct. in dictis locis. Item, quare imputaret debet sibi
dominus si malam electionem fecit in eligẽdo procuratorem
non solertem nec diligentem. l. cum mandato. §. fin. de mino. l.
si procuratorem. §. si tutores. ff. mandati. cap. si compromissa-
rius. de elect. in 6. ¶Et licet glo. & doc. in l. 1. §. fin. ff. quando
appel. fit. & in authen. hodie. C. de appella. dicant quòd procu
ratore non reperto soluendo possit restitui in integrum domi-
nus aduersus negligentiam procuratoris non appellantis, &
non ipso iure, sed per restitutionem succurritur domino secũ
dum Salice. in d. authen. hodie tamen. ¶Cum non constet ser
Iacobum non esse soluendo nec probatum fuit quando fuit al
legatum coram vicario Potestatis non dubium si talis opposi
tio non habet impedire executionem sententiæ, maximè cum
8 † nulla exceptio quæ per acta non probatur vel quæ altiorem
indaginem requirit & incontinenti probari non possit nun-
quam impedit executionem sententiæ, vt not. Specul. de lite
contesta. §. quando autem. versi. quid de causa. & Innoc. & ca-
no. in cap. cum in ius. de offic. delega. plenè Bartol. in l. 4. §. cõ
demnatum. ff. de re iudica. Iaco. Barto. & Bald. in l. fin. C. si ex
fal. instru. vbi dicit Bart. cautela esset quòd opponẽs exceptio-
nem contra executionem sententiæ, offerat se incontinenti ꝓ-
baturum: aliàs non impedit: sed hoc factum non fuit not.
Bald. in authen. quæ supplicatio. C. de præci. imper. offer. &
in l. ab executione. C. quorum appe. & in l. fin. C. de ordi. cog.
& in clem. 1. de re iudica. cum suis conc. ¶Præterea, vt infra
dicam, non potest isto casu contra Petrum allegare Samuel ne
gligentiam & culpam ser Iacobi procuratoris, cum ipse po-
tius fuerit in negligentia non appellando à sententia cuius te-
nor sibi fuit intimatus, quod procurator qui notitiam senten
tiæ habuisset non appareret, vt statim ostendam. ¶ Nec simili-
ter obstat si dicatur Samuelem potuisse appellare etiam nunc
à sententia lata die 3. Nouembris per dictos commissarios, eò
quia actis apparet dictum ser Iaco. procura. debuisse appellare
& non appellauit: & sic euidenter procurator deliquisse vide
* tur, prout sub dubio fortè voluit Bartol.* in d. l. 1. §. fin. quan-
9 do appe. fit† Quare respondeo quod in dubio pręsumitur pro
sententia, quòd iusta sit. l. Hærennius. §. Caia. ff. de euictio. cap.
in præsentia. de renunc. cap. cum inter. cap. sicut. de re iudica.
Propter quod dicimus quòd in dubio procurator non tene-
tur appellare à sententia, nisi de iniustitia euidenter apparet,
secundum Cyn. in l. inuitus. in 6. quæst. C. de procura. & sequi
tur ibi Bald. & docto. ¶Imo ex his quæ in processu video quòd
manifestè appareat ex actis quòd dicta sententia fuit iusta. cir-
ca quod plures tangi possent circa merita causæ, sed puto non
10 oportere, sed duo tantum dicam. ¶ † Vnum est quòd debitor
licet ad instantiam creditoris capi possit nulla citatione præce
dente debitoris ex forma statuti vel instrumenti: tamen hoc
a nunquam fieri potest ad instantiam cessionarij. a quia prius de
cessione discuti oportet citato debitore. ita in proprijs termi-
* nis firmat Bald. * in l. per diuersas. in 10. quæstio. C. mandati.
allegat no. per Innoc. in cap. quia. de iudic. bene faciunt not.
per Bartol. in repetitione. l. creditore. in 24. quæst. C. de pign.
¶Ex quo apparet fuisse pronunciatum dictam capturam fuis-
se nullam: & etiam ex alio capite. quare puto ex his quæ rela-
ta fuerunt in processu quod non fuerit plenè probatũ de mor-
te Matoxij, licet testes in processu non viderim, puto etiam
calculatam fuisse instantiam à sententia interposita per ser Car
pinum, & sic esse desertam. Ex quibus dico quòd in dubio
præsumitur sententiam latam die 3. Nouembris fuisse iustam;
& sic non tenebatur ser Iacobus appellare. Sumus ergo extra
id quod dicit Bartol. in l. 1. §. fin. quando appellan. fit. ¶ Non
omitto etiam quod contra Bartol. tenuit Bald. in auth. hodie.
C. de appel. & in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. dicens
quòd communis opin. glo. & doct. repugnat opin. Bart. & con
cludit etiam quòd si euidenter appareat quod procurator de-
buerit appellare & non appellauerit: tamen non poterit domi
nus appellare nisi procuratore existente non soluendo: & est
ratio secundum eum: quia ille, qui obtinuit sententiam tra-
ctat de lucro. l. debitor. §. fin. ff. ad Treb. Et ideo damnum
passo consulitur tantum in subsidium; si ille qui fuit in culpa
non existeret soluendo. l. fin. in princip. ff. de eo per quem fa.
erit. & quia imputare debet sibi dominus si malè elegit pro-
curatorem. ¶Præterea reperio quòd longè maior fuit culpa Sa
muelis quàm procuratoris: quia sententia fuit notificata Sa-
mueli & non procuratori: vt patet ex actis: & clarum est quòd
Samuel poterat appellare à sententia lata etiam contra procu-
ratorem suum litigantem & defendentem in iudicio nomine
11 Samuelis. cap. non iustè. cum ibi not. in glo. de procur. ¶† Vn
de eo casu quo nos dicimus quòd aliquando auditur domi-
nus ad appellandum post 10. dies si est lata sententiam contra
procuratorem non appellantem: vt d. l. 1. §. fin. quando appel.
fit. in verbo difficile. cum ibi not. illud est quando dominus
absens ignorans & causa agitabatur per procurato. quoniam
tunc non potest imputari domino si non appellauit: sed quan-
do dominus est præsens & sciens sententiam contra se latam
esse, vt in casu nostro: tunc nullo modo sibi succurritur, si
non appellauit procurator, cum ipse dominus fuerit in culpa
non appellando: text. est à contrario sensu. in d. l. 1. §. fin. ff.
quando appella. fit. ibi, difficile &c. quia si præsens fuit domi-
nus etiam cum difficultate aliquo casu etiam non auditur.
¶Hoc etiam probo ratione vrgenti: quia in casibus in quibus
12 dicimus † contumaciam procuratoris non nocere domino,
quod fortius est quando sola negligentia limitatur, hoc proce-
deret nisi dominus sciuerit & potuerit purgare contumaciam
procuratoris, & supplere eius defectum & non fecit. casus
est not. & ibi hanc doctrinam colligunt omnes docto. in cap.
1. vt lite non contesta. & l. 2. & ibi Bartol. C. de exa. mili. anno.
libr. 12. & Bartol. & alij in d. l. 1. §. si procurator. bene facit
text. in cap. fin. de iureiuran. in 6. ¶Vnde posito quòd ser Iaco.
procurator fuerit in negligentia & culpa non appellando: ta-
men ad impediendum sententię executionem hoc allegare nõ
potest Samuel; quia scienter omisit purgare culpam & negli-
gentiam procuratoris & non appellando per superius allega-
ta. ¶Et per hoc etiam dico quod si apparet procuratorem non
esse soluendo non posset restitui Samuel ad appellandum ne-
dum vigore negligentiæ procuratoris, sed etiam ex propria ne
gligentia d. cap. 1. in fin. vt lite non contesta. cum concor. su-
pra allega. ¶ Hoc in terminis firmat etiam Bald. in d. authenti.
hodie. de appel. in versic. quæro igitur si procurator. vbi vult
quòd concurrente negligentia domini cum dolo procurato-
ris semper excluditur dominus ab appellando. ¶Et licet vica-
rius potestatis pronunciando sententiam exequendam esse nõ
expressit contra quem, tamen referendo se ad dictam senten-
tiam latam per doct. M. & Pet. Pau. videtur exprimere quòd
exequatur contra illum contra quem est lata. l. asse toto. ff. de
hæredi. institu. l. institutio. l. talis. ff. de conditio. institu. l. si ita
scripsero. ff. de conditio. & demonstratio. ¶ Sed in dicta senten
tia fuit condemnatus Samuel & ser Iacobus procurator nomi
ne ipsius: non autem proprio nomine, cum profertur cum
adiunctione officij hoc modo: condemnamus talem procura-
torem Titij. l. cum post. §. 1. ff. de administra. tuto. l. fin. ff. de
insti. l. post dotem. secundum lec. Dyn. solut. matrimo. no. in l.
post mortem. ff. quando ex fac. tuto. gloss. in l. quacunque ra-
tione. ff. de procura. cum concord. ergo non sentit vicarius de
executione contra ser Iacobum. ¶ Item posito quòd tantum
13 procurator fuisset negligens & non dominus† nullibi reperi-
tur in iure quod in casu nostro sententia lata contra dominum
mandetur executioni contra procuratorem directo in bonis
procuratoris, ita quod dicta sententia vicarij non potest intel
ligi quòd executio fiat contra ser Iacobum. facit quòd etiam
verba sententiæ improprientur vt valeat: vt no. glo. in l. vt pu-
to. ff. fam. ercisc. sed si intelligeretur quod contra ser Iacobum
exequeretur non valeret: quia super non petitis. l. vt fundus.
communi diu. l. fin. C. de fideicommis. li. cap. licet hely. de si-
mo. ergo intelligi debet contra Samuelem. facit. l. quoties. de
reb. dub. cum si. ¶ Superest ad allegata in contrarium respon-
dere in quo iudicio meo facilis est responsio. Nam posito ꝙ
dictum laudum transiuisset in rem iudicatam, fortè contra-
ria procederent. Sed indubitanter dico quòd non transiuerat
in rem iudicatam; & sic cessant omnia contraria. Nam lau-
dum latum fuit die octaua Martij domi. Petro absente; & fuit
ex parte dicti arbitratoris facta intimatio laudi Petro die 11.
14 Martij, quæ intimatio nihil valuit; † quia quando intimatio
* non fit authoritate iudicis * semper debet mitti laudum in for
ma authentica. aliàs quis non tenetur credere. clem. causam.
de elect. l. si quis inficiatus. ff. deposi. & ibi not. Bart. in l. non
solum. §. morte. ff. de oper. noui nunc. & in l. quod te. si cert. pe
ta. & in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & in l. grege. §. 1. ff. de
pig.

pig.& in l.hæres cum debuerat.ff.ad treb.& in l.1.in princ.in 11.q.ff.de ope. no. nun. vel saltem sententia & instrumentum dabet coram eo legi & copia fieri d.cle.causam. & habetur in locis præallegatis. ¶Licèt hæc necessaria non sint quando fit in timatio vel protestatio iudicis authoritate, secundum Bart. in d.§.morte. in 2.q.princ.per l.fi.ff.de leg.com. & sequitur hoc Bald.& Pet.de Ancha.in clem. 1. de exces. præla. ¶Sed dicta laudi intimatio facta fuit authoritate dicti arbitratoris, qui erat priuata persona, & non amplius erat arbitrator quia fungitur officio.l.iudex postquam.ff.de re iudi. l. dicere, de arbir. ¶Sed quid vltra, posito quòd intimatio tenuerit, Petrus die 17.dicti mensis quærelauit coram superiore per viam supplicationis de nullitate, & dicti laudi iniquitate, & dicta die princeps commiserat dictam litem terminari per ser Capianum & ser Iacobum.& sic apparet quòd princeps delegauit litem non finitam; quia adhuc non erant elapsi decem dies a die intimationis nec a die laudi lati a dicta quęrela per viam supplicationis, licèt sit facta coram superiore puto quod habeat vim re-
15 clamationis. ¶† Et maximè attenta dispositione iuris canonici volentis posse appellari & quęrelari ad principem vel tenentem locum principis omisso medio.cap.si duobus.de appella. iuncto.cap.1.de offi.dele. vnde licèt forte potestas sit iudex reductionis ad arbitrium boni viri, tamen potuit super hoc adiri superior omisso medio Potestatis. ¶ Et hoc maximè procedit cum sumus in terris ecclesiæ, vbi seruari debet ius canonicum per tradita in locis vulgaribus non fuit necesse prouocare coram arbitratore; quia hoc non requiritur, maximè ex forma constitutionum in rubrica, ꝙ appellatio interponi possit coram iudice ad quem; & hoc procedit tenendo opi.Spe.in ti. de arbitro.§.sequitur.versi.sed infra. volentis quòd à die laudi lati non possit reclamari vltra decem dies.& a die lati laudi nõ possit peti reductio ad arbitrium boni viri, licet hoc ibi non dicat firmare, sed tutius esset ita seruare. Sed tenendo communem opi.doc.secũdum quam iudicari debet, clarissimum est. quod si per annum stetisset quòd non quęrelasset Petrus non transiuisset laudum in rem iudicatam; & per plura firmat Cy. in addi.l.e.co.Bu.Bartol.& communiter alij in l.societatem. §. arbitrorum.pro socio.& Bald.in l. fin. in versicul. quæro vsq; ad quantum tempus.C.de contrahen.emptio. & Bald. & Angel.in l.sicut.de præscript.triginta annorum.per ibi no.Anto. de Butr.in cap.quintaualIis.de iureiuran. referens ita tenuisse Franc.de Aret.in l.si quis arbitratu.de verb. obligatio. & hæc est communis sententia. hæc etiam fuit intentio principis vt omnino super laudis cognosceretur de cuius principis potestate non consueuit in ciuitate disputari: sed princeps voluit de potestate ordinaria committere & commisit: & sic commissarij potuerunt terminare. ¶Ex quibus omnibus concludo dictam sententiam exequendam esse per ius dicentem contra Samuelem & sententias in fauorem Petri latas valuisse, & valere, & à sententia vicarij Potestatis pronunciantis sententiam mereri executionem appellari non potuisse. ¶Nec omitto quòd licet aliàs dicamus sententiam contra sententiam quæ in rẽ tran
* siuit iudicatam esse nullam,*vt dixi supra. † tamen illud fallit
17 nisi prima sententia fuerit producta, coram secundis iudicib. & reprobata tanquam nulla: vt dixit domi.Ant.in c. inter monasterium.de re iudi.ad hoc allegat.c.suborta.eo. ti.l. 1.ff.quę sen.sine appe.rescin.& l.quod si in diem.§.1.ff. de compen.sed dicti ser Iacobus & ser Car. iudices vel legati pronunciauerũt dictum laudum esse nullum, ergo posito ꝙ dictum laudũ transiuisset in rem iudicatam, valuit dicta sentẽtia: & alię demum secutæ. ¶Illud autem quod dicitur principem non posse suo rescripto causam finitam per sententiam resuscitare, est verum si laudum vel sententia tenuit. secus si non tenuit: quare tunc non dicitur habere nomen sententiæ.l.4.§.condemnatum. & l.si cum nulla, de re iudica.sed dictum laudum fuit nullum, vt apparet declaratum.per sententiam dictorum legatorum, quæ in rem transiuit iudicatam.ergo. &c. Alex.

ADDITIONES.

* Voluit Bar.] Opinionem Bart.sequitur Pau.de Cast.in auten. hodie. C.de appel.& ibi vide Salice.qui ponit, quid iuris sit, si controuersia non sit pecuniaria. Natta.
* ¶Cessionarij: idem Bal.trac.statu.ver.capere.nu.1.2.Hyppoli. Marsi. singu.26.& in l.si quis ne.q.nu.11.de quæsto.licet videantur aliter il le Pau.consi.91.col.2.lib.1.Roma.consi.38.consi.142. Adde Alex. in l.1.in fin.si cer.pe.l.si sic.in fin.prin.de leg.1. hodie cessat hæc difficultas propter clausulas quę in instrumentis apponuntur, vt dixi in consue.pari.§.171.
* Bald.] Idem dicit ibi Bald.in hærede; quia prius discuti debet an sit hęres.& de prædictis Alex.scribit in l.postulante.ff.ad Trebel.Feli.in d.c.quia Gui.col.penul.de iudi. Natta.
* Iudicis.] De intimatione laudi facta authoritate iudicis Roma. consi. 6. Natta.
* Nullam.] De hoc articulo ponit Alexand.consilio 33. in fin. lib. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de principalibus causis non extenditur ad futuras appellationes in causis mortis.*

CONSILIVM XCVI.

Viso processu agitato in ciuilate Imolæ inter Santocium de Mongardino, ex parte vna & Matthęum ac certos alios ex altera. ¶Dubitari cõtingit vtrum in causa appellationis delegata egregio doctori domi.Pet.Paul.seruari etiam debuerit forma constitutionum prouincialium: an vero decretum magnifici dom.Thadei coditum anno 1451. die 16. mensis Aprilis, & maximè quo ad tempore. ¶Et ante quàm veniam ad disceptationem huius. ꝙ præsuppono in dicto decreto in fi.hæc verba videlicet. Et prædicta & omnia singula non vẽdicent sibi locum in causis mortis & pendentibus, sed in causis de nouo inchoandis. ¶Et prima facie quod debuerit seruari forma decreti, eo maximè quia causa appel.fuit inchoata post sanctionem decreti: quia in vlt. die Maij 1451.fuit interpositum decretum: sed appellatio nõ ante emanauerat, vt dixi. nam licet causa & instantia fuerit inchoata ante decretum, tamen quia causa appellationis inchoata est post decretum, ideo illud in hac causa seruari debuit.
1 ¶†Quoniam diuersa est causa appellationis & separata a principali, vt probatur in l.in p hanc.de tem.appe.in c.fraternitatis.de testi. vbi in causa appellationis possunt fieri noua capitula& probationes, quod fieri non posset, si esset eadem causa, maximè postquàm esset in principali causa conclusum.c.cum dilectus.de fide instru.c.cum venissent.de testi. in auth.de testi.§.quia vero multi.colum.7.Præterea in vna eademque.causa non possent fieri duæ sententiæ diffinitiuæ. l.1.C. sen.resci. non pos.sed in appellationis causa clarum est ꝙ fertur alia sententia diuersa. ¶Item patet: quia causa principalis durat triennio.l.properandum in prin. C.de iud. sed causa appellationis durat anno, interdum biennio.in auth.ei qui. C. de temp. ap-
2 pel.in ca.abbate.de ap. ¶†Et ex hoc dicimus ꝙ aduocatus qui promisit præstare patrocinium in causa non tenetur pro eodẽ salario in causa appellationis aduocare, vt no.gl.& omnes docto.in l.1.C.de sufra.& in l.qui proprio.§.item quęritur.C.de proc.quia causæ sunt diuersę, vt ibi no. ¶ Per hoc etiam determinatur, ꝙ si promisi tibi patrocinium in tali causa, ꝙ lata sententia in causa principali, potero in causa appellationis patrocinium aduersario tuo contra te præstare: quia causa appellationis est noua & separata à causa principali: vt dicit glo. not. in l.fin.ff.de postulan.Specu.in titu.de aduo.§. obijcitur.versi. item quòd fuit aduocatus. ¶Per prædicta etiam dicimus quòd licet fuerit in principali causa iuratum de calumnia: tamen in causa appellationis iterum iurandum est: quia diuersæ causæ ita dixit gl.cum qua transeunt doc.in l.2.in princ. C. de iura. calum.& est hodie decisum in c.appellatione, de iu.cal. lib.6. ¶Per hoc etiam videmus quod procurator causę principalis
* non tenetur prosequi causam appellationis.* l. si actor. C. de appella.l.inuitus.cum materia.C.de procura.in ca. non iuste.
3 de procu. ¶†Sed præmissis non obst. in casu nostro puto contrariam sententiam probabiliorem: & per hoc adduco tex. expressum in auth.vt cum de appe.cog.in princ.vbi causa appellationis debet cognosci & terminari secundum leges & statuta quæ seruanda erant tempore primę latę sententię, etiam si in nouis legibus vel statutis contrarium expresse caueretur. & idem ibi aperte voluit glo.not. & idem Cyn.& Bald.in l. leges & constitutiones. C.de legi. ¶ Et idem Bartol. in l. omnes populi.de iusti.& iu.in 5. quęstio. principali.in versic. 2. quęri-
4 tur. † vbi vult quòd etiam si in constitutione vel statuto notoriter emanato expresse continetur, ꝙ causa trahatur ad præterita: tñ non extenditur ad causas pendentes siue in iudicio causę prin-

sæ principalis siue in iudicio causæ appellationis, per tex. in d. auth. vt cum de appel. cogno. in prin. & quasi per totam illam constitutioně: vnde cum dictum decretũ emanauerit tpe quo dicta lex pendebat ante dictã causam appellationis; nõ potuit extendi ad dictam causam pendentě nec quo ad illam vires habuit, vt etiam in d. decreto continetur: ergo si non habuit vigorem tempore principalis litis & latæ sniæ, super ea nõ potuit iudex causæ app. iudicare, secundũ decretum, quod tpe principalis causę vires non habuerit quo ad illã, vt probatur in d. authen. vt cũ de app. cog. hoc idě firmat Spec. in tit. de app. §. de offi. quoque, ver. sed quid dũ causa, no. gl. in cle. 2. in ver. facta. de sepulturis. ¶Confirmo per doctrinam glo. not. 12. di. illud. †volentis iudicě appellationis debere iudicare scdm statuta, quę seruabantur p iudicem à quo est appellatum. tex. in c. Raynutius. de test. & in d. auth. vt cum de app. cog. & no. in c. 2. de const. & in c. licet canon. de elec. in 6. & Bal. in l. oẽs populi. in verbo nunc videamus ad quæ tẽpora. & Pet. de Anch. in c. canonũ statuta. in rub. de constit. in ver. vltimũ membrum. & si statutum prolatum est. & cũ prædicta decisione transit Bar. in l. sancimus. in fi. C. de sac. san. eccl. Et aduertẽdum quia dictũ decretum emanauit post latam sniam, in causa principali pendente prima vel secunda causa appel. hoc dico ad euitãdas aliquorum opin. in locis præallegatis dicentium, ꝙ lex noua etiã habet locũ in causis pendentibus si lex superueniat ante cõclusum in causa principali. præterea decretũ tollit hoc dubium. dum non vult comprehendere causas motas, vt in fine dicam. ¶Vltra prædicta dico ꝙ posito ꝙ dictum decretum potuisset extẽdi sup causis appellationũ pendentibus vel futuris: tamen adhuc dico ꝙ verba dicti decreti nõ comprehendunt causam appellationis prædictę: quod ostendo. Nam decretum locum non hẽt in causis motis, vt ꝟ. eo. dicitur causa aũt mota saltem post lit. conte. c. ex parte vestra. de ver. sig. in auth. qui semel. C. quõ & quando iud. no. plenè in l. causas. C. de trans. & in l. 1. ff. de testib. sed iam censetur vna & eadem cum causa principali, vt probabo: ergo infertur qđ dictum decretum non hẽt locũ in casibus, in quibus appellatum est post decretum, dummodo in causa principali esset saltem lis contestata, prout in casu nostro. ¶Quòd autem causa principalis & appellatio sit vna & eadem primo probatur in rub. & in l. 1. C. ne liceat in vna eademq; causa ter. prouo. vbi vnã eandemq; causam vocat licet bis fuerit appellatum. ¶Idem probatur in l. ita demum. C. de procu. & in c. Romana. de testi. in 6. & ibi no. gl. 2. no. glo. 15. dist. habeo: & est tex. 2. q. 6. si quis in quacunque. no. Spec. in tit. de iur. calum. §. sequitur. ver. quid de causa appel. ¶Et communiter concluditur pro veritate, ꝙ causa principalis & appellationis non est penitus vna & eadem causa: nec penitus diuersæ causæ sunt diuersis respectibus. ita concludit Cyn. in l. inuitus. in 11. q. C. de procura. & Ioan. And. in addi. Spec. in §. sequitur. in versi. quid de causa appellationis. & Bald. in l. qui proprio. §. item quæritur. de procura. & sic sumus in casu mixto:
6 quia quò ad quædam censet eadem & quo ad quędã non. ¶Vnde succedit communis doctrina † ꝙ statutum vel dispositio loquens in causa simplici non verificatur in casu mixto: quando sumus in his quæ sunt strictè intelligenda seu in exorbitãtibus & odiosis. l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adult. & in c. qđ de consan. & affi. l. si ita scriptum. & ibi not. Bart. ff. de lib. & posthu. Bar. & doc. in l. 2. in prin. ff. de verb. obli. Ioan. And. & canoniste in c. at si clerici. de iudici. Io. And. in addi. Specu. in rub. qui fi. sint legi. & d. Anto. de But. in procemio decretaliũ. ¶Ergo dictum decretum loquens de causis motis vel mouendis, & sic in simplicibus non habet locum in casu mixto, videlicet in causa appellationis non mixta principali iam mota: quia debet dicta causa appellationis quo ad quædã haberi pro mota. & quo ad quædam non. quo ad quædam habeatur vna & eadem cum causa principali, quo ad quædam vero non, vt dixi. ¶Et hoc potissimè cum dictum decretum siue statutum sit stricti iuris & strictè sit intelligendum l. constitutionibus. ff. ad munici. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. & maximè cum dictum statutum sit exorbitans in omnibus a iure communi. ¶Item & in pluribus odiosum est, cum prohibeat quem nisi semel appellare: & sic tolli appellationem quæ est defensio. c. cum inter. & c. fi. & l. non tamen. & l. serui. ff. de appella. ¶Nec obst. allegata in contrarium quòd causa appelationis est causa diuersa a principali: quia respondeo quod est verũ quo ad quædam, quo ad quædam non. Ex quo infertur ꝙ sumus in casu mixto, qui non comprehenditur sub simplici de quo est prouisum in decreto: & per consequens remanemus in constitutionibus prouincialibus: vt superius probaui. ¶Præterea posito quod causa appellationis esset separata a causa principali: tamen dico quod dictum decretum emanans pendente causa principali, non trahitur ad causam appellationis, etiam si expresse hoc in decreto caueretur per superius tradita. Ex quibus omnibus concludo quòd seruari non debuit per dictum iudicem legatum forma decreti. ¶Sed secundum formam cõstitutionum secundum quorum seriem dicitur causam appellationis non fuisse desertam, quod patet ex calculo dierum vtilium: ideo non attingo quoniam facti & non iuris est. Alex.

ADDITIO.

* Appellationis.] Vide Ias. in l. inuitus notab. 2. vbi ponit quatuor fallentias. C. de procurato. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Mattheus decessit relicto Iacobo nepote ex Catherina filia sua prædefuncta: relictis etiam Ioanino & Perino fratribus patruelibus ex patruo ipsius Matthæi prædefuncto. Qui patrueles volunt succedere Matthæo in besse, excluso Iacobo nepote ex filia: idque ex statuto Imolæ, quo fratres & filij fratrum excludunt nepotes & neptes defuncti in besse. respond. Alex. non esse locũ statuto sed iuri communi. Quod est indubitatum: quia dicti patrueles non sunt fratris nec filij fratres defuncti de quibus tantum loquitur statutum. Sed sunt filij patrui defuncti, de quibus non loquitur statutum.*

CONSILIVM XCVII.

Viso themate suprascripto & statuto ciuitatis Imolę sub rubr. de successionibus abintestato. ¶Videtur prima consideratione dicendum dictos Perinum & Ioanninum debere succedere ab intestato dicto Matthęo saltem in duabus partibus ex tribus dictę hęreditatis, per id quod est cautum in dicto statuto, in versi. ibi autem &c. nam statuentes ibi disponunt, ꝙ vbi extant fratres vel filij fratrum, filia aliqua vel filiabus defuncti non existentibus, nepote vero vel nepte vna vel pluribus ex filia vel filiabus superstitibus: tunc dicti nepotes vel neptes vnus vel plures, quotcunq; fuerint in tertia eius qđ de iure ab intestato essent successuri succedant: in reliquo autem fratres dicti defuncti vel filij fratrum succedant: sed ita est quod dictus Iacobus est nepos dicti Matthæi ex filia quod d. Ioan. & Petr. sunt fratres patrueles dicti Matthæi. ergo in dicto versicu. vbi autem est decisus iste casus quod appellatione fratrum videatur quòd veniant isti qui dicuntur fratres patrueles. ff. de gradibus. l. iurisconsultus. §. quarto gradu. ver
1 sic. eo gradu. & insti. de grad. ¶†Pro hoc etiam secundò facit: quia statutum exorbitans a iure communi videtur quòd debeat extendi ex identitate rationis ad casus, qui sublata significatione vocabuli possunt comprehendi in casu expresso. l. Senatusconsulto. ff. de ritu nup. l. filium habeo. ff. ad Mac. iuncta. l. liberum. & l. iusta. ff. de verb. signif. & quod not. Cyn. in l. 1. C. quæ sit long. consuet. & glos. & doct. in l. miles ita. in prin. ff. de re iu. & in auth. vt hi qui oblig. de prohib. alien. re. min. in prin. in gloss. in ver. ad curantis. & in authen. an minoris debitor. C. qui tu. da. pos. cum si. ¶†Tertio pro hoc facit:
2 quia ratio dicti statuti videtur fuisse causa conseruandæ agnationis, quæ conseruatur per masculos, quam rationem reddit Cyn. in l. publicæ. C. ad l. Iul. de adul. & Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de succes. ab intest. ergo cum dicta ratio & mẽs statuti videatur etiam habere locum in fratribus patruelibus, debet attendi magis mens statuti quàm verba. l. 3. C. de liber. præter. l. 3. §. conditio. ff. de ali. leg. & vbi ratio statuti obtinet ibi & statutum obtinere debet l. 1. cum ibi no. per Cyn. C. quę sit lon. consu. & not. in c. 1. de tempo. ordina. in 6. ¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure, probabiliorem esse puto in proposito de quo quæritur: quia clarum est, quod de iure communi nepos ex filia dicti Matthęi, cum sit de descendentibus: debet ab intestato pferri in successione

d. Perino & Ioanino, qui sunt de transuersalibus, vt in auth. de here. quę ab intesta. defe. §. 1. & l. pe. & fi. C. de suis & legiti. ¶Nec ob. statutum pręallegatũ: quia loquitur in fratribus de-
1 functi existentibus † & appellatione fratris non venit frater pa-
a truelis,[a] vt no. Bar. in l. Lucius. §. quęsitum. ff. de leg. 3. & in ter minis decidit quęstionem nostram Bar. in c. 1. de feu. mar. vbi per illum tex. dicit not. ꝙ hic dr̃ fratres, & postea dr̃ de consobrinis: ergo secundũ eũ propriè loquendo si nomẽ fratris profertur sine adiuncto, non cõprehẽdit cõsobrinos. Et ex hoc in
3 fert si statutum dicat † quod frater excludat sororẽ non intelligetur ꝙ frater consobrinus excludat sororẽ consobrinam: imò vr̃ casus omissus a statuto. & ita dicit se consuluisse. & ibi tex. dum loquitur de consobrinis intelligit de fratribus patruelibus qui bene possunt succedere in feu. vt ibi dicit Iac. de Bel. & And. de Iser. post gl. Et idẽ dicit Bal. ibi qui inquit no. ꝙ consobrini vocantur patrueles scd̃m communem vsum loquẽdi: maximè Tuscorum. qui vsus loquendi maximè attenditur in cõsuetudinario, scd̃m eum. ¶Idem ẽt & in effectu voluit Ang. in l. 1. ff. de inoffi. test. vbi per no. ibi per gl. vult. ꝙ appellatione fratris non veniat nisi frater primi gradus. & ideo scd̃m eũ. statutũ faciens mentionem de fratre, non cõprehendit nisi fra
4 trem primi gradus. ¶†Hanc quęstionẽ in terminis decidit Bal. in l. iubemus. §. fi. C. ad Tre. vbi dixit ꝙ si statutum dicat ꝙ existente fratre fœmina non succedat, an intelligatur de fratre in primo gradu fraternitatis, an de quocunq; fratre & dicit se cõ
b suluisse[b] ꝙ solum de primo. ¶Motus per id quod no. Iac. Bu. in l. si mater. C. de suc. edi. vbi voluit ꝙ disponente statuto ꝙ
5 existente patruo defuncti non admittatur mater, † patruus magnus excludet matrem: quia illa dictio magnus. denotat improprietatẽ quandam vel denotat quandam extensionem ad secundum quid, quę non fit in statutis ponentibus aliquã exceptionem cõtra ius commune vt est tex. in d. l. iubemus. §. fi. secundum Bal. ¶Hoc fortificatur ex his quę no. Bal. in l. vxor. C. qui accu. non pos. vbi per multa concludit ꝙ mulier impe-
6 trauit † rescriptum a iudice ad cognoscẽdum & puniendum occisores fratris, tandẽ corã iudice delegato vult accusare occisores fratres consobrini, non poterit, qa rescripta sunt stricti iuris non debent latè interpretari. & verba debent intelligi p prius non per posterius. l. hoc legatũ. ff. de leg. 3. l. 2. ff. de stip. seruo. & latius per Bal. in d. l. vxor. ¶Et quod appellatione fratris non venit frater patruelis tenuit Ange. in auth. matri. & auiæ. C. quando mul. tu. of. fun. po. Io. de Imo. in l. si dotali. ff. sol. ma. Istam quæstionẽ decidit Pet. de Anch. in rub. c. canon. statut. de const. post mediũ. in ver. dicto de filijs & nepotibus. vbi sequitur illud quod ponit Bal. in d. l. vxor. & postea subdit ꝙ in materia successionum statutum loquens de fratre intelligitur de primo gradu. & ita dicit consuluisse Bal. ¶Ad prædicta faciunt quæ no. Bal. in l. oẽs populi. in 7. col. de iusti. & iu.
7 † dum dicit ꝙ statutum excludens matrem, propter patruum*
* non excludit eam extante patruo magno, vt ẽt voluit Bald. & Ang. & Saly. in l. 1. C. de succes. edicto. Consuluit Bal. in suo cõsil. inci. in Christi nomine si mater extat. quod refert & sequitur Pet. de Anc. in repetitione cap. canonum statuta. in ver. qd dices de patruo. & Bal. in l. hac edictali. in versi. quam obserua
8 tionem. C. de secund. nup. † vbi inquit ꝙ statutum loquens de nouerca nõ extenditur ad nouercam magnam. ¶Fortificantur ẽt prædicta optimè per text. in l. illam. C. de coll. & ꝙ per illũ tex. voluit Bald. vbi dixit ꝙ vbi cessant verba statuti ibi cessat
9 statutum. † & quod statutum nouũ non potest trahi ad casus per ipsum non decisos nec ad personas ẽt similes. & ideo si statutum diceret ꝙ patruus excluderet sororem, tñ non exclude-
c ret amitam quæ est remotior: [c] & licet excluderet matrem, tñ non excluderet sororem. ¶Et subtiliter dicit Pau. de Ca. in d. l. illam. qd stante statuto ꝙ patruus excluderet matrẽ, & contingat nõ extare patruum, sed fratrem defuncti ex latere patris tãtum qui est proximior q̃ patruus: certè per eum non excludet mater: quia per identitatem vel maioritatem rationis non deberet induci correctio, vt in d. l. illam. & no. in auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccl. & de iure communi ille frater qui nõ esset vtrinque coniunctus non excludit matrem, vt in authen.
10 defuncto. & in corpore vnde sumitur. C. ad Tertyl. ¶† Idem no. Paul. de Cast. in l. defunctus. C. de suis & legi. vbi voluit ꝙ si statutum disponat quòd agnati masculi præferantur matri & auiæ maternæ, & contingat extare agnatos & non extare matrem nec auiam defuncti, sed amitam quæ esset proximior gradu quàm ipsi agnati: ꝙ non excluditur amita. quare statutum correctorium non debet extẽdi ex identitate vel maioritate rationis, vt dixi. secus si extaret mater vel auia cum amita quia tunc haberet locũ illud quod dicit Bal. in d. l. si defunctus. cũ multis concord. ¶Cum ergo dictum statutum nõ excludat nepotem ex filia propter fratrem patruelem, sed solum propter fratres qui intelliguntur esse illi qui sunt in primo gradu fraternitatis vt dixi: ergo non debet extendi ad fratres patrueles, vel ad alios ibi non expressos etiam dato ꝙ esset eadem ratio. ¶Quinimo non videtur ꝙ sit eadem ratio in fratribus patruelibus qui sunt remotiores quàm sint proprij fratres. ¶Hoc bñ
11 ꝓbat̃ per id qđ no. Bal. in l. quod vero. ff. de legi. † vbi dicit ꝙ si statutum priuilegiat patruum, non extendetur ad patruum magnum quia minor ratio est in remotiori gradu ad includendum ipsum q̃ in propinquiori. & ideo cessat statutum & ratio statuti. & ita se fuisse consultum dicit per omnes docto. Bono-
d & etiam per ipsum.[d] & ista consideratio est multum attendenda: quia per eam tolluntur oĩa abiecta & allegata supra, in contrarium. ¶Nam primò non obst. dum dicitur ꝙ frater patruelis dicitur frater: quare respondeo ꝙ non dicitur esse proprie frater siue simpliciter, prout loquitur statutum: & ꝙ non venit appellatione fratris. vt probaui supra per rationes & authoritates. ¶Nec obst. secundum arg. dum dicitur statutũ exorbitans a iure cõi extenditur ex identitate rationis ad casum qui sublata significatione vocabuli cõprehenditur in casu expresso: quia respondeo ꝙ in casu nostro non est eadem ratio in includendo fratrem patruelem ad exclusionem nepotis, qui est de descendentibus, prout est in concludendo fratrẽ, qui est in propinquiori gradu quàm sit frater patruelis. Vnde cum non sit eadẽ ratio, vt expresse dicit Bal. in d. l. quod vero. non debet fieri extensio. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hæc disti-
12 milia. ff. de ver. obl. l. fi. ff. de calumnia. † vnde illud quod dicit per d. l. filium habeo. cum si. ff. ad Maced. s. quod fiat extensio ad id qđ compræhenditur sub lata significatione vocabuli, habet locum qñ est eadem ratio in vtroq; casu: vt in auth. vt hi qui oblig. de prohib. alienatio. re. mino. in princip. & not. glo. in cle. 2. in ver. eiusdem, de æta. & quali. & probatur in l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nup. expresè no. Io. de Imo. in l. si vero. §. de viro. solu. ma. in prima fallentia. circa exorbitantia. & si aliqui casus reperiantur in quibus dispositio facta de fratre comprehendat fratrem patruelem, tñ non prouidetur ꝙ illa persona quæ per priuilegium fratris excludebatur a fratre, excludatur à fratre patruelis; sed bene fortasse remotior persona q̃ illa quę in priuilegium fratris excludebatur a fratre. Vel etiam fortè posset negari quòd comprehendatur frater patruelis sublata significatione illius vocabuli fratris. tamen præcedens responsio magis placet. ¶Nec obst. vlti. arg. scilicet quòd concurrat ratio & mens statuti propter conseruandam agnationem &c. quia multipliciter potest responderi, vel quod ista
* ratio non attenditur,* postquàm non est expressa in statuto, vt dicit Bart. in l. liberorum. ff. de verb. signi. in versi. his præmissis reducamus ad hanc materiam. & Bal. in l. si defunctus. C. de suis & leg. Petr. de Ancha. in clem. 1. de baptismo. Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro. in fi. ff. sol. matri. ¶Vel dato quòd in fratre patruele haberet locum ratio agnationis, tamen quia non est omnino eadem ratio in fratre patruele, qui est in gradu remotiori, quia statutum uoluit fauere fratribus primi gradus fraternitatis. qui sunt propriè fratres; ideo non extenditur ad patrueles. Hæc sol. manifestè colligitur ex notatis per Bal. in d. l. iubemus. §. fi. & in c. 1. de feu. marchiæ. & in dicta. l. quod uero. & dicta. glo. in d. cle. 2. de ęta. & quali. cum alijs supra allega. ¶Nec prędictis obst. aliud statutum sub rubrica &c. quod mater & attinentes ex linea materna non succedunt &c. quia respondeo ꝙ illud statutum non loquitur in casu nostro quoniam tale statutum loquitur in eo qui decessisset ab intestato sine liberis. & ille qui decessit relictis nepotibus ex filia non dicitur decessisse sine liberis: sed Mattheus decessit relicto Iac. nepote suo ex filia, ergo non dicitur decessisse sine liberis. l. 1. ff. de condi. inser. & l. liberorum ff. de uer. signifi. l. si dotali. ff. solu. mat. qui Iac. non est descendentibus lineę maternę dicti Matthęi de quibus loquitur d. statutum. imò de descendentibus propriè de liberis ipsius Matthęi quos non excludit statutum. Alex.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Patruelis. Alexan. hoc consi. refert. & comprobat. l. si dotali. ff. solu. mat. idem infra, eo. lib. consi. 204. col. 3. Cur. senior consi. 9. col. 3. Ias. consi. 205. col. 6. lib. 2. fa. Soc. consi. 25. lib. 3.

b ¶Consuluisse. Bal. consi. 328. cum in causa. col. fi. lib. 3.

* Patruum.] Sequitur Ias. consi. 80. circa fi. li. 3. & consuluit Bal. consi. 12. inci. Statuto Ciuitatis Castelli. li. 3. Natta.

c ¶Remotior. hæc decisio cum his quæ in nu. sequenti vbi est fortior ratio debet reijci nec has hic adduxit Alex. nisi arguendo; quia serio & per se examinando contra tenet. infra, consi. 36. col. 2. & latius cõ sil. 89. lib. 6.

d ¶Ipsum. vt in consi. 12. statuto ciui. castelli. lib. 3.

* Non attenditur.] Idem tenet Aretin. consi. 27. col. pen. Natta.

CONSILIVM XCVIII.

Viso & considerato integro processu & attestationibus productis in causa & lite vertente inter Sindicũ societatis hominum sanctæ Mariæ virginis de Taux. ea parte vna agentem. & d. Briciam de Pallazolo ex altera se defendentem. ¶Videtur prima facie dicendum dictam do. Briciam. condemnari ad reficiendum dictam petiam terræ, de qua in libello fit mentio. nam præsuppono quod dicta petia terræ, de qua in testamento Vandini fit mentio, censetur relicta societati, titulo legati seu fideicommissi particularis decedente Lucia sine li-
1 beris, quia stat regula & vera doctrina, † quod vbi aliquid particulariter relinquitur per verbum obliquum & cõe, tunc nunquàm trahitur ad directã inst. vel substitutionem, sed ad legatũ vel fideicõmissum particulare. l. cogi. ver. generali. & ibi Dyn. & Bart. & omnes scribentes. ff. ad Trebell. no. glo. & doc. in l. his verbis. in prin. ff. de hære. instit. & Bar. & do. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. in versi. quæro vlterius quid si institutio cõpendiosa fiat in re certa. glo. & Ioan. And. in c. si pater. de testa. in 6. & Ioan. And. & docto. in c. Raynaldus. de testamen. ¶Maximè quando non refertur ad personam quę de necessitate debebat institui, prout in casu nostro, vt not. Bal. & doc. in l. si. C. fam. ercis. & in l. quoties. C. de hæred. institu. cum concor. ¶Sed dictum relictum petiæ terræ fuit factum per verbũ substituo, quod est verbum commune l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. not. in l. precibus. C. de impu. ergo censetur dictam petiam terræ fuisse legatam vel per fideicommissum particulare relictam. quod idem est. ¶Imo etiam posito quòd haberet vim institutionis siue directæ substitutionis particularis, tamẽ omnino habet naturam legati vel fideicommissi particularis. l. quoties. C. de hær. insti. ¶Hoc præsupposito quod verissimum est videtur quòd dictus Sindicus obtinere debeat contra Briciam possidentem rem legatam virtute dictæ substitutionis in
2 testamento factæ: † quia legatario & fideicommissario datur rei ven. ad rem penes quemcunque existentem. l. 1. C. communia de lega. & in §. nostra instit. de leg. ¶Et maximè cum sit probatum per procuratorem Briciæ ipsam eius confessione possidere rem petitam, quod est maximum fundamentum actoris agentis actione in rem. l. 1. C. de alien. iud. mut. fac. c. examinata. de iudic. ¶Item de relicto probatum est per productio. testium de morte testatoris & Luciæ sine liberis decedentis, vt probatum est per testes. ¶Nec erat necesse quòd prius per hæredes Luciæ vel substitutos in vniuersali hæreditate testatoris fieret aliqua vérbalis vel realis substitutio fideicommissi dicto Sindico, iuxta. l. restituta. & l. facta. §. 1. ff. ad Treb. vt deduci-
3 tur in processu: † quia restitutio talis requiritur in fideicõmisso vniuersali. sed in fideicommisso particulari, vt in casu nostro, nulla requiritur restitutio vt actio competat fideicommissario: quoniam recta via transit dominium rei legatæ vel per fideicommissum relictæ adita hęreditate absque alia restitutione. l. si tibi homo §. cum seruus. & l. à Titia. ff. de fur. iuncta. l. 1. & 2. C. communia delega. ¶Nec obst. dicto Sindico aliqua alienatio dictæ rei facta per do. Luciam: quia talis alienatio facta de re subiecta restitutioni in euentum alicuius conditionis singulariter, eueniẽte conditione substitutionis, prout venit, fuit nulla. l. fin. §. sinautem sub conditione. C. communia de lega. l. seruo legato. §. 1. ff. de lega. 1. ¶Et in casu quo fuisset fideicommissum vniuersale in rebus sic alienatis per hęredem non esset necesse aliquam restitutionem fieri fideicommissario, vt actiones ei competerent. §. sinautem. & ibi not. in l. penul. §. fi. C. ad Trebellia. ¶Nec etiam obst. præallegata exceptio præscriptionis contra dictum Sindicum deducta in duplicationibus quia virtute dicti tituli seu alienationis nõ potest præscriptio allegari. præall. l. fin. §. sinautem auaritiæ. communia de leg. Præterea dictus Sindicus ante mortem Luciæ
4 decedentis sine liberis non poterat agere, † vnde non valenti agere præscriptio nulla currit. l. cum notissimi. §. illud. C. de præscr. 30. anno. & l. fi. cum vulg. C. de anna. exce. ¶Ac etiam non probauit Bricia ea quæ requiruntur ad præscriptionem completam, & maximè possessionem continuam longi vel longissimi temporis, prout requiritur. l. 1. C. de præscr. long. tempo. l. 3. ff. de vsuca. & quòd plenè per Bart. in l. Celsus ff. de vsuca. cum concor. ¶Sed præmissis non obst. contraria sententia indubitanter probabilior est, videlicet partes iudicis esse debere in absoluendo Briciam & eius procuratorem, nam præsuppono quod pro re legata vel fideicommisso relicta competunt tres actiones, scilicet actio personalis ex testamento, rei vendica. seu publicia. & actio hypothecaria d. l. 1. communia. de lega. & d. §. nostra. ¶Actio personalis datur contra hæredem te-
* statoris * ratione quasi contractus, † quoniam adeundo hære-
5 ditatem quasi contrahere videtur cum legatarijs. l. apud Iulianum. §. fi. ff. quib. ex cau. in pos. ea. & l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & ob. contra tertium possessorem, vt est Bricia, non datur actio personalis: quia per Briciam nil est gestum vel quasi contractum cum lęgatarijs vel fideicommissarijs. l. in area. ff. de condi. indeb. ¶ Actio hypothecaria bene datur contra ter-
* tium possessorem * tenendo opinio. quod etiam in ipsa re legata competebat hypothecaria, licet gl. & multi doc. tenent contrarium in d. l. 1. C. de leg. & l. fi. C. de sacr. san. eccl. & in l. 1. de lega. 1. per doc. & in d. §. nostra. vbi per glo. quod non examino: quia non expedit: quia posito quod in ipsa re legata competat hypothecaria tñ fuit intentata actio pręedicta: vt patet in
6 libello. ¶ † Pręterea posito quòd esset intentata ad hoc vt quis obtineat in hypothecaria requiritur vt probet authorem hoc est testatorem fuisse dominum vel quasi dominum rei in testamento relictæ seu hypothecatæ tempore hypothecæ contractæ tacitè vel expresse. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. no. gl. & ibi plenè Bar. in l. rem alienan. ff. de pig. actio. & glos. & Dy. in §. item seruiana. instit. de actio. doc. omnes. in l. cum res. C. si alie. res pigno. Spe. in titu. de obl. & sol. §. 1. ver. sed quid debet creditor probare. Ad idem l. si ab eo. ff. de pig. cum si. Sed dictus syndicus non probauit dictam petiam terrę in dominio fuisse vel quasi dicti Vandini testatoris: vt infra declarabo, imo nec de hoc in libello mentionem fecit: ergo fru-
7 stra de hypothecaria tractatur. ¶ † Restat vt videamus an in rei vendicatione vel publiciana quæ datur contra quemlibet possidentem obtinere possit, & certè in rei vendicatione clarum
* est ꝙ non: quia de dominio authoris sui, * id est testatoris non probauit, qđ in rei vend. necesse est. l. in rem. in princ. ff. de rei vend. quod qualiter probetur apparet ex plenè traditis ꝑ Spe. in tit. de actio. & petitio. §. sequitur. ver. sinautem velis. & in titu. de loca. §. fi. versi. 56. & per Bart. & doc. in l. rem quæ nobis ff. de acq. poss. & in d. l. rem alienam in l. vsucapio. ad fi. ff. de vsucapio. & l. quidam in suo. ff. de condi. insti. per glo. & omnes doc. in l. cum res. C. de proba. cum concor. & per aliquod ex medijs ibi traditis non est facta probatio dominij in casu
8 nostro. ¶ † In publiciana etiam obtinere non potest, aut enim quærimus an legatario vel fideicommissario competere possit
a publiciana [a] ex persona ipsius testatoris etiam possessione non dum tradita legatario, & dicendum quod sic, dummodo pro
* betur testatorem habuisse quasi dominium, * hoc est rem testatori fuisse traditam à non domino ex tali titulo, qui si habitus fuisset à vero domino fuisset efficax ad translationem dominij bona fide testatoris concurrente l. 1. & l. eum qui. §. fi. & l. quicunque. §. 1. ff. de publi. sed hęc probata non fuerunt pro parte syndici, aut quærimus vtrum ex persona legatarij vel fideicommissarij vigore tituli sibi quæsiti ex causa legati possit ipse legatarius agere publiciana. Et certum est secundum veram & communem sententiam quod non: quoniam nunquam possessio rei legatæ ad legatarium vel fideicommissarium peruenit. l. 1. & 2. cum glo. & ibi firmat Bart. ff. de publi. & not. Bart. in l. cum sponsus. §. 1. eod. titu. & Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de causa possessio. & proprieta. §. nunc dicendum. in additio. quæ incipit, scire debes. & Iacob. de Are. & Cyn. in l. 1. in 8. quæst. C. comm. de lega. & Azo in summa. C. de lega. ¶Et hoc est verum posito quòd relictum factum esset

† ecclesię:† quia tunc ecclesia ex solo titulo legati publicianam
nunquam habet nisi annalis possessio rei sibi fuisset tradita:
no.Spec.in titu.de lega.§.nunc aliqua.ver.58. Ioan.And.Ant.
de Butr.doct. Card.Floren.Ioan.de Imo.in c.2.de consuet. &
Bald.in l.quoties.de rei vendicatio.& in l.fi. C.de sacro.sanc.
eccle.& in l.siue autem, §.si duobus & in l.sequenti. ff.de pu-
blicia. quicquid ibi dixerit gloss. & idem Bal. in l.1.in 3.col.
C. si plures vna sententia. ¶Sed syndico prædicto nunquam
fuit tradita possessio dictę rei, nec de hoc in processu est pro-
batum: ergo non potest obtinere in publiciana. Nec prędictis
obstat si diceretur quòd pro parte syndici est capitulatum &
probatum quòd Vandinus testator dictam rem tenuit & pos-
sedit pro sua tanquam sua quemadmodum veri domini tenēt
& possident res suas: quia talis probatio non arguit dominum
vel quasi dominium Vandini, sed tantummodo dicitur esse
probatum quòd Vandinus possidebat nomine suo proprio,
non autem vt conductor, vel similes qui nō proprio nomine,
sed alieno possident, vnde semper requiritur quod probetur
de causa & titulo habili ad acquisitionē dominij vel quasi, nō
autem sufficit capitulare & probare: vt per Syndicum factum
est, ita eleganter concludit Bart.Ange.& Mod. in l.1.in fi.per
ibi not. per gl.ff. pro suo.& Inno.in c.illud.in princi.de præ-
sum. ¶Et per hoc patet clara responsio ad omnia allegata in cō
trarium. Consulo itaq; dicto Syndico vt agat actione persona
li ex testamento contra executores & distributores totius hę-
reditatis Vandini electos in dicto testamento eueniente casu
10 substitutionis prędictę † qui executores nullo instituto hęre-
b de vniuersali dicuntur tenere locum hęredum [b] vt possint age
re & conueniri tanquā hęredes pro oneribus hęreditarijs: vt
not.Specul. post Rofre. in tit.de instr.§.nunc vero aliqua.ver.
item pone quod aliquis non instituit. & ver.seq. Inno.& doc.
in c.cum tibi.de testa. & Bar.in l.si quis ad declinandam. per
illum tex.de epis. & cleri.& in l.hæredib. la secunda.ff.de hæ
re. insti. & in l.centurio. de vulga.& pup.& in l.si quis Titio.
de leg.2. & in sua disputatione quæ incipit filium.& Bald. in
auth. licet. C. de natur.lib.cum si.quia tales locum hęredum
tenentes necesse habebunt rem ipsam legatam pręstare actio-
ne ex testamento siue res ipsa fuerit testatoris siue Luciæ eius
hæredis non curo d.l.si hęredis seruus. §.1. de lega.1.insti.de
lega.§. si res legata. & ipsis executoribus incumbet onus ven-
dicandi rem.

ADDITIONES.

* Testatoris.] Contra tamen hæredem agi potest executiuè pro lega-
to.Ang.in §.illud verò per illum tex.in auct.de hæred.& Falc.quem
allegat Ias.in l.fi. in 5.notab. C. de edi.Diui Adri.& de istis actionib.
competentibus pro legato, ponit Specula.in tit.de testa.§.In primis
versi.& nota, quòd relicta. Natta.
* Possessorem.] Requiritur tamen excusio, vt tenent moder.in trac.
de pigno.8.parte prin.in materia excussionis.fallen.8. Natta.
* Authoris sui.] Fideicommissarius agens habet probare bona, quæ
petit, fuisse in dominio testatoris; Crauetta consi.61. nu.6. Natta.
a ¶Publiciana supra, eo.consi.4.nume.9.
* Quasi dominium.] In fideicommissis valde antiquis fama probat
dominium, & possessionem, & testimonium de auditu; Aret.consi.
37.1.& 2.col. Alexan. consi.101. dub.4.lib.7.& consi.116.col.2.lib.
5.& consi.139.vlti.dub.lib.6. Vbi Alexand.vult, quòd sufficiat tunc
probare, vbi agitur contra hæredem grauatum ad restituendum, te-
statorem reliquisse res in bonis, & hæreditate: quia datur tunc actio
ex testamento quæ est personalis. iuxta not. in l.& si fine. C. ad Tre-
bell.& quia res hæreditaria dicitur, quæ possidetur per defunctum,
& dicitur esse in eius bonis. l. & non tantum. ff. de peti. hære.l.bo-
norum, §. in bonis.ff.de verb.signif.& sic sufficit probare, quòd de-
functus ea possedit vsque ad mortem. non autem requiritur proba-
tio dominij. Idem dicendum, si restituta hæreditate, fideicommis-
sarius agat contra tertios possessores: quia tunc competit fideicom-
missaria hæreditatis petitio. ad instar petitionis hæreditatis l.1.& 2.
ff.de fideicommiss. hæred.peti. Sed quando ageretur contra tęrtios
possessores cum titulo, deberet probari de dominio, seu quasi testa-
toris; Bald.consil.4. in causa Basilij.lib.4.Paulus de Castro, consi.94.
Clarum est in iure, vlt.dub.lib.2.& cons.247.In causa, quæ vertitur
Sauonæ col.1. libro 1. in quibus bonis limitat, nisi probaretur emisse
bona hæreditaria per defunctum possessa à grauato. Et legatum
petens satis habet, si probat bona per defunctum possessa Gui. Pap.
q.442. Natta.
b ¶Hæredum. Hic modus loquendi improprius & valde captiosus.
non enim debet subintelligi quòd sint hæredes instituti vel directo
substituti, sed mere fideicommissarij in dubio vt dixi supra, li.1.con
sil.45. & infra, lib.3. consi.12.

SVMMARIVM.

1 *Inter fratres socios habetur ratio si vnus habet filios operan-
tes vel lucrantes vt deducto sumptu pro modo maioris operæ
vel lucri collati plus ferat in diuisione.*

CONSILIVM XCIX.

Habita super narratis in themate consideratione. Cir
ca primum dubium quo quæritur an in di-
cta diuisione omnium bonorum facienda inter dictos Nannē
& Georgium fratres haberi debeat ratio melioramentorum fa
ctorum in prædijs rusticis aut vrbanis, ex opera & industria
filiorum Nannis & aliorum bonorum quomodocunque ac-
quisitorum per filios dicti Nannis, ex eorum opera & indu-
stria, adeo quod aliquid Nanni assignari debeat vt patri & le-
gitimo administratori vltra dimidiam quæ debetur ipsi pro-
1 prio iure. † Reperio quòd Bal.* in l.cum duobus. §. si fratres.
* in fin.ff.pro socio.in lectura Floren.de hac q.dubitauit. quæ-
rit enim ibi quid si alter ex fratribus in communione stanti-
* bus habet filios magistros lucrantes * sicut ipsi patres: an pa-
ter eorum poterit dicere tempore diuisionis, detrahamus il-
lud quod filij mei fuerunt lucrati: an vero opera eorum de-
beant cum alimentis in domo communi perceptis compensa
ri, non decidit: sed super eo dicit relinquere cogitandum. ¶An
ge.in l.ex duobus.ff.de neg.gest.hoc decidit. quærit enim ibi
quid si duo sunt fratres in vna familia habitantes, & vnus ha-
bet filios qui multum operantur & multum ponunt in do-
mo, an illarum operarum ratio habenda sit, dicit se pluries
habuisse de facto in duobus fratribus rustici, quorum vnus
habet familiam ad laborandum aptam, alter non, & conclu-
a dit rationem dictarum operarum esse habendam [a] argum.l. si
id.§.si quas.ff.de donatio.inter virum & vxorem. ¶Bald.etiam
in l.1. in 9.q. C. pro socio. firmat istam dubitationem: quærit
2 ibi. † Pone duo erant fratres: mortuo patre prædium habebāt
commune, & conduxerunt alia prædia ad laborandū: & vnus
eorum habebat duos filios qui similiter laborabant, & tam ex
fructibus rei communis quam ex laboribus multa quæsiue-
runt, quæritur qualiter fieri debeat diuisio inter eos si postea
venirent ad diuisionem. & concludit quod aut loquimur de
fructibus rei communis, aut de fructibus rei conductæ. pri-
mo casu dimidia fructuum quæ debetur ratione proprietatis
ipsius fundi communis attribuitur ipsis fratribus tantum, ad
quos pertinebat proprietas per id quod legitur & not. in d.l.
1. C. pro socio. & sic illa dimidia inter eos æqualiter diuidi-
tur, alia vero dimidia quæ iure laboratorum percipitur attri-
buitur omnibus quatuor in capita: quia societas est istius na
turæ quòd diuidit lucrum operarum in capita, & non in stir-
pes. Secundo casu, scilicet quo ad fructus perceptos ex rebus
conductis etiam dicit quòd illi debent diuidi æqualiter in ca
pita inter omnes quatuor pro rata seu dimidia ad illos perti-
tenens. ¶Et ita dixit Bar. consi.186. incip. cum Ciauellus. &
ibi subdit quòd si dictum prædium fuisset laboratum cum
bobus communibus dictorum duorum fratrum deberet de-
duci de fructibus quantum consueuit & æquum est dari per
opera boum: & illud diuiditur tantum inter duos fratres ad
quos pertinebant boues iure dominij, ar.l. communis seruus
in fi. ff. de acq. re. do. reliquum vero diuiditur per capita.
3 ¶†His etiam consonat quod voluit Bal.* in add. ad tractatum
* Bar.de duobus fratribus: vt ibi inquit, ꝙ si duo fratres rustici,
& vnus habet filios qui quotidie laborat in agro quem cōiter
laborant, & alter frater non hēt filios: ille qui hēt filios quia
plus operarū ponit plus fructū percipere debet in diuisione &
illud plus scd̄m eum intelligit arbitrio boni viri.& ita dicit se
tenuisse in l.si societatē mecum. cū ibi no.ff.pro soc. ¶Et Bal.
in l.si patruus in pe.q.C.cōia vtriusq; iudi. vbi voluit quod si
duo fratres rustici tenētes terras ad laborandū, & vnus eorum
habebat filios laboratores & oēs scindebāt terram, emolumen
tum dēt diuidi in capita: quia societas respicit capita eorum,
qui operam ponunt in societatē.& licet sint filij familias tamē
quo ad proprietatem illud quod ipsi acquirunt acquiritur ip
sis, & patri acquiritur vsusfruct.l.cū oportet.C.de bonis quæ
4 liber. ¶†His conuenit decisio Ang.in cōs. 110.incipiēs Vanu
tius & Antonius &c.in fi.consi.vbi dicit ꝙ si fratres in cōione
steterun

steterunt: & ita ipsis in communione stantibus vnus eorũ filium procreauit:& vna cum eius filio per 30. vel 40. annos simul in communione perseuerauit: non poterit dictus filius alterius ex dictis fratribus ex sua propria persona petere partem acquisitorum: quia non contrahit per se societatem, sed tanquàm vnus de familia sociorum dicitur societati accedere. & si vsus sit dictus filius promiscue bonis patri & patruo communibus, nõ præsumitur quòd tanquàm socius vsus fuerit: sed iure quodam familiaritatis: ar. l. qui iure. ff. de acqui. poss. ¶Et si aliter diceremus sequeretur secundum eum quòd quicunq; famulus vel minister alicuius dictorum fratrum ex sua persona similiter partẽ faceret vt socius, quod est falsum: familia. n. alicuius sociorum de societate non est. ar. l. de illo. §. fi. cum. l. seq. & l. qui admittitur. §. fi. cum l. seq. ff. pro socio. sicut nullus de famulis cauponis, vel stabularij caupo vel stabularius appellatur & nullus de familia exercitoris vel magistri exercitor aut magister est. l. 1. §. qui sunt igitur. & §. caupones. ver. cęterum & l. ita. §. si filius. ff. nau. cau. stab. & l. prima.
5 §. magistrum. & §. exercitore. ff. de exerci. ¶†Tamen scdm cum quia opera est velamentũ pecuniæ. l. cũ duobus. §. in coeunda. ff. pro socio partes in societate debent esse æquales, vbi & qua liter pecunię & operę colatio facta est per fratres. vbi vero dispariter vnusquisquã pro rata colatorũ plus vel minus detrahere debet, nisi aliud dictũ sit argumento. l. scdm naturam. ff. de reg. iur. & l. manifestissimi. §. sed tñ in scda. C. de fur. iuncta. l. si non fuerit. cum gl. 1. ff. pro soc. Bal. in l. 1. in 4. q. C. pro so. ¶Ideo pater dicti nepotis quatenus plus operæ posuit in societate propter personam filij sui, eatenus de bonis communibus societatis plus ferret. ita concludit Ang. in proximè allegato consilio. ¶Ita ergo seruari debet in proposito nostro: quia quatenus plus operę contulit Nannes propter personam filiorum deducta impensa victus eorũ, eatenus debebit plus ferre de bonis communibus. ¶Quantum aũt sit illud qđ veniret taxandum est declarandum arbitrio boni viri ex informatione qualitatis & quantitatis operarũ & induítriæ filiorum dicti Nannis. l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. l. si quod ex Pamphila. §. fi. ff. de l. 2. l. vnica. & quod ibi Bart. in fi. C. de sen. quæ pro eo qđ interest. l. non ignorat. C. de fru. & li. expen. ¶Et ista opinio habet rationẽ & æquitatem maximam. non enim est vero simile aut præsumendũ dictum Nannem & eius filios voluisse operas dictorũ filiorum & emolumenta tot annorum remittere, aut donare dicto Georgio. l. verum. ff. de do. inter vir. & vxo. l. cum de indebito, ff. de prob. & per Bart. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. & in l. si pater. in prin. ff. de do. ¶Et hæc sententia est probabilior & communior ea quam ponit Bal. in c. 1. de benefi. fra. vbi debilius locutus est: vt patet ex prędictis. ¶Et per hoc patet respõsum ad illud dubium super the mate de domo reædificata: quia eodem modo haberi debet ratio melioramentorum & operarum filiorum Nannis sicut di-
6 ctum est supra. ¶†Per prędicta etiam apparet decisa dubitatio circa dubitationem bladorum recollectorum de anno præte-
* rito: quia deducto semine iure dominij * ad dictos fratres, & deducto eo quod habetur ex opera boum si boues spectant ad dictos Nannem & Georgium, vel etiam ad extraneas psonas: debet de residuo assignari dimidia dictis Nanni & Georgio pro rata & iure proprietatis & dominij fundi spectantis ad dictum Nannem & Georgiũ: reliqua vero dimidia diuidetur habita ratione capitũ. & ideo si Nannes habet tres filios operantes & Georgius habet vnum tãtum, feret Nannes quatuor partes ex sex partibus dictæ dimidiæ, & Georgius feret reliquas duas partes eiusdem dimidiæ. ¶Postremo quo ad id de quo du
7 bitatur circa summam 40. ducatorũ quos solui oportuit pro redimendo Georgium ab hostibus. †Dico ꝙ si Georgius fuit
* captus sua culpa: * vt verbo fertur: quia non debuit ad locum illum periculosum se conferre: & si volebat aliquid significare Nanni germano poterat & debebat pro more vnam mulierculam vel duas ad eum mittere, propterea si captus fuit, debet cedere hoc ad damnum ipsius tñ Georgij pp culpam suam, per d. l. cum duobus. §. fi. & quòd ibi glo. in ver. consequi. ff. pro socio. not. glo. in ver. redigetur. & doct. in eadem. l. cum duobus. §. si fratres. bene facit quod not. Spec. in tit. de iud. in quarta parte in §. sequitur. ver. quid si alter ex cohęredibus: & Bald. in d. l. si patruus in 4. col. & in dictis additionibus ad tractatum de duo. fra. ¶Et posito quòd Nannes soluerit di-
* ctos 40. ducatos non præsumitur voluisse donare, * cum ipse Georgius habeat bona sufficientia ex quibus hoc fieri poterat, quæ tunc erant in gubernatione dicti Nannis. ita dicit Bald. in l. liber. de cap. & postli. reuer. & est de mente Bald. in authen. si capti. C. de epis. & cler. ¶Facit. l. Nesennius. ff. de negoc. gest. & in l. siue pro fratre. & quod maximè not. per doct. in l. alimenta. C. eo. & per Bald. in l. filiæ in 1. col. C. fam. ercis. Ego Ale.

ADDITIONES.

* Quod Bal.] Idem tradit Alex. consi. 133. 1. dub. infra eod. lib. plenè etiam consi. 77. dub. 2. lib. 5. & remissiue ponit Ias. in §. sequens col. pen. insti. de actio. Et vide omnino Ang. Aret. in §. fi. insti. pro socio. Ias. in l. fi. col. penul. C. de colla. & not. consi. 5. per totum li. 1. Natta.

* Lucrantes.] Istud quòd Alex. hic tenet, intellige quando non sunt socij omnium bonorum: quæ societas in dubio præsumi non debet: quia facta non præsumuntur quod procedit etiam data omnium bonorum possessione, vt in dubio non pręsumatur. Alex. consi. 133. col. 2. infra eod. Natta.

a ¶Habendam infra, lib. 5. consi. 77. nu. 2. Anto. But. consi. 7. Petr. Vbal. de duo. fra. par. 3. q. 2. & parte 6. quæstio 15. Cor. consi. 152. in fi. consil. 199. 1. lib. 3. consi. 58. litera. f. consi. 299. lib. 4. Iaso. consi. 5. lib. 1. Alex. infra, eo. lib. consi. 133. nu. 1.

* Voluit Bal.] Bald. in l. si paterno in fi. C. de neg gest. ponit quæstionẽ de duobus fratribus rusticis, simul morantibus, quorum vnus habet filios, alter non habet, & omnibus fit impensa de communi; nunquid tempore diuisionis aliqua fieri debeat restitutio fratri filio carenti, & concludit, quòd non si puerorum opera erat plene digna alimentis, alias secus. & vide ibi. Pau. de Cast. Natta.

* Dominij &c.] Semen debet colonus ponere de suo. c. tua de deci. propterea semen non debet deduci de parte dominica. Vnde si Alexan. intellexit, quòd semen habeat extenuare partem dominicam, male loqueretur; est enim semen expensa fructuum. & vt expensa fructuum deducitur. l. si fundus. §. fi. ff. sol. mat. Et sentit Bald. in c. graues col. 1. extra de resti. spol. Natta.

* Culpa.] Idem tradit Alex. consi. 133. vlt. dub. infra eod. li. Bald. consi. 41. lib. 1. Natta.

* Donare.] Accedat quia si etiam frater emat nomine fratris, potest precium repetere Bar. in l. cum proponas. C. pro soc. & regulariter frater impendens videtur facere animo repetendi: nisi vbi impendit in alimentis; Dec. consil. 628. dub. 3. & de prædictis pulchre scribit Dec. consi. 691. per totum. Natta.

CONSILIVM C.

Viso puncto ex quo dubia quatuor elicio. ¶Vtrum dictus Tonius an vero Maria succedat in bonis & hęredibus Tonini fratris præfatæ. Mariæ. ¶Secundo quæritur, posito quod Maria succedat de iure communi: an attento quòd bona hæreditatis Tonini obuenerunt dicto Zani & alijs antecessoribus Tonini & Tonij occasione fidelitatis qua Antonius & alij eius antecessores omnes masculi tantum astringuntur nobilibus de alidosijs in quibus bonis fœminæ non succedũt ac saltem iure naturæ præferatur Tonius. ¶Tertio vtrum Tonius qui vltra illas 60. libras. in maiori summa dotauit Mariam videatur dotasse animo dotãdi: an vero compensandi in eo in quo teneretur Mariæ, vel quomodo. ¶Quarto quia tempore mortis Zanis hęreditas eius erat forte valore centum: nũc vero est effecta valore ducentorum, & est effecta maioris redditus expensis & industria dict. Tonij: an posito quòd dicta Maria Tonium excluderet, vt supra, possit ipse Tonius consequi vtiles expensas & melioramenta facta in hæreditate prædicta pro parte dictum Tonium tangente. ¶Venio ad primum in quo dico clarum esse quod de iure communi dicta Maria soror Tonini præfertur Tonio patruo in hæreditate prædicta tanquam proximior in gradu: vt in auth. de hære. quæ ab intest. defe. §. si igitur defunctus col 9. & in authen. post fratres. la 1. C. de legi. hæred. & insti. de lega. agn. suc. §. si plures. & in l. 1. §. hæreditas. ff. de suis & leg. cum simil. ibi allega.
1 ¶†Circa secundum dubium breuiter concludo, quod stantibus verbis quę in themate ponuntur Tonius indubitanter Mariæ præferretur si alia bona a principio concessa fuerunt. non dico Tonino ser Zani aut alteri eius antecessori pro se & omnibus descendentibus ex eis. & de hoc est casus. in cap. primo de gra. suc. in feud. & in ca. 1. de suc. feud. & in c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis & in capit. Obertus. ad fi. in quib. ca. feud. amit. iuncto text. in c. nulla. per quos fiat inuesti. & in capitu. 1. §. hoc autem notãdum. & quod ibi not. qui feud. da. poss.

L 3 ¶†Quo

2 ¶ † Quo ad tertiam vero dubitationem concludo ꝙ si Tonius erat debitor Mariæ in aliquo, vel negotiorum gestor, aut admi nistrator bonorum Mariç, non videretur dedisse dotem animo donandi & de bonis ipsius dotantis: sed præsumitur dedisse de bonis ipsius Mariæ vel saltem compensationem ei opponere potest: probatur hæc decisio in l.vxor. §.pater naturalis. ff. de leg.3.& not.glo.Cy.Bar.& Bal.& alij doct.in l.fi.C.de do. promis.& probatur in l.cum posset.§.1.& ibi no. Bar.ff.de admi.tut.& in li. Nesennius.& ibi Bar.& doc.ff. de neg.ge.benç facit tex.in l.fi. ff. de peti.hære.& quod not.in l.post mortem. §.1.ff.quando ex fac.tuto.& quod no.Bar.in l.1.§.nec Castrense.ff.de col.bon.& in proprijs terminis determinauit Bal. consulendo in suo consi.incip.Petrus & Ioannes fratres. prçter autem supra dictos casus si Tonius simpliciter dedisset dotē Mariæ videretur dedisse animo dotandi; nec repetere posset.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.& l.ex morte.in fi.C.de pac.conuen.

3 ¶ † Postremò circa quartum dubium concludo, quod si propter tales expensas & alia melioramenta bona hæreditaria tali pretio venderentur, vel auctus est redditus dictæ hæreditatis: quia tales expensæ vtiles; non autem simpliciter voluptariæ censetur nec ad ornatum factæ, quod dictas expensas & melioramenta consequi potest Tonius pro rata hçreditatis Tonino & successiuè Mariæ debitæ, probatur hæc decisio in l.filiç.& ibi not. C.famil.ercis.in l.3. in princ.& in l.4.§.fi.& in l.si ædes.ff.communi diuidun.& in l.duobus.iuncta glo.in versi. non habere. & ibi not.doct.ff.de nego.gest.iuncta.l.pro voluptarijs.cum legibus seq.ff.de imp.& l.impensç.cum sim. ff.de verb. sig. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad plures facta, non valet, nisi intra decennium declaretur.*

4 *Terminus ad probandum & probatum habendum habet vim conclusionis.*

6 *Restitutio principis non valet ad bona iam alienata.*

CONSILIVM CI.

Viso processu causç reclamationis quondam Ioan. Mozone de tam. ac nomine Matthæi & maxij fratrum a certo laudo seu arbitramento lato per Guilielmum & Benignum & his quæ in dicta causa actitata sunt pro parte benedicti, aliàs Breti quondam Corniolum puto dictum Petrum nūllatenus in dicta causa reclamationis obtinere. ¶ Primò quia dicta reclamatio fuit interposita coram arbitris per dictum Petrum nomine suo & fratrum die 12. Martij 1475. ¶ Præterea dicta scriptura fuit producta die 3. Aprilis coram domino Potestate per ser Capinum procuratorem dictorum fratrum, dicentem & reclamantem prout in ipsa cōtinetur, & non petijt corrigi dictum arbitramentum & reduci ad arbitrium boni viri vt legitur & notatur, in l. si societatem.§.arbitrorum.ff. ꝓ soc.& in c. quintauallis. de iureiur. Nec in ipsa reclamatione factæ scripturæ coram arbitris petebatur dicta reductio: sed petebantur apostoli, & protestabatur nullam nouitatem fieri reclamando ad magnificum dominum gubernatorem seu do. vicarium & Potestatem & ad iudicem appellationis, seu ad

1 quemlibet alium iudicem competentem † vnde cum iudex non possit exercere officium suum ad non petita.l.4.§. hoc autem iudicium. de damn.infe.l.fi.C.de fideicomm.liber.l.1.§. si magistratus. ff.de magi.conueni.sequit᷑ ergo quòd ser Capignus deficit in forma petitionis. ¶ Secunda ratione non potest obtinere dictus Petrus; quia ex forma constitutionum debet appellari intra decem dies, & etiam in ꝓposito dictus Petrus

2 reclamauit prouocauit † & appellauit non ad vnum iudicem sed ad plures; quo casu, vt supra nisi intra tempus prouocandi: & sic in tempus 10. dierum declaret coram quo intendat prosequi non tenet prouocatio ratione incertitudinis: vt concludit Ioan. And. in addi. Spec.in tit. de appe.§.nunc tractemus super ver. sed pone aliquis. Ioan.And.in regula.in alternatiuis.circa fi.in mercurialibus. & ibi etiam glo. & not.glo. c.si is cui.de offi.de lega.in 6.& Archi. 2.q.6.in c.si quis iudicem. aduersum Ang. in l.1.§.si quis appellat. ff. de appel. & idem tenet ibi Ioan.de Imo. saltem in terris ecclesiæ vbi seruari debet ius canonicum. ¶ Constat quòd intra 10. dies dictus Petrus non declarauit coram quo vellet prosequi: quia solum die 3. Aprilis produxit coram Potestate dictam reclamatio-

3 nem interpositam die 17.mensis Martij. ¶ † Tertia ratione sentio contra dic. reclamantes quia reclamatio fuit facta per Petrum nomine suo & fratrum, & Petrus non habebat mandatum a fratribus. vnde si non ratificarent intra dictum tempus

* decem dierum præfixum ad appellandum* non tenet dicta appellatio siue prouocatio.l.vt bonorum.ff.rem rat.habe.& l.1. cum ibi per no.per Barto.post gl. ff.de appel.rec.not. Arch.2. q.6. non solent. & gl.in c.vt circa. in ver.adhærentes.in fi.de elect.in 6.per gl.in regulam ratihabitio.de reg.iur.in 6.sed dicti fratres Petri per se vel procuratorem non ratificarunt intra dictum tempus decem dierum. ¶ Quarta ratione non possunt obtinere quia pro parte dicti Petri & fratrum non fuit productum dictum arbitramentum ante conclusionem in causa.seu ante lapsum temporum præfixorum à constitutione ad iudicandum & impugnandum & probandum & probatum habendum.tam per testes quàm per instrumenta, quàm per quęcunque alium modum, & ad accipiendum copiam de productis & probatis ad opponendum & probatum habendum con-

4 tra ea † & per consequens amplius produci non potuit: quia instrumenta produci non possunt post conclusum in causa c. cum dilectus.de fid.instrum.eod.titu.c.auditis.de procu. ¶ Et terminus ille præfixus ad probandum & probatum habendum, habet vim conclusionis in causa quo ad probationes facti, non quo ad allegationes iuris: vt not. traditur per Anto. de But.in c.licet causam in 3.col.de prob.& per Dominicum in c.pia.in 5.col. de excep.in 6. ¶ Ergo cum dicti reclamantes non probauerint in tempore debito de grauamine suo: & si non iustificauerint suam reclamationem obtinere nō possunt: vt inquit Iac. de Are. & Cyn. in l. per hanc. in 5.q.in fi.C.de

5 temp. app. † appellanti incumbit onus probandi sententiam sic fuisse latam. ¶ Quinta ratione non possunt dicti reclamantes obtinere quia conantur ostendere de iniquitate laudi, solum virtute cuiusdam donationis eius, vt dicitur, factæ per dictum Benedictum & hoc probare nituntur ꝑ duo instrumenta donationis, & posito quòd aliqua ex illis donationibus valuisset; tamen respondetur quòd non ob. dicto Benedicto; quia cum fuerint confiscata omnia bona dictorum Petri & fratrum ad cameram magni d. Thadei tunc domini Imolensis qui postea mediante suo procuratore dicta bona donauit dicto Benedicto: vt constat per acta siue instrumenta in actis producta, sequitur quod aut donatio facta dicto Benedicto valuit. Et clarum est quòd non possunt dicti Petrus & fratres se fundare amplius in donatione eis primo facta per dictum Benedictum; aut non valuit, adhuc dicit Petrum & fratres obtinere non posse: quia dicta bona spectarent ad tertium de cuius iur. post latam sententiam confiscationis potest opponi ad exclusionem alterius agentis, ad quem res non pertinet. vt gl. reputa. singularis in l.his consequenter iuxta principium, in verbo pertinet.ff.fami.ercis. ¶ Bene facit id quod habetur in l. fi.de rei ven. & per Bart. in l.2. ff.de ex. rei iud.& per Cyn. & alios in l.seruum, quispiam.C.de ser.fugi.cum concor. ¶ Nec ad hoc ob. si diceretur quòd præfatus d. Thadeus post prædicta restituit dictum Petrum & fratres aduersus sententiam

6 confiscationis. quia dico † quòd illa restitutio non potest tra-

a hi ad bona iam alienata a & translata in dictum Benedictum; vt not. in l.Gallus. §.& quid si tantum. ff. de libe.& posthu. & not.Barto.& alij in l.fi. C.de sen.pas. & in l.quæcunque.C.de fide instrum.& iu.hast. fis.lib.10.& not. per Bald.in c.domino guerram. in princ. hic finitur. l. conradi. deinde incipi. con.reg. probatur in c. quamuis de rescrip. lib. 6. Nec potuit præfatus dominus venire contra contractum prius a se celebratum cum d. Benedic.c.1.de proba.l.pen. C. de dona.inter vir. & vxo. ¶ Et ideo quamuis in d.restitutione facta Petro & fratribus præfatus dn̄s asserat homicidium quod commissum per prędictos erat cōmissum fuisse casu fortuito potiusquam dolo; tamen in hoc non statur assertioni suæ in præiudicium tertij cui ius erat iam quæsitum l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. patron. l. si forte. cum ibi nota. per Barto. ff. de Castren. pec. & in rubro & nigro. C. res inter alios. ¶ Et si qua ratione dici posset donationem factam per do. Thade. d. Benedicto non valuisse eadem ratione dicendum esset non valuisse gratias & restitutionem factā per eundem dictis Petro & fratribus. ¶ Potest etiam aliter responderi ad dictam donationem

nationem factam vt dicitur dictis Petro & fratribus per d. Benedictum ꝙ dictis Petrus & fratres non possunt ex illa se fundare eo quia promiserant in instrumẽto donationis dictũ Benedictum gubernare & sustentare : & sibi de opportunis prouidere suis expensis toto tempore vitæ suę. ¶Et respõdendo positionibus. fatentur ꝙ de anno 1470. & circa d. Benedictus nõ fuit gubernatus, nec alimentatus a dicto Petro & fratribus, vt patet in processu 27. ¶Et licet in sequenti responsione videantur dicere ꝙ hoc processit culpa dicti Benedicti: eo quia recessit a domo.
7 † tamen dictus benedictus habet fundatam intentionẽ suam, eo ipso ꝙ pars aduersa non probat se fecisse pro dicto tempore ea quę dicto Benedicto promiserat, & incumbit parti aduersæ onus probandi: quod id processit culpa dicti Be-
* nedicti, ita notabiliter notat Bar.* in l. in illa stipulatione calendis. ff. de ver. obliga. per l. 3. §. si ad diem. ff. de re mi. & l. secũ. ff. si quis cau. no. Cyn. in l. secunda post gl. C. de iure emphy. & docto. in c. super his. de accus. ¶Cum nõ probauerint Petrum & fratres se obseruare promissa per eos in instrumento donationis imò videntur fateri contrarium, vt dixi : nec possunt se iuuare ex dicto instrumento donationis. l. 1. C. de don. quę sub
8 mo. l. cum proponas. l. 2. C. de pact. ¶† Præterea si compromissa continerent clausulas consuetas ꝙ arbitratores possent auferre de parte vnius & dare alteri in parua & magna quantitate: vel per similia verba non posset peti reductio ad arbitrium
* boni viri nisi probaretur de dolo arbitrato.* de quo non posset probari nisi ex solis antiquis probationibus factis contra arbitratorem vt not. per Bart. in d. §. arbitratorum. in versi. quæro vtrum possit renunciari. & in versi. quæro vtrum arbitramentum. not. doct. in d. c. quintauallis. tamen quia copia compromissi nõ est mihi transmissa, ideo vlterius me non extẽdo &c. & ita videtur iuris esse mihi Alexan. de Imo.

ADDITIONES.

* Ad appellandum.] Idem tenet Alex. cons. 135. ponderatis col. 2. infra eod. lib. gl. in c. vt circa, in verbo, Adhærentes, in fi. extra de elect. & in c. concertationi, in verbo, Grauatum de appell. in 6. Bal. in auc. hodie, prope fi. C. de appel. Rota. decis. 225. Adhærentes, in nouis. Gui. pap. q. 13. ego retuli. Natta.

* Appellanti.] Quis probare habeat in causa appellationis Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. Natta.

a ¶Alienata infra, eo. consi. 190. col. 1.

* Bar.] Vide Feli. in c. si autẽ. ver. Negligentia, extra de rescrip. Natta.

* Arbitrator] Adde, quòd manifestam arbitrij iniquitatem superior ex officio potest emendare. Fulg. consi. 159. in fin. quod est no. ad S. stari. Natta.

CONSILIVM CII.

VIDE supra libro 1. cons. 47. quod hic duplabatur.

TITIVS acquisiuit redditus annuos super monte ciuitatis Ianuę: & impetrauit ante istam acquisitionem priuilegium a dominis Ianuensibus, vt alia bona non possent quo quomodo alienari per suos descendentes, nisi quando existerent ætatis annorum 30. & in ciuitate Ianuæ cõtingit quòd ex descendentibus minor ætatis non legitimæ authoritate tutoris & cũ decreto iudicis existente Parmæ constituit procuratorem ad vendendum dicta bona. administratores montis viso mandato prædicto cum consilio sapientis & mandato vicarij consignauerunt dicta bona seu dictos redditus illis qui emerunt a dicto procuratore. dictus minor effectus maior nunc vult agere contra dictos administratores montis ad dictos redditus, an possit &c.

SVMMARIVM.

7 Alienatio potest prohiberi per iudicem.
8 Actum faciens videtur se astringere legi loquenti de illo actu.
11 Debitor generis non liberatur si alij coactus soluat.
14 Venire licet contra factum suum nullum.
15 Legitima secundum tempus mortis metitur.
17 Soluens abbati intruso, vel falso procuratori, de mandato iudicis, an liberetur.

CONSILIVM CIII.

VISIS scriptis mihi transmissis in causa mota per magnificum Ludouicum comitem filium & hæredem pro dimidia quondam comitis Andreæ de Valerijs de Parma occasione alienationis & translationis reddituum & iurium suorum quæ habebat super monte sancti Georgij de Ianua. ¶ Videtur prima consideratione dicendum comiti Ludouico nullum competere ius agendi contra protectores montis qui in effectu consignarunt dicta iura emptoribus qui acquisiuerunt ab illo Michaele de Lucano ꝓcuratore ipsius comiti Ludou. & dominæ Andriolæ matris & curatricis eiusdem comitis. ¶Et primò, quia posito quòd virtute priuilegiorum concessorum in primis Cristophoro de Valerijs pro se & hæredibus non potuissent vendi & alienari dicta loca & iura : nisi seruatis illis quæ requisita sunt in dictis priuilegijs, tamen comes Ludo. tanquam hæres dicti comites Andreæ sui patris pro parte & etiã pro parte dicti Cristophori aui sui mediante persona ipsius comitis Andreæ potuit dictis priuilegijs in fauorem suum indultis renunciare. l. pactum inter hæredem. ff. de pac. l. si quis in conscribendo, C. de pac. & plenè in c. si diligenti. de foro compe. ergo cum constituerit comes Ludouicus minor 25. annis in d. ciuitate Parmæ dictum Michaelem procuratorem suum ad alienandum dicta iura in ciuitate Ianuæ, videtur expresse renunciasse dictis priuilegijs in quibus continebatur quòd hæredes ipsorum dictorũ Christophori comitis Andreæ non possunt alienare dicta iura: nisi quando essent
1 ętatis annorum 30. & essent præsentes in ciuitate Ianuæ. † Nã per actum cõtrarium priuilegio videtur quis renunciasse priuilegio l. 2. C. de iur. dominij impe. l. commissoriæ. de pac. in empt. Item legitur & no. in c. cum accessissent. & per Cyn. & legistas in l. pen. C. de diuer. rescrip. & in l. voluntariæ. C. de excus. tut. & in l. fi. ff. de consti. princip. ¶Secundò, quia nullus potest venire regulariter contra factum proprium l. post mortem. ff. de adop. l. si creditoribus. C. de seruo pig. dato manu. ergo comes Ludouicus non potest venire contra dictam venditionem factam vigore mandati sui. Tertiò, quia dicta loca & iura pro maiori parte fuerunt acquisita per dictum Christophorum & postea vsque ad legitimam debitam iure naturæ fuerunt consignata comiti Andreæ eius filio, vt patet in instrumento cuiusdam transactionis mihi exhibito & roborata fuit confirmatione apostolica : ergo dicta loca non erant subiecta prohibitioni alienationis de qua in priuilegio Christophori
2 † quia in legitima cessat omne grauamen. l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. l. cum patronus. ff. de leg. 2. & similiter etiã qui capit legitimam dicti comitis Ludo. debuit ipse posse libere alienari non obstantibus quibuscunq; prohibitionibus. ¶Quarto, quia tempore quo dicta iura & loca post mortem Christophori & comitis Andreę alienata fuerunt, non fuit iuxta aliam pręscriptionem facta mentio de dictis priuilegijs prout facta fuerant in præscriptionibus factis in persona comitis Christophori : quo factum est vt tempore quo per procuratorem comitis Ludouici facta fuit alienatio dictorum iurium, dicti procuratores & officiales comparentes non habuerunt scientiam quòd dicta loca essent priuilegiata, adeo quod non possent alienari : nec de hoc fuerunt aliquo modo certiorati : ergo videtur quòd ipsi non fuerunt in culpa si eis nõ fuit ostensum priuilegium pręedictum. l. si quis inficiatus. cum ibi notatis per doc. ff. deposi. & l. qui in alterius. ff. de regu. iur. & cle. causam. de ele. cum simi. ¶Et similiter non fuerunt certiorati de testamento dicti comitis Andreæ, qui prohibuit dicta iura & loca alienari hic, quia in dictis priuilegijs non dicitur quòd si contra factum fuerit quod protectores in aliquo teneantur : ergo priuilegium ipsum non debet extendi ad id quod in eo non continetur. l. si quando in prin. C. de inof
3 fic. testa. c. 1. de priuil. in 6. ¶† Quia dicta bona fuerunt alienatá causa cognita vltimo, id est pro causa & pro constituendis dotibus filiabus dicti comitis Andreę ob causam qua possunt alienari res & bona quæ aliter prohibita sunt alienari : vt in authen. res quæ & in corpore vnde sumitur. C. communia de legatis. & l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. ¶ Et excusari debent protectores & officiales si paruerint decreto iudicis qui interposuit decretum in constitutione mandati de alienando facti per dictum comitem Ludoui-
4 cum propter dictas causas dotium constituendarum. ¶ † Decreta enim prætoris elusoria esse non debent l. si prætor. in principio. ff. de iudic. ¶ Et præsumitur pro decreto quòd omnia rectè & rite processerunt vt nota. Specul. in titul. de

emp.& vendi.§. nunc dicendũ reſtat.ver. & breuiter ſcias. & no.Bal.in l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ.& in l. non aliter. ff. de adop.& in l.quæcunque C.de bonis quæ lib.& in l.fi.C.de prædijs mino.& in c.1.in vlt.col.in ti.qui feu.da. poſ. & in l. quocumq;.§.fi.ff.de pub.& Bal.in add.Spec.in titu.de app.in 15.col.& Io.de Imo.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb. obli.bñ facit.l.1.C.de prędijs curialium.lib.10.& in l.2.C. de offi. ciui.iu.& c.accepimus.in verbo,non credimus.de ętate & qua-
5 litate.& in c.in pręſentia.de renun.¶†Septimò,excuſari debēt dicti officiales:quia ea quæ fecerũt de mandato domini Vicarij dñi Poteſtatis : & ēt cum conſilio & iudicio ſapientum ſeu dominorũ aduocatorũ.& ſic non ſunt culpandi ſi crediderunt dictis peritorum.l.in bonorum.& ibi in hoc no.Bar. ff. de bo. poſ.l.regula.§.ſed iuris.ff.de iu.& facti igno.& no. Bal. & Sal. in l.iuris.C.qui admit.& Pet.de Anch.in clem.ne Romani.in prin.de ele.& canoniſte in ca. finem litibus. de dolo & contu. ¶Accedit,quia etiam videtur ꝙ ſeruatus fuerit in dicta aliena-
6 tione dictus modus & illa ſolennitas † quæ ſolita erat ſeruis in alijs ſimilibus alienationibus:prout conſtare videt̃ ex ſimilibus mandatis productis per Syndicum protectorem:ergo excuſantur officiales ſi ſtilum & cõſuetudinem obſeruauerint.l.3.§.fi.ff.de teſt.l.fi.C.de iniurijs.l.ſecũ.C.quemadmo. teſt.ap. ¶Octauò quia videtur agi debere per comitem Ludouicum ꝯ curatricem, cuius authoritate cõſtitutus fuerit procurator ad dictam alienationem faciendam,vel contra fideiuſſorē curatricis, ſi ſoluendo non eſſet curatrix, & fortaſſe poſſet agi contra dictos officiales,ſi ſoluendo non eſſet curatrix. l. 1. §.ſi magiſtratus.l.2.& fi.per totum.ff.de magiſtra.conue. ¶Sed pręmiſſis non obſtantibus contrariam ſententiā de iure probabiliorē eſſe puto, ſcilicet ꝙ dicta alienatio non potuit nec debuit fieri eo modo quo facta fuit : nec etiam potuerunt nec debuerunt dicti officiales conſignare dictis emptoribus iura & loca prædicti comitis modo quo conſignauerunt, deſcribendo pſonas dictorum emptorum in loco dicti comitis : & rñdendum de dictis redditibus,& dictos protectores ſeu officiales qui dictā conſignationem fecerunt,teneri dicto comiti ad reponendum eum in priſtinum ſtatum , ſeu ad ſatisfaciendum ei de dictis ſuis locis & iuribus videlicet alteri conſignatis rationibus infraſcriptis. ¶Nam conſtat quòd per decreta condita per illuſtrem dominũ Ducem Ianuæ in fauorem dictorũ comitũ Chriſtophori & Andreæ & eorum hæredum potuit prohiberi alienatio dictorum iurium l.dudũ. C.de contrahen.emp.l.ſi emptionem.§.pri.in verbo more ciuitatis.ff.eo.tit.& l.1.C.nemini lice.habita.lib.x.& no.Bar.in l.his.C.de prædijs & omnib. nauicul. lib.10. & in l.filiusfami.§.diui.ff.de leg.1.auth.hoc ius.C.de ſacroſ.eccle.& Bar.in l.ea.l.C.de condi.ob cauſam.
7 Nec mirum:quia ſecundum Bar.in d.§.diui.†& per pręceptũ iudicis poteſt prohiberi,alleg.l.ſi ſciens.ff.de contrah.emp.& l.ſeruus hac.l.ff.de manu.¶Vnde videmus quod etiam nõ prodigo põt ex cauſa interdici alienatio fundi: vt eſt tex. ſingularis in l.de pollicitationibus.& ibi not.Bar.& Bal.in l.per diuerſas in 9.q. in fi. C.mandati.& in l. pri.in 3.q.C.de contrahen.emptio. facit.l.ſi creditores. ff.de priui.cred. ¶Et in propoſito noſtro interuenit cauſa in dicto decreto prohibitiuo alienationis: quia ad illud proceſſerunt dicti domini Ianuenſes pro bono & vtilitate eiuſdē ſeu reipublicę, & pro ipſo decreto præſumitur qđ ſit factũ ex iuſta cauſa:vt ſuperius dixi.faciunt.not.per Iac. Bu.in l.fi.ſi contra ius vel vti.in l.reſcripta. C.de præci.impe.offe.¶Hoc præſuppoſito dico ꝙ comes Chriſtophorus dando dictis protectoribus & officialibus comparatis dictas pecunias recipientibus,& ibi reſcribentibus & aſſignantibus loca, cum tranſcriptione dicti priuilegij,iuxta columnā in qua dictus comes Chriſtophorus erat deſcriptus tanquàm dñs dictorum locorum videtur dictus comes Chriſtophorus contraxiſſe ſcđm formam contentam in dicto ſuo priuilegio : & contra dicti protectores vel officiales vel adminiſtratores, videntur etiam cum ipſo comite Chriſtophoro contraxiſſe cum qualitate & forma deſcripta in priuilegio ſuo; qđ
8 erat eis notum.l.ſi duo.ff.de acq.hæred.¶†Et dicit ibi Bal. per illum tex.quòd ille,qui facit aliquem actum videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu : ergo dicti protectores concedentes dicta loco comiti Chriſtophoro vidētur ſe aſtrinxiſſe legi & decreto conceſſo ipſi comiti Chriſtophoro & eius hæredibus. ¶Et maximè cum in dicto decreto mandetur omnibus officialibus Ianuæ, quòd debeant omnia ibi contenta obſeruare & obſeruari facere ſub certa pœna applicanda cõmuni Ianuæ per quam pœnam non auferetur contrahētibus agendi ad particulare intereſſe. l.ſi pignore.§. cum furti.ff.de furtis l.1.C.quando ciuilis actio præiudi.cr. ¶Et in propoſito ēt dicit Paul. de Caſt. in d.l.ſi duo per illum tex.in ver.ſcire po-
9 tuit.†quòd ſi aliquis acceptat ciuitatem in aliquo loco: videtur ſe obligaſſe omnibus oneribus ciuium illius loci, etiam ſi illa onera ignorabat, quia ſibi imputet quare non perquiſiuit. & ꝑ hoc etiam allegat. no.per Bal.poſt Pet.in l.quod fauore in 6.oppoſitione.C.de legi.facit ad prædicta tex.in l.1.verſic.his quoque. C. de ſpon.& in l.ſi is a quo.§.fi.ff.vt in poſ. le.vbi ſi quis contraxit ſcienter cum perſona cuius conditionē & qualitatem notam habet: videtur contrahere ſecum ſecundum illam conditionē & qualitatem quam ipſe habebat & illam approbare. ¶Si ergo videntur dicti protectores & officiales contraxiſſe cũ comite Chriſtophoro ſcđm formam illius priuilegij ſibi conceſſiſſe ſequitur ꝙ dicti protectores penes quos remanebit cuſtodia & adminiſtratio dictorum locorũ & redituũ,non debebāt ſcđm formā & tenorem dicti priuilegij, & ꝑ conſequens nõ poterant conſignare alicui emēti à comite Ludouico non exiſtente tunc in ciuitate Ianuæ nec exiſtente ætate ann. 30.ſcđm ꝙ in dicto priuilegio continet̃.& ſic non poterũt & conſignare dictis emptoribus qui acquiſiuerunt a quodā aſſerto nuncio ſeu procuratore dicti comitis Ludouici minoris . ¶Poteſt ergo tunc dictus comes Ludouicus maior 30. annis. exiſtens in ciuitate Ianuæ petere ꝙ dicti procuratores ſeu officiales conſignent dictos redditus ſibi aut alteri cui voluerit : & prout conſignari debent ſecundũ formam dicti priuilegij:quia non fuerunt liberati protectores conſignando alteri q̃ cui ſi haberet.l.ſi vrbana. ver. ꝙ ſi vecturas.ff. de condi. inde.l.ſi hominem.§. ſi nullo.ff.de ſolu.¶Et p̃dicta fortificant̃ rõne, vt mihi vr̃ ſatis concludenti: tũc ſiue dicamus ꝙ dictus contractus qui celebratur circa impreſtita montis dicatur cõtractus mutui ſiue dicamus ꝙ ſit contractus emptionis & venditionis.Nam alterũ dictorum duorum contractuũ eſſe oportet vt concludunt magis communiter doctores tractantes illā
10 vulgatam quæſtionem.† videlicet an percipere annuũ reddi-
* tum* & in præſtitis quæ fuernnt venetijs ſeu ex pecunia montis Florentiæ ſit vſura; q̃ tractant doct.in c.in ciuitate de vſur. & Io.Cal.in c.nauiganti.eo.tit.& Fede.de ſen.in conſilio 300. incip. quæſtio vertitur inter ciues ſuper tali caſu &c. & per Bald.in l. cũctos populos. in 6.col.C.de ſumma tri.& in l.hac edictali.§.his aliud.C.de ſecun.nup.& per Bal.& Imo.plenius in l.ſi maritus inquit.ff.ſol.mat.& Bar.& Sal.in auth.ad hæc. C.de vſu.& latiſſimè per Pet.de Anch.in ſua diſputatione incipiente antiquis & modernis tēporibus viri catholici. & conſil.30.incip.dubitari ſolet à quibuſdā &c.& per Laurentiũ de Rodulphis in rep.c.conſuluit.de vſur. in tertia parte maximè in 5.& vlt.q. ¶Siue ergo dicamus eſſe contractum mutui ſiue emptionis & venditionis, vtroque caſu dicti protectores, ſeu commune quod ipſi repreſentant,obligatur ad genus illis qui ibi ponunt pecunias ſuper monte illo . Nam ſiue attendamus illud quod dat protectoribus,ſcilicet pecuniam,& certum qđ eſt genus:quia datum eſt ad numerum, prout in dubio pręſumitur.l. incendium. cum ibi notatis per Barto. C.ſi cert. pet. ſiue attendamus annuos redditus in pecunia conſiſtentes ad quos obligantur dicti protectores:& etiam ſine dubio illi annui redditus conſiſtunt in genere l. ratione. §. incertæ.ff.ad l. Falcid. vnde dato quòd proceſſerint protectores ad faciēdam aliquam conſignationem dictorum reddituum emptoribus prædictis, quæ legitimè minus emerunt & non acquiſiuerunt ab eo cui liceret alienare nõ poſſunt dicere protectores ſe eſſe liberatos vel apud ſe habere illos annuos redditus q ſpectabāt ad comitē Ludouicum:qm̃ vt dixi illi redditus qui debent comiti Ludouico conſiſtunt in genere & non poſſet dici illud genus deſiiſſe extare apud protectores & cõe Ianuę, licet aliquā conſignationē feciſſe allegent dictis emptoribus protectores ſub noĩe comitis Ludouici. vt probatur in l.creditur.in prin. ff. de ſol. & in l.lectos. iunctis duabus legibus ſequentibus cū
11 gl.de periculo rei venditæ.¶†Bene facit in ratione ibi deciſio quęſtionis formatę p Dy.& Bar.& alios ĩ d.l.creditor in prin. & per Cy.in l.cum lege.la prima. C.quod metus cauſā. & per Bar.in l. falſus. circa.fi.C.de for.& in l.ſi te bonis. C.de iu.de libe.

libe.cum concor.allegatis per doc.in dictis locis,dum quærit
ꝙ si expulsa est vna pars,de ciuitate,& illa pars quæ est in ciui-
tate exigit debitores illorum exijtorum:an illi debitores libe-
rentur: & inter cætera dicunt ꝙ si erant debitores obligati ad
genus:& tunc in dubio non sunt liberati,qui non soluerunt ei
cui soluere debebant & adhuc tenentur ac si nihil soluissent:
quia genus perire non potest per d.l.creditor. & l.lectos. cum
alijs supra allegatis. ¶ Si qua ergo difficultas superest consistit
solum in responden.argu.in contrarium inductis ad quorum
solutionem deuenio.¶Non ob.primum argu.scilicet ꝙ comes
Ludouicus renunciasse videtur priuilegio suo, constituendo
procuratorem ad uēdendum, quia responderi potest pluribus
* modis.* ¶Et primo quia non apparet ꝙ eo tempore comes Lu
douicus haberet scientiam & notitiam aliquam dicti priuile-
gij,& in dubio præsumitur illud ignorasse, ex quo fuit impe-
tratum per alium.l.fi.ff.pro suo.l.qui in alterius.ff. de reg.iur.
12 † ergo non potest videri renunciasse priuilegio quod ignora-
bat competere sibi, maximè cum de ipso priuilegio nulla fuit
mentio.l.si mater.ff.de inoffi.testa.l.legitimam.ff.de peti.hęr.
l.cum Aquiliana.ff.de transac. ¶ Secundo potest responderi ꝙ
illa constitutio procura.ciuitatis Parmæ, vbi facta fuit consti-
tutio procurationis,nō potest fieri per minorem 25.annis,qui
aliquem contractum vel aliquam obligationem facere non po
test,sine authoritate curatoris: nec etiam de iure communi po
terat mandatum de vendendo fieri sine mandato curatoris, vt
infra dicam: ergo dicta domina Andreola mater dicti comitis
Ludouici,quæ tanquam curatrix interposuit authoritatem di
13 cto actui † non erat solemniter constituta:quia non renuntia-
uit secundis nuptijs specialiter prout de iure requiritur quan-
do mater assumit tutelam vel curam: vt in auth. matri & auię.
cum glo.C.quando mulier tut.offi.fungi.potest.& ibi hoc se-
quuntur doc. concludentes aliter non posse eam cōstitui tutri
cem vel curatricem: vt not.Bart.in l.si quis sub conditione. ff.
de testa.tute.¶Nec iudex qui interposuit decretū in dicto man
dato suppleuit ex certa scientia defectum curatricis: prout re-
quirebatur iuxta.l.bonorum.C.qui admitti. & not. doc.in l.si
curatorem.C.de in integ.rest.& not.signanter Bar.in l.1.§.idē
Pomponius.ff.quod falso.tuto. auth. ¶ Non obstat secundum
argumentum,s. ꝙ comes Ludouicus non debet posse venire ꝯ
14 factum suum : quia respondeo † ꝙ quis potest venire contra
actum à se gestum quādo ille actus erat de se nullus propter fa-
uorem ipsius qui venit contra : vt l.1. & fere per totum.C.de
prædijs mino.& l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.ecc.c.si quis
presby.de reb.eccle.non alie.& not.plenè Guil.de Cu.& Bart.
in l.post mortem.ff.de adop.& plenè no.in c.diuersis fallatijs.
de cle.coniug.& in capi.nosci.de ele. ¶Sed ita est ꝙ dicta con-
cessio mandati à comite Ludouico minore 30.annis de vendē
do dicta loca.non valuit resistentibus dictis decretis domino-
rum Ianuensium etiā quia non interuenit authoritas legitimæ
curatricis: ergo potest comes Ludouicus cōuenire,aliter enim
de vento seruiuissent dicti domini Ianuenses comiti Christo-
phoro & Comiti Andreæ concedendo dicta decreta prohibē-
tia dictos redditus posse alienari per descendentes dictorum
comitum ante perfectam ętatem annorum 30.si diceremus qđ
mandatum de vendendo factum per comitem Ludouicum va
leret.¶Ad tertium argumentum,s.quantum est legitima comi
tis Andreę dicta prohibitio alienationis non debet habere effe
ctum. Respondeo quod satis mirandum est ꝙ pars aduersa in
hoc faciat fundamentum: quia satis fragile est.Nam verum est
ꝙ pater in testamento non potest imponere grauamē filio post
mortem ipsius patris. quo ad legitimam filij & ita loquuntur
iura allegata in contrarium.¶Sed nos quęrimus in prohibitio-
ne alienationis imposita tempore acquisitionis ipsorum bono-
15 rum.† vnde satis est ꝙ filius habeat legitimam suam de bonis
quæ habebat pater tempore mortis. inspecto statu & qualitate
in quo & in qua sunt bona tēpore mortis ipsius patris: vt l.ēt.
§.si.ff.de bo.libe.l.cum quæritur.C.de inoffic.testa. vnde dato
ꝙ illa prohibitio alienationis esset onus: tamen quia bona fue-
runt à principio acquisita cum illa qualitate & prohibitione:
satis est ꝙ filius habeat partem suam cum illa prohibitione &
qualitate aliter autem sequeretur ꝙ si pater totum suum patri
monium distribueret in acquisitione bonorum feudorum quę
non possunt alienari sine consensu domini ꝙ filius contraueni
re posset: quatenus caperet legitima,quod derisoriū est. ¶Præ-
terea etiam dictum priuilegium prohibitiuū alienationis fuit
per ipsum comitem Andream qui illud confirmari fecit; ergo
per eum nec per eius hęredes amplius impugnari possunt l.ge
neraliter.§.sed iuramento.cum vulg.C.de reb.cred.¶Non ob.
quartum arg.s. ꝙ non fuit facta descriptio priuilegij, tempore
quo prædicti reditus fuerunt descripti in persona comitis Lu
douici, & qđ protectores de dicto priuilegio non fuerunt cer-
tiorati, quia respondeo primò ꝙ incumbebat officialibus di-
ctarum comparat. & dictū priuilegium describere annuatim
in libris & carthularijs ipsorum sicut à principio fuit descri-
ptum; prout mandatur eis per decretum & priuilegiū.¶Secun
do, respondeo ꝙ tenebātur inuestigare dicti officiales de dicto
priuilegio comitis Christophori quod facile inuenire potuis-
sent recurrendo ad originalem descriptionem dictorum loco-
rum, iuxta quam erat præscriptum priuilegium. vnde fuerunt
in culpa si nō inquisiuerunt id quod de facili inuenire potue-
runt, vt not.glo.in l.locus.in gl.fi.ff.de acqui.poss.¶ Bene facit
tex.in d.l.si duo.in verb.scire potuit.ff.de acqui.hær. & quod
ibi no.doc. maximè d.Pau.de Ca.cuius verb.suprà retuli.¶Be-
ne facit etiam ad hoc quod habetur in c.innotuit.de elec.cum
16 notatis ibi. † circa ea quæ spectant ad officium alicuius, non
* est probabilis ignorantia * in facto alieno si potuit de illo facto
inuestigare; sed ita est quod spectabat ad officium dictorum of
ficialium annuatim describere in libris, & chartularijs suis,
prout continetur in dicto decreto ergo nō excusantur propter
allegationem ignorantiæ. ¶ Tertiò, respondeo ꝙ dato etiam ꝙ
habuissent ignorantiam protectores & officiales de dictis pri
uilegijs; tamen non sequitur ꝙ propter hoc fuerint liberati,cō
signando alteri quam cui consignare debuerunt; tamen quia
consignarunt ad instantiam eius qui non est legitimus procu-
rator; quia in mandato sibi facto non interuenit authoritas cu-
ratricis legitimè constitutæ, vt dixi, quæ authoritas curatoris
etiam requirebatur tam ex forma statutorum Parmæ, quàm de
iure communi in alienando seu in alienatione rerum immobi
lium seu rerum quæ seruādo seruari possent.l.lex quæ tutores.
C.de admi.tuto.& no.in l.si curatorem habens.C.de in integ.
rest.mi.& tales annui redditus connumerantur inter immobi
lia; vt in cle.exiui in prin.in ver. cumque annui.de verb.sig.&
not.in l.iubemus.in prin.C.de sacrosan.eccle.& in auth.de nō
alie.§.hæc nos,ergo.cum glo.¶Tum etiam quia assignarunt ei
cui propter dicta decreta non potuerunt de iure consignari;
vnde de iure non liberantur; vt est bonus textus in pręallegata.
l.si vrbana.ff.de condi. indebi. per quem textum dicit in pro-
17 posito Barr. † ꝙ si abbati [a] non iustè electo & ingresso mona-
a sterium soluta est pensio à conductoribus, an liberantur con-
ductores soluentes, distinguitur; aut conductores conduxerūt
ab illo abbate intruso, & liberentur, aut non conduxerunt ab
illo sed a vero abbate postea soluerunt abbati intruso; & tunc
non liberantur & tunc distinguit illa lex.ergo cum iste contra-
ctus fuerit celebratus cum comite Christophoro, & sic cum
vero domino; non liberantur protectores soluendo dicto pro-
curatori qui non erat legitima persona, & qui procu. in illo
tempore non habuit legitimam personam. secus si in aliquo
tempore scientibus dictis protectoribus, procurator habuisse
legitimam personam & potestatem recipiendi dictā consigna-
tionem & vēdēdi; & postea fuisset extincta potestas dicti ꝓcu
ratoris ignorātib.dictis protectorib.liberarent̄ dicti protecto-
res soluentes. vel consignantes ei cuius potestatem reuocatam
esse ignorauerunt.& ita loquitur tex.in l.qui in prouincia.ff.si
cer.pet.& in l.cum quis.§.1.ff.de sol.hanc vltimam solutionē
tamen non pono ex toto pro constanti propter vnum quod vo
luit Bar.in d.l.si vrbana. dum dicit ꝙ si conductores conduxe
runt à vero abbate & soluerunt abbati intruso & non legitimè
ingresso; tamen si soluentes habebant iustam causam credendi
eū esse verum abbatē, vt quia habebat cōfirmationē superioris
quæ forte de iure non tenebat, liberarent̄ per l.cū fundus.§.cū
seruum tuum imprudens.ff.si cer.pet.quod non approbat Ful
go.in d.l.si vrbana.in debitore obligato ad genus, prout in ꝓ
posito nostro; quia etiam casus fortuitus non liberat debitorē
generis d.l.incendium.cum si. in proposito videtur hoc velle.
Bal.in l.falsus.C. de fur. circa pe.co. vel antepe. in verbo vlte-
rius quæro.& quod sequitur &c. quinimo tutior videtur pri-
ma & secunda solutio, suprà dicta quæ non incidunt in istud
dubium.¶Non ob.quintum ar.quod in dictis priuilegijs non
dicatur

dicatur ꝙ protectores tenerent; quia responsio patet ex supradictis, quoniam protectores concedendo dicta bona & redditus comiti Christophoro, cui sciebant esse concessum priuilegium, ꝙ alia loca seu per ipsum acquirenda nō possent postea sibi assignari; nisi sibi aut hæredibus aut successoribus suis existentibus in ciuitate Ianuæ & habētibus ætatem annorum 30. videntur cum illa conditione & qualitate secum cōtraxisse & alteri personæ restituere non dicuntur liberati a sua obligatione consistente in genere: vt suprà plene probaui. ¶Non obstat sextum argumentum, s. quod dicta iura & loca fuerunt alienata ob causam dotium consumēdarum sororibus dicti comitis Ludouici; propter quam causam possunt alienari: quia respondeo primò quod ēt ex forma dicti decreti erat prohibita translatio & alienatio dictorum bonorum pro causa dotium. ¶Se-
18 cundo respondeo † licet bona quæ ex dispositione vltimę voluntatis sunt prohibita alienari, possunt alienari pro causa dotis: vt auth. res quæ. C. communia de le. tamē secus est in rebus quæ sunt prohibitæ alienari ex dispositione inter viuos: vt probat glo. no. l. nulla. quam ibi ad hoc ponderat Bald. in fi. C. de iu. do. & not. Bald. in c. 1. §. donare. in ti. qualiter olim feu. po. alie. sed dicta bona erant prohibita alienari ex dispositione facta inter viuos, nedum ex vltima voluntate ergo &c. ¶Non ob. ꝙ debent posset excusari dicti protectores si paruerint decreto iudicis, qui interposuit suam authoritatem mandato facto per comitem de vendēdo, quia responsio patet ex supra dictis: & maximè quia in dicto mandato in quo erat interpositum decretum iudicis Parmensis, non erat mentio de prohibitione alienationis: de quo in dicto priuilegio. vnde decretum iudicis appositum in mandato comitis Ludouici non potuit extēdi ad dictam prohibitionem alienationis,* de qua non cognouerat. l. si ex testamento. in fi. & l. mater. §. eadem. ff. de except. rei iud. ¶Non ob. aliud argumentum dum dicit ꝙ excusari debuerunt protectores si paruerint mandato vicarij seu superioris qui mandauit dictam venditionem, & translationem fieri posse & ita etiam retulerunt sapientes & aduocati comparat. quia respondeo primò & eodem modo, quo proximè dixi, ꝙ dictus vicarius & sapientes non habuerunt notitiam priuilegiorum & prohibitionū alienationis prædictæ de qua debuerunt protectores & officiales comparatarū inuestigare: & eadē de facili inuenire potuerunt: vt superius declaraui. vnde non sunt excusati, nec mandatum vicarij trahitur ad ea quę sibi incognita fuerunt: vt ego dixi. ¶ Secundo respondeo per ea quæ tradit Bald. in l. falsus. C. de fur. in pe. vel antepe. co. in ver. vlte-
19 rius quæro &c. vbi post Nicolaum de Matha. † quærit si debitor per sententiam iudicis est coactus soluere falso procuratori, an liberetur. & concludit ꝙ si ille procurator falsus nūquā habuit mandatum quod non liberatur debitor per l. qui hominem. §. si nullo. de sol. & l. si quis possessor. §. fi. ff. de pet. hære. quia cum domino nullum negotium gestum est. vt in præalle. l. si vrbana. Si autem mandatum habuit obscurum, & rationę obscuritatis iudex interpretationem fecit ampliatiuam cum fortè facere debuisset arctatiuam, & sic pronunciauit procuratorem esse idoneum ad recipiedam solutionem cum nō esset: & tunc liberatus est debitor soluendo: quia error ꝓcessit a dn̄o in cuius potestate fuit clarè & apertè loqui. l. veteribus. ff. de pac. & idē dicit in quocunque alio dubio iuris vel facti quod oritur culpa constituentis: quia culpa sua non debet esse alterius pœna, secundum Nico. de Mat. & Bal. ibi: secus si habuisset mandatum & illud fuisset legitimè reuocatum & notificatum per reuocantem: nā tunc non liberatur debitor: quia non debet creditori nocere iniuria facta debitori. ar. ff. de euic. l. si per imprudentiam. & l. exceptionem. ff. de fideic. nisi culpa creditoris intercessisset. sed vbi non intercessit culpa nec creditoris nec debitoris: tunc debitor non liberabitur: quia in debitorem principaliter infertur iniuria secundum Nico. de Mat. & Bald. in d. l. falsus. ad hoc allegatur. l. si stichum. §. fi. ff. de sol. & l. soluendo. ff. de neg. gest. ¶ Sed ita est quod absq; aliqua culpa dicti minoris mandatum factum procuratori de vendēdo erat inefficax quæ inefficacia mandati procedebat: maximè a dicto priuilegio prohibente alienationem, de quo priuilegio minor habebat seu habere præsumebatur ignorantiam: vt supra probaui: ergo illæ declarationes vicarij Parmæ & sapientium non debent obesse creditori. s. comiti sed illis qui soluerunt seu dictos redditus consignauerunt procuratori nō idoneo vel alteri

20 ad eius instantiam. ¶† Pro hoc bene facit id quod no. Bar. in l. licet. in vlt. col. C. de proc. & etiam ibi Cy. & alij, & Inn. in c. super literis. de rescri. & Ioan. And. in c. 1. de proc. & Spec. in tit. de syndico in verbo quid si iudex. vbi dicunt ꝙ si quis comparuit in iudicio tanquam procurator Titij contra Seium, & Titius opponat ꝙ ille non habet legitimum mandatum, & iudex inter procuratorem & Seium pronunciat illum procuratorem habere legitimum mandatum a Titio, ꝙ illa pronunciatio iudicis non nocebit Titio in alio postquam ipse non fuit pręsens in alio iudicio. ar. l. cum non iusto. ff. de col. detegenda. poterat postea Titius contra Seium allegare ꝙ ille non habebat legitimum mandatum ab ipso Titio. ¶Et ita est in proposito: quia illæ declarationes factæ absente comite Ludouico, non habent sibi obesse: si millies ostendatur illum Michaelem habuisse legitimam personam ad vendendum dicta bona. ¶Nec ob. quod fuerit in dictis allegationibus seruatus ille ordo q̄ erat solitus seruari in similibus: quia respondetur quod ille ordo consuetus, de quo fit fides, non fuit seruatus circa alienationem locorum & redditaum, quibus concessa essent talia præuilegia, cū prohibitionibus alienandi, qualia erant concessa in proposito nostro: & sic ex diuersis non recta fit illatio. l. inter stipulātem. §. Stichum. ver. sed hæc dissimilia. ff. de ver. obl. & l. fi. ff. de calumnia. Postremo. non ob. quod primò debeat agi per comitē contra curatricem & fideiussorem eius, antequam agatur contra dictos officiales seu protectores iuxta. l. 1. & 2. ff. de magi. conuen. quia respondeo ꝙ si comes Ludouicus vellet agere cōtra iudicem qui dedisset illam curatricem, & qui accepisset illum fideiussorem: tunc verum est quod non posset agere cōtra iudicem qui dedisset illam curatricem & qui recipisset illum fideiussorem nisi in subsidium & ita loquuntur cōtraria. ¶Sed quoties volo agere contra eū qui mihi tenebatur ex contractu, quem secum celebraui, vt si id quod mihi debebat in genere, alteri soluit, nihil obstat, quin ego possim agere contra talem mihi obligatum, etiam si noluit agere contra tutorem vel curatorem: vt probatur in l. 1. & per totum tit. C. si tutor vel curator inter. vbi etiam remedium ordinarium pendente restitutione in integrum per minorem ꝯ alium non tollitur; quāuis minor possit agere contra tutorem ex eodem facto; vt l. fi. C. si tu. vel cur. quamuis remedium substitutionis in integrum cōsueuit esse subsidiarium. l. in causæ. la 2. ff. de mino. ¶Præterea fortasse etiam curatrix ignorabat & ignorare pręsumebatur dicta priuilegia, quam ignorantiam allegare non possunt dicti officiales vt probaui. Et sic ea ratione contra ipsam curatricem agi non posset. ex quibus concluditur dictos protectores non esse liberatos a dicto comite. & esse respondendum & prouidēdum de suis reditibus per dictos ꝓtectores & officiales. & q̄a vt audio tales domini iudicantes plurimum adhærent veritati & æquitati in iudicando, hoc tanto magis facere debent; q̄a aliter incideremus in absurdum: videlicet ꝙ dominus comes Christophorus sub fide dominorum Ianuensiū priuilegia concedentium, voluit tutè prouidere sibi & successoribus suis remanet sub tali fide delusus & deceptus ipse & eius descendentes, quia circa hoc in aliquo non peccauit comes Christophorus, comes Ludouicus qui in minori ætate constitutus nullam habens scientiam de dictis priuilegijs mādatum illud fecit & quod deterius est pecuniæ, in vtilitatem conuersæ minorum, non reperiuntur, æquissimum est igitur quod protectores & officiales prouideant dicto comiti de suis reditibus, qui pro obseruantia fidei suæ communitatis & priuilegiorum habere notitiam tenebātur; quia spectabat ad eorum officium annuatim in libris suis describere prout descriptum fuit a principio, & vt ne argui possit minor in aliquo, suadeo vt offerat se paratum cedere dominus protectoribus omnia iura sibi competētia contra dictam curatricem & eius fideiussorem & dictum procuratorem.

ADDITIONES.

* Reditum.] De hac quæstione ponit etiam Pau. de Cast. & Soci. in l. d. quis nec causam, in prin. ff. si cert. pet. & ꝙ fit licitum facit Salic. in l. quotiens. C. de preci. impera. offe. col. 2. vbi vult ꝙ princeps dilationem concedens potest facere, vt interim soluantur vsuræ. Natta.

* Modis.] Responderi etiam notabiliter potest, ꝙ vbi minor prohibetur alienare ex hominis dispositione, nisi cum erit legitimæ ætatis, tunc non potest etiam per tutores, & curatores alienare, & huic fauori suo renunciare non potest. Bartol. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg.

leg. 1. col. 1. versi. oppo. extra gl. & Are. consi. 22. Natta.

Ignorantia.] Ignorantia alieni facti non excusat, vbi faciliter sciri potest, Ias. in l. error in antepe. col. C. de iur. & fac. igno. vbi etiam alijs modis limitat & d. c. innotuit adducit But. & Abb. in ca. ab excommunicato de rescrip. q non excusat ignorantia vbi quis ex dispositione iuris inuestigare tenetur, vel ex officio. Et est bo. glo. in c. eos, in verbo scienter, de tēpo. ordi. in 6. & tradit Dec. consi. 160. col. fi. Grammati. decis. 103. nu. 36. Ias. in l. si rēs obligata, Vbi ponit limitation. ff. de leg. 1. col. pen. Natta.

2 ¶ Abbati. infra. lib. 5. consi. 120. col. 2.

Alienationis.] No. decretum non extendi ad ignorata. & adde, q obreptitie obtentum est nullum. l. sed si hac lege. §. patronum. ff. de in ius voc. l. tutor si petitus, & l. Seię. ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. q testō. ff. de execu. tut. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum solenne reuocatur per simplicem declarationem factam coram testibus ab habente liberos. h. d.*

CONSILIVM CIIII.

Paucis vtar quoniam satis abundè per famosissimos dominos supra cōsulentes discussus extitit passus, de quo quæritur suprà. ¶ † An primum testamentū in quo Petronius vniuersalis hęres fuit institutus & filiabus testatoris relictum certum quid pro dotibus iure institutionis, sit sublatum per sequentem vltimam voluntatem factam coram septē testibus, in qua omne aliud testamentum pręcedens reuocauit omni meliori modo via iure & forma quibus posset volens ꝑ intestato haberi quo tempore extabant & extāt filiæ testatoris. ¶ Et hanc quæstionem videtur indecisam reliquisse Bart. in lecturis modernis in l. si ita. §. regula. in fi. ff. de lib. & posthu. sed post eam clare decidit, in l. si iure. de lega. 3. quod aut testator coram septem testibus dicit volo primum testamentum non valere: quia volo decedere intestatus. & tunc videtur instituere venientes ab intestato quorum aditione ademptio cōfirmatur. l. si quis hæres instituatur si legitimus. ff. de hære. insti. & iste est casus noster. sed si simpliciter dixisset volo primum testamentum non valere, tunc non esset reuocatum primum nisi cursu 10. annorum l. sancimus. C. de test. insti. quibus modis testa. infir. §. pe. & cum hac opi. concordat Pet. de Anch. & Io. de Imo. in c. cum esses. de testam. & Bar. in l. sancimus. C. de testa. & Raph. Cu. in repetitione sua l. si filius qui in potestate. in 26. col. ff. de lib. & posth. & probatur. in l. 1. §. si hæres. secundū vnam lec. glo. ff. si tabu. testa. nullę extabunt. & idem voluit Io. de Imo. in c. cum esses. de testamentis. ¶ Et idem voluit Ioannes

2 de Imo. in prællegata. l. si ita. §. regula. † vbi dicit plus, videli-
a cet q si testator dixisset [a] volo simpliciter primum testamentū non valere. dato quod non dixisset se velle decedere intestatū: tamen primum erit sublatum: quia dicendo volo primum testamentum non valere, in consequentiam tacite dicit se velle intestatum decedere: & sic videtur vocare venientes abintestato. l. conficiuntur. in prin. & in l. si quis cum nullum. ff. de iure codicillo. & dicit hoc tenere dominum Hono. de Perusio. in l. hac consultissima. §. si quis. C. de test. & respondet ad l. militis codicilis. §. veteranus. ff. de test. mili. & ad dictam. l. sancimus. q ibi non interuenit solennis numerus septem testium. ita re-

3 spondet ad l. sed si in conditione. §. fi. ff. de hered. insti. † vbi hę reditas & libertas fuit data seruo hēdi vniuersaliter instituto, nō pōt in codicillis adimi libertas: qa nō posset illa ademptio confirmari per aditionē hæreditatis: quia seruus cui adempta esset libertas non posset adire hæreditatem, ergo ita videbatur in proposito q ex quo nullus erat hic in postrema volūtate institutus cuius aditione posset confirmari ademptio libertatis propter regulam positam in d. l. si ita. §. regula. vbi traditur regula quod si seruo data est hæreditas & libertas: non potest vnum adimi sine alio vel in d. l. sed si in conditione. in codicillis coram quinque testibus fœminis voluit facere illam ademptionem; ex quo sequebatur ademptio hæreditatis, quod quidem fieri nō potest: quia in codicillis hæreditas adimi non potest. l. 2. C. de codicil. secus quando coram solenni numero testium fit ademptio hæreditatis; quia tacitè videtur inuitari venientes abintestato ad hæreditatem. Ergo debet tolli primum testamentum sicut quando expresse dixisset, velle decedere intestatum per no. per Bar. in prællega. l. si iure. & dixi. suprà. Secundo principaliter fundatur intentio filiarum. ex his quæ no. Bartho. in prælle. §. veteranus. vbi inquit q si in primo testamento fuerunt instituti non venientes abintestato, & postea testator coram quinque testibus dixit velle irritum primum testamentum, & sic velle abintestato decedere, tolleretur primū testamentum: quia sufficit inter ipsos succedentes abintestato quodcunque voluntatis iudicium per d. l. hac consultissima. §. si quis. & l. 2. ff. de iniusto. testa. & sic vult. q tex. in §. veteranus. procedat quando venientes abintestato erant instituti in

4 primo testamento per d. l. hac consul. §. si quis. ¶ † Tertio principaliter confirmatur dicta conclusio: quia inter liberos sufficit quocunque modo constet de voluntate testantis, reiectis omnibus solennitatibus a iure ciuili inductis, & quod interuenerint solennitates quæ sunt de iure diuino vel gentium, quo iure cautum est q in ore duorum vel trium stat & c. hæc probantur in l. hac consul. §. ex imperfecto, & ibi no. Bar. & alij in fi. C. fami. ercis. & per not. in l. fi. ad fi. de codicillis. vnde tunc succedit id quod decidit in proposito Bald. in repe. l. 1. in vlt.

5 col. C. de sacrosan. eccl. † vbi quærit quid si testator reuocat institutionem ad pias causas dicendo reuoco, non tamen alium hæredem facit; an valeat reuocatio; & dicit q sic inspecto iure diuino quo solum attenditur intentio testatoris. ergo cum esset inter liberos attendi debeat idem quod iure diuino & iure gentium introductum fuit. Sequitur q per vltimam dispositionem intelligitur esse reuocatum præcedens testamentum. & hoc etiam tenuit Pau. de Cast. in d. auth. inter liberos pręalleg. ¶ Hoc postremo iuuatur ex dispositione municipalis censuræ sub rubrica de testamentis & vltimis voluntatibus vbi hoc videtur expressum. ¶ Ex quibus patet non obstare si diceretur q Ful. in d. l. sancimus. videatur tenere q per illa verba, nolo primum testamentum valere. Sed volo decedere intestatus nō inducitur reuocatio prioris testamenti per d. §. veteranus. alle. tā men pro opin. Bart. tex. in d. l. 1. §. si hæres. ff. si tab. testa. nullæ exta. non respondet Pau. de Ca. in d. l. sancimus. & in l. hęredes palam. §. si quid. ff. de testa. videtur tamen cōcordare cum opi. Ful. per d. l. sancimus. & per §. veteranus. quia dico q ex præmissis multiplex patet responsio. primò. n. nō ob. §. veteranus. ff. de testa. mili. quia secundum intellectum Bart. ibi procedit quando essent instituti in eo venientes abintestato aliter nō per d. §. si quis. ¶ Secundo, procedit ille text. quando non interuenissent solennitates numeri septem testium, vt ibi patet & declarat Io. de Imo. in d. §. regula. ergo non procedit ille text. vbi extarent liberi qui viderentur vocati ex vltima dispositione testatoris per §. ex imperfecto. & dixi in tertio principali fundamento: & istæ duæ responsiones adaptantur etiam ad l. sancimus. ad quam. ¶ Tertio modo respondet Bald. in prælle. l. si viri, s. q ibi dicit primum testamentum non autem subiunxit se velle intestatum decedere, per iura superius allega. ¶ Nec huic responsioni obstat responsio Ful. in d. l. sancimus dicentis q expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur. l. 3. de leg. 1. l. non rectè. C. de fideius. sed si dixit se nolle primum testamentum valere inest tacitè quod vult abintestato decedere: quia respondeo q non sequitur, testator noluit primum testamētum valere; ergo voluit venientes abintestato succedere, vt probatur per no. per glo. & doct. in l. proximè. in glo. 2. ff. de his quæ in testa. delē. & in l. in nostrā. in glo. in ver. non valere. C. de testa. vel potest etiam responderi secundum Io. de Imo. in d. §. regula. cuius verba superius retuli. ¶ Nec insisto an ista secunda voluntas sit intestati postquam omnino producit effectum reuocationis primi testamenti, d. §. veteranus. Igit talis disputatio non est necessaria. l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posth. & l. q si dubitet. ff. de acqui. hære.

ADDITIO.

a ¶ Dixisset coram septem testibus; tunc enim aliud de iure non requiritur & sequitur Gui. Papa. An. rub. consi. 41. & verum puto indistinctè licet non fiat fauore liberorum. & vt seq. Alexan. infra lib. 3. consi. 30. col. 2. licet Alex. in d. §. regula. & in d. l. sancimus. & vtrobiq; Ias. & alij crebrius sequantur Bar. vt dixi in consue. Paris. §. 96.

SVMMARIVM.

1 *Protocollo statur, si est differentia inter instrumentum datū parti, & protocollum.*
2 *Protocollum quomodo discernitur ab instrumēto inde sumpto.*
3 *Scripturæ pleniori quomodo statur.*
4 *Notarij error probatur per ipsum cum uno teste.*
5 *Notarius rogatus præsumitur de clausulis consuetis.*

CON-

CONSILIVM CV.

In causa correctionis erroris mota pro parte Fantutij de Fantut. rationibus quibus in processu apparet: vt vestris reuerentijs morem geram, scribam quàm magis compendiosè.

1 † Et primum quidem principale fundamentum erroris constat; quia cum sit differentia inter scripturam authenticam datam à notario parti; & scripturam originalem, id est matricem quæ remansit apud notarium ex discordantia

a stari debet originali [a] seu matrici. ¶Et per ipsam dicitur probari errorem fuisse commissum in authenticando scripturã seu instrumentum datum parti, vt legitur & notatur in auth. de tabellio.§.illud. & l. si quis ex argentarijs. §. prætor. & in hoc not.Bar.& alij.ff.de eden.not.Spec.in titu.de libel. concep.§. restat.in prin.& per Bar.in l.si librarius.ff.de reg.iur.& in l.Sẽpronius Proculo.ff.de leg.2.& Bar.consi.28.inci.ex facto proposito.Bal.in l.nec exemplum.C.ad l.Cor.de fal. & in l.Imperator.ff.de sta.ho.& Ant.de Bu.in c.ex literis.de fide instrum. ¶Sed ita est ꝙ in scriptura originali & matrice vltimo loco ꝓducta apparet renũciationem beneficij de fideius. & beneficij de duobus reis quæ quidem renunciationes non reperiuntur in dato per notarium parti; ergo dicitur esse probatum de errore & per consequens corrigendus est, secundum quod dispositum est in statuto intentato & etiam est de iure communi. ¶Nec huic primo fundamento obstat, si diceretur ꝙ non apparet ista nota notarij vltimo loco producta; cũ dictis renunciationibus sit prima originalis & matrix; attento quod reperitur esse in actis quædam alia nota & ratio eiusdem contractus & instrumenti quæ concordat cum authentico dato parti: & sic cum duæ sint notæ nec appareat quæ sit magis originalis nõ videtur standum vni magis quàm alteri: arg.l. duo sunt Titij.ff. de test.tute.l.si fuerit.ff.de rebus du.in prin.l. statuliberum.§. si inter.ff.de le.2.l.scripturæ.C.de fide instr.

2 † quia respon.qđ imo apparet quod notariæ. vltimo loco producta est matrix & prima originalis. patet: quia in ea sunt imbreuiaturæ, & in ea summatim & breuius est descriptus effectus contractus: alia vero est extensa & longa in omnibus per omnia: prout est authenticum: & per consequens illa quæ est imbreuiata dicitur esse matrix & magis originalis: vt no. Bald.de fide instr.in rub. 11.col.& in l. testamenta omnia. C.de testam.facit quod not. Io.de Imo.in d.l.Sempronius Proculo.& in l.cum queritur.in fi.ff.de leg.2. ¶ Præterea quod illa sit matrix & originalis scriptura, attestatur ipsemet notarius de ipsa rogatus, & qui ipsam scripsit.Nam istis stari debet dicto notario.l.si quis decurio.& ibi Bar.in l.2.§.si quis neget.ff.quemad.test.ape.Nam in his q̃ spectant ad officium tabellionis statur dicto suo, si dicit se recordari: vt no. Bar.in d.l.si librarius. sed ad officium tabellionis pertinet custodire pęnes se primam originalem scripturam contractus, seu matricem: vt in d.auth.de tabel.§.pen.& not. Bar.in d.l.si quis ex argentarijs.§.prætor.in fi. de eden. & in l. si librarius.cum simi.ergo debet credi notario asserenti se seruasse ipsam matricem, & originalem scripturam dicti contractus. ¶Nec etiam prædictis ob. si diceretur ꝙ significat ser Signorinus in quadam scriptura scripta per eum die 27. Aprilis. & videtur declarando suũ libellum asserere ꝙ error fuit commissus per notarium etiam in prima matrice: asserẽs in ea fuisse omissas renunciationes, de quibus in libello & per consequens videtur ꝙ modo producitur tanquam matrix, & originalis in quo sint dictæ renunciationes, non debet intelligi ꝙ ista not.vltimo loco producta sit nota illius instrumenti & cõtractus, de quo fit mentio in libello.Sed debet intelligi ꝙ sit nota alterius contractus instrumenti: nisi esset capitulatũ & probatũ ꝙ ille contractus promissionis dotis semel tantum inter illos contrahentes fuit celebratus, & non pluries &c. per no.p Io.de But.Bar.& Bal.in l.2.C.de errore adu. Bar.& Alios in l. 2.C.de bo.po.secundum tab.& in l.1.vel 2.§.si quis neget. ad fi.quemad.test.ape.in l.hęredes.palam.in prin.ff.de test.per c. cum Io.de fi.instr.& in l.1.C.si vnus ex pluribus appel.¶Istud est in quo pars aduersa videtur facere potissimum fundamentum.Sed hoc in veritate nullo modo obstat, & pluribus modis respondeo, quod si bene legatur scriptura comparationis Signorini producta dicta die 27.Aprilis, non fundat intentionẽ partis aduersæ: modo quo pars aduersa dicit.Nam in dicta cõparatione in scriptura dicit ꝙ in prima matrice seu originali notarij apparet ꝙ dictus notarius rogatus de prædicto contractu scripsit cum renunciationibus beneficiorũ de duobus reis & fideiussoribus, prout intentione Signorini continent, ista, s. in effectu verba scripturæ: cum ergo in nota extensa producta in actis non sit illa clausula cum renũciatione beneficiorũ &c. sequitur ꝙ Signorinus in dicta comparatione non sensit de illa scriptura extensa: verum quia illa clausula cum renunciatione beneficiorum bene reperitur in imbreuiatura, & not. in vlt. loco producta: ergo verba dictæ comparitionis ser Signorini debent referri ad illam imbreuiaturam, & intentio ac virtus dictæ comparitionis erit quod debeat corrigi instrumentũ authenticum secundum formam contentam in libello, & ponantur extensæ renunciationes beneficij nouarum cõstitutionum de duobus reis debẽdi, & de fideiussoribus epistolę diui Adriani: quæ renunciationes non reperiuntur ita latæ & abundæ in vltima nota vltimo loco producta loco matricis originalis, q̃a in ea non fit mentio epistolæ diui Adriani, & nouarum constitutionum: & isto modo apparet ꝙ comparitio ser Signo. quæ loquitur de vero originali, non inducit istam notam vltimo loco productam esse aliam notam alterius contractus præsertim cum debeant intelligi & interpretari verba dictæ comparitionis, prout est fauorabilius ipsi Sign.causa producenti.l. si quis intentione ambigua.& ibi declarant doc.ff.de iud.no.do.in c. 2.de ordi.cog.& in c.examinata.de iud. ¶Secundo respondeo quod not.ser Iac. cuius dicto in similibus standũ est: vt in principio probaui attestatur cum iuramento suo, ꝙ ista est nota illius contractus & instrumenti de quo fit mentio in libello Signorini: & sic potest dici quod sit nota alterius contractus. ¶Tertio respondeo ꝙ ex identitate diei aut loci, aut præsentia eorundem testium apparet ꝙ ista no. vltimo loco producta est de eodem contractu, de quo loquitur instrumentum authenticum datum parti: & de illis loquitur alia nota extẽsa: quia idẽ dies, idem locus ijdem testes sunt descripti in instrumento authentico, & in nota abbreuiata, & in nota extensa: ergo quamuis tunc aliqua esset varietas inter vnam notam & aliam: tamẽ idem intelligeretur esse contractus, quãuis aliter non esset probatum quod semel tantum factum fuerit ille contractus. ita expresse voluit Abb. Sicu. de fi. instr.c. cum Io.circa.2.col.in ver.no.ꝙ vbi testes viderunt.&c.vbi vult ꝙ allegata in contrarium procedant quando non apparet de eodem die. & idẽ est de mẽte Io.de Imo.in l.planè.la 1.post.prin.ff.de leg.1. in versi. quid autem quando apparet &c. ¶ Quarto respondeo ꝙ etiam dato ꝙ ista comparitio ser Signorini voluit affirmare quod in prima matrice non essent dictæ renunciationes beneficiorum de duobus reis & fideius.Non tamen habuit respectum ad illam notam vltimo loco productam, quæ vera est prima originalis: & de illa non poterat sentire. quia de ea non habebat tunc notitiam: sed ex post facto deuenit ad eius notitiam.Quinimo illam produxit: & postea cum iuramento quod nouiter ad eius notitiam deuenerat: quod quidem iuramentum ad hoc est sufficiens probatio.c.pastoralis.de excep.c.præsentium.& ibi gl. de test.c.si vero. de sen. excom.& ibi glo.not.in c.vt circa. de elect.in 6.& in l.si cui.§.ijsdemque.ff.de acc.cum sim.sed ista scriptio & ęqualitas non erat in casu iurium.alle.in contrariũ. & ista est veritas sicut Deus. ꝙ omnes notę sunt de vno & eodẽ contractu; & etiam ex inspectione earũ apparet: vt dixi supra. & magis nociuum esset ad illam summam duplicatam.Præterea vltra hoc est aliter probatũ de errore: vt infra dicetur. ¶Secundo principali fundamento moueor ad ostendendum probatũ esse de errore per id quod dicit Bal.in d.l.Imperator, circa.8.col.ff.de sta.ho.in verbo, sed nunquid vnum instrumentum &c.

3 † vbi quærit an per vnum instrumentum probetur error alterius si sunt scripta manu eiusdem. & cõcludit quod si vnum continet plus q̃ aliud & illud plus potest probari & reduci ad minus: vt in summis; & valet in minori summa.

* arg. l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbit.aut non potest reduci, vt quia scriptura est plenior quàm altera; vt quia continet plura capitula, & tunc pleniori scripturæ stabo; vt ar. l.si ita scriptũ fuerit Titius imò Seius.ff.de hære.insti.& l.si quis ex argentarijs.§.si initium.ff.de eden. ¶Sed ita est quod no.imbreuiata vltimo loco ꝓducta continet plura capitula in substantia, quàm contineat alia not. patet quia nota imbreuiata continet renunciationem beneficiorum de duobus reis & fideiussoribus quæ non continetur in alia nota, ergo illi habenti plura capitula stãdum.

dum. ¶Nec obst. si diceretur prout dicebat pars aduersa; quia istud dictum Bald. in l. Imperator. facit pro parte aduersa, quia si non sit renunciatum beneficio de duobus reis, vt videbatur importare no. primo producta, non poterit quilibet eorum cō ueniri nisi pro dimidia si opponerent exceptionem diuisionis; vt habetur in auth. hoc ita. C. de duo. reis. sed si attendamus notam in vltimo loco productam, per quē sit renunciatum beneficio de duobus reis, & beneficio diuisionis; poterit cum effectu conueniri quilibet in tota summa; ergo statur illi scripturæ quæ continet minus. quia respondeo primo ꝙ Bald. & iura allegata per eum loquuntur quando obligatio erat in vno instrumento scripto per notas importantes obligationem maioris summę; sed in casu nostro in vtroque instrumento inspectis verbis scripturæ quilibet reorum est obligatus insolidum, & dato quod quando est renunciatum beneficio de duobus reis seu beneficio diuisionis possit vnus ex correis conuentus insolidum opponere exceptionem beneficij diuisionis, vt non exigatur in totum, sed pro rata, quia verum est quod quando correus est soluendo, vt in d. auth. hoc ita. tamen hoc non est scriptum in instrumento, sed ex verbis instrumenti, & ex dispositione iuris. ¶Secundo respondeo quod in casu nostro illud scilicet ꝙ in vna nota contineatur maior summa quàm in alia, ꝓcedit ex pluralitate capitulorum, s. ex renunciatione beneficij diuisionis seu beneficij de duobus reis, quod capitulū est plus in nota vltimo producta quàm in nota primo producta. vnde quando vnum instrumentum cōtinet plus quàm aliud ex pluralitate capitulorum; tunc vult Bald. in d. l. Imperator. ꝙ stetur instrumento continenti plura capitula. ¶Tertio respondeo ꝙ dato ꝙ respectu clausulæ renuntiationis beneficij de duobus reis dictæ notæ possunt reduci ad minus, vt dicit pars aduersa; tamen respectu alterius capituli continentis renunciationem beneficij de fideiussoribus quod non reperitur nisi in nota vltimo producta, non potest dici quod reducantur in hoc dictæ notæ ad minorem summam. Et sic cum omnino nota vltimo producta habet plura capitula illi standum, vt per illam probetur error alterius, vt inquit Bal. ibi: & tanto magis in casu nostro, in quo apparet ꝙ no. vlt. producta est matrix & originalis; vt in superioribus dictum fuit; quia dictum Bald. in d. l. Imperator procedit quando non apparet quod vna scriptura ex illis esset matrix: quia tunc sine dubio illi stādum est, vt dixi in primo fundamento. ¶Secundo principaliter probatur de errore ꝑ Matthęum de Gozadinis hominem probatæ fidei, & qui est de agnatione aduersarij. Nam dictus Matthęus deponit ꝙ audiuit tempore contractus notarium dicentem, ꝙ in dicto instrumento ꝙ apponeret clausulas in similibus consuetas apponi. & constat: vt infra dicetur quod istæ clausulæ consueuerūt apponi in contractibus similibus tempore quo tales cōtractus conficiuntur & stipulantur. vt est probatum per testes: ergo si notarius non apposuit prout dixit se appositurum omisit per
4 errorem: vt dixit not. Bar. in d. l. librarius. in vlti. col. ꝙ † ad ꝓ-
b bandum errorem notarij sufficit [b] vnus testis cum notario affirmante errorem, allegant id quod habetur in auth. de tabel. §. si mouentur. attestatur alius testis, s. Vincelaus de Gozadinis, qui similiter est de agnatione aduersarij, qui similiter deponit ꝙ tempore contractus fuit dictum ꝙ renunciabant beneficio de fideiussoribus, & de alijs non recordantur. ¶Nec ob. si diceretur ꝙ d. Vincelaus de Gozadinis deponit ꝙ dictus contractus fuit celebratus in absentia Fantutij: & postea in fine dicit ꝙ ꝑ Fantutium fuerunt dicta ser Iacobo notario hæc verba, videlicet ser Iacobo conzaretela questa charta in bona forma &c. & sic videtur testis in hoc vltimo loco supponere quod Fantutius erat præsens: sed ita est ꝙ testi vario sibi contrario nullo modo creditur. l. eos. ff. de fal. & in l. varia. ff. de testi. ¶Et non videtur ꝙ sibimet contrarius debeat posse reduci ad concordiam, vt probat & not. Bald. in d. l. eos. circa finem: quia ad hoc respondeo ꝙ dictus testis non est sibi contrarius. quia in vltimo dicto non dicit ꝙ illa verba per Fantutium fuerūt dicta tempore ip-
* sius cōtractus, vnde non debet hoc vltimo dicto fieri repetitio temporis ne dictum testis * infringatur. l. Titia. §. 1. ff. de verb. obl. l. seruo alieno. §. si ab impubere. ff. de legi. ¶Secundò respondeo ꝙ licet quando euidens est contrarietas non possit reduci quando tamen non est omnino euidens pōt talis reductio fieri, vt voluit Bar. in l. Labeo. ff. de supel. leg. & Bar. in l. 1. in princ. in 1. col. ff. de no. ope. nun. ¶Secundò etiam respondeo ꝙ dato ꝙ Vincelaus esset sibimet contrarius, tamen sufficiūt notarius & vnus testis, s. Matthęus prædictus, vt not. Bar. in d. l. si librarius. ad fi. Item non obstat si dicatur quod isti duo testes, s. Vincelaus & Matthæus sunt in alio sibi adinuicem cōtrarij: quia dictus Vincelaus dicit, ꝙ in die in qua fuit celebratus contractus fuerunt despōsatæ filiæ Gabioni, Matthæus vero dicit qđ non fuerunt desponsatæ die celebrati dicti contractus, s. quota die mensis fuerit. vnde licet discordent de die spōsaliorum, cum istud non facit ad causam, s. an die celebrati contractus
5 fuerint facta sponsalia, vel die sequenti. ¶† Merito talis varietas non nocet cum sit circa aliquam demonstrationem, & non circa substantia negotij: ita dicit Barto. in d. l. eos. in 2. col. §. fi. de fal. & no. gl. in c. cum ecclesia. in verbo, vacillasse. de cau. pos. & propric. & gl. in c. dudū. in ver. substantia. de conuer. coniu. & Bal. not. in l. 1. in pe. col. C. de testa. ¶Ad hoc accedit quod elegenter dicit Anto. de But. in c. 2. de regularibus. in fi. vbi dicit quod licet ille testis in modico contrarietur, non vitiatur dictum eorum. ¶Item respōdeo quod dato quod ex hoc quod dictum vnius dictorū testium elideretur, tamen satis est quod
6 habemus tabellionem cū vno ex dictis testibus: † quia in causa erroris tabellio computatur pro vno teste, vt no. Bar. in d. l. si librarius. in fi. & duo testes præferuntur vni: vt l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. c. in nostra. cum ibi plenè no. de testi. ¶Quarto &
7 vltimo principali fundamento moueor: † quia notarius intelligitur esse rogatus ꝙ in instrumento apponat clausulas con-
c suetas: [c] etiam si de eis specialiter non fuit rogatus. ita dicit Bald. in l. fina. C. de fideius. dicens hoc ibi probari per illum tex. in fi. melius quàm alibi. nam instrumēta & contractus debent confici secundum quod consuetum est: vt plenè no. Bar. in l. si prius. §. recte placuit. ff. de aqua plu. arcen. & not. in l. ex ea. in prin. ff. de ver. obl. per l. quod si nolit. §. qui assidua. cum si. ff. de ædi. ędic. & no. etiam Bal. in l. contractus. C. de fi. instr. & in rub. eo. titu. in 11. col. in ver. sed quæritur. cum simi. sed ita est, quod per testes vtriusq; partis est probatum quod in similibus contractibus, & instrumentis consuetum est tempore contractus apponere tales clausulas: ergo dictus notarius tacitè intelligitur de eis fuisse rogatus: nisi aliud appareat. ¶Nec adhuc ob. id quod no. Ang. in l. licet. C. locati. quia in hoc stādum est decisioni Bal. etiam propter suam authoritatem, quæ maior est propter. d. l. fi. per quā ipse mouetur. ¶Ex quibus apparet quod ex pluribus fundamentis, quorum quælibet pars est sufficiens, dicitur constare de errore commisso in authēticando dictum instrumentum.

ADDITIONES.

a ¶Originali, infra lib. 7. consil. 175. Bal. consi. 11. lib. 2. consi. 409. lib. 3. Pau. consi. 371. in fi. j. col. lib. j. consi. 420. lib. 2. Roma. consil. 177. Cępol. cau. ciui. consi. 23. Corn. consi. 28. col. j. lib. 2. Ias. consi. 62. col. j. li. j. Bert. consi. 39. data varietate consi. 321. si inter protocollum. li. 3.

* Summa.] Sequitur Ale. in l. j. §. si stipulanti. col. 4. ff. de verbo. obli. & & quando vnum instrumētum continet plusquam aliud, quod præualeat Alex. in l. si quis ante. 3. notab. ff. de acqui. possess. & ibi Are. & Moder. Natta.

b ¶Sufficit. fa. Soci. consi. 94. col. fi. li. j.

* Ne dictum testis.] Istud idem dicit Soc. consi. 56. col. pen. lib. 4. facit ꝙ dicit Bar. in l. Iulianus. ff. de hęre. insti. Natta.

c ¶Consuetas, supra consi. 27. dicendum vt dixi, supra eod. cons. 28.

SVMMARIVM.

1 *Electio prioris iure communi spectat ad suum collegium.*
2 *Episcopus cum capitulo non potest immutare iura electionū.*
3 *Potestas statuendi non intelligitur contra ius, nec potest derogari.*
5 *Donatio non uenit in generali mandato. uu. 21.*
10 *Episcopus quādo possit statuere in præiudicium inferiorum prælatorum.*
15 *Inferior potest legem superioris distinguere.*
18 *Ius perpetuum eligendi dare; est alienare: secus si semel.*
20 *Electio nen est si dependet a potestate alterius.*

CONSILIVM CVI.

Perspectis his quæ in themate suprascripto narrantur licet de pluribus quæratur: omnes tamen dubitationes in vnam principalem recidūt, videlicet. Vtrum dictum capitulum generale stantibus his quæ in facto narrata

narrata sunt, habeat authoritatem & potestatem prouidendi vnicuiq; monasterio de priore, adeo ꝙ potestas eligendi priorem suum non spectet ad vnum quodq; monasterium seu cõuentum. ¶In quo videtur prima consideratione dicendũm nõ pertinere ad dictum capitulum generale, sed ad monasteriũ; 1 seu ad dictas regulares ecclesias, maximè ex infrascriptis. ¶†Et primò quia siue attendamus dispositionem iuris communis, constat quod electio prioris in ecclesia conuentuali seu regulari vel collegiata spectat ad conuentum, seu capitulum vel collegium. 16.q.vlt.c.congregatio. & de elect.c.1. & c.cum terra. & de statu mona.c.2.in fi.& plenè traditur.in c.quamquã. in glo.magna.de elec.in 6. ¶Siue etiam attendamus concessiones apostolicas. præcipuè Gregorij 12. & Martini Quinti, in quibus apparet dictam potestatem eligendi priorem fuisse cõcessam dictis canonicis regularibus: modo sic, non potest per actum contrarium derogari libertati eligendi prælatum quẽ habent conuentuales ecclesiæ, ut probari videtur in præallegato.c.cum terra, vbi non valet consuetudo, quod prouisio vel electio spectans de iure communi ad ecclesiam conuentualẽ debeat expediri per viam nominationis: puta quod cõuentus debeat nominare duas personas Patriarchæ vel Principi: & qđ ad dictum Patriarcham vel Principem spectet irritare dictam electionem. vel nominationem in totum, vel vnam ex illis personis nominatis eligere. vnde dicit Anto.de Bu. per illum tex. non valere statutum ecclesiæ, per quod disponitur quod non possit prouideri ecclesiæ. nisi per viam nominationis vel postulationis: sic non per viam electionis: attento ꝙ ecclesia põt sibi tribus modis prouidere: vel per viam electionis, vel postulationis vel nominationis secundum quod legi.& no.in c.bonæ.el 1.de postu.præla. ¶Secundò, quia prior generalis & capitulum generale potest contra ius commune vel contra disposita & statuta, a suo supremo superiore statuta condere circa ius eligendi vel circa quæcunq; alia dummodo tale statutũ inferioris sit contra ius commune vel contra disposita à Romano Pontifice * sibi superiore; vt probatur in cle.ne Romani. in prin.de elec.& ibi latè Pau.de Leazar.& hoc per plures quęstiones explicat & probat in c.ꝙ super his.& in c. cũ inferior. de maio.& obe.21.dist. inferior.c.dilectus. de temp.ord.in l. formam.C.de offi. præfe.prȩto.no.expres.Io.And.in addi.Spe. in tit.de elec.in rub.in fin.& Old.in consi.259. incip. impu-2 gnatur electio. † vbi dicunt non posse episcopum cum capitulo statuere, immutando ea quæ sunt de iure communi substantialia electionis & est bona gl.c.cum dilecti.in ver.constitutũ de consue.bene faciunt no.per gl.repu.singula.in c.fi.de here. in 6.in versi.figura.& quæ plenè traduntur per Host.& Io.An. in c.fi.de offi.archipresby.& per Io.And.in c.fi.de appel.in 6. in nouel.& per Fed.de sen.consi.17.incip.quæstio talis est nũquid constitutio episcopalis valeat &c.& Ant.de But.& Io.de Imo.in c.1.de transla.præla.& in d.c.quid super his. & Pet.de Anc.in commento.c.canonum statuta.de const.in 12.q.dum tractat super quibus rebus statuta fieri possint. & legistæ maximè Bald.in l.omnes populi.in 5.col.ff.de iust.& iur.& Bald.in l.nulli.C.de sen.& interlo.om.iu. in quibus locis & fere vbiq; magis cõmuniter concluditur quod inferiores à Papa vel Principe exceptis ciuitatibus seu populis earum non possunt statuta condere contra ius commune: ergo non potuit prior generalis,& capitulum generale statuere vt fecit. ¶Tertiò, quia interea quæ facere potest capitulum generale quæ traduntur in c.in singulis.& in c.fi.de sta.mona.18.dist.c.quoniam quidẽ.
3 non enumeratur talis potestas statuendi vt supra. ¶†Quartò quia licet per Romanum Pontificem fuerit data potestas, vt dicitur Antonio prebytero Cardinali Bononiensi episcopo vt ꝓuidere deberet circa mutationẽ correctionem & diminutionẽ vel augmentũ constitutionũ dicti ordinis: aliàs dictarũ ꝑ tres cõmissarios apostolicos & præfatus eps Bono. authoritate prȩdicta prouideret & disposuerit ꝙ duæ partes capituli generalis addere minuere constitutionibus prædictis quibuscunque, easque corrigere, mutare, & de nouo construere possent prout eis visum fuerit expedire: tamen dicta potestas corrigendi non debet extendi ad corrigendum ea quæ erant specialiter a Romano Pontifice prouisa & decreta videlicet circa electionem prioris in ecclesijs prædictis eligendi per dictos canonicos regulares: quia generalis potestas statuendi data a Principe nunquam extenditur ad corrigenda statuta edita per ipsum Principem nisi hoc specialiter exprimatur. vt probatur per tex.no. in l.si hominem.ff.man.per quem ita decidit Bart.in prima cõstitutione.C.in prin.vlt.col.per illum tex.in §.in quibus.& ibi
4 Bal.& no.Ang.in l.ex imperfecto.C.de test. ¶†Quintò, q̃a potestas statuendi & reformandi, ac corrigendi prouidendi data a Papa præfato episcopo Bononiensi non videtur quod per eũ potuerit transferri & committi dicto capitulo generali, seu in alium transferri per ea quæ no.Bar.in l.omnes populi. in 2.q. principali. in fi. vbi voluit quod domini habentes potestatem statuta condendi non possunt illam potestatem alijs delegare,
5 per l.1.in princ.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdi. ¶† Sextò quia illud generale mandatũ datũ ab ecclesijs regularib. priori suo & socio priori euntibus ad capitu. generale non vr̃ qđ sit tantæ virtutis vt illius generalis mãdati vigore potuerint irreuocabiliter abdicare à dictis ecclesijs ius eligendi priorem eis competens & transferre in dictum capitulum generale: quis * in generali concessione * non venit quod fiat gratia vel donum iuris quæsiti, nisi specialiter exprimatur. l.contra iuris.§. fi.ff.de pa.l.filiusfa.ff.de dona.l.creditor.§.Lucius.ff.man.c.2. de dona.& ibi not. ¶Septimò, quia licèt Martinus Pontifex per suas literas dictas ecclesias, seu monasteria, & prioratus cum omnibus suis membris, iuribus bonis, & pertinentijs ac personas in dictis monasterijs degentes dicto capitulo generali in omnibus deiecerit: tamen hoc non intelligitur fuisse deroga-
6 tum iuri eligendi priorem competẽti dictis canonicis: † quia videmus quod omnes ecclesiæ de iure communi sunt regulariter subiectæ dięcesano. 10.q.1.c.1.2.& 3.& 6.q.7.omnes basilicæ. & tamen per hoc non intelligitur quod dięcesanus habeat ius eligendi priorem seu prælatum in ecclesijs regularibus seu conuentualibus. dicto.ca.cum terra. cum alijs suprà allegatis. Præterea cum Martinus in prædictis literis specialiter confirmauit literas Gregorij duodecimi in quibus concedebatur ius eligendi priorem dictis canonicis non est verosimile quod per illam generalem subiectionem ecclesiarum voluerit incontinenti derogare illi facultati eligendi quam in eisdem literis specialiter confirmauerat. l. vxorem.§. felicissimè. ff.de leg.3.l.sanctio legum.ff.de pęnis. & in regula. generi per speciem.li.6.facit.l.non.ad ea.ff.de condi.& dem. ¶Octauò quia quamuis per annos quinquaginta vel 60. fuerit obseruatum quod ad libitum capituli generalis fuerit prouisum dictis ecclesijs de priore, per hoc nõ potest dici ꝙ capitulum generale præscriptione seu consuetudine quæsiuerit istud ius eligendi, quia dictæ prouisiones quas retro actis temporibus facit capitulum generale, processerunt ex eo ꝙ dictæ conuentuales ecclesiæ eligebant suas priores & petebant a capitulo generali illud sibi dari seu confirmari quatenus capitulo generali visum: esset & vbi aliter visum esset ca. generali, dictæ conuentuales ecclesiæ, & canonici omnem suam authoritatem concedebant capitulo generali, offerendo se paratos recipere quemcumque a c.destinandum, vnde non debet extendi dicta consuetudo aliter quàm prout seruata fuit. Et sic non debet extendi ad alium casum dissimilem.s. vt operetur capitulum generale nulla facta electione a dictis ecclesijs conuentualibus & oblatione prædicta possit de priore ꝓuidere.l.1. cum ibi not. C.quæ sit long.consue.& no.in l.de quibus.ff.de leg.& in c.fi. de consue.& hoc facit quia præstatio longi temporis per se sola non obligat in posterum ad præstandum.c.peruenit.de censi.l.si certis an.C.de pac.l.creditor.C.de vsur.& plenè no.in l. cum de in rem ver.ff.de vsur.& 18.q.2.seruitium.& maximè hoc procedit in iure & libertate eligẽdi in quo consuetudo cõtraria est reprobata. vt d. c. cum terra. videbantur enim dicti conuentus satis eligere eligendo per dictos de c.in quos videbantur compromittere: & per eos vt compromissarios eligere velle quod de iure fieri põt.c.q̃a pp.c.causam quæ.& c.in causis.c.cum dilectus.& c.cum in iure.de ele.c. post translationem
7 in prin. de renun. †Item quia præscriptio ista, cum esset circa ea quæ sunt contra ius commune requireret uel titulum, uel saltem vsum tanti temporis cuius in contrarium memoria nõ extaret.ca.1. de præscri.in 6. plenè no.in cap.cum ecclesia.de causa posses. ¶Nonò quia licet capitulum generale per longissima tempora uigore authoritatis sibi concessæ a dicto episcopo Bononiensi commissario apostolico multa statuerit contra indulta apostolica de quibus supra,& bona fide, putans hoc sibi licere: & ita semper seruatum fuerit: tamen talis vsus non debet

8 debet extendi ad alium casum ultra usum: & sic non debet extendi ad derogandum dicto indulto apostolico: quatenus dictis ecclesiis conuentualibus eligendi priorem suum omnimodam potestatem concedit. l. 1. §. si quis hoc interdicto. & ibi no. per Bar. ff. de itine. actuque priua. l. si prius. in princi. ff. de aqua plu. arcen. c. auditis. & cap. cum olim. de præscri. no. Inno. in cap. fina. de offic. archi. & Pet. & Cyn. in l. j. C. de emā. libe. & Pau. de Leaza. in commento. c. in literis. de resti. spol. & Bal. in l. imperium. ff. de iurisdi. omn. iudi. & in disputatio. sua inci. Apulus Romanus. & latè Anto. de But. in ca. commēto. cap. fina. de causa poss. circa penul. char. & Pet. de Ancha. in regula sine possessione. in 4. q. prin. & no. omnes in ca. cum dilectus. de cap. mo. & Bar. & alij in l. 3. in princi. ff. de acqui. posses. & Mod. in l. inter pares. ff. de re iudi. ¶Decimò, quia illa potestas data ab ecclesiis conuentualibus cuilibet priori & socio circa omnia tractanda in capitulo generali non videtur ꝙ potuerit extendi ad transferendum potestatem eligendi dif* finitores capituli generalis: quia tales adhuc erant incerti. * l. 1. in fi. cum l. sequen. ff. de procur. l. tutor incertus. ff. de testa. tut. ¶Postremò pro hac parte facit id quod no. Archi. 61. dist. studij. & Ioan. And. post antiquos in cap. bonæ. el 2. de ele. ubi concludunt ꝙ capitulum facta electione episcopi super qua 9 pendebat lis non † potest trāsferre in archiepiscopū ius suum eligendi vel potestatem prouidendi, in casu quo dictus episcopus electus in causa mota super electione succumbat vel in casu quo ipse electus renunciet electioni per id quod habetur in d. c. bonæ. ¶Pro parte vero contraria ꝙ ius prouidendi de prio respectet ad dictum capitulum generale probari videtur præsertim ex infrascriptis. ¶Et primò per tex. in c. sac. san. de elec. vbi & a contrario sensu probatur ꝙ ex compositione potest perpetuum ius eligendi in ecclesia collegiata trāferri in alium per abbatem cum consensu capituli, dummodo ille in quem tale ius eligendi transfertur non sit laicus: quo casu. s. quando in laicum transferretur non valeret, quia redundat in dispendium ecclesiæ libertatis & in maximum præiudicium ecclesiæ: quia electus a tali laico postea cogeretur perniciosis voluntatibus talis laici eligentis obedire & bona ecclesiæ alienare ex quadam inordinata reuerentia ad retribuendum ei de electione per ipsum facta. 8. q. 2. illud. & hæc est ratio. d. c. sacrosancta, secundum doc. ibi. & constat procedere argu. a contrario sensu illius tex. & similium vt in c. cum apostolica. de his quæ fiunt a prȩl. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iur. Cum ergo non in casu nostro translatum in laicum tale ius eligendi debuit hoc fieri posse. ¶Secundo probatur in c. post translationem. in prin. de renū. in c. causam quę. & in c. cum dilectus de ele. vbi filius eligendi potuit per capitulum vel conuentum in alium trāsferri. ¶Tertiò probatur per id quod no. Inn. Host. Io. An. & communiter omnes in c. vestra. de loca. vbi concludit 10 † ꝙ potest prælatus seu Episcopus cum consensu sui capituli facere statuta concernentia præiudicium aliorum prælatorum inferiorum, vel aliarum ecclesiarum subiectarum si tales inferiores prælati seu agentes pro talibus ecclesijs pręsentes sint & consentiant: aliàs autem talia statuta condita ab episcopo vel prȩlato cum consensu capituli, non tenebunt quando tendunt in præiudicium aliarum ecclesiarum subiectarum vel inferiorum subditorum non consentientium per id quod habetur in c. pe. & fi. de his quæ fiunt a prȩla. quamuis bene valeant statuta licita episcopi facta cum solo consensu capituli sui, quando talia statuta condita sunt solum super his quæ spectant ad iurisdi. suam, non autem ad præiudicium inferiorum ecclesiarū. c. vt animarum. de consti. in 6. & c. 2. de maio. & ob. cum ibi no. & no. in c. constitutionem. de ver. sig. li. 6. & Archi. 16. dis. catholica. cum si. ¶Et plus dicit Ant. de But. & Ioan. de Imo. in d. c. vestra. limitando prædicta, ꝙ quando subesset iusta causa, valeret dictum statutum factum cum consensu capituli, etiam quando tenderet ad præiudicium inferioris ecclesiȩ vel subditorum non consentiētium: per id quod habetur in c. fi. de his quæ fiunt a maio. par. ca. & per not. per Inno. & Ioan. And. in c. in nostra. de iniurijs & dam. dat. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. bene faciunt not. per glo. in c. constitutus. de relig. do. cum ergo decretum & statutum fuerit per priorem generalem & capitulum generale cum consensu agentium pro dictis ecclesijs conuentualibus & canonicis earum, quod potestas prouidendi de priore cuilibet ecclesiæ conuentuali specta-

ret ad capitulum generale. & quod non eligeretur priores per dictas ecclesias conuentuales, seu earum canonicos: debet tale statutum tenere, etiam dato ꝙ diceremus hoc concernere præiudicium dictorum canonicorum. ¶Quartò probatur, quia illa authoritas eligendi priorem conuentualem, fuit cōcessa per Georgium dictis canonicis ad fauorem eorum, vt ostēdit illud verbum possint. nam dicitur in literis apostolicis ꝙ dicti canonici possint quoties opportunū fuerit: tamen iuxta eorundem regularia instituta canonicorum regularium, idoneum fratrē etiam eiusdem ordinis professorem in priorem eorum eligere.
11 † nam verbum possint non importat necessitatem, sed solum voluntariam potestatem confert. l. non quicquid. ff. de iudi. l. sæpe. ff. de offic. præsi. no. in l. 3. C. de pig. & quilibet potest renunciare ei quod in eius fauorem est introductum. c. ad apostolicam. & c. constitutus. de regula. l. pen. C. de pac. & constat ꝙ Papa dictam electionem noluit subijcere dispositioni iuris communis: vt patet per illa verba iuxta eorundem regularia instituta: & etiam quia voluit priorem ipsum eligi ad annum. & de iure communi prior qui eligitur a conuentu est perpetuus. c. 2. de sta. mon. nisi ex causis ibi enumeratis veniret priuandus. ¶Quintò probatur: nam verbo fertur ex longa rei experientia compertum esse longe magis vtile & expediēs dictis ecclesijs, ꝙ prouideatur eis de priore per dictum capitulum generale. quam per viam electionis a canonicis celebrandæ. sed ita est quod licet aliàs prælatus cum capitulo & alij a Principe inferiores habentes aliquam potestatem a iure statuendi, non possunt statuere contra ius commune seu contra legem a superiore datam, vt dixi in secundo & quarto ar. primæ partis. ¶Tamen fallit quando subest aliqua iusta causa, quæ verosimiliter etiam mouere debuisset superiorem ad ita disponēdum, vt probat tex. in d. l. si hominem. ff. man. per quem hoc etiam voluit no. Bart. in l. omnes populi. in 5. col. de iusti. & iu. quod tanquam valde notabile & singulare sequitur do. Ab. in c. at si clerici. §. de adult. in 5. col. de iudi. & in c. dilecti. vltimo. de ap. vbi hoc corroborat, vt ibi per eum. ¶Et bene facit quod no.
12 doc. maximè Io de Imo. in c. fi. de transac. per illum tex. † vbi volunt ꝙ licet legatus de latere nō possit committere causam agnosci & terminari debere summariè, simpliciter, & sine strepitu, & figura iudicij. cum sit contra ius commune, vt no. glo. singularis in prȩallegato. c. fi. de hȩreti. in 6. tamen legatus vbi ex causa sibi visum fuerit expedire, poterit committere contra ius commune, sed causam esse cognoscendam summariè & sine figura iudicij, vt quando euidens status rei ita suaderet, per
13 dictum c. fi. ¶† Bene facit quod no. Anto. de Bu. & Io. de Imo. in d. c. vestra. dum dicunt quod ex causa potest prælatus cum consensu capituli statuere in prȩiudicium inferiorum vel subiectorum, vbi aliàs causa non subsistente non posset: & retuli, suprà in tertio arg. secundæ partis. ex his ergo infertur ꝙ vigore subiectionis ecclesiarum capitulo generali iuxta literas Martini, & etiam vigore dictæ commissionis apostolicȩ, factæ episcopo Bononiensi. & per episcopum postea capitulo generali potuit statui & prouideri per capitulum generale, etiam circa dictam facultatem eligendi prius specialiter dictis canonicis concessam: quia si Papa notum habuisset ex experientia longe magis vtile & expediens esse dictis ecclesijs prouideri de priore per dictum capitulum generale, quàm per electionem canonicorum verosimiliter id prouidisset, cum sibi semper cordi sit, & esse debeat vtilitati subditorum prouidere, & quando ex experientia cōstat salubrius esse suā prouisionē antea editā reuocare, vel in melius reformare: id facere debet: vt in c. 1. de
* præben. in 6. & in c. 2. de concess. præben. eo. lib. & no. Io. An.* in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. compendiosę. in addi. quę incipit. dicit Io. de Deo &c. dum dicit quod vbi necessitas vel vtilitas aliquid suadet, credendum est Principem qui ad subditorum vtilitatem intendit id fuisse concessurum. l. ex facto. in prin. ff. de vulga. & pupi. l. tale. §. fi. ff. de pac. ¶ Sextò per id quod consuluit Bar. consi. 136. incip. Capitaneus. vbi consultus est quid si commune & homines vnius castri in patrimonio beati Petri erat in quasi possessione eligendi sibi in potestatem quem vellet & in ea quasi possessione steterat a tanto tem-
14 pore citra cuius initij memoria non extabat: † quo casu talis quasi possessio. & vsus tanti temporis habet vim priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. signi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. in fi. cum. l. seq. in prin. ff. de

ff. de aqua plu. arcen. & capitaneus patrimonij fecit vnam constitutionem, per quam statuit quod nulla ciuitas castrum vel villa eligeret sibi in potestatem aliquam communitatem sub certa pœna, contingit quod dictum castrum post dictam constitutionem elegit sibi in potestatem commune Perusij, propter quod dictus capitaneus patrimonij condemnauit dictos homines castri tanquam inciderit in pœnam dictę constitutionis. consuluit quod iustè condemnauit, & quod dictus capitaneus, qui tamen est de his magistratibus; qui non possunt contra ius commune statuere. potuerit per dictum statutum auferre dicto castro sibi subdito dictum ius eligendi modo prædicto: quia in hoc versabatur vtilitas ecclesiæ: quia si commune Perusij quod secundum eum erat magnæ potentiæ in partibus illis assumebat officium potestariæ illius castri capitaneus patrimonij non poterat ita bene sicut decebat pro ecclesia Romana exercere iurisdictionem suam in castro illo. pro hoc adducit. c. primum de loca. cum ibi not. & id quod habetur in ca. 2. de maio. & obe. cum alijs ibi allegatis per eum. si ergo melius & vtilius reguntur & gubernantur dictæ ecclesiæ per prouisionem prioris, quam facit capitulum generale, non est inconueniens quod detrahatur iuri eligendi prius dictis canonicis competenti & tanto magis cum processerit de voluntate canonicorum, vel habentium mandatum ab eis: vt dixi
15 suprà in tertio argumento, secundæ partis. ¶† Septimò probatur: quia dato quod inferior a Papa vel Principe non possit statuere & disponere contra ius commune, vt suprà dictum est, tamen bene debet posse distinguere ius cōe vel legem superioris, per id quod habet in c. cum esses. & in c. relatum. el 1. de testa. & in c. quæ in ecclesiarum. cum ibi not. per Inno. & alios de consti. & no. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. & l. 1. ff. commu. præd. vbi habetur quod licet lex positiua non possit tollere ius diuinum: tamen hoc non est verum in totum: sed bene potest illud distinguere. vnde licet de iure diuino sufficiāt duo testes: quia in ore duorum vel triū stat oē verbum. in c. omni. de testi. c. nouit. de iudi. tamē pōt lex positiua disponere quod in aliquibus casibus requirantur plures: vt in testamentis. l. si vnus. & l. hac consultissima. C. de testa. & similiter quandoque potest lex positiua permittere ex causa in certo casu homicidiū licet sit prohibitum de iure diuino. l. 3. §. fi. ff. de sica. & in proposito no. do. in d. c. quæ in ecclesiarum. & legistæ, & l. omnes populi. in 3. q. princi. cum suis concor. & in proposito nostro satis est de mente Host. & Io. An. in c. fi. de offi. archipresby. & expresse voluit Io. Cal. consi. 22. sub tit. de consti. ¶ Ergo in proposito, si per capitulum generale est statutum quod electio seu prouisio prioris conuentualis spectet ad capitulum generale, hoc non est in totum tollere indultum Romani Pontificis: qa etiam in dicta prouisione facienda interueniunt canonici cuiuscunque ecclesiæ, seu habentes mandatum ab eis: & omnes dicti canonici sunt sub vno capite & sub vna congregatione esse dicuntur: vt inquit Ant. de But. in c. præsentia. in pen. & vlti. col. de proba. & de se patet: imo dictum capitulum generale dicitur prouidere de priore dictis ecclesijs de volūtate dictorum canonicorum omnium dictarum ecclesiarum qui dictæ constitutioni consenserunt. vnde satis dicuntur dicti canonici eligere ex quo per alium faciunt & eligunt. c. scriptum. de elec. ¶ Octauò confirmatur per id quod voluit glo. not. in cle. vt hi qui. de æta. & quali. in glo. 1. quæ vult ꝙ quamuis simpliciter ante dispositionem illius clemen. esset inductum simpliciter de iure quod ad canonicos spectaret electio: & ideo siue essent in sacris, siue non poterant dare vocem: tamen volebant constitutiones episcoporum statuentium quod nullus posset dare vocem in electione, nisi esset in sacris, vt declarādo illam glo. dixit notabiliter Io. de Imo. in c. ex tuæ. de de cleri. nō resi. interdum constitutio episcopi seu alterius inferioris a principe non habentis potestatem statuendi contra ius cōmune disponit contra ius commune in eo quod expresse ius commune disponit: & tunc non valet. & ita intelligatur secundum eū id quod no. Io. An. in addi. Spec. in tit. de cle. in rub. interdum constitutio episcopi disponit contra ius commune, sed tamen non in eo quod sit expresse dispositum a iure: & tunc si aliàs in se sit rationabilis, videtur quod valeat. ita procedit id quod no. glo. in d. cle. vt hi qui. nam simpliciter erat dispositū in iure quod ad canonicos spectaret electio. ideo tunc valebit constitutio episcopi disponens quod canonici non possent dare vocem in eligendo nisi sint in sacris ex quo est rationabilis & censetur esse quodammodo præter ius suum limitatio iuris cōmunis ex quo specificè ius commune non disponit in casu illo licet contineretur sub regula iure communi introducta, per hoc ē alleg. no. per Bar. in l. si constante. in 9. q. 1. par. principa
16 lis. ff. sol. mat. † vbi voluit facilius posse fieri limitationem iuris communis, quam tollere ipsum ius commune. vnde in proposito licet Rom. Pontifex per suas literas indulserit quod canonici prædicti possint conuentuales priores eligere licet postea de voluntate dictorum canonicorum statuatur quod dicta electio vel prouisio expediatur per capitulum generale dictorum canonicorum, hoc non est disponere & facere contra id quod sit specificè dispositum per legem vel indultum superioris, qui saltem specialiter hoc non prohibuit vt patet ex præmissis. ¶ Nonò probatur per id quod notabiliter inquit Fede. de Se. in consi. 17. inci. quæstio talis, nunquid constitutio &c.
17 vbi respondendo ad quintum argumentum † dicit quod iura uolentia quod inferior a Principe non possit contra ius cōmune statuere, intelliguntur nisi statueret in casu in quo reperiretur expresse a iure esse approbatam consuetudinem in illo casu introductam contra ius commune. allegat. c. ex parte. el 2. de verb. significa. iuncto. c. certificari. de sep. Sed ita est quod à iure est approbata consuetudo per quam contra ius commune esset introductum quod ius eligendi de iure communi cōpetit ecclesię conuentuali, spectaret ad alium puta ad proximū superiorem tex. est quem ibi intelligit Io. An. & alij post eum in ca. 2. de resti. in integ. bene facit text. in c. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. & in c. cum ecclesia Vulterana. de ele. & ita erat olim. vt no. glo. in c. quamquam. in gl. magna. de ele. in 6. ergo
18 in tali debet valere constitutio contra ius commune. ¶† Decimò per id quod not. Inno. & Io. And. in c. constitutus. de elect. vbi voluit quod licet canonici non possint concedere perpetuum seu indeterminatum ius eligendi sub nomine proprio, qui non sit in ecclesia ipsa, vt ibi habetur, tamen bene pōt concedi alteri non sub nomine proprio: sed sub nomine dignitatis vel collegio: argu. c. scriptum. eo. titu. & c. cum ecclesia. de causa pos. sicut in simili distinguitur in c. consultationibus de do. dubium tamen facit quod nota Compost. in dicto. c. constitutus. quem ibi moderni sequuntur de cuius mēte est quod quando canonici transferunt tale ius eligendi in alium, si talis translatio est perpetua. & sic non pro vna electione tantum, & tunc requiratur illa solennitas quę requiritur in alienatione rerum ecclesiæ iuxta id quod habetur. 12. q. 2. abbatibus. & 17. q. 4. c. in venditionibus. & sic videtur velle quod debeat interuenire authoritas episcopi, si episcopo ecclesia esset subiecta, vel vbi non esset subiecta episcopo deberet interuenire authoritas illius superioris cui esset subiecta vel Papæ. c. authoritate. cum glo. de priui. in 6. not. glo. in cle. 1. in verbo, proprij. de reb. eccl. non alienā. & glo. 14. dist. nulla. no. do. in c. 2. de trāsac. & non videtur hoc casu sufficere authoritas capituli generalis postquam tractabatur de transferendo in ipsum capit. generale dictum ius eligendi seu prouidendi: per id quod habetur in cle. 2. in fi. de reb. eccle. non alie. ¶ Sed vbi concederetur alteri ius eligendi, pro vna vice tantum, & talis concessio fieret ecclesia vacante pro electione futuri prælati: tunc hoc fieri potest, nec requiritur solennitas requisita in alienationibus rerū vel iurium ecclesiæ propter modicitatem præiudicij iuxta no. in c. 2. de his quæ fiunt a præla. secundum quod est de mente Compo. in præal. c. constitutus. propter hoc pro ista parte videntur esse tutiora fundamenta illa superius adducta, ex quibus dictum est quod capitulum generale potuit per viam statuti hęc disponere attenta etiam authoritate concessa dicto capitulo generali per dictum commissarium apostolicum circa correctionem & emendationem dictarum constitutionum, in quibus continebatur quod dicti canonici eligerent priorem conuentualem: & attento quod ad dictum statutum processit prior generalis, & c. generale cum consensu dictarum eccle-
19 siarum seu agentium pro eis, vt plenius supra deduxi. ¶† Et de
c commissione facta circa prædicta præfato Cardinali per Papam statur in literis dicti Cardinalis affirmantis sibi viuæ vocis oraculo fuisse commissum, secundum quæ de consuetudine seruatur vt inquit & probat Lapus. allegatione 33. incip. an frater minor &c. allegat not. per Ioā. And. in c. constitutus. de app. & dicit quod ita se habet stilus, qui secundum eum est seruandus.

uandus, ca. quam graui. de cri. fal. & pro hoc etiam allegat no. per Inn. in c. cũ olim. de priuileg. & alia de quibus ibi per eũ. idem etiã dicit Io. de Imo. in c. super his. de fide instr. & in c. j. de proba. vbi etiam per alios. ¶ Ex his apparet articulum istum non esse absque dubitatione: tñ per aliqua ex his quæ adducta sunt pro hac secunda parte, puto virtute dictæ constitutionis fieri potuisse quod dicta potestas prouidendi de priore dictarum ecclesiarum spectat ad capitulum generale. ¶ Et ad allegata in contrarium satis apparet responsio ex præmissis: ad quæ specialiᵃ respondeo. ¶ Et in primis non ob. id ꝙ habetur in d. c. cum terra. quia secundum quod ibi respondent do. dico ꝙ per contrariam dispositionem & consuetudinem potest totaliter transferri ius eligendi in alium, & auferri canonicis vt probaui supra in nono argumento secundæ partis & etiam in tertio argu. cum seq. & ratio propter quam in casu dicti c. cũ terra. non valebat illa consuetudo erat: quia per eam non transferebatur totaliter ius eligẽdi: imo remanebat apud canonicos: sed consuetudo disponebat quod facta electione per canonicos effectus electionis pendeat a potestate alterius, certè tunc non valet consuetudo: quia censetur repugnare substantiæ ele-
20 ctionis, quoniam † actus electionis, vt ordinatur a libero arbitrio eligentis debet esse liber respectu effectus & finis quod quidem non esset quando penderet a potestate alterius. ¶ Non ob. secundum argu. scilicet ꝙ inferior a principe non potest statuere contra legem sui superioris seu contra ius commune: quia ad hoc fuit pluribus modis responsum in tertio, quinto, sexto, septimo, & octauo argumentis secundæ partis: per quæ etiam est pariter responsum ad quartum arg. ¶ Non ob. id quod habetur in c. in singulis. de sta. mona. quia dico ꝙ imo videt̃ probari valere quodlibet statutum factum circa reformationẽ ordinis in illo generali capitulo. ¶ Non ob. quintum arg. dum dicebatur, ꝙ ille commissarius apostolicus non potuit suam authoritatem transferre in d. c. generali. per no. per Bart. in d. l. omnes populi respondeo ꝙ Bart. nõ loquitur in delegato principis: sed loquitur in ordinarijs qui de iure ciuili non possũt delegare ea quæ sũt meri vel mixti imperij, sed delegatus principis potest bñ subdelegare ea quæ sunt meri vel mixti imperij. l. 1. & ibi est gl. reputata sing. C. qui pro sua iurisdi. & ibi hoc sequitur Bart. Bal. & Ang. idem etiam tenet Guil. de Cun. And. de Pisis Bart. Bald. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. est iuri. & Guil. de Cu. & Bald. in l. imperium. ff. de iuris. om. iudi. probatur in c. venerabili. de offi. dele. & ibi hoc tenet Io. de Imo. do. Abb. & ita etiam tenet Ioan. de Imo. in c. ꝙ sedes de offic. ordi. & do. Abb. in c. fi. de offi. dele. per illum tex. & ita etiã tenet d. Card. Floren. in c. in archiepiscopatu. de rapto. ¶ Et hoc maximè verum est de iure canonico: ꝙ in hac materia seruandum est c. cleri. de iudic. & in auth. de sanc. epis. §. si autem ec-
21 clesiastica. cum §. seq. † nam de iure canonico secundum communem opi. causæ meri & mixti imperij possunt delegari: vt d. c. in archiepiscopatu. in c. pe. de rest. in inte. 23. q. 4. illud. & no. gl. & doc. in dic. c. ꝙ sedes, & in cle. 1. de offi. dele. cum simi. ¶ Præterea Papa commisit do. Cardinali, vt super prædictis prouideret: & ipse prouidit ꝙ capitulum generale possit derogare dictis cõstitutionibus: vnde satis est exequutus commissionem Papæ. ¶ Ad sextum argumentum dum dicebatur ꝙ in generali mandato non venit ꝙ fiat gratia vel donatio iuris
22 iam quæsiti. respondeo ꝙ istud † fallit quando dantes mandatũ habebant notitiam: & ꝙ tractabatur ꝙ fieret gratia seu donatio etiam iuris iam quæsiti. ita no. Io. And. An. de But. & Io. de Imo. in c. causis. de elec. super gl. in verbo cum non esset res integra. arg. l. si defensor. §. j. ff. de interro. act. & insti. de inuti. stipu. §. præterea. sed ita est, vt verbo fertur, ꝙ dicti canonici in suis ecclesijs conuentualibus haberunt notitiam quod tractabatur de trãsferendo dictum ius in capitulum generale, per ea quæ fuerant tractata in aliquo ex dictis capitulis generalibus, ergo & c. ¶ Nec ob. dum septimò dicebatur ꝙ per literas Matrimonij non intelligebatur derogatum dicto iuri eligendi competenti dictis canonicis: quamuis subiecerit dictas ecclesias in omnibus capitulo generali: quia respondeo ꝙ dato ꝙ per literas Matrimonij nõ intelligatur fuisse derogatum dicto iuri eligendi: tñ bene intelligitur esse derogatum legitimæ per dictã constitutionẽ capituli generalis concurrentibus his, de quibus supra. & codẽ modo respondeo ad octauũ & nonũ argu. Non ob. dũ dicebatur in decimo argu. ꝙ vigore mandati dati d. priori & socio non poterat dici potuisse transferri potestatẽ eligendi in diffinitores capituli generalis, qui erant incerti: quia respondeo ꝙ in contrarium est tex. in d. c. in causis. de electio. & in c. j. §. licet. de procu. in 6. & ibi gl. in verbo certa per sona respondet ad allegata in contrarium. ¶ Non ob. dum postremò allegabatur id quod no. Arch. 61. dist. c. studij. cũ sim. quia respondeo ꝙ Archi. loquitur quando capitulum volebat pro vna vice tantum transferre ius eligendi. in archiepiscopũ. nam hoc facere non potest sub illa conditione si episcopus iã electus renunciabit electioni vel succumbet in causa electionis quia ad hoc vt possit tale ius eligendi pro vna vice tantum transferri requiritur ꝙ talis translatio fiat vacante ecclesia. vt in d. c. bonæ. ultimo. de elec. & hoc ne detur occasio. vacaturis. c. constitutus. & c. ex tenore. de concel. præben. nos autem tractamus de transferendo ius eligendi pro toto tempore. ¶ Ad cautelam tamen & ad omne dubium funditus euellendũ satis cõmendabile videtur curare quod summus Pontifex narratis ei illis de quibus in themate dictam constitutionem confirmet, pſertim cum de interpretatione mentis Papæ satis agi videatur. vt ex præmissorum inspectione satis euidenter liquere potest. Alex. Paduæ iura ciuilia ordinariè legens.

ADDITIONES.

* Pontifice.] Quòd nullus inferior magistratus statuere possit contra legem, tenet Alex. per easdem authoritates in l. 1. col. 2. ff. ꝙ quisque iuris. Natta.

a ¶ Sufficit. fa. Soci. consi. 94. col. fi. li. 1.

* Concessione.] Non venit in generali mandato, vt fiat gratia, vel donum. de quo per Alex. & alios in l. pactum curatoris. C. de pact. limita vt infra per Alex. col. fi. Natta.

b ¶ Consuetas. supra. consi. 27. dicendum vt dixi. supra. eo. consil. 28.

* Incerti.] Vide Alex. infra col. fi. vbi tenet oppositum. & de istis tradit Bart. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. Natta.

* Io. And.] Sequitur Matth. Afflict. deci. 340. quia non exceditur finis mandati, vbi necessitas, vel vtilitas suadet. Natta.

c ¶ Cardinali. Calde. consil. 2. de offic. lega. Egidi. bella. decisio. Tholo. q. 463. Cor. consil. 155. in fin. lib. 1. Roma. consilio 387. glo. prag. de subli. cle. titu. versicul. quibuscunque. Ias. l. nec is. in princip. colum. 2. de acqui. hæredi. late consi. 108. lib. 1. Alcia. tract. præsump. regul. j. præsum. 48. num. 3. * Vide latè Fel. in cap. cum in iure, colum. 2. extra de offi. delega. Natta.

CONSILIVM CVII.

Repetit omnia fere quę supra eo. li. consi. j. & consi. 2. paucis additis, breuius habetur infra li. 6. consi. 8. vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Aqua ingressa fundum priuati est eius propria.*
4 *Seruitus aquæductus quanto tempore acquiratur.*
7 *Testium dicta contra producentem interpretatur.*
10 *Negatiua quomodo probanda.*
13 *Indefinita in testibus, non æquipollet vniuersali.*
15 *Vsum probare non sufficit, nisi probatur quod ex causa & titulo allegatis.*

CONSILIVM CVIII.

In causa & lite vertente inter dominos & possessores molendinorum constructorum super canali in territorio ciuitatis Imolæ agentes, & Gentilem, de Brochardis & quosdam alios habentes fornacem, & alia ædificia iuxta dictum canale se defendentes. Mihi videtur partes domini iudicantis omnino esse in pronunciando non competere dictis reis conuentis, nec alicui eorum ius extrahendi aquas de dicto canali per conductus aut clauicas, seu ducias ad fornaces seu apothecas eorum: & in condemnando dictos reos conuentos & dictum eorum procuratorem ad desistendum ab inquietatione & turbatione hactenus facta circa dictam extractionẽ aquę canalis, & in consequentiam ad claudẽdos cõductus, clauicas, seu ducias maximè ex infrascriptis. ¶ † Et in primis præ-
1 suppono ꝙ canale per quod ducitur aqua ad ipsa molendina, non dicitur esse publicum sed priuatum, vt latè probat Bart. in repe. l. quominus. in 12. q. ff. de flu. & ĩ suo tractatu alluuionis. & in tractu de alueis, maximè per l. 1. §. fluminum. & §. si fossa. cum ibi not. ff. de flu. & ideo dicit Bart. in d. 12. q. quod

quis non potest ex canali quod a iure formula appellatur duce
re aquam ad suum molendinum: quamuis nil noceat domino
alterius superioris molendini ad quem pertinebat dictum ca-
nale vt quia postquam exiuit aqua de superiore molendino vo
lit eam ducere ad quoddam suum molendinum ex dicto cana
li. per l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. ita etiam voluit
in effectu Bald. in c. cum omnes. in 9. col. de consti. & ibi dicit
a †quod postquam incipit aqua ibi decurrere per locum priua-
a tum, aqua ẽt efficit illius priuati.[a] l. j. & fi. de flu. & ideo ille ad
quem spectat ille locus priuatus, potest de illa aqua facere vel
le suum: ẽt si alteri per quandam consequentiam noceat. alleg.
l. Proculus. ff. de damno infec. ¶Hoc præsupposito, fundata est
intentio agentium: quare probationes sunt partim per instru-
menta partim per testes & positiones partis aduersæ quod ad
agentes spectant molẽdina prædicta, & canale, & aquæductus
& constat per instrumenta emptionum facta per Michaelem
mercati qui emit aliqua ex dictis molendinis cum canali &
aquæductu: & ei successit Mercatus eius filius: & postea Anto
nius & Albertus filij dicti mercati. & dicto Ant. successerunt
Astorgius & fratres filij dicti Antonij, vt patet etiam expositio
nibus aduersariorum: & ex attestationibus vtriusq; partis. pro
batum est per testes vtriusque partis ꝙ Aldroandinus & succes
siuè Guido eius filius vt hæres & successiuè Camilla vxor mea
ac filia, & heres dicti Guidonis habuerunt & possederũt, ac de
præsenti vxor mea possidet molendinum positum in villa Si-
licis cum aquæductu & canali: & ita est probatum de molen-
dino pertinente ad monasterium sanctę Mariæ: & sic de nonul
lis alijs. ¶ Et dato ꝙ de omnibus non esset probatum, satis est
* quod de aliquo * seu ex aliquibus de dictis agentibus aut alicu
ius eorum iure esset probatum: quia vnusquisque insolidũ pro
impedimento sibi dato agere potest. l. loci corp. ff. si ser. ven. l.
3 hæredes. §. an. ca. ff. fa. er. ¶ † Fundata est intentio agentium ex
regula quæ habet quod omnis res præsumitur libera, nisi appa
reat de seruitute. l. altius. & l. si in ædibus. C. de seruitutibus &
ideo quantum ad victoriam parum aut nihil prodesset reis cõ
uentis probare vsum aquæductus, nisi probauerint sufficiẽter
* de acquisitione seu de præscriptione seruitu. * vt no. glo. & do-
cto. in l. secuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. ven. & in l. si prius. ff.
de no. ope. nun. ¶Fundata est etiam intentio agentium ex dispo
sitione statuti positi sub ru. che nesuno facia plantare sopra el
canale. Et sub rub. chel canale del comun de Imola de essere
mantenuto. vbi cautum est ꝙ in nulla parte dicti canalis pos-
sit fieri aliquod ædificium impediens cursum aquæ dicti cana
lis: & si factum sit, debeat amoueri & quod aqua dicti canalis
debeat liberè decurrere. ¶Nunc solum est videndum an ex his
quę probata sunt pro parte reorum appareat competere vllam
exceptionem vel defensionem reis conuentis Et dico ꝙ non:
nam pars aduersa se tueri conatur ex iure seruitutis saltẽ præ-
scriptæ: & ad hoc probandum sunt inducti 16. testes & osten
so ꝙ illi 16. testes non probant necessaria ad dictam exceptio-
nem fundandam, stabit firma conclusio quod debent condem
nari. ¶ Et ad istud ostendendum præsuppono ꝙ ista prætensa
seruitus est seruitus aquæ ducendę per dictas clauicas, & con-
4 ductus † & appellatur seruitus habens causam continuam si
factum hominis ad eius seruitutis vsum non requirebatur: se-
cus si factum hominis requiritur. l. 2. cũ gl. & ibi Bart. & alij.
C. de serui. l. foramen. ff. de ser. vr. præ. ¶Et ad istam pręscriptio
nem inchoandam & perficiendam requiritur quod pręscribẽs
fuerit in quasi possessione seruitutis, scilicet interueniẽte sciẽ-
tia & patientia illius cõtra quem præscribebatur, cum vsu sal
tem longi temporis 10. anno. continuorum inter præsentes, &
20. inter absentes ac bona fide, si seruitus habebat causam con
tinuam. secus si non habebat causam continuam: quia tunc re
quiritur vsus tanti temporis cuius in cõtrarium memoria nõ
existat: vt legi. & no. in d. l. 2. & in l. si quis diuturno. cum glo.
ff. si ser. ven. & in l. fin. ff. quemadmo. serui. amit. & l. hoc iure.
§. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & ęsti. l. seruitutes. lultima. in
prin. ff. de ser. l. 1. §. fin. cum l. seq. in princ. ff. de aqua plu. ar. &
no. in l. 1. §. 2. ff. de iti. actuque pri. vbi per Bart. & not. doc. in
cap. 2. de resti. in integ. & in c. bonę. el 2. de postu. præla. cũ si.
¶Vnde videmus ꝙ vbicunq; appareat, ꝙ quis incepisset præ-
scribere seruitutem habentem causam cõtinuam: vt quia sciẽ-
te & patiente aduersario ceperit vti iure dictæ seruitutis & an
te completam præscriptionem fuerit sibi contradictum & p-
stitum impedimentum vtendi seu non præstita patientia vten
di, interrumpitur præscriptio: vt probatur d. l. 2. & ibi no. C.
de ser. & in l. sequitur. §. si vna. ff. de vsu. no. Bart. in l. naturali-
ter. circa vlt. col. eo. ti. in verbo quæro qualiter interrumpatur
præscriptio incorporalium & Ang. in l. cum notissimi. §. imo.
5 C. de præscri. 30. an. †non enim datur quasi possessio incorpo-
raliũ sine patientia aduersarij. l. quoties. la j. & l. pen. & ibi no.
ff. de ser. & no. in alijs locis supra allegatis. ¶Istis sic præsuppo
sitis ostẽdo quod non est probata intẽtio reorũ: nã Brocardus
primus testis nihil probat, nã ipse examinatus super decimo
capitulo & seq. solũ ꝓbat de vsu 10. annorũ consideratis ver-
bis. c. ad quod ipse se refert. qui 10. anni, de quibus ipse testifi-
catur, videnť esse completi añ productionem dictorũ capitu-
lorũ: & istud nõ sufficit, quare oportebat ꝙ deponeret de decẽ
annis completis añ litem motam, l. more litis. & ibi no. doc. C.
de rei ven. & in l. nec bona. C. de pręscri. lon. temp. & ibi Bart.
& d. l. 2. C. de ser. Et ibi cõcludit Bar. in fi. & Ang. post. gl. ibi &
in casu nostro præscriptio interrumpitur per solam citationẽ.
¶Et licet ipse testis subiungat, ꝙ etiam ipse testis à quinqua-
ginta annis & citra quibus ipse fecit laborari ad fornacem cõ-
tinuò per dictum tempus tempore opportuno, acceperit aquã
de dicto canali, tamen ipse non deponit limitate de qua forna
ce loquatur & sic non apparet cui fornaci per vsum sui acqui
6 siuerit istam seruitutẽ. † Nã seruitus aquæ ductus est seruitus
prædialis quæ debetur rei. l. qui alie. §. fi. & ibi no. ff. de neg. ge.
l. 1. ff. de ser. & sic probatio sua in hoc casu obscura & dubia
non releuat. l. Pomponius scribit si frumẽtũ. §. fi. ff. de rei ven.
c. in præsentia. de probat. ¶Præterea iste testis dicit ꝙ ipse acce
pit aquam per dictum tempus. l. annorum tempore opportu-
no: & sic nõ deponit ꝙ aqua per se fluxerit: & sic per cõsequẽs
non dicitur deponere de vsu seruitutis habentis cãm cõtinuã
& iõ esset necessarium probare de vsu tãti tpis, cuius in ꝯriũ
memoria non extaret. ¶ Considero ẽt ꝙ iste testis interrogatus
de tempore rñdit: vt supra sed illa verba pñt intelligi de quin-
7 quaginta & decem annis: †quia qñ verba testis pñt dupliciter
intelligi semper debent interpretari ꝯ producendem pręall. c.
in præsentia. no. Bar. & alij in l. inter stipulantẽ. §. j. de verbo.
obl. & in l. si quis intentione. ff. de iudi. & posito etiã ꝙ depo-
suisset cõtenta in c. esse vera per tp̃s quinquaginta an. non suffi
ceret: qa in c. diciť ꝙ exercentes fornaces & habentes clauicas
ad hauriendũ aquã de dicto canal. & habentes ductus & alios
conductus pro exercitijs conficiendis, & exercẽdis acceperũt
de aqua dicti canalis pro suis exercitijs. nam ex eo ꝙ in c. diciť
ꝙ acceperũt aquã potius sonant verba capituli quod interue-
niẽte facto & opere ipsorũ accepta fuerit aqua vel saltẽ negari
non põt ꝙ verba capituli de necessitate nõ cõcludãt in seruitu
te habentẽ cãm cõtinuã. per hoc enim debet de necessitate cõ-
cludere. l. neque natales. C. de probat. l. non hæc. C. vnde co-
gna. ¶Circa dictum Petri de Pagatio nõ insisto: quia iste testis
nullo modo deponit de vsu suo etiam 10. annorum completo
rum ante litem motam. & etiam si diceret ꝙ vsus est per tem-
pus 10. ann. & vltra. vt no. Bar. in l. Celsus. in vlt. col. ff. de vsuc.
Iac. de Bu. in l. ab hostib. §. si ꝙ simpliciter. ff. quib. ex cau. ma.
Io. cal. An. de Bu. Io. de Imo. ita communiter tenent in c. literę.
de dila. bene faciunt no. per Bart. in l. cum furti. ff. de in litem
iur. cum si. Item non allegarunt, & probauerunt de bona fide
8 vtentium, prout requiritur: vt dictum est supra. ¶ † Præterea
iste testis est de agnatione gentilis de Brocardis, qui est reus cõ-
uentus, & sic non est integer testis: vt no. Bart. in l. admonen-
di. 11. col. de iureiu. & in l. aut affinitate. ff. de procu. & in l.
qui testamento. §. 1. ff. de testa. per no. in l. etiam matris. ff. de
proba. cum simi. ¶Vltimò respondeo quòd per testes agẽtium
est probatum quòd domini & possessores molendinorum sem
per contradixerunt, & claudi ac deuastari fecerunt clauicas
& conductus prædictos: & etiam per scripturam publicam
productam in processu in fo. 26. apparet quòd Abbas sanctæ
Mariæ & Mercatus domini molendinorum conquesti sunt cũ
domino locum tenente & potestate qui fecit fieri præceptum
per quod interrupta est pręscriptio vt dixi supra allegando do
ctrinã Bart. & alios in l. 2. C. de serui. ¶ Secundus testis etiam
non probat: quia deponit de vsu a 30. annis citra, per quæ ver
ba ipse testis non dicitur probare de vsu etiam 10. anno. con-
9 tinuorum: †quia illa dictio citra prolata a teste sine copula, &
verificatur etiam in vsu facto per vnam diem tantum, quan-
docunq;

docunque.l.1.§.q autem.& ibi Bar.ff.de aqua quoti.& ęsti.& no.Bar.in d.l.Celsus.in vlt.col.& docto.in c.licet causam. de proba.¶Præterea non deponit de vsu seruitutis patientibus dictis dominis & possessoribus molendinorum & canalis prout requiritur, vt dixi supra.Item deponit q vidit illos de fornacibus accipere aquam per conductus : & sic non deponit necessario & concludenter de vsu seruitutis habentis causam continuam: Nam potest esse q nisi dictæ clauicæ aperiantur nõ poterat per eas fluere aqua vt puto ẽt in facto verum , & sic potest optimè contingere q requiratur factum hominis scilicet in aperiẽdo dictas clauicas ad hoc vt aqua fluere possit. ¶Hoc enim videtur dicere Vedrus octauus testis reorum super interrogatorijs. 17. capituli, dum dicit quod illi de fornacibus qñque tenebant tandiu apertos conductus quòd oportebat molendinarios accedere ad claudendum.¶ Item probat Iacobus malij. 11. testis reorum super interrogatorijs,dum dicit quod conducentes dictam aquam non accipiebant de ea diebus cõtinuis: sed per interualla,quandoque sex dierum, quandoque quatuor secundum contingentiam exercitij. ¶Idẽ probat Bartagelli decimus testis dum dicit q illi de fornacibus accipiebant aquam tempore noctis de canali : & Brocardus de brocardis , & plures alij testes reorum dum dicunt quod ibi illi de fornacibus accipiebant aquam tempore noctis eis opportuno pro suis necessitatibus : & sic patet quod omni tempore non fluebat per clauicas: sed quod tenent clauicas apertas: scilicet tempore eis opportuno. ¶ Constat etiam quod posito qđ deposuisset de 30.annis continuis non noceret ecclesię & monasterio sanctæ Mariæ , aduersus quam de iure communi requiritur præscriptio 40.anno. vt l.quas actiones.C.de sac.san. ecc. ¶Puto etiam quod dicta ecclesia habebat a sede apostolica priuilegium præscriptionis centum annorum: & ita apparet ex priuilegio Vrbani producto in causa. ¶Præterea non deponit de bona fide vtentium qui sciebant aut scire debebant quamlibet rem esse liberam vt est dictum & sic alio non probato non possunt dicere se bona fide fecisse.l.si fur.§.1.& l. nũquam.in prin.ff.de vsur. ¶ Denique ob. illud quod dixi circa præcedentem testem:quia posito quod fuisset cœpta præscriptio, fuit interrupta eo modo quo supra dixi. ¶ Tertius testius non probat, primò, quia quo ad Petrum de Barigana nõ ꝓbat de vsu 10.anno.completorum ante litem motam. ¶Quinimo quia dicit quod vidit tenentes dictas fornaces accipere aquã de dicto canali a tempore quinquaginta annorum & citra: & sic non deponit de vsu seruitutis habentis causam continuam & sic requirebatur vsus tanti temporis cuius in contrariũ memoria non existat, præterea interrogatus in causa scientiæ non reddit causam aut rationem aliquam per quam appareat ipsum testem scire quod rei conuenti vsi sunt iure seruitutis patientibus dominis & possessoribus molendinorum: ergo non probat per no.in l.solam.C.de testi.per Innoc. in ca. cum causam quæ inter archie.cum si.de testa.¶ Et licet dicat iste testis quod non audiuit neque vidit deuastari dictos conductus per dominos molendinorum tamen per hoc non est probata negatiua scilicet quod domini molendinorum non contradixerint

10 seu patientiam non præstiterint:† quia ad hoc vt negatiua huiusmodi sit probata,oporteret quod a teste esset coarctata loco & breui tempore : & quod ipse diceret quod non potuisset denegari dicta patientia, quia ipse vidisset seu sciuisset assignando de eo bonam: & concludentem rationem: vt notat Iac. Bu. Cy.Bal.in l.actor.C.de proba.& Ioan. An.in cap.bonæ memoriæ.el 1.de electio.glo.& doc.in l.Pantonius. §. rei perduellionis.ff.de acqui.hæredi.& glo.& Ange.in §.hinc nobis . in authen.de hæredita.& fal.& notat Dyn.& Bartol.in l.1.§.2.post

11 glo.ff.de iti.actuque priua. ¶ †Et præfertur probatio testium actoris deponentium de affirmatiua id est de contradictione & de negatione patientię,testibus reorum deponentium de negatiua,saltem non coarctata loco & breui tempore.vt not. per glo.& Bart.in l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbi. & not. per glo.in cap.1.de præscri.in 6.& notant doc.in cap. cum ecclesia.per illum tex.de cau.pos.& proprieta.& Bart. in l.hæredes palam. in prin.ff.de test.in ver.vlt.hæc.l.facit.Bar. in suo consil. incip. commune Lignani. ¶ Quartus testis dicit quod per quinque annos vsus est ad dictas fornaces iam sunt. 30. anni. & quod dicto tempore vidit dictos de fornacibus accipere aquam de dicto canali pro eorum necessitatibus : & sic non deponit de tempore 10.annorum continuorum quòd vsi fuerunt iure dictæ seruitutis:nec deponit de vsu seruitutis habentis causam continuam. ¶ Quintus testis Marcus de Brochardis non releuat quia non deponit de patientia dictorum dominorum & possessorum & non deponit concludenter de vsu seruitutis habentis causam continuam. Item est agnatus dicti Gentilis, & sic non est integer testis. ¶Item potest responderi vt dixi in responsionibus ad secundum testem , & hisdẽ rationibus non probat sextus testis:excepto quod nõ est agnatus litigantibus . & licet iste testis dicat quòd nunquam fuit contradictum , tamen non probat istam negatiuam non coarctatam loco & tempore: imo est probatum contrarium, vt est probatum per testes agentium,& per scripturam, vt dixi in vl-

12 tima responsione data ad primum testem . ¶ † Et testis deponens super negatiua non coarctata loco & breui tempore est suspectus de falso, vt not.Innoc. in cap. cum ecclesia. de causa posse.& in cap.licet causam. de proba.Bald.in cap. si quis per triginta.si de feu.fue.controu.inter domi.& agn. Bald.in l. de die.§.pen.ff.qui satis.coga.& Ange.in l.si per alium.§.docere. ff.ne quis eum qui in ius vocan.vi eximat.iunctis.no. per Cy. Iac.But.& Bald.in d.l. actor. ¶ Et hisdem rationibus non releuat septimus testis, qui etiam deponit de vsu à quinquaginta annis,& citra , nemine contradicente scientibus & patientibus Mercato & Aldoandro auo paterno vxoris meæ . ¶Et patet quod mercatus & Aldoandrus iam sunt multi anni quod decesserunt : vt patet ex positionib. Nihilominus illa verba à quinquaginta annis & citra,denotant perfectioem & continuationem totius temporis quinquaginta annorum : videlicet in die testificationis propter illam copulam, & vt no. Host. & Io.And.in cap.licet causam.per illum tex.de proba. & Bart.in d.l.Celsus.in vlti.colum.de vsuca.¶Et hisdem rationibus non releuat octauus neque nonus testis, qui deponunt de quinquaginta annis citra absque copula . & sic nihil probatur de tempore decem annorum continuorum vt per Bartol.in præalleg. l.Celsus.¶Item est sibi contrarius: quia primò dicit quod sibi nemo contradicit. postea dicit quod molendinarij claudebãt conductus: & similiter non probat decimus testis vt dixi contra primum & secundum testem.¶Præterea licet ipsi testes dicant quod prædicta fuerunt scientibus & intelligentibus do. molendinorum: tñ non dicunt de omnibus dominis.& illa indefinita scilicet dñis molendinorum , potest verificari in duo-

13 bus tantum.l.inter illam.§.fi.ff.de ver.sig.† nam in probatione testium indefinita non ęquipollet vniuersali, cum debeat talis probatio de necessitate concludere : ita singulariter voluit Inno.in c.auditis.de præscrip.in gl.super ver. exceptionem.& ibi hoc multum commendat dom.Abb. circa 7.col. & sic nõ releuabit dicta probatio tanquam dubia. & non concludẽdo. ¶Bene facit quod no.Pet.de Ancha.& Io.de Imo.in c.quanto.

14 de his quæ fiunt à prælatis.†vbi voluit quod licet in instrumẽto dicatur quod canonici constituerunt talem syndicum,non per hoc probatur quòd capitulum seu maior pars canonicorum consenserint in constitutione dicti syndici:quia dicta verba potuerunt verificari in duobus d.l.inter illam.ita etiam dicit Old.cons.1.inci.in executione.& satis videtur sentire. Bar. in l.fi.C.de prædia.curia.lib.10.¶Nec etiã releuat vndecimus testis per rõnes adductas cõtra secundum tertiũ, & decimũ testem. Et idẽ in duodecimo . Duodecimus vero Laurentius de Brocardis receptus & examinatus super fama non releuat , licet dicat,cõtenta in c.vera esse : quia in c. nõ fit mentio de vsu tanti tpis cuius in ꝯrium memoria non existat, nec fit mentio de vsu tanti tpis scilicet seruitutis habentis causam continuã, sed solũ fuit & est quod prædicti rei cõuẽti vsi fuerũt aqua dicti canalis pro cõmoditate & exercitio fornacum. nam potuissent accipere cũ Mastellis & Brentis.& in hoc non fit ꝯdictio eis nec capitulo quod prædicti vsi fuerunt patientibus dictis dñis molendinorum.¶Et posito q testis dixerit nemine cõtradicẽte vsi fuerunt aqua, tñ illa negatiua.s.q nemo ꝯdixerit, nõ dr̃ legitimè probata qñ non est coarctata loco & breui tẽpore: imo testis est suspectus de falso.¶Itẽ est agnatus dicti Gentilis. ¶Præterea dicitur q fornasarij acceperãt p cõductus de aqua dicti canalis pro vsu laborandi ad fornaces: & nõ dicit de omnibus dictis fornacib.& de oĩbus dictis Fornasarijs . vnde põt verificari in duob.tm̃:ut dictum est,iõ non probant:ut dixi. ¶Decimusquintus testis infringit̃ ex rõnib.ꝯ secũdũ testẽ: nisi

M 2 q non

quòd non est agnatus. ¶Decimussextus & ultimus testis depp
nit de vna fornace: scilicet forliuiensi. Non obst. etiam si dice-
retur quòd per dictam extractionem aquarum non sit prędi
cium dominis molendinorum quia fuit responsum superius
dum allegaui no. per Bar. in d. l. quominus. in 12. q. & per Bal.
in d. c. cum omnes. ¶Patet etiam alia responsio per not. per Bar
to. in l. 2. super verbo nec cogitur. ff. solu. mat. dum allegat l. fi.
ff. de vsu & hab. & l. nec creditores. C. de noua. & §. propterea
si quis institu. de act. ¶Insuper est probatum contrarium per
plures testes agentes, scilicet per Laurentium de Brocardis &
per quartum & octauum testes. Non ob. etiam si diceretur qđ
posito quod dicta seruitus non haberet causam continuam ta
men sufficit allegare tit. aliquem: quo mediante reus dicat se
acquisiuisse seruitutem, puta titu. emptionis vel donationis
aut legati, vel simile: & ꝓbare fuisse vsum dicta seruitute spa-
tio decem annorum inter præsentes sciente patiente, & non
condicente illo ad quem pertinet res quæ dicitur seruitutem
debere, per not. per glo. magnam in l. seruitutes. la vltima. ff. de
serui. & per gl. in l. 1. in fi. ver. quamdiu. ff. de aqua plu. arcen.
& in c. peruenit de censi. quam opin. pleriq; tenuerunt. & per
l. cum de in rem verso. cum si. & ibi Bar. ff. de vsu. Quia respon
deo quod posito quod illa opi. esset vera, quam tamen multi
reprehendunt: tamen in proposito nostro non est allegatus ali-
quis sufficiens titulus: nec aliqua causa habilis ad concessionē
2 huius seruitutis. † Secundo quia quando esset allegatus ali-
quis titulus seu causa, oporteret probare, quod rei conuenti
b vsi sunt dicta seruitute ex illa causa allegata[b] quod domini mo
lendinorum sciuerunt & passi fuerunt quod per decem annos
continuos inter præsentes ipsi rei conuenti vsi fuerunt seruitu
te ex illa causa allegata, & oportet quòd fiat probatio ita quali
ficata vt not. concludit Saly. in l. si certis annis. in fi. C. de pac.
& Raph. Cu. & Ludo. Roma. in l. qui alienan. in princ. ff. de ac
qui. hære. quia aliàs non concluderet necessario ista probatio
vsus qđ fuerit vsus ex causa allegata in iudicio per reum: & sic
non releuaret argu. l. ad probationem. & l. neque natales. C. de
proba. & est de mente Mar. in d. l. cum de in rem verso. in vlti.
q. ibi dū dicit, nunc ad propositum si rusticus omni anno sol-
uit vnum par caponū, si quidem soluit simpliciter nulla adie
cta causa & c. sed constat quod ista probatio sic qualificata, nul
lo modo facta est pro parte reorum: ergo &c. Alexand.

SEMPRONIA testamento cauit. Item iure legati reli-
quit Titio, Caio, & Pamphilo eiusdem testatricis filijs & filijs
Iulij olim eius primi mariti vsum & vsumfructum omniū &
quorumcuuque bonorum immobilium ad ipsam testatricem
peruentorum & perueniendorum ex hæreditate quondā An-
tisticæ eius matris vsque ad annos 10. tunc proximos a die obi
tus ipsius testatricis, post quos. 10. annos elapsos, voluit di-
cta bona peruenire ad Aurispam & Albinam eiusdem testatri
cis & dicti Iulij filias. Et si contingeret alteram earum decede
re sine filijs, illi sic decedenti alteram viuentem & eius filias
superuiuentes substituit vulgariter & per fideicommissum. si
vero cōtingeret oēs eius filias quādocunq; decedere sine filijs
legitimis & naturalib. tunc & eo casu voluit dicta bona perue
nire debere ad suprascriptos Titiū, Caiū, & Pamphilū, & eorū
liberos & c. post Aurispa decessit ex se relicta filia & superstite
adhuc testatrice: deinde testatrix defuncta est. queritur dictis
annis decem elapsis an dicta bona pro media peruenire debeāt
ad filiam & hæredem Aurispę, an vero in totum. Ad albinam.

ADDITIONES.

a ¶Priuati. C. ex l. de ser. rusti. prædiorum. c. 4. q. 3. prin. & de hac mate-
ria Ias. consi. 150. lib. 1. in rep. l. quominus. de flu.

* De aliquo.] No. ꝙ in indiuiduis sufficit probare de iure vnius, ex quo
cōpetit vnicuique potestas agendi insolidum, concordat tex. in l. vic
ff. de serui. de quo etiam Alex. ponit infra hoc eod. lib. consi. 186. col.
pen. Et facit Paul. de Cast. consi. 221. in hoc passu duo sunt lib. 1. quòd
consors habens facultatem redimendi rem alienatam, agere potest
insolidum ratione indiuidui. Natta.

* Seruitutis.] No. in seruitutibus & in alijs incorporalibus possessionē
nihil prodesse: de quo etiam Alex. ponit consi. vlt. supra lib. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi cessat substituto. nu. 3.*
2 *Coniuncti re & verbis qui sint.*
4 *Filij positi in conditione, non sunt in dispositione.*

CONSILIVM CIX.

Videtur prima fronte respondendum filiā Aurispæ
admittendam esse. Albina exclusa. Nam cla
rum est Albinam ex capite substitutionis admitti non posse:
quia conditio substitutionis deficit cum præsupponatur Auri
spam decessisse cum filia, & sufficit vnicus filius ad hoc vt di-
* catur deficere conditio illa, videlicet si decesserit sine filijs.*
l. cum vxori. C. quando dies. le. ce. l. 1. C. de condi. inser. l. non
est sine liberis. ff. de verb. sig. etiam si fœmina sit. l. si ita scriptū
filiabus. ff. de leg. 2. & l. si quis ita. in prin. ff. de test. tu. l. 1. ff. de
verbo. signi. ¶Si ergo Albina per viam substitutionis succede-
re non potest: nec etiam videtur dici posse quod ipsa admitta-
1 tur ex iure accrescendi † quia ius accrescendi cessat vbi proui
sum est de substituto. in auth. hoc amplius. C. de fideic. l. 2. §.
si duo. ff. de bon. possess. scđm tabu. & not. in l. qui patri. ff. de
acqui. hær. & in l. vnica. §. in primo. & §. pro 2. C. de cadu. tol.
Expressa enim omnis prouisio: vt est substitutio, facit cessare
tacitam prouisionem legalem, id est ius accrescendi. l. fi. C. de
pact. conuen. l. & habet. §. cum quis. ff. de preca. ¶Sed ita est
quod testatrix per ista verba videlicet: & si contingeret alterā
dictarum eius filiarum decedere sine filijs &c. videtur filias
Aurispæ substituere ipsimet Aurispæ post mortem eius: vt fir-
mat Old. prout refert Sali. in l. 1. C. de cōdi. inser. potissimè per
tex. in l. Lucius. in fi. la 2. ff. de hære. insti. ¶Ac ēt quia nullo a-
lio respectu videntur fuisse adiecta dicta verba, si decesserit
sine filijs, nisi filiorū fauore. & in cōsequentiā vr̄ qđ filia Auri-
spæ tanꝗ substituta videatur vocata ex testamēto. ar. l. seruo le
gato. §. si testator. ff. de le. 1. & l. fideicomm. §. interdū. ff. de le.
3. l. 2. §. si duo fratres. ff. de col. bo. & l. peto. in prin. ff. de leg. 2.
¶Pro qua sententia facit ēt text. in l. pen. ff. de col. do. vbi verba
enunciatiua etiam conditionaliter prolata dispositionē indu-
cunt: pp quam etiam moderniores quidam in l. cum dotē. in
prin. ff. solu. mat. hanc partem secuti sunt. ¶Pro quo etiam fa-
ciunt. not. per Bart. in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posthum.
& in l. si quis eum. §. 1. & in l. cohæredi. §. fi. per illum text. ff.
de vulg. & pupil. vbi concludit quòd per hæc verba conditio
naliter prolata, si filius meus me viuo morietur nepotem insti
tuo: videtur etiam filius institutus: ita ergo dicendum in ca-
su pręmisso eadem ratione. ¶Sed pręmissis non obst. contra-
a rium verius puto, uidelicet Albinam præferendam.[a] nam quo
tiescunque vnus & idem est coniunctus pariterque substitu-
tus vt erat in casu proposito, vbi Aurispa & Albina in dictis
bonis legatis fuerunt coniunctæ re & verbis, vt indicant, ver-
ba testamenti secundum magis communem opin. quæ habet
2 † quod per hæc verba, Aurispæ & Albinæ lego fundum indi-
catur coniunctio re & verbis: vt firmat glos. in l. 1. §. fin. ff. de
vsufruc. accre. Raynu. & Barto. in l. re coniuncti. in versic. ter-
tio loco principaliter. ff. de leg. 3. & Bald. in l. si duob. §. fin. per
illum text. de leg. 1. & in dicta l. 1. §. fin. de vsufruc. accre. & in
l. vnica. §. his ita. C. de cadu. toll. licet Cyn. post Petr. in ea-
dem l. §. vbi autem. aliter dixerit. ¶... saltem secundum om-
* nes fuerunt Aurispa & Albina verbis coniunctæ* inter quos
sic coniunctos etiam est locus iuri accrescendi. dicta l. si duo-
bus. §. fin. & dicta l. re coniuncti. Fuerunt etiam Aurispa, &
Albina inuicem substitutæ si altera earum prædecederet sine
liberis si Albina admitti non potest ex capite substitutionis:
eo quia Aurispa non decessit sine filijs: & sic non est verifi-
cata contradictio sub qua substitutio facta erat: tamen ipsa
Albina tanquam coniuncta admittitur per ius accrescendi
ad partem legatam Aurispæ: cuius portio effecta fuit quasi
caduca cum decesserit testatrice viuente l. prima. §. & cum tri
plici. iuncto. §. & pro secundo. C. de cadu. toll. Et in termi-
nis est casus in l. pen. in secundo responso. ff. de iniusto testa.
& not. gloss. in dicta l. ne eis. §. hæres. per illum text. & in l. si
quis hæres. ff. de acquir. hæred. & in l. testam. C. de impu. & a-
lijs substi. & examinat Bart. latè in repetitione. l. re coniun-
cti. in verbo sed circa hoc moueo tale dubium & c. ff. de lega.
3. & ibi arguit pro & contra credit passum esse dubium, fina-
3 liter tamen concludit † quòd si vnus & idem est substitutus
& coniunctus & aliquo casu contingat substitutionem eua-
nescere potest dictus substitutus & coniunctus per ius accre-
scendi venire per iura præallega. & quia quando testator sub-
stituit coniunctum voluit ius eius augere; ideo non debet di-
minutio-

minutionem operari.arg.l.ſi mancipia.in princ. ff. de ſun. inſtru.& l.quod fauore.C.de legibus. & in hoc neminem diſcrepantem reperio.¶Bene faciunt no.per Bar.in repetitione.l.pater filium.in tertio dicto principali.ff.de inoffi. teſta. & expreſſè Bal.in l.1.in 10.q.C.quando non peten.par. ¶Non obſt.argumenta in contrarium allegata, videlicet quod filia Auriſpæ ex diſpoſitione teſtatricis ſubſtituta poſt mortem Auriſpæ: & per conſequens debebat tanquam ſubſtituta præferri Albinæ
4 conjunctæ venire volenti per ius accreſcendi:† quia reſpōdeo non eſſe veram opi.Old.tenentem quod per illa verba ſi altera earum deceſſerit ſine liberis &c.videantur filij vocati ex teſtamento tanquam ſubſtituti quoniam in contrarium ſe habet communis opi.quæ fuit originaliter gl.fi.in d.l.Lucius. ff. de hære.inſtitu.quam etiam ibi ſequitur Iac.de Are. Cy. Raynu. Bart.Bald.& Ange.& d.Ioan. de Imo. & ita fuit de facto iudicatum vt ibi refert Ange. Idem etiam ſequutus eſt Io. And. in addi.Spe.in tit.de teſt.§.1.in addi.quæ incipit, huic quæſtioni accedit bimembris quæſtio Petri de cernitis, vbi format q̄ſtionem talem.Quidam habens fratrem & nepotem ex eo dictum nepotem inſtituit & ſi decederet ſine liberis, ſubſtituit patrem dicti hæredis ſi viueret,aliàs ſubſtituit Titiam ſuā neptem:poſtea viuo teſtatore nepos prædictus mortuus eſt relictis ex ſe liberis,ac etiam mortuus eſt pater dicti hęredis. Poſtremò deceſſit teſtator.quærebatur an filij dicti hęredis inſtituti,an vero Titia vel proximiores ab inteſtato teſtatori ſuccedant.& finaliter concludit ex pluribus locum eſſe ſucceſſioni ab inteſtato.ſubdens quod licet in caſu præmiſſo exiſtentia liberorum hæredis inſtituti excludat dictum ſubſtitutum: tamen ipſis nihil accreſcit: quia ſecundum eum etiam ſi dictus hæres inſtitutus vixiſſet, & adiuiſſet non fuiſſet aſtrictus iure ſubſtitutionis vel fideicommiſſi illud relinquere filijs, nec impeditus fuiſſet bona hęreditaria diſtrahere.alle.l. filiusfa. §.cum propter.iūcta.l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. cum ibi not.ff.de hære.inſti.& l.Lucius.cum ibi no. ff.de hære.inſti. ¶Et idem etiam tenet Bart. poſt Richar.Malum. in l. Centurio.ff.de vulga.& pupilla.in ver. quæro vlterius quid ſi teſtator dixerit ſi filius meus deceſſerit ſine filijs &c.& Barto. in l.ſed & ſi ſic.ff.de le.3.& Bart.in l.ſi cum dotem.in prin.ff. ſolu.matrimo.& ſequitur Bal.in l.cum acutiſſimi.in vlti. col. C.de fideic.& in l.cunctos populos. C. de ſum.tri. in 15.col. in ver.venio ad ſecundum ſcilicet ad ſucceſſionem inteſtātis. & in l.1.in aliquibus.lec.C.de condi.inſer.& in l. quod ſatis. circa.pe.colum.C.de bo.quę lib.& Imo.in d.l.filiusfa.§.cum ꝓpter.ff.de lega.1.& in l.ex facto.§.ex facto.ff. ad Treb. & ibi de hoc eſt tex.cum glo.in ver.defeciſſet.ibi dum glo.dicit nec ipſi habent &c.& idem concludit Lud.de vrbe per illum tex. referens ſe alias diſputando idem decidiſſe. & propter hęc cōmuniter approbata per ſcribentes: potiſſimè quia filij fuerunt per modum conditionis nominati: ideo non poſſit dici ex teſtamento vocatos. l. ex facto. la 1. ff. de hære. inſti. & l.ſi quis ſub conditione.ff.de condi. inſti. Pro hac opi. quidam dicunt eſſe caſum in l.1.C.de pact.tamen quia ille tex. recte conſideranti non probat: ideo in hoc non inſiſto.¶Nec ob.huic ſentētiæ tex.in d.l.Lucius.in fine ibi.Non enim ſolum fratrem hæredem prætulit.ſed etiam eius liberos:quia reſpondet gloſ. & doct.omnes ibi & in locis præallegatis ꝙ prætuliſſe videtur liberos,ſcilicet ab inteſtato non adita hæreditate per inſtitutū, cum dicti liberi eſſent proximiores ab inteſtato ipſi teſtatori: non autem videntur vocati per teſtamentum, per ſuperius dicta.ſimile no.per glo.& doct. in l. ſi quis.ita hæres inſtituatur ſi legitimus eo.ti.vbi ſi teſtator dixit,ſi legitimus hęreditatem meam vendicare non voluerit,Titium inſtituo.talis legitimus ſucceſſor hæreditatem vendicans non dicitur vendicare ex teſtamento: ſed ab inteſtato quanquam fuerit in teſtamento nominatus: quia nō fuerit noīatus diſpoſitiue ſed conditionaliter. ¶Succeſſiuè non ob. quod dicta verba, ſi deceſſerit ſine filijs videantur adiecta liberorum fauore, & per conſequens videantur vocati ex teſtamento: quia reſpondeo quod ſatis continere dicuntur liberorum fauorem, quamuis ex teſtamento vocati non videantur: quia poterat contingere Auriſpam ſuperuiuere & legatum agnoſcere: & bona in legato contenta relinquere filiæ, prout videtur ex præſumptione veroſimile eſſe matrem erga filias facturam.l.ſcripto.§.fin.ff.vnde liberi. & l.nam & ſi parentibus.in princip. ff. de inoffi. teſta. & ideo non ſequitur quod propter hoc filia Auriſpæ debeat dici ex teſtamento vocata cum ſolum in conditione,& non in diſpoſitione nominata fuerit.Minus etiam obſtare videtur d. l. ſeruo legato.& d.l.peto.cum ſimi.quia ibi verba fuerunt diſpoſitiuè, prolata non conditionaliter prout in caſu noſtro. ¶Similiter
5 non ob.l.penul.ff. de col. do. † quia reſpondeo prout reſpondet Bartol.& doct.in l.ex hac ſcriptura. de do.in ver. oppo.de l.Titia &c.cum ſeq.& canoniſtę in cap.fina.de ſucceſ. ab inteſta.videlicet.quòd verba enuntiatiua conditionaliter prolata propter aliud non inducunt diſpoſitionem d. l. ex facto d. l.ſi quis ſub conditione.præterquam in aliquo antecedenti vel cōſequenti quòd ſit neceſſarium ad implendum illud quod in conditione deſcriptum eſt: ita loquitur text.in l.penul.de colla.do.& tex.in l.denique.§.interdum.ff.de pecu.le. & in l.Proculus.in princip.ff.de vſur. ¶Nam in caſu d.l. penul. pater in teſtamento cauit quod ſi filia fratribus conferret dotem, & quædam alia quæ ipſe teſtator ſcilicet nubenti tradiderat pro certa parte ad hæreditatem vocaretur.dicitur ibi quod ſi filia ab hæreditate abſtinuit non poteſt a fratribus compelli ad dotem & bona prędicta conferenda,quoniam pater voluit filiam alterutram habere ſcilicet vel partem hęreditatis & dotem cū cęteris bonis fratribus conferre, vel dotem & dicta bona habere pręcipua.Et huius eſt ratio:quia cum pater dicit ſi filia dotem &c.quam ſibi nubenti tradidi cum fratribus confert pro parte hęredem inſtituo,ſequitur de neceſſitate quod pater voluit dominium dictorum bonorum transferri in filiam: quia aliàs non potuiſſet filia dicta bona conferre vt diſpoſuit teſtator:quia collatio eſt rei propriæ in commune latio.l.j.in prin. ff.de colla.bo.l.ſi ſoror.& l.illam.ad fin.C.de colla. & no.docto.in l.ſi emancipati.eod.titu.poſt glo.in rub.de col.bono.& plenè Bart.in l.pater filium.ff.de colla.do. ¶Non mirandum ergo ſi filia abſtinente ab hęreditate patris dos pręcipua cum alijs bonis prædictis reſidet apud eam ſtante regula, quod abſtinens ab hęreditate nunquam conferre cogatur. l. ex cauſa. C.fam.erciſ.& l.fin.ff.de colla. do. Et hęc fuit ratio deciſionis poſitę in d. l. pen. ſed in caſu noſtro non erat neceſſarim filias Auriſpæ intelligi vocatas ex teſtamento ad hoc vt verificaretur vel non verificaretur dicta conditio ſubſtitutionis facta in teſtamento ſed ſolum debet attendi exiſtentia vel non exiſtentia liberorum ad hoc vt Albina ex capite ſubſtitutionis vocetur,ſed quo ad hoc vt vocetur ex capite iur.accreſcendi, nihil
6 refert in caſu noſtro an Auriſpa viua teſtatrice deceſſerit cum filijs vel ſine vt ſupra probaui.¶†Prædictis etiam non ob.not. per Bartol.in l.Gallus cum concor.quia reſpondeo quod communis ſententia.glo.& doct.eſt in contrarium videlicet quod per illa verba, ſi filius meus me viuo morietur nepotem inſtituo:non videatur inſtitutus filius: vt not.glo.Bar. & Ange. & Imo.in d.l.Gallus.in prin & Bald. in l. poſthumorum. per illum tex.in verſic.ne ergo.ff.de iniuſt.teſta.& Barto.in l.humanitatis.in 3.colum.in verſi. 3. opp. & videtur quod pręteritio &c.C.de impub.& alijs ſubſti.& in l.hęres inſtitutus.eo. ti.& latè Bal.in repe.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.& in 18.col.in ver. ſed quid ſi non facit &c.& in l.cohęredi.§.fin.ff. de vulgar.& pupil. vbi refert ibidem hanc partem tenere Dyn. & And. de Piſ.& idem ibi Ang.hoc etiam ſequitur Raph.Cu. in repe.l.ſi filius q in poteſtate.in 2.oppo.ff. de lib.& poſth.Et mouentur doct.per plura,& maximè per d.l.Gallus.§.idem credendum. verſi.nam ſi nepos.& in §.omnibus.& per d.l.ſi quis eum.§.fi. de vulgar.& pup.vbi videtur caſus non violādo literam. & in l.ſi mater.§.1.eo.ti.in l.ex facto.la 1.ff.de hære.inſti. & no.gl. in l.ſi quis ita hęres inſtituatur ſi legitimus.eo.titu. cum ſi.Et quia hęc eſt communis opi.a qua in iudicando non eſt recedēdum: ideo non inſiſto ulterius: quamquam paſſus ſit diſputabilis.¶Vel rn̄deo quod ſi bene ponderentur verba Bartol. in l. Gallus in prin.& in l.ſi quis ita hæres.& in d.l.cohæredi.præalle.Ipſe non dicit quod per dicta verba ſi filius meus me uiuo morietur &c.filius videatur teſtamento inſtitutus: ſed dicit ꝙ per talem præteritionem filij teſtamentum non redditur iſto caſu nullum:quia filius vocari videtur ab inteſtato:& ideo ipſi nulla fit iniuria, licet non inſtituatur p d. l. ſi quis ita hęres. cum glo.ſua. ¶Poſtremo etiam non ob.l. Titia. Seio. §.Seia. lib.ff.de lega.2.de qua oppoſuit Bal.in præalle. l. cum acutiſſimi.quia clarè colligitur reſponſum ex illo tex, cum ibi nota. p gl. & doc. qui illa verba ibi diſpoſitiuè prolata per eum qui

ex vobis vltimus decesserit cum moreretur restituat &c. faciūt præsumi testatorem tacitam substitutionem fecisse. ¶ Ex prædictis igitur remanet firma conclusio Albinam vigore iuris accrescendi præferendam esse. ¶ Nec puto considerandum in hac consultatione vnum quod verbo fertur scilicet filiam Aurispę mortua iam testatrice decessisse ante annos 10. elapsos a tempore obitus testatricis: quia si verum esset quod filia Aurispæ intelligeretur fuisse ex testamento vocata ad dictum legatum, quanquam decessisset ante tempus quo prestari debebat legatum, tamen ad heredes suos transmisisset: † quia quo ad trans-
7 missionem dies legati relicti ad diem certum cedit a tempore
* mortis testatricis licet non quo ad executionem: vt est casus. in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufru. lega. & l. 1. §. cum igitur, C. de caducis tollendis. & no. in l. si ita sit scriptum. §. si sub cōditione. ff. de legatis 2. sed quia non fuit ex testamento vocata vt probaui: ideo transmittere non valuit. ita vt supra. conclusum est videtur iuris esse Alexan.

ADDITIONES.

* Sine filijs.] An appellatio filiorum vnnm contineat vide Dec. consi. 50. per totum. Natta.

a ¶ Præferendum. imo puto filiam Aurispæ ad dimidiam quæ fuisset matris suæ admittendam. Quæ autem in contrarium hic adducit Alexan. procedunt secundum communes iuris regulas. Sed in præsenti causa alia ratio, & ipsa mihi peculiaris legalis æquitas eas reformat, & locum exceptioni facit ex multis simul concurrentibus. primo quia relictum filio debet fieri caducum illo predecedente si relinquat filios legitimos. satis enim constat legatum esse factum contemplatione filiationis quæ representatur: imo remanet in nepote, qui naturali ciuilique ratione ipso iure subintrat locum parentis, & in eo par est affectio testatoris, & maximè quando legatur secundo genitis vel filiabus a potiori commodo successionis exclusis in locū vel compensationem legitimę, vel portionis hæreditariæ. Sed quia hæc est mea noua & singularis opinio, quam latè probaui in nouis intelle. nolo ex hoc solo conuellere sententiam Alex. in consulendo & iudicando. Secundo ergo quia hic nō legauit vni soli filiæ, sed duabus & æqualiter, & constet vel ex verbis quòd voluit eas esse æquales in legato, & etiam earum filios: quos etiam (hic enim fœmininū in themate concipit masculinum) honorauit & substituit. Sed si contingeret alteram filiam cum suis filijs totum habere exclusis filijs alterius eo prætextu quod præmortua esset sequeretur inęqualitas; qa filij alterius fraudarentur in totum legato, quod est manifestè contra æquitatem & mentem testatricis. Scio quòd sophystes hinc potest elabi dicendo quòd filij superstitis fuerunt in pari periculo si casu conuerso mater eorum prædecessisset. Sed hæc euasio non est aliud quam reciprocatio inconuenientis contra præfatam mentem & æquitatem cui sophystica illa antistrophe cedere debet. Tertio nedum filiæ sunt inuicem pariter substitutę, nedum per fideicommissum, sed etiam expressim vulgariter, & sic ex omni capite vulgaris. Sed etiam filij vtriusque pariter excludunt substitutum eique præferuntur, non solum ex capite fideicommissi sed etiam in omnem casum vulgaris. idque ex dispositione expressa testatricis ergo habeo mentem apertam in verbis testamenti fundatam, quòd siue altera filiarum capere non possit, puta præmortua, siue superuiuat & capere possit sed repudiat, nihilominus voluit testatrix quod filij eiusdē filiæ alteram filiam & eius filios in illa dimidia suæ matri legata excludant, idque in omnes casus & euentus. Quartò: quia nedum vna filia alteri sine filijs cedenti substituitur, sed etiam eius filij, & sic expressim ponuntur in dispositione & substituuntur vulgariter & per fideicommissum. Sed quando filij nedum ponuntur in conditione, sed etiam alia notabilis coniectura concurrit censentur inuitati, vt crebrius tradunt doc. Sed hic nedum vna sed plures coniecturæ. & præsertim illa fortissima quod in eodem orationis contextu sunt substituti & positi in dispositione. Quintò: quia maior ratio & æquitas suadet quod neptis intelligatur vulgariter substituta matri suæ, q̃ vulgariter substituatur extraneæ vel materteræ, cui tamen expressè vulgariter & per fideicommissum substituitur: ergo multofortius intelligitur matri propriæ Substitui saltem vulgariter in hoc casu nō præuiso sed inopinato testatrici, quem si præuidisset verisimiliter substituisset. faciunt not. in l. iā hoc iure. de vul. & pup. & q̃ not. Alex. infra eo. lib. consi. 121. nu. 13. & consi. 130. satis tamen cauisse censetur, ex quo cauit in eo in quo erat minus debitum & minor ratio. Sextò: quia apparet quod testatrix hac substituendi forma nihil aliud voluit nec intendit quàm æqualiter cauere & prouidere nedū filiabus suis sed nepotibus ex eis. Atqui pessimè & inæqualiter esset eis consultum si filij non intelligerentur tacite vocati in locum matris ad eius portionem. & sic ex eo quod contingeret matrem pręmori, pauperes orphani (qui magis indigebant subsidio) etiam legato materno fraudarentur. alij autem cum matre totum haberent. porro si auia expresse vocauit nepotes in locum materteræ eorum, multo fortius censetur tacite vocasse in locum matris eorum vt dixi. Septimò: etiam secundum opinionem Alexan. filiæ Aurispæ habitura est totum si postea contingat Albinam sine filijs decedere: ergo fortius interim debet retinere partem matris suæ in qua etiam expresso testatricis iudicio prælata est Albinæ & eius filijs. Octauo finge Albinam prædecessisse sine filijs retēto reliquo themate, certum est quod hæc neptis habet dimidiam legati contingentem Albinam ex capite vulgaris: cur ergo non multofortius habebit reliquam dimidiam quæ spectasset ad portionem matris suæ? dicis quia non est substituta matri licet sit substituta materteræ ego quidem fateor nō esse proprie neptem substitutam matri: sed dico quòd testator potest facere legatum transmissibile ad hæredem legatarij. & quod ad hoc sufficiunt coniecturæ quæ hic sunt euidentissimæ eo ipso quod apparet testatricem voluisse cauere nedum filiabus, sed etiam posteritati earum etiam expressè substituendo nedum filias ad inuicem sed etiam neptes materteris, & sic multofortius voluit legatum à matre præmoriente in filios transmitti. nec negari potest quin si interrogata fuisset, & sic inquantum opus est habendum pro expressione pium & iustum pro liberis consilium sit elusorium ex quibus etiam infero quòd si vtramque filiam relictis filijs prædecedere contingerit, filij earum legatum in stirpes iure tacite huius transmissionis obtinere debent non obstantibus adductis per l. lex. in hoc casu cæterum vbi cessant hæ coniecturæ maximè in legatis factis extraneis obtinentibus vt plenius in registris meis.

* Coniunctæ.] Testator legat Titiæ, Seiæ, & Catherinæ pro dotibus, & cuilibet earum mille, an vna præmoriente sit locus iuri accrescendi. Vide Iaso. in d. l. re coniuncti col. 27. vbi dicit casum quotidianum. Alexan. consi. 55. colum. 1. supra eod. lib. Ias. consi. 214. dub. 3. lib. 2. & quid in fideicom. vniuersali; vtrum procedat ius accrescendi; casus est quotidianus de quo Ias. scribit in d. l. re coniuncti, car. antepen. versicul. Octauus casus. Curt. iun. consil. 83. colum. fin. vbi vult, quòd inter coniunctos verbis, vel re & verbis, habeat locum ius accrescēdi. quod nota. Et ad illud de legato dotis facto cuilibet dictarum filiarum, Ang. consi. 11. Ser Bitius notarius. Rui. consil. 30. dub. 2. libr. 2. Natta.

* Mortis.] Not. quòd legatum ad diem certum cedit, quo ad transmissionem, à die, mortis testatoris: ad diem incertum cedit à tempore aduenientis conditionis. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. Natta.

EPITOME.

NOTARIVS non potest conficere instrumentum de actu pendente a voluntate duorum nisi rogetur ab vtroque.

CONSILIVM CX.

Eximie doctor & iustissime domine iudex: circa dubitationem coram vobis vertentem in qua effectualiter quæritur, an valeat instrumentum confectum. vt dicitur: de quadam conuentione inita inter Ioan. & Iacob. Gabrielis ex parte vna & Nicola. &
1 Albe. filios d. Ioan. ex altera. ¶ † Omissis non necessarijs breuiter concludo quod non, quia quando instrumentum conficitur de actu pendente à consensu duorum, prout erat dicta conuentio, quæ sine consensu dictorum Ia. & Ioan. se obligantium fieri non poterat, l. sicut, C. de actio. & obligatio. l. 1. ff. de pact. l. consensus, ff. de actio. & obligatio. requiritur ad hoc
* vt notarius possit instrumentum conficere de tali actu * vel contractu, quod sit rogatus ab vtraque parte: ita firmat Ioā. An. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. postquam. in additione incipien. hanc materiam plenius &c. allegat ad hoc l. contractus, in princip. C. de fide instrumento. & l. in hac, C. de donа. & l. 2. C. de rela. & id quod legitur & not. in authen. de tabel. in princip. & idem no. Bartol. in l. 2. in 1. colum. ff. de sti-
2 pu. ser. † vbi dixit quòd vbi in actu sunt duæ partes. requiritur quòd ab vtraque parte notarius sit rogatus. vbi autem est vna pars tantum in actu: vt quia actus pendeat a sola voluntate vnius, prout est protestatio, denunciatio, aditio hęreditatis, & similia: tunc sufficit quòd ab illa tantum parte notarius sit rogatus; allega. not. in authē. de tabellio. in princip.
3 ¶ † Hoc idem voluit Bald. in rubr. C. de fide instrumen. in 4. colum. versicul. sed dubitaui &c. vbi similiter dicit quòd aut est actus pendens à consensu duorum: & requiritur quòd vtraq; pars roget notarium quòd conficiat instrumentum. secus si à consensu vnius, vt est testamentum, vel repudiatio hæreditatis: vel eius aditio, & similia per no. in §. nos autem. de tabel. & assignat rationem: quia à quo dependet causa rei ab eodem dependet & modus: vt l. videamus. §. pe. ff. de in litem iurandi ¶ Hanc conclusionē et approbat Ang. in l. fi. ff. pro derelicto. & ita alleg. oēs gl. in d. §. nos aūt. in ver. iniungatur. nam dum illa glo.

la gl. dixit ꝙ sufficit notarium esse rogatum ab illo, cuius gratia fit actus: quia forte ille in cuius præiudicium fit actus nunquam rogaret. &c. intelligitur quando actus ille pendebat à sola voluntate vnius, prout est repudiatio, & aditio hæreditatis, vel protestatio, interpellatio, & similia. Nam bene dixit glo. ꝙ ille cuius fit protestatio vel interpellatio nunquam rogaret: quia non vult consentire, & eius consensus non est necessarius: sed quando contractus celebratur à duobus: quia pendet à consensu duorum, licet tendat principaliter ad commodum vnius: tamen est verosimile quòd sicut consensit se obligando sponte, ita consentiat rogando notarium quòd conficiat instrumentum, cum in scriptura non consistat substantia obligationis: quia sine ea valet obligatio regulariter, l. contrahitur, ff. de pigno. l. pactum, C. de pact. & plenè not. in cap. 1. de censi. lib. 6. ¶Præterea in casu nostro dicta conuentio potest dici facta gratia vtriusque partis. nam est facta gratia Io. eo, quia vbi primò potuisset pro filio cogi ad præstanda mera alimenta: vt l. si qs à liberis. per totam, l. ff. de libe. agno. & in l. 1. & per totum, C. de alendis libe. nunc autem non poterunt petere filij Io. pro alimentis aliud quàm illud quod erat conuentum. & similiter potest dici facta gratia filiorum Ioannis: quia ipsi ratione dictæ conuentionis sciunt præcisè quid petere possunt: ergo si dici potest illa conuentio facta gratia vtriusque partis, sequitur ꝙ requireretur rogitus vtriusque partis: vt in glo. præalleg. cum concor. supra alleg. ¶Constat autem quod notarius non fuit rogatus nisi ab vna parte tãtum: vt in scriptura apparet. & dicto notarij in talibus statur: vt in terminis dicit Angel. in repe. l. sciendum, ff. de verb. oblig. in 7. colum. & can. & maximè An. de But. in cap. 1. de fide instru. in 3. colum. cum concor. ibi alleg. per eum ad hoc quod no. glo. in l. si quis decurio, C. ad le. Cor. de Falc. ¶Eandem opin. sequitur Io. And. in regula semel malus. de reg. iur. lib. 6. dum in solutione quæstionis ibi positę
4 dicit: † quod notarius non potest conficere instrumentum contra me sine mandato meo: per no. in auth. de tabel. ¶Hanc partem etiam in proposito nostro approbat Anton. de Butr. in cap. 1. de fide instrumen. & clarius & plenius ibi comprobat hoc dominus Abbas Siculus sequendo opin. Ioan. Andr. in d. §. postquam &c. ¶Prædicta maximè scripseram in vim simplicium allegationum, postea requisitus sum quòd si ita esse de iure sentio, subscribam & more consultoris sigillo comprobẽ. Propterea dico & consulo ita iuris esse ego Alex.

ADDITIO.

* De tali actu.] De hoc etiam vide Alexan. consi. 38. lib. 7. vbi respondet multis dubitationibus in hac eadem causa propositis. tãgit Dec. in c. 1. col. pen. de fide instru. & sequitur Riminal. in auc. si quis in aliquo col. 5. & ibi. Curt. iunior, Ias. in l. prætor in princip. colum. 2. ff. de eden. Natta.

EPITOME.

INSTITVTVS in vsufructu non dato cohęrede in proprietate est hæres insolidũ & si qui fuerint in certis rebus substituti habentur pro fideicommissarijs.

CONSILIVM CXI.

Viso themate suprascripto, & his quæ narrantur in eo. ¶ Prætermisso apparatu attingam breuiter principalia fundamenta ex quibus inferam conclusionem quam puto de iure veriorem. ¶ Præsuppono igitur primò ꝙ mulier quæ transiuit ad secunda vota nullis extantibus liberis ex primo matrimonio non perdit commodũ
* eorum quæ sibi relicta* fuerunt in testamento primi viri, l. fœminę. in fi. C. de secũ. nup. in auth. de nu. §. si vero spectet, col.
1 4. †Secundo pręsuppono ꝙ hæres institutus in vsufructuᵃ nul
a lo interim dato cohærede in proprietate, est hęres insolidum, l. 1. §. si ex fundo, & l. si ex facto proponebatur. cum ibi no. per Bar. & alios, & l. si ita quis hęres institutus fuerit excepto fundo, ff. de hęre. insti. & idem si duo essent instituti hęredes in vsufructu: & nullus alius esset interim institutus in proprietate. nam illi duo censentur pariter instituti hæredes vniuersales in toto, vt probatur in d. l. ex facto. ¶ Et dato quod testator in casu nostro dixerit ꝙ post mortem dictarum duarum mulierũ substituit hęredem Bart. eius fratrem quo ad proprietatem domus habitationis dicti testatoris, & homines societatis S. Dominici, instituit hęredes quo ad possessionem de Barbiano: tamen hoc non operatur quin interim dictæ mulieres dicantur institutæ in vniuerso per prius: & post mortem earum intelligatur per fideicommissum ad dictam domum vocatus Bartholomæus si extabat, & eo non extante Petrus secundum quod testator disposuit. ita in terminis decidit in quæstione nostra Bald. in l. id quod pauperibus, in 14. q. C. de epi. & cle. Sali. in l. extraneum, in fin. C. de hęre. insti. & Ang. in l. filius à patre, ff. de libe. & posthum. in prin. & ibi per Imo. per no. in l. verbis ciuilibus, ff. de vulga. & pupil. & istud idem fuit de mente Bald. & Ang. in l. 2. ff. si pars hęre. pet. ¶ Attento quòd testator quo ad dictam domum in persona. dicti Bartho. vsus est verbo, substituit hæredem. & sic Bartholomæus non fuit datus cohęres dictis mulieribus sed substitutus: & dicta substitutio iure directo non potest fieri dictis mulieribus post aditam hęreditatem, d. l. verbis, & l. Centurio, eo. ti. & hoc est quod ponderauit Bal. & Ang. in d. l. 2. Tertio præsuppono quod licet testator in dicto testamento dixit ꝙ instituebat do. Margaritam & do. Catherinam quo ad vsumfructum omnium bonorum, ipsis extantibus viduis: tamen non dedit aliquem substitutũ nisi post mortem earum, ergo non potest dici quod istę dominę, quę per aditionem hereditatis fuerant effectę hęredes desinant esse hęredes ex die: id est quoniam desinit domina Catherina esse vidua: quia non potest hęreditas dari tantum ad diẽ certam vel incertam, nisi quando eo tempore quo testator voluit hæredem desinere esse hęredem, vocauerit alium per fidei
* commissum.*ita habetur in l. hæreditas ex die. cum ibi not. ꝑ doct. ff. de hære. insti. & per doc. in d. l. extraneum. Ex his omnibus infertur in casu nostro quod dicta Catharina per transi-
* tum ad secunda vota, non fuit priuata commodo hæreditatis* mariti. quia non extabant liberi ex primo matrimonio. Et qđ d. do. Margarita & Catherina censentur fuisse institutæ in vniuerso, & grauatæ per fideicommissum de restituendo dictam domum dicto Petro vel Bartho. eius filio, & quod per transitum ad secunda vota non dicitur euenisse conditio substitutionis fideicommissi in persona dictę Catherinę. Et sic concludo quod substitutio fideicommissi quæ ad dictam domum nõdum euenit in parte d. Catharinæ: tamen fateor quod secuta morte Catherinæ erit locus fideicommissi etiam in parte Catherinæ: & sic alienatio interim facta in præiudicium fideicõmissi retractaretur iuxta auth. res quæ, C. communia de leg. & no. in l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. in auth. de resti. & ea quæ parit. §. quamobrem. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse. Ideo ita dico & consulo ego Alexand.

ADDITIONES.

* Duplicatum consi. 45. lib. 4. Natta.
* Relicta.] Sequitur Matthe. de Afflict. deci. 61. in fin. vult hoc Bart. in auct. quod locum. C. si secun. nu. mu. Natta.
a ¶Vsufructu.] eo. consi. 162.
* Fideicommissum.] Hoc probatur in §. 1. insti. de fideicomm. hære. Natta.
* Hæreditatis.] Contrarium tenet Pau. de Cast. consi. 11. super 1. q. dubio 2. li. 2. Vide Bal. in l. fi. col. 1. versi. Quæritur quid si testator. C. de indi. vidu. tol. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus pro crimine homicidij ex quo irrogatur infamia & demum cancellatus de banno per habentes potestatem nulla facta mentione restitutionis ad famam, an intelligatur restitutus maximè si bannum in contumacem latum sit & non in cõuictum per aliud genus probationis, quàm per contumaciã.*

CONSILIVM CXII.

Omissis argumentis breuiter cõcludo ꝙ intelligitur ad famam restitutus attento quod nõ rõne solutionis pecunię in qua esset condemnatus fuit cancellatus: sed ex gratia superioris. hoc tenuit Pau. de Leaza. in repetitio. cap. testimonium. in pen. col. de testi. referens ita disputando tenuisse Iac. Bu. & Albe. in l. iurisiurandi, C. de testi. ¶Et propriè loquitur Pau. in eo qui pp contumaciam bãnitus est, & fuit postea cancellatus intelligitur restitutus ad famam, & poterit esse testis idoneus:
a & non distinguit ex qua causa fuerit cancellatus. ᵃ Istam opin.

ſequitur etiam Bartol.in l.fin.in vltim.colum, C.de ſenten.pa.
mouentur quia in dubio beneficia principis ſunt latiſſimè in
terpretanda.cap.cum dilecti.de dona.l.fin.ff.de conſtit. prin.
l.ſi quando,C.de bo. va.lib.10.& in ſpecie adducit tex. in l.j.§.
fi.ff.de quæſtio. ita etiam clarè dicit Bart.in l. non ſolum, §.fi.
ff. de procu.vbi etiam refert diſputando ita conſuluiſſe Ia. Bu.
¶Quod intellexit Bart. verum eſſe ſi cancellatur: ideo quia bã-
num ſibi remittitur, ſecus ſi cancellatur, eo quia condemna-
tionem ſoluit: quia tunc non cancellatur niſi reſpectu quanti-
tatis ſolutæ. & ideo cancellatio reſtringitur ad illam cauſam,
vt intelligatur ſolum liberatus à pecunia: quia cancellatio re
ſtringitur ad caſum cancellationis, l. cancellauerat, ff. de his
quæ in teſt. delen. hanc concluſionem quò ad caſum noſtrum
approbat Bald. in l. generalis, in fin.C.de ſen.paſ.& in l.eman-
cipatione, C.de fide inſtrumen. & in l. ſi qua pœna, ff.de his
qui ſunt ſui vel alien.iur.& plenius probat Bald.in repe.l.cum
mulier, in 18.colum.ff.ſolu.matrimo.& in d.l. non ſolum, §.
fin.ff.de procu. Alex.

A D D I T I O.

a ¶Cancellatus.j.eod.conſi.114.Hyppo.Marſi.in pract.§.ſi aggredior,
colum.1.

E P I T O M E.

TENET quòd per raptum filię vel adulteratio-
nem vxoris non rumpitur pax vel induciæ, nec incur-
ritur pœna. & malè.

CONSILIVM CXIII.

Viſo inſtrumento treugæ celebratæ inter Ioan. aliàs nũcupatum
el Sarto, & quàm plures alios ex parte vna. Et Stangolinum
quondam Blaſij de Caſtro San. Petri, & quàm plures alios ex
1 parte altera. ¶ † Videtur prima conſideratione dicendum ꝙ
per raptum perpetratum per d.Ioan. rapientem per vim Iaco-
bam filiam dicti Stangolini, & conducentem eam extra terri-
torium ciuitatis Imolæ fuerit commiſſa pœna in inſtrumento
contenta: & per conſequens fuerit rupta treuga: quia per vim
& iniuriam illatam filiæ: dicitur offendi pater l. 1. in fin. & l.
cum qui nocentem, §.ſimili, ff.de iniu.& in §. patitur. inſtitu.
eod. titu. quòd autem dictus raptus ſit iniurioſus patet ex l.
vnica, in princip. ibi ad iniuriam hominum &c. C. de rapto.
vir. ergo videtur facta offenſa dicto Stangolino & commiſſa
pœna. ita videtur de mente Bartol.in l.ſi ita ſtipulatus, §.Chry-
ſogonus, in fin.ff.de verbo.obligatio.& Bald.in cap.1.§. ſimi-
liter, in titu.qui.mod.feud.amit.& in l.1.C.ſi quacunque præ
2 ditus poteſtate. dum dicit † quòd ſi quis promiſit me non of-
fendere ſub pœna faciendo pacem: & poſtea offendit fratrem
meum quod non committitur pœna: quia certæ ſunt perſo-
nę per quas iniuriamur ex iniuria illis illata, inter quas non eſt
frater, d.l.1.in fin. cum l. ſeq. ff. de iniu. ergo videtur ſentire
Bartol. quòd aliud ſit ſi iniurietur filiæ: quia per iniuriam il-
* latam filiæ iniuriatur pater * & patri proprio nomine compe-
tit actio: vt in iuribus, ſupra allega. ¶ Sed præmiſſis non ob-
ſtantibus contrarium in caſu propoſito puto de iure verum:
maximè per ea quę not. decidit Ioan. Andr. in capit. fruſtra. in
3 mercu. † vbi quærit an ſi inter Titium & Sempronium facta
eſt pax promittentes adinuicem centum nomine pęnæ ſi vnus
a eorum alterum offenderet, demum Titius adulterauit [a] vxorẽ
Sempronij, quærebatur an ſit commiſſa pœna pacis ruptæ ar-
guit ad partes & finaliter concludit quòd non: quia pro adul-
terio venit imponenda pœna capitalis, l.quamuis, C.de adult.
& quælibet etiam pœna corporalis eſt maior qualibet pecunia
4 ria, l.ſeruorum, ff. de pœn. & † pœnis à iure ſtatutis contenti
eſſe debemus, l.ſi ita ſtipulatio, ff.de verbo.oblig. cap. de cau.
de offic.delega. ¶ Adducit etiam quia conſtat dictum Sempro
nium cuius uxor fuit adulterata non eſſe offenſum in ſui per-
ſona, nec etiam dici poteſt realiter offenſum: quia vxor non ve
nit appellatione viri, l.in pecudum, ff.de vſu. pro hoc etiam al
legat quia ſtipulationes ſunt ſtricti iuris nec eggrediuntur per
ſonas in eis expreſſas, l.quicquid aſtringendæ, ff.de verbo. obli
gatio. no. in cap. cum venera. de excep. & ea ſola veniunt de q-
bus actum eſt & conuentum, c.cum eccleſia. de cauſa poſſ. &
5 proprie.l.ſi extraneus, ff.de condi. ob cauſam. ¶ † Confirma-
tur etiam, quia interpretatio fieri debet contra ſtipulatorem,
qui potuit legem apertius dicere in cõtractu, l. ſtipulatio iſta,
ff.de pact. Et iſtæ omnes rationes militant in caſu noſtro. nam
quod committatur pœna dicti contractus pro raptu, & pro
dicta offenſa facta in filiam fœminam, nihil fuit expreſſum in
contractu imo nulla de filiabus & deſcendentibus fœminis di
cti Stangolini, aut de offenſa quæ fieret in eis, facta eſt mentio
in dicto contractu: igitur pro omiſſo haberi debet, & licet ex
eo quod factum eſt in perſona filiæ competat actio iniuriarũ
proprio nomine patri, tamen ex eo quod etiam eſt factum in
perſona vxoris competit actio marito, vt d.l.1. in fine, & l.cum
qui nocentem, §.ſi nupta, ff.de iniurijs, & l.miles, §.ſocer. in fi.
ff.de adul. Et tamen Ioan. And. in dicta regula concludit quòd
pax non ſit rupta nec pœna commiſſa. ¶ Bene facit quod not.
6 Dyn. in d.§.Chryſogonus. dum dicit † quòd per offenſam factã
in perſona fratris illius quem promiſiſti non offendere ſub pę
na, non committitur pœna: quia nulla de perſona fratris fuit
facta mentio, argu.l.ſi vnus, §.ante omnia, ff.de pactis, & d.§.
Chryſogonus. ¶ Præterea in dicto inſtrumento ſunt limitati
& expreſſi caſus propter quos committi debeat dicta pœna,
ſcilicet propter mortem hominis, non tamen ſpecificat de qui
bus hominibus, potuerunt enim intelligere dicti contrahen-
tes de hominibus quibus facta erat dicta treuga, de quibus ſu
7 pra eſt facta mentio: † nam per præcedentia declarantur conſe
quentia, l.qui filiabus in princip.& l.ſi ſeruus plurium, §. fin.
ff. de lega. 1. & conſtat quòd dicta treuga facta & recepta erat
ſolum nomine maſculorum. ¶ Hoc etiam cõfirmatur ex ſequẽ-
tibus verbis inſtrumenti dum dicit in maſculino genere, aliũ
ſiue alios, quod adiectiuum de ſui propria ſignificatione deno
tat tantum maſculinum: licet vbi habeat locum extenſio com
prehendat ex interpretatione fœminam, l.1.§.de eo. ff. de pec.
& eſt de mente Ia.But.in l.ſi quis in tantam, C.vnde vi, & Ar-
chi.17.q.3.ſi quis ſuadente. & clarè firmat Ioan. de Imo. in l.ſi
ita ſit ſcriptum filiabus de lega.2.& in cle.1. de elec. & etiam
conſuluit in conſil. incip. in caſu præmiſſo eſt diſcutiendum
8 quis primo ſucceſſerit Ludouico. ¶ † Et conſtat ꝙ in contra-
ctibus maſculinum non concipit fœmininum. & ſic tunc nõ
habet locum extenſio: vt not. decidit Archid. in d. cap. ſi quis
ſuadente, in l.quicunque. C.de ſer.fugi.& Ioan. de Imo. in cap.
potuit. ad fin. de loca. & in d.l.ſi ita ſcriptum ar.d. l.veteribus.
¶ Subiungitur ẽt in dicto inſtrumento quod pœna prædicta cõ
mittatur propter debilitationem membri, & propter combu-
ſti. domorum & aliorum ędificiorum, & bladorũ: & propter
percuſſiones quaſcunque tam cum ſanguine quam ſine, vt cõ
uentum eſt in dictis caſibus, treuga non intelligatur rupta.
¶ Et ſic poſito in dicto inſtrumento comprehenderentur iniu
riæ quæ fierent in fœminas aliquo ex modis in inſtrumento
contentis: tamen hic non interuenit mors hominis nec debi-
litatio membri, nec combuſtio domorum, aut ædificiorum,
aut bladorum, etiam vt verbo fertur non interuenerunt per-
cuſſiones cum ſanguine vel ſine: ergo clarum eſt dictam pœ-
nam non eſſe commiſſam. ¶ Et poſito quòd maior eſſet ratio
puniendi dictum raptum quàm nonnullos caſus expreſſos in
9 dicto inſtrumento † tamen in pœnalibus non fit extenſio ex
identitate aut maioritate rationis, l.ſi pręſes, & l.ſi de interpre
tatione, ff.de pœnis. & in cap. odia. cum ibi not. per Ioan. And.
de regul.iur. in 6. not. Cyn. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. &
glo. in cap.1. de temp.ordi. in 6. Bald. not. in l. 1. C. de inter. &
moderni in l.ſi vero, §. de viro. cum ſi. ff.ſolu. matri. ¶ Pręterea
etiam poſito quòd in dicto actu conducendi dictam puellam
interueniſſent aliquę percuſſiones ad finem, vt ipſa pateretur
ſe conduci: non videtur treugam eſſe ruptam ex huiuſmodi
percuſſionibus: quia inſpici debet illud quod principaliter
agitur, l.ſi is qui nec cauſam. & l. rogaſti, ff. ſi cert. peta. & l.
verum, ff.de fur. etiam per id quod not. in l. qui de crimine,
C. de accuſa. ¶ Vnde dicit no. Bald. in l.1.§.1.ff.de iuſti. & iur.
10 † ſi ſtatuta imponunt certam pœnam turbantibus ſtatutum
ciuitatis, intelligitur de his qui principaliter turbant, ſecus
ſi ſecundariò vel occaſionaliter turbant, l. ſi quis ingenuam,
§. in ciuilibus, ff. de capti. ita hic attendi debet quod prędi-
cti agebant principaliter rapere, & dictam puellam conduce-
re quò voluerunt. Et ita dico & conſulo ego Alexand. &c.
legens Bononię.

ADDI-

ADDITIONES.

* Iniuriatur pater.] Eodém modo si fit iniuria famulo in contumeliã domini: quia tunc competit actio iniuriarum. Bar.in l.j.§.fi.ff.de iniur. Natta.

a ¶Adulterauit. Idem Rom.consi.183.consi.258.Corn.consi.42.lib.2. sed contrarium tenet & melius Ioã.Fab.l.denunciam. C.de his,qui ad eccle.confug.Aret.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de verb.obl. August.de Arimin.in addit.ad Ang.de malefic.ver.che me hai adulter.col.17.puto etiam Alex.hic pessimè consuluisse.

CONSILIVM CXIIII.
de materia consilij.112.s.eodem.

Repetitus vt quid si cancellatio facta fuit à populo Bononiensi, vel ab habente in præ-
1 missis potestatem † à populo, an hoc sufficiat, & sic an populus possit restituere ad famam. Breuiter concludo ꝙ si talis populus nõ recognosceret superiorem de facto,tũc communiter concluditur ꝙ ad ea quæ aguntur in territorio illius populi, valeat restituere ad famam: vt firmat Bar.in l.1.§.de qua re.ff. de postul.& idem ibi Ant.idem Bar.in l.infamem. in fin.ff.de publ.iud.& Ant.de But.& do.Abb.in c.cum te.de re iud.vbi pro hoc alleg.not.per Innoc.in c.cum P.de fide instrum.& id quod legitur & not.in c.per venerabilem.qui filij sint legit. Si autem cognosceret superiorem, tunc communiter concluditur ꝙ non possit,per tex. in d.§.de qua re.fallit vbi infamia esset irrogata virtute statuti eiusdem ciuitatis & non de iure cõmuni prout in casu in quo quæritur in quo fuit bannitus iste & habitus pro confesso & conuicto authoritate statuti, disponentis quod propter contumaciam habeatur pro confesso & conuicto & ponatur in banno. nã hoc casu idem populus potest dispensare super dicta irrogatione in futuris: vt probat Bart.in l.3.ff.de testa.& in præallegato.§.de qua re. & Bald.in l.cum mulier.circa pen.char.ff.sol.mat. & Canonistæ in d.ca. cum te.¶Fortius voluit Bar.per plura.in l.ictus fustium. ff.de his qui nota.infam. quod condemnatus solum per contumaciam,quæ ex dispositione statuti habeat vim confessionis non efficiatur infamis per notat.per glo.in l.1. C.de mo.mul.cum alijs supra allegatis per Bar.& idem not. Bart. in l.si ideò. ff.de euict.& Ioan.And.in addit.Spec.in tit.de contum.§.sequitur. circa princ.& Ang.& Ioan.de Imo.in d.l.infamem. & Bal.in d.l.si tutor.C.si tutor non ges.& in l.1.in vlt.colum.C.de hæred.institu.cum simil.¶Accedit etiam quod dicta cancellatio & liberatio banni est confirmata à sede Apostolica: de cuius confirmationis virtute superuacuum est discutere stantibus prædictis.Ex quibus omnibus concluditur quod bannitus ille aut non erat infamis:aut si erat, intelligitur legitimè aduersus infamiam restitutus. Alexan.

EPITOME.

TENET quod impubes non dicitur propriè decedere intestatus vel abintestato ita quod si statutum excludat matrem à successione filij decedentis abintestato stantibus agnatis infra quartum gradum: hoc non obstante succedet mater filio impuberi exclusis dictis agnatis secundùm ius commune & malè.

CONSILIVM CXV.

Circa dubitationem de qua quæritur quæ in effectu vnica est, videlicet an ex dispositione statuti positi sub rubrica, quod mater & attinentes ex linea &c. d.do.Catherina mater excludatur. ¶Et videtur ꝙ sic ex quo extat auus paternus, cui successio defertur, cum sit infra quartum gradum. ¶Nam in secundo gradu esse dicitur.l.iuriscon.§.1.gradu.ff.de gradib. & institu.eodem tit.§.secundo gradu.35.q.5.secundo gradu. ¶Tamen prætermissis argumentis veritas est in contrarium: ita persæpe consului. Nam de iuris communis censura auo paterno præferendam matrem in auth.defuncto. C.ad Tertu.in versic.salua gradus prærogatiua.& ibi not. ¶Nec ob.statutum ꝙ mater &c.quia istud statutum loquitur in eo qui decedit ab intestato: sed filij d. Catherinæ decesserunt impuberes: & sic intestabiles: non autem propriè dicuntur decedere intestati

a vel abintestato.ª l.1.in princi.in ver.planè. ff.de suis & legiti. not.glo.Instit.de hære.quæ abintest.in princi. & glo.in l.cum antiquioribus in ver.fuisse.de iure deliber. ¶Vnde cum statuta debeant intelligi secundùm proprium & verum significatum.l.1.§.si is qui nauem.de exercito.l.3.§.hæc verba.ff.de negoc.gest.l.fi. C.de his qui veniã ætatis impet.¶Statutum prædictum non extenditur ad casum quo quis decedit impubes, & intestabilis: nisi in contrarium se haberet communis vsus loquẽdi.ita voluit Bar.post Pet.in d.l.1. de suis & legi.in prin.
2 ¶Hoc idem voluit Bal.in c.1.de success.feu.in prin. † vbi concludit quod si statuto cauetur quod mater non succedat filio intestato: non excludetur mater à successione filij qui impubes & intestabilis decessit,etiam si aliter se haberet communis vsus loquendi secundùm eum: quia quando verba proferuntur à statutarijs & iurisperitis: tunc nõ inspicimus quomodo communiter & vulgariter loquantur ideotæ, sed inspicimus quomodo loquuntur iuristę qui faciunt differentiam inter intestatum & intestabilem: ergo eadem debet fieri differentia in
3 statutis: † quia statuta mutuantur verba à iure communi cum suo vero & proprio intellectu:allegat legẽ non aliter. ff.de lega.3. ¶Pro hoc etiam adducit quia absurdissimum esset quod in tot casibus excluderetur à luctuosa hæreditate: vnde tale statutum videtur contra ius naturale. l.nã & si parentibus. ff. inoffic.testam.ergo debent verba strictissimè interpretari.l.qđ verò.de legi.cap.ea quæ contra de reg.iur.in 6.& hanc opinionem dicit quod tenuerunt doct.antiqui vltramontani, & refert se pluries consuluisse.¶Et subdit inquantum Bar.in d.l.1. videtur sentire contrarium propter communem vsum loquendi de quo videtur attestari iurisconf.in d.l.1. non bene dicit in hoc Barto.secundùm eum: quia non est verum quod apud peritos sit iste communis vsus loquendi. & latius prosequitur Bal.in d. c.1.Hoc idem voluit Cy.& antiqui in l.2.in vlt.q.C. qui testam.fac.poss. & Gui.de Cug.in l.1. C.quando imperator inter pu.Cy.Rayn.& Bald.in l.in testamento.ff.de leg.tut.
4 concludentes † quod statutum vel consuetudo disponens qđ episcopus debet habere bona omnium decedentium abintestato. non debet habere neque vendicet sibi locum in eo qui decedit intestabilis. ¶Istam partem etiam consulendo secutus est Bal.in suo consi.incip.Si mater non extat &c.nisi probaretur de communi vsu loquendi quod dicit esse difficile, & si quando probaretur dicit tunc esse veram opin. Bart.in d.l.1. Subdit Bal.in d.suo consilio non esse verum quod iurisconsultus in præalleg.l.1.ff.de suis & legi.faciat fidem de communi vsu loquendi quicquid dicat ibi Bar.& plenius per Bald.in ꝑalleg.consi.quod consilium recitat & sequitur Pet.de Ancha. in repet.c.canonum statuta.de constit. post me.in ver.quid dices de paterno.vbi refert etiam se pro hac parte consuluisse. & refert Cy.quod Bar.est solus dum dicit in d.l.1.quod iurisconsultus approbat communem vsum loquendi quod intestabilis dicatur qui intestatus decederet. ¶Idẽ videtur velle Bal.in l. si arrogator.ff.de adoptio.in pen.col.in ver.& adde tres conclusiones.Idem videtur tenere Io.de Imo.in l.Centurio. ff.de vul.
5 & pup.in 18.col.vbi † quærit an si statuto cauetur, quòd mater à successione filij decedentis abintestato excludatur extantibus agnatis vsque ad certum gradum, & contingat filium decedere in pupillari ætate extantibus dictis agnatis & matre, an mater excludatur.& refert quod Bar.consuluit quod sic.in
6 in consil.138.incip. hæc est copia cuiusdam statuti † quia secundùm communem vsum loquendi viderentur dicta verba verificari: & constat verba statuti debere interpretari secundùm communem vsum loquendi non attento proprio significatu verborum.l.liberorum.§.quod tamen Cassius.& ibi not.ff.de lega.3.& in l.Labeo.de supel.leg. ¶Et tamen Ioan.de Imo.in d.l.Centurio.dicit quicquid dicat Bar. videtur dicendum quod dictum statutum non habeat locum in pupillo per d.l.1.de suis & legit.nec ille tex.secundùm eum dicit quod secundùm cõem vsum loquendi pupillus dicatur decedere intestatus. Nam ibi tex.dicit accipi dẽt siue oportet,intelligitur scilicet quò ad illum titulum. facit quod habetur in simili in l.si ita.la 2.de verb.sign.¶Fatetur tamen ꝙ si probaretur quod sic esset communis vsus loquendi in loco prout dicitur esse in partibus Tusciæ,quod tunc haberet locum dictum statutum, & sic procederet opin.Bart. ¶Idem reassumit idem Io.de Imo. in ca.cum tibi.in fi.de testib.vbi etiam tenet hanc partem.vbi subdit

ſubdit quod ſi probaretur de communi vſu loquendi peritorum idem eſſet, quod ille diceretur etiam abinteſtato decedere qui deceſſerit in pupillari ætate: & ita dicit tenere Bald. in præalleg. c. 1. in prin. de ſucceſ. feu. & quod not. Bar. in l. ſi qs filiabus. ff. de teſtam. tute. ¶Et idem tenet Bald. in l. 3. in fi. C. ſi
7 app. pen. mors interue. † vbi dicit quod ſtatuta ſtricti iuris loquentia de inteſtato, non habent locum in inteſtabili: & per hoc inquit ipſe quod ſtatuta contra naturalem rationem diſponentia quod fœmina non ſuccedat abinteſtato, non vendicarent ſibi locum in decedente, & in eo qui diceretur inteſtabilis. Alleg. not. per gl. in d. l. cum antiquioribus. ſecus dicit ſi ſtatutum eſſet naturali ratione munitum: quia tunc bene vendicaret ſibi locum ſtatutum præallegatum. l. 1. ff. de ſuis & legit. in 2. exemplo. ¶Et ita etiam ſuper dicto ſtatuto Imolenſi
b conſuluit præfatus excellens doct. Io. de Imo. [b] in conſi. incip. in caſu præmiſſo primò diſcutiendum eſt quis ſucceſſerit Ludouico: & concludit quod dictum ſtatutum nõ habet locum quando agitur de ſucceſſione pupilli: quia cum dictum ſtatutum ſit correctorium iuris communis. & loquatur de decedente abinteſtato, non debet extendi ad inteſtabilem. l. præcipimus. C. de app. l. ſancimus. C. de teſta. & per not. in authent. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl. & ita dicit tenere Cyn. in d. l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ. & Bal. in d. c. 1. de ſuc. feud. ¶Pro hoc etiam allegat: quia licet ſuper iſto proceſſu eſſent opinio. tamen in dubio eſt fauendum matri ne excludatur à luctuoſa hæreditate filij: vt l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. & pręſertim: quia non eſt eadem ratio quando filius poteſt teſtari, & quando nõ poteſt teſtari. nam quando poteſt teſtari ſi non teſtatur, videtur in dubio tacitè vocare veniẽtes abinteſtato ſecundùm formam ſtatuti. arg. l. ſi quis cum nullum. ff. de iure codic. iuncta d. l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. & ſic ex tacita voluntate excluderet matrem quæ ratio ceſſat quando non poteſt teſtari: nec obſt. text. in d. l. 1. dum dicit, ꝙ illi qui teſtari non poſſunt pro inteſtatis habentur: quia ſecundùm Ioã. de Imol. in d. conſi. illud verum ſecundùm impropriam & latam ſignificationem, alleg. gl. Inſti. de hęred. quæ abinteſt. defe. in princ. ¶Vel poteſt dici ſecundùm eum: ꝙ illa dictio, pro, importat fictionem ſecũdùm eum ſicut dicimus, aliud eſt eſſe mercem,
8 aliud mercis loco haberi. d. l. mercis. & d. l. ſi maritus. † Statuta verò loquentia in vero caſu nõ extenduntur ad fictum. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & l. fi. C. de his, qui ve. æta. impet. ¶Et potiſſimè quando non eſt eadem ratio, prout in caſu propoſito: vt ſupra proximè fuit oſtenſum. ¶Nec eſt verum ſecũdùm eum illud quod ſentit Bar. in d. l. 1. de ſuis & legit. quòd per illam l. videatur velle iuriſconſ. interpretari in communi vſu loquẽdi. & ſic accipi inteſtabilem pro inteſtato: quia imò illa lex hoc non dicit: ſed ſolum dicit ꝙ inteſtabiles habentur pro inteſtatis, quę verba poſſunt exponi, ſcilicet impropriè, & latè ſumendo vel ex fictione. Et prima expoſitio eſt de mente gl. Inſtit. de hæred. quæ abinteſt. in princi. ¶Secunda probatur
c ſatis per d. l. mercis. cum ſim. ¶Et idem tenuit Ange. [c] in conſi. 26. incip. Statutum excludens. referens ſe ita pluries conſuluiſſe vnà cum do. Bal. Et prædicta maximè procedere debẽt in hoc ſtatuto quod cenſetur odioſum. iuxta not. in l. cunctos populos. in 6. q. C. de ſum. Trin. & Bal. in l. centum. in princi. C. vnde legi. & not. per Bald. in l. venia. aliàs eſt. l. fi. C. de in ius vocã. facit d. l. nam & ſi parentibus. ¶Nec poteſt dici iſto caſu tale ſtatutum debere extendi ad caſum, quando quis deceſſit inteſtabilis ex eo: quia ratio eſt in dicto ſtatuto ſcripta & expreſſa, ſcilicet ratio agnationis & familiæ conſeruandæ: quæ conſeruatur per maſculos, Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. in prin.
9 ¶ † Et de iure eſt quòd vbi in ſtatuto vel lege correctoria eſt expreſſa ratio, fit extenſio ad alium caſum ex identitate rationis: vt not. per glo. in clem. 1. de elect. & ibi doct. & not. Bal. in l. fi. & ibi clarius Imo. de hæredi. inſtit. Quia poteſt reſponderi & primò, quòd illud eſſet verum vbi expreſsè ratio illa eſſet in l. ſcripta. ſecus ſi poſſet ſubintelligi: ita not. Bar. in l. liberorum. de verb. ſign. in ver. his præmiſſis reducamus hanc materiam. ¶Secundò poteſt reſponderi, quòd dicta extenſio fieri poteſt ad alium caſum, vbi tam in caſu expreſſo, quàm non expreſſo ad quem fieret extenſio eſſet omnino eadem ratio. ſecus ſi non eadem. vt eſt glo. in clem. 2. in verſi. in eiſdem. de æta. & qualit. Not. Imo. in l. ſi verò. §. de viro. ſol. matr. in 7. col. ſed non eſt eadem ratio in decedente inteſtabili, quæ eſt in èo qui decedit inteſtatus: vt dixi ſupra ergo &c. ¶Tertiò poteſt reſponderi quod dictum ſtatutum non conſiderauit dictã rationem agnationis conſeruandæ per maſculos: patet, quia illa verba ſtatuti dum dicit, coniuncti ex linea paterna, vſq; ad
10 quartum gradum. † Nam illud adiectiuum coniuncti prolatum ſine alio termino comprehendit etiam ex proprio ſignificatu tam fœminam, quàm maſculum: vt not. Bart. in l. 1. per illum tex. ff. de verb. ſign. & Bar. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. per l. ſi quis id quod. de iuriſd. omnium iudi. & Bart. in l. 1. in princ. ff. de pecu. & Bal. in l. Gallus. in prin. in vlt. col. ff. de libe. & poſthu. cum concord. ¶Cum in dicto ſtatuto præferantur matri tam fœminæ coniunctæ ex linea paterna, quàm maſculi: ſequitur quod ratio ſtatuti excludentis matrem nõ fuit cauſa agnationis conſeruandæ, quæ non conſeruatur per fœminas, ſed per maſculos. l. iuriſcon. poſt princ. ff. de gradib. & inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. in princ. ¶Nec videtur etiam prædictæ matri obſtare ſi dicatur ꝙ dicti eius filij deceſſerunt hæreditate non adita: & ſic non potuerunt eam ad matrem tranſ
11 mittere. † Reſpondetur primò, ꝙ ſtatutum ciuitatis contrariũ diſponit. ſecundò, ꝙ hæreditas paterna per dictos filios, ſi erãt ſui hæredes ex potentia ſuitatis tranſmittitur ad quoſcunque etiam non adita. l. ſi fratres. C. de iure deliber. l. ex militari. §. fi. ff. de teſtam. milit. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. l. hæreditatem. l. liber homo. ff. de ſtipul. ſeruo. plenè in l. ventre. ff. de acquir. hæredi. ¶Quinimò dato, ꝙ non eſſet tranſmiſſa dicta hæreditas non adita, poſſet mater ex perſona filiorum, qui deceſſerunt minores vigintiquinque ann. petere reſtitutionem in integrum, & illam adire. l. Pantonius. & ibi not. Bart. ff. de acquir. hæredi. & in l. qui duos. ff. de rebus dub. & Iaco. Butr. in l. 1. C. de teſtam. milit. & Ioan. And. in ca. in præſentia. de probat. & Bart. in l. ſi infanti. in vlt. colum. C. de iure deliberandi. ¶Ex quibus omnibus concludo do. Catherinam matrem dictorum pupillorum, in ſucceſſione eorum auo, eſſe anteponendam. Et ita dico & conſulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Idem de verbo ad verbum habetur conſil. 79. lib. 6. incipiendo verſiculo, Quia non obſtat ſtatutum. col. 2. licet ibi habeatur diuerſus caſus. Natta.

a ¶Abinteſtato. Quia Alex. in hac controuerſiſſima. q. ſæpius cõſuluit, & in ſuis lecturis contra morem ſuum variauit: placet quàm breuius & clarius fieri poterit totius rei ſummam excuſſam tradere. Quatuor fuerunt opiniones. Prima, quòd ſtatutum deferens ſucceſſionem ad agnatos, vel ad eccleſiam, aut certas quaſcunq; perſonas, ſi quis inteſtatus deceſſerit, non habet locum in ſucceſſione impuberis furioſi, vel alterius qui non habet teſtamenti factionem actiuam: quam ſententiam fundant in l. j. in princ. ff. de ſuis & legit. hæredit. vbi dicitur, quòd hi propriè non dicuntur inteſtati, quam tenuit Pet. de Bellapert. vt refert Bar. in d. l. j. Alber. par. j. ſtat. q. 44. Bal. c. j. in princ. col. 2. verſ. modo quæro. de ſucceſſ. feu. in vſib. feud. & in fortioribus terminis paſſim in conſilijs vt ſtatim dicam. Imo. in l. Cẽturio. col. 10. de vulga. & pup. & plures alij quos refert Deci. in l. generaliter. in princ. C. de inſtit. & ſubſtitu. & in conſi. 466. & conſi. 568. conſi. 618. & vltra Deci. nouiſſimè & latiſſimè Ludo. Gozad. conſ. 35. Secunda opinio contraria, quòd imò habeat locum etiam ad excluſionem matris, vt tenuit Bar. in d. l. j. & in conſi. 138. Roma. l. in teſtamento. C. de teſtam. milit. & in conſi. 4. conſil. 32. Paul. in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. in conſi. 48. lib. j. Ancha. conſi. 178. in quam & inclinant Franc. Zabar. conſi. 111. Soc. conſi. 35. per totum. lib. 3. conſil. 31. col. 2. lib. 4. & plures alij quos refert Deci. in d. conſi. & in d. l. generaliter. vbi etiam hanc Bart. ſententiam ſequitur. & in d. conſil. 563. licet in alijs conſilijs variet, & vltra allegatos per Dec. idem cũ Bar. tenet Ang. Aret. relata & reiecta opinione Imol. præceptoris ſui in tract. de teſt. ver. nolens inteſt. decedere. col. 13. idem tenet Iaſ. in l. poteſt. nu. 7. de vulga. & pup. conſi. 130. col. 2. lib. j. conſi. 196. col. 6. lib. 2. Euerar. in locis lega. lib. 7. ab opin. vulg. col. 9. Lancel. Pol. in tracta. pup. ſubſtit. q. 4. Alciat. l. inteſtatus. ad fin. de verb. ſigni. & eſt crebrior & firmior ſententia. Tertia opinio diſtinguit, an ſtatutum dicat ſi quis inteſtatus deceſſerit ſiue de bonis inteſtati; an verò loquatur de eo, vel de bonis eius qui deceſſit abinteſtato, vt priori caſu ceſſet ſtatutum in pupillo, furioſo vel ſimili, qui non dicitur propriè inteſtatus. Secundo caſu locus ſit ſtatuto, etiam ad excluſionem matris, quia propriè dicitur deceſſiſſe abinteſtato, vel ſine teſtamẽto: quam diſtinctionem mediatus eſt Signor. homod. conſi. 6. Titius in infatali conſi. 101. infans. ſecuti ſunt Saly. in l. cum antiquioribus. §. fi. & ibi Fulg. C. de iure delibe. Fulg. conſi. 48. quidam P. condidit teſtamentum. col. 2. latiſſimè Alex. in d. l. generaliter. in princi. vbi Corn. in fin. videtur ſequi. idem Alex. conſi. 158. col. j. in lib. 6. conſi. 153. colum. 2. conſi. 211. col. j. lib. 7. Quarta opinio, quòd indiſtinctè ſiue ſtatutum loquatur per nomen inteſtatus, ſiue per aduerbium abinteſtato, non habet

habet

habet in locum in pupillo, furioso, & simili, quam tenet Alex. hic va
riando ab his quæ dixit in d.l.generaliter. & alibi idem tenet Alexan.
infra. lib.6.consi.79.puto.& lib.7.consi.168.col.3.& nouissimè om-
nium latissimè Lud.Goza.consi.35.& Deci.in præfatis consilijs hanc
sententiam reprobando dicit esse indubitatum, quòd statutum ha-
bet locum etiam in pupillo ad exclusionem matris quando loqui-
tur per verbum abintestato. tamen vbique Bal.in consilijs etiam in
statuto loquente si quis decesserit abintestato semper tenet matrem
non excludi à successione pupillari, vt Bald.in consi.232.impuberi.
lib.2.consi.141.quæritur an pupillus.lib.3.in nouis. quod est consil.
342.in veteri impressio. Brixiæ in consi.61.de iure communi.lib.4.in
nouis.quod est consi.58.lib.2.in antiquis.vbi rationem redditur dif-
ferentiæ pupilli & adulti.nam pupillus non potest prouidere matri,
quæ necessariò in omnem euentum excluderetur: sed adultus po-
test ei prouidere testando. vnde si non testetur videtur tacitè dispo-
nere secundùm iura loci. quam rationem sibi adscripserũt primum
Alex.in d.l.generaliter.& in suis consil.deinde Deci.in d.l.generali-
ter.& in suis consilijs. Et hæc 4.opin.in effectu recidit cum prima:
quia Petr.& sequaces nunquam aduerterunt ad illam verbalem di-
stinctionem. & etiam Bal.in d.consilijs non facit vim in ver.abinte-
stato.Sed præsupponit idem esse siue statutum loquatur de bonis in-
testati siue de bonis decedentis abintestato etiam ratio sua quæ est
multum apparens pariter vtroque casu militat prorsus: igitur reij-
cienda illa tertia opin. prout pulchrè refellitur per Zabar.d.consil.
111.& Soc.in d.consilijs: quia statuta: non censentur imposita verbis
cum respiciant effectus & non contentionem verborum. Cæterùm
secundùm opin. veram puto quia prima non fundatur nisi in d.l.j.
malè intellecta vt statim dicam & in quadã duritie & ratione quam
præcipuè tangit Bal. Prima verò in toto iure de hoc loquente funda
tur vbi semper dicuntur intestati etiam qui testari non potuissent,
Instit.de hæred.quæ abintest.in princ. & nominatim in pup.tex.in l.
fi.ver.si verò maritus. ff.qui pe.tut.vel cur.præter id quod satis aper
tè in verbis menteq; statuentium fundatur. Non obst.ratio Bal. & ꝙ
videtur durum matrem excludi: quia fateor sed non concludit hæc
ratio quia statutum eò non respicit sed fundatur in alia iusta ratio-
ne quæ est vt bona redeant vnde processerunt: quæ non habet locũ
siue contingat matrem sibi auiam vel materteram, vel aliam exclu-
di: vnde dato ꝙ sit aliqua durities quando contingit matrem exclu
di, non sequitur quin locus sit statuto, quod sufficit esse iustum in
genere suo. siue in generibus singulorum, licet durum videatur in
quodam singulari generum: vt per Bald.& alios in l.non dubium.C.
de legib.nec debet pupillus respectu eiusdem statuti quandoq; in-
testatus, vt circa matrem, quandoque alterius qualitatis censeri. mi-
nus obstat d.l.j. quia non dicit, quòd participium intestatus impor-
tet priuationem factionis actiuæ testamenti, quod etiam verum non
est: quia simplicem negationem testamenti important, vt patet ex ve
ra grammatica.& reliquo toto iure.& rectè tradit Poli.d.q.4. Alcia.
in d.l.intestatus. Poli.autem exponit verba non propriè d.l.j. idest,
superfluè. Ego vero puto exponenda, non propriè, idest, non appro-
priate seu non spiritualiter nec peculiariter, quia verbum intestatus
non tantum intra pupillaria decedenti, sed etiam adulto, & genera-
liter cuicunque personæ, siue sine testamento, vel cum testamento,
sed inualido decedenti competit. d.l.intestatus. Specialiter ergo &
appropriate seu peculiariter dicetur pupillus & similis persona in-
testabilis, non tamen ideo minus dicitur intestatus, vt probat.d.l.j.
quia testabilis & intestatus non differunt, nisi sicut species & genus:
ergo pupillus tam propriæ dicitur intestatus quàm propriæ species
in genere includitur.
b ¶De Imo.non reperio illud consi.inter consi.impressa.
c ¶Ang.sed idem Angel.consi.153.statuto communis Bur.vbi plenius
examinat contrarium tenet indistinctè, vt supra firmauimus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna relegationis vbi venit, an possit mitti procurator.*
3 *Bannitus cum bonorum publicatione deportato æquiparatur.*
8 *Bona simplicis banniti non sunt confiscanda.*
9 *Statutum de simplici non extenditur ad mixtum.*
13 *Statuti verba licet offendere vt mens seruetur.*
14 *Etiam, dictio, implicat.*
18 *Procurator non admittitur, licet absens deduci possit.*

CONSILIVM CXVI.

Animaduersis statutis de quibus in themate
fit mentio. Videtur prima con
sideratione dicendum esse Titium & Seium per procuratorẽ
comparere volentes, audiendos esse, esto quod possit contra
eos repertos culpabiles procedi ad bannum cum confiscatio-
ne bonorum secundùm formam statuti vltimi sub rubr.de his
1 qui frangendo aggeres. probatur. † nam de iure pro crimine
a pro quo venit imponenda pœna relegationis. [a] potest procu-
rator interuenire. l.1.§.1.ff.an per alium cau.appel.not.glo.in
l.seruum quoque.§.publicæ.ff.de publ.iudi.& in l.absentem.
ff.de pœ.& in c.veniens.de accu.& 2.q.6.c.si quando & ple-
nè per doct.in locis præalleg.¶Sed ita est quod bannitus ex for
b ma statuti videtur comparari relegato [b] & non deportato per
plurimas rationes, quas posuit Iaco. de Are. & alij in l.ex fa-
cto.ff.ad Trebel.& in l.pen.C.de hæred.instit.& in l.eius qui.
ff.de testam. & Bart.plenè in disputatione sua incip. Titius fi-
liusfam.¶Secundò, nam principalior ratio, quæ assignatur per
doct.in d.§.crimen.cum concord.supra alleg.& per alios in l.
reos.de accu.& per Spec.in tit.de procur. non possit interue-
nire in causa criminali ferenda est, ne sententia in causa cri-
minali ferenda esset elusoria contra l.si prætor. in princip. ff.
de iudic.cap.commissa. de electio.in 6. Sed si posset quis per
procuratorem comparere in causa criminali se absentaret, &
sententiam eluderet. ista autem ratio non vendicat sibi locum
in casu nostro. Quia etiam dato quòd per procuratorem com
paruit Titius & Seius: attamen posset imponi pœna à statuto
imposita, quamuis ipsi rei se absentarent: quia bannum & pu-
blicatio bonorum posset eodem modo imponi absenti & com
parenti per procuratorem, sicut & personaliter comparenti:
ergo cessante l.ratione. debet cessare iuris dispositio. l.adige-
re.§.quamuis.de iure patro.& in d.c.cum cessante.de appell.
¶Tertiò, nam contra Titium & Seium contumaces etiam pos
set procedi ad bannum & confiscationem bonorum ex forma
statutorum, quæ quasi vbique in ciuitatibus Italiæ vigere in-
spicimus cum statuta communiter dictent contumacem ha-
beri pro cõfesso, licet aliud sit de iure communi. l.diuus. la 2.
& ibi Dy.& Bar.ff.de custo.reor.& l.1.ff.de requiren.reis.Sed
* ita quod vbi in causa capitali potest procedi * contra contu-
macem ad condemnationem admittitur procurator, vbi aliàs
non admitteretur: vt consuluit Dyn.cum quo transit Cy.in l.
reos.in 3.q.C.de accu.& Iaco.de Are. in l.inter accusatorem.
ff.de publ.iudi.per d.l.seruum quoque.§.publicæ. & sequitur
Io.And.in addit.Spec.in tit.de procur.§.1.vers.item quod est
causa.& Io.de Imo.in præalleg.§.ad crimen. ¶Quartò facit id
quod not.Bal.in d.l.reos.in pen.q.vbi concludit, quòd si quis
est banniendus in pecunia, & talis bannitus ex forma statuti
impunè offendi potest, quod in tali causa potest quis per pro-
curatorem comparere. & idem Bald.sentit in l.data opera.in
27.col.in versi.super secundo dicto &c.C.de accusat. ¶Quin
tò per hoc quod not.Batt.in l.publicorum. ff.de publi.iudic.
vers.quæro vtrum excommunicatio &c. vbi dixit, quòd si per
statutum ciuitatis bannitus ad centum libras supra potest im
punè offendi, hæc pœna non censetur capitalis ex quo bannũ
& pœna illa non est perpetua.nam videtur tũc dicta pœna im
poni vt delictum purgetur & emendetur. & purgatur soluen-
do pœnam, sicut dicitur in sententia excommunicationis. ca.
1.de senten.excomm.lib.6.secundùm eum. ¶Sed ita est ꝙ ex
forma dicti statuti ille qui fregerit vel fregi fecerit aggeres, si
reficiat vel ruptum claudat proprijs expensis, de banno eximẽ
dus est: ergo sequitur ꝙ dicta pœna non debet censeri capita-
lis, & per consequens non videtur procurator à iudicio repel-
lendus.d.l.1.ff.an per alium causa appel.5.q.3.in criminalib.
etiam vbi bona publicanda venirent: quæ dictio implicat idẽ
* ius, si bona * non essent publicanda. l.& his.& l.fi.C.si tutor
vel curator inter l.2.C.de his qui veniam æta.impet.c.pen.de
re iud.& c.ad audientiam.de præscrip.c.fi.& sic videtur vel-
le iuncto versi.in alijs non &c. quod vbi imponenda est pœna
relegationis seu banni, siue veniant bona publicanda vel non
& siue in defectum pecuniariæ pœnæ veniret imponẽda cor-
poralis vel non procur.repelli non posset. ¶Sed præmissis non
obstantibus, contrariam sententiam de iure probabiliorem es
se puto infrascriptis. ¶Et primò quia intentando condictionẽ
dicti statuti positi sub rub. de his qui fregerunt aggeres quod
quidem est in ordine vltimum, & in proposito seruãdum est,
nec de hoc hæsitatur in ver.fertur, veniunt dicti accusati affi-
ciendi perpetuo banno & publicatione bonorum. quoniam
hæc pœna censetur capitalis & relegationis pœnam excedẽs:
2 quod ostenditur. ¶†Nam ex propria natura relegationis non
venit bonorum publicatio, nisi iudex ex causa pœnam auge-
ri velit.l.relegati. & l.relegatorum. §.hæc est differentia. ff.de
interdict.& relega.l.bona.ff.de iure fis. secus erit in pœna de-
portationis, & alijs pœnis capitalibus: quia eo ipso quod sunt
condemnati, venit ex natura condemnationis bonorum con-
fiscatio.l.3.si pen.appel.mors interuen.l.deportati.C.de bon.
proscri.

proscri.l.1.ff.de bo.dam. ergo cum in casu nostro veniat vnà cum banno bonorum publicatio. sequitur ꝙ excedit propriã naturam relegationis. ¶Ac ratione vulgaris glo. in §.relegati. Instit.quib.mo.ius patr.pot.solui.& gl.in c.domino.guerram
3 in prin.in tit.hic finitur. vbi dicit,†ꝙ bannitus accedente bo
c norum publicatione, non relegato: sed deportato [c] comparandus est, cui gl. inhæret.Spec. & Io.And.in addit.Spe.in tit.de instru.edi.§.compendiosæ.versic.quid de bannito.& in tit.de act.§.1.versi.item,ꝙ est bannitus, & Io.And.in addit.Spec.in tit.de accus.in 3.part.§.sequitur.in addit.magna. quæ incip. Odofre.in tit.de arbi.§.datur.versi.quid de bannito, & refert ibi Io.An.idem tenuisse Guid.de Suza.in l.pedius.ff.de arbit. per l.actionẽ.§.publicatione.ff.pro soc.l.1.§.fi.ff.de bon.poss. contra tab.& refert etiam Ioã.And.in præalle.§.compendiosè
4 super versi.2.opponitur ꝙ † Vbertus de Bobio tenebat perpetuò bannitum non posse hæredem institui, sicut nec deportatum & damnatum in metallum, allegat.l.2. ff.de his quæ pro non scriptis. & d.§.publicatione.secus dicebat in relegato.l.relegatorum.§.1. cum seq.de interdic.& relega. ¶Illi glo. etiã adhærent doct.in l. si quæramus. ff.de testa. & Iac.de Bel. in disput.incip.Sempronius & Titius inimici capitales.quam ponit.l.2.C. vt intra certum tempus.Bald.in l.seruum quoq;. §.publicæ. in 4.col.de procur.& Bal.in l.3.in vlt.col.C.si pendente appel.mors interue. & Bal.in l.corruptionem. idẽ quæ-
5 rit.†an per bannum perdatur vsusfructus. & concludit ꝙ aut bannum induxit maximam vel mediam capitis diminutionẽ: vt quia bannitus, bonis ademptis ab illo qui habet ius deportandi,& vsusfructus perditur,per d.l.corruptionẽ.& per not. in d.§.relegati. vnde si mediam inducit capitis diminutionẽ, sequitur quod censetur deportatus.l.fi. ff.de capi.diminu.Instit. eo.tit.§.minor autem.& hæc etiam fuit decisio Martini in
6 d.l.corruptionem. ¶†Idem etiam tenuit Hugo.de Fontana in sua disputat.incip.Duo adinuicem litigantes & ibi Ang.dicit non esse verum quod Fed.de Sen.reprehendit gl.in d.§.relegati.quia Fed.loquitur quando statutum disponebat procedi ad bannum & nullam faciebat mentionem de bonorum cõfiscatione: quo casu non venit confiscatio.in auth.bona damnatorum.C.de bon.dam. ¶Et dictam opi.approbat Ang.in præallega. disputatione vbi de hoc latius tetigi quàm aliquis alius, concludens quod banniti propter delictum qui non cõparendo habentur pro confessis ex forma statutorum Italiæ æquipararentur verè deportatis si bona publicantur: licet eis bellũ non indicatur,concedendo cuicunque potestatẽ offendendi: quia sicut deportati perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis: & tamen bellum eisdem non indicitur.l.si victum. ff.de re iud.l.si in metallum. ff.de his quæ pro non script.in auth.de incest.nupt.in prin.l.quidam sunt serui.ff.de pœn.& sic banniti perdunt beneficium ciuitatis suæ. si autem bellum eis indicitur vltra publicationem bonorum tunc secundùm eũ æquiparantur trãsfugis qui perdunt bona,& iura ciuitatis suæ:& efficiuntur hostes ciuitatis.l.3.§.transfugas.ff.de sicar.vbi autem banniũtur absq; publicatione bonorum æquiparantur secundùm eũ relegatis: qui à loco arcentur.l.in exilium. & l.relegatorum.§.
7 ad tempus.ff.de interdic.& relega.¶†Præterea dato quod talis bannitus non æquiparetur deportato, vt tenent plures in locis alleg.tamen cum omnes fatentur, ꝙ bannitus cum publicatione bonorum participat de vtroque.s.de relegato & deportato, à relegatione enim capit: quia à loco à quo bannitus est exulare debet sicut relegatus. l.relegati. ff.de pœn.à deportatione autem capit quia bona cõfiscantur sicut in deportato, & perdit iura ciuitatis suæ.l.amissione. §.qui deficiunt. de capi.dimin.& ꝙ participat de vtroq; tenuit Bart.& Bal.in l.eius qui. §.1.ff.de test.& Bal.in l. Gallus. §.& quid si tantum.de libe.& posth.& Ang.& Moder.in eadem l.in §.ille casus.& Bart.in l. 1.in 7.& 8.col.C.de hære.insti. & ibi etiam Rayn.& idem tenent omnes in d.§.ex facto. ¶Cum ergo bannitus isto casu afficiatur pœna maiori, quàm relegatus propter confiscationem bonorum. Sequitur ꝙ ea dicitur esse pœna supra relegationẽ, & per consequens de iure non debet procurator admitti. d.l. 1.an per alium causa app. ¶Confirmo,nam si bannitus isto casu participet de vtroq; : ergo statutum loquens de relegato & bannito,& sic de simplici non comprehendit casum mixtum,
8 scilicet quando quis est bannitus & bona confiscata : † Nam bona meri vel simplici bannitis non sunt confiscanda: etiam si sit bannitus vel condemnatus ad mortem: vt plenè declarat Bal.in l.data opera. in 17.col.in versic.sed quæritur si aliquis condemnatus. C.qui accu.& Bal.in l.2. C.qui testam.fa.poss. vbi hoc dicit esse not.dignum,& Bal.in l.3.in vlt.col. C.si pẽdente app.mors interue.& in l.eius qui.§.1. ff.de testa.& in c. 2.in princ.de pace tenen.& in d.l.1.in antepen.col. C.de hæred.instit. & ibi sentit Cy.in fi.& Ang.in d.disputat. & Pet.de Anch.in repet.c.canonum statuta.in ver.quæro vlterius si ali-
9 quid & c.de constit. ¶†Quòd autem statutum loquens in ca-
* su simplici * non extendatur ad casum mixtum, not. Bald.in l. omnes populi.in 12.col.de iust.& iur. vbi dicit quod si statutum disponit quod mulier non contrahat sine consensu propinquorum: non extenditur ad Hermafroditum: quia non est propriè mulier : sed homo mixtus, alleg.l.hoc legatum. ff.de leg.3.& sequitur Pet.de Anch.in d.c.canonum statuta.in ver. sed venio ad quartum membrum. bene facit l.vim passam.§. præscriptione.ff.de adul.& quæ not.doct.in l.2.in princ.ff.de verb.oblig.& in l.si ita scriptum.in princ.ff.de lib.& posth.& not.Ant.de Butr.in prooemio decre.in 7.col.¶Et idem Bal.in
10 l.hac consultissima.in 3.col.C.qui testa. †vbi voluit ꝙ statutum disponens quod in vltima voluntate requiratur certa solennitas non extendatur ad donationem causa mortis,quæ nõ est merè vltimæ voluntatis : sed habet mixturam cum vltima voluntate & contractu, vt plenè not.in l.fi. C. de donat.causa mor.& in l.1.in princ. ff.de dote præleg.& Instit.de donat.in princ.cum simili.& maximè vt dixi si statutum esset aliàs cõtra commune secundùm quod non admittitur procurator à relegatione supra. ¶Præterea etiam plurimi tenuerunt quod in pœna relegationis non admittitur procura, sed ista pœna banni vnà cum publicatione bonorum dicitur excedere pro-
11 priam naturam relegationis: † ergo debet statutum interpretari quantominus fieri potest vt ius commune non lædat. l.si serui.C.de noxal.cap. cum dilectus.de consuet. ¶Nec obstant verba statuti dum dicit etiam vbi bona publicanda non venirent: quia statim respondebo si dicamus quòd pœna confiscationis omnium bonorum hoc operatur. Nam vt dixit Bald.in
12 c.1.in princ.in 5.colum.de pace tenen.†habens in pœnis generale arbitrium potest arbitrari vsque ad mortem, iuxta noper glo.quam dicit singul.Instit.de iniur.§.in summa.& tamẽ non potest bona confiscare, vt l.1.C.ne sine iussu princi.licet certis iudic.confiscare. & ibi declarat Cy.& Bal.Azo in summa eiusdem tit. & facit quod not.glo.in authen.si dicatur.C. de test.& doct.in c.meminimus.de accus.cum sim.¶Præterea cum hac conclusione extat decisio statuti rectè intuenti in statuto sub rubri.qualiter & quando procurat.inducendo sic & per hanc inductionem patebit intellectus dicti statuti. ¶Quia respondeo ad vltimum argumentum super dicto statuto fundatum. † nam præsuppono quòd licet offendere verba statu-
13 ti,vt deseruiatur menti,vt cesset absonus intellectus. l.scire oportet.§.aliud.ff.de excus.tutor.l.non dubium.& ibi declarat Iaco.de Butr.Bar.Bald.post gl. C.de legi.in vers.amplexus.& l.ambigua.ff.de leg. & latissimè vltra omnes declarat Ang.in consi.67.incip.Maritus Ioannis de Florentia. & in cons.267. incip.Statutum communis Florentiæ qualiter cuilibet.& vna dictio sæpe ponitur pro alia, vt not.gl.in l.eis.ff.de condit.& demon.quæ dixit quod quælibet coniunctio prout est necesse potest poni pro alia.modo sic verba statuti prædicti sunt hęc, quoniam sequi deberet pœna mortis abscissio mẽbri aut corporis afflictiua,aut quæuis alia pœna corporalis seu capitalis, quæ supra relegationem sic intelligendo & accipiendo relegatum pro bannito vel confinato & vbi bona publicanda nõ venirent &c. ¶Nam pro certo mens statuentium non fuit quod
14 illa verba etiam vbi publicanda venirent. ¶†Nam de natura
d illius dictionis, etiam [d] est implicãda res: de qua fit maior vel saltem par dubitatio.patet in l.2.& in l.etiam.& in l.his.& in §.fin.C.etiam si tutor interue.l.illa verba.§.spurij.l.item dicimus.in princ.ff.de verb.sign.& l.etiam aureo.eod. tit.& l.extraneum.C.de hære.instit.c.2.de rescript.cum infinitis simil. ¶Sed si illa dictio etiam in proposito comprehenderet casum quando quis bannitus esset cum publicatione bonorum sequeretur quòd illa verba,etiam vbi bona publicanda non venirent , implicarent casum in quo minor erat dubitatio: imò in eo nulla erat illius dictionis etiam mentio , vt dixi. Nam certum est quod eo ipso quod statutũ disponebat in casu rele-

sa relegationis banni aut confinationis possit comparere per procuratorem comprehensus erat casus quando bona sunt cõ
15 fiscanda: † quia de natura relegationis vel banni non venit cõfiscatio: vt suprà probaui: ergo de illo casu non erat dubitatio, nec erat necessaria expressio: bene poterat esse dubitatio & non immerito. Quid si bona publicanda venirent. & hoc propter illam dubitationem. Et an bannitus cum publicatione bonorum æquipararetur deportato. & profectò si statuentes voluissent hunc casum comprehendere dixissent etiam si publicanda venirent. & ista erat congrua loquendi forma: postq̃ ergo non dixerunt, non est dicendum statuentes hoc voluisse quia expressissent, l. 1. §. sin autem ad deficientes, C. de cadu. tollē. capitu. ad audientiam. de decimis. expresserunt ergo illum casum de quo senserunt, scilicet quando bona publicanda non venirent. ¶Vnde cum esset dictus absonus intellectus: vt seruiamus menti statuentium, dico etiam in producto casu stabit, pro. & resultabit & congruet apertissimus sensus, q̃ erat talis quod in pœna relegationis possit comparere per procuratorem accipiendo relegatum pro bannito vel confinato. & sic vbi bona publicanda non venirent. & sic ista coniunctio, etiã stabit & pro coniunctione. vt dixit glo. in d. l. eos. & cũ de natura istius copulæ quando ponitur inter diuersas orationes requirit concursum vtriusque. l. si hæredi plures, ff. de condi. insti. l. si quis ita stipulatus fuerit 10. aureos. de verbo. obl. plenè in c. 2. de rescript. & in cle. in plerisque. de elect. & vide. l. si is qui ducenta, §. vtrum. de reb. dub. erunt necessariæ duæ copulatiuæ, ad hoc vt accusatus possit comparere per procuratorẽ, s. quod veniat imponenda pœna banni, vel abinde infra ꝙ non veniat bonorum publicatio. ¶ Et iste intellectus habet optimũ sensum & saporem, & etiam iuri communi consonum: & attẽto etiam ꝙ iste bannitus vetit æquiparãdus deportato. Pro quo velut capitali pœna afflicto non potest comparere procur. l. 2. ff. de publi. iud. l. 2. & l. capitalium, in prin. ff. de pe. iuncta d. l.
16 1. ff. an per alium ca. ap. cum concor. ¶† Nec enim absurdum est vnam dictionem stare pro alia, vt l. iubemus nulli, §. œconomus. in ver. imo. & ibi glo. C. de sac. san. ecc. l. si Titius fundus, ff. de vsufr. leg. l. fi. C. de codi. l. verbum amplius cum ibi not. ff. de verb. sig. l. sæpe, eo. ti. cum simi. Et secundum istum intellectum statutum expresse vult, ꝙ bannitus cum publicatione bonorum dicatur bannitus pœna excedente relegationem: & per consequens non possit comparere per procuratorem. etiã dicit apertè tex. cum gl. in c. ad absoluendum. de filijs presby. & in c. cum contingat. in ver. maximè. de fo. compe. & 18. dis. peruenit, & 11. q. 3. c. si quis episcopus, el 1. in verbo. maximè, & 16. q. 3. in c. 1. & in c. post translatio. ad fi. de renun. vbi dictio, maximè, quæ de sui natura est implicatiua, stat pro tantũ, l. qui se patris. vnde lib. l. si quis pro vxore, ff. de dona. inter vir. & vxo. c. quoniam, §. porrò. vt lit. non contest. C. de dila. l. 1. ne resultet correctio iurium, vel absonus intellectus stat pro tantum. Vnde ita accipiendo in proposito etiam pro dictione, tm̃ ne corrigatur ius cõmune: & ne sequatur illud absonum ꝙ dictio etiam implicet casum de quo dubitatio nulla vel minor erat: sequitur quod bannitus æquiparabitur relegato. nam quãdo banniti bona veniunt publicanda, cum sit supra relegationem, non poterit comparere procurator. ¶Attento maximè q̃d pœna, de qua in casu nostro, dicitur pœna capi. accipiendo capitaliter eodem modo, quo accipitur in hoc statuto: vt ostendam. ¶Respondeo ad quintum argumentum. contrariæ partis possent etiam illa verba, etiam bona publicanda non veniunt, referri vt cadant post illa verba videlicet, quæ suprà relegationem sit: post quæ verba sequuntur illa videlicet, etiam si bona publicanda non veniunt, intelligendo & accipiẽdo relegatum pro bannito confinato &c. ¶Nec est absurdum hanc responsionem fieri cum eam persepe in legibus fieri videamus, vt congruus habeatur intellectus, l. Gallus, §. etiam. de liber. & posth. & l. diuortio. & ibi glo. 1. in fi. ff. solu. matr. cum si. ¶Et secundum istum intellectum est sensus, quod non admittatur procur. vbi venit imponenda pœna mortis vel abscissionis mẽbri, vel corporis afflictiua, aut quæuis alia pœna corporalis vel capitalis, quæ sit supra relegationem: & si bona non veniunt publicanda, nihil imputaret nisi inferri dicamus accipiendo pro relegato bannitum vel confinatum, & sic vult statutum quod vbi veniret imponenda pœna abscissionis mẽbri, vel afflictionis corporis, vel alia pœna capitalis. quamuis non veniret publicatio bonorum, tamen repellatur procurator. multæ enim pœnæ sunt ex prædictis, maximè hodie, quæ secum nõ adimũt bonorum publicationem: vt in auth. bona damnatorum, C. de bonis damna. vnde secundum intellectum resultat congruus sensus: & effectus iste, videlicet ꝙ in princ. dicti statuti vsque ad ver. in alijs est prouisum, in quibus casibus non possit comparere procura. & est prouisum ꝙ bannum simplex æquipolleat relegationi: pro qua potest interuenire procu. sed in banno cum publicatione bonorum statutum non prouideret expresse. Vnde æquiparetur deportationi non possit negare, qui sit s. relegationem, si non admittitur de iure cõi procura. vt s. probaui. ¶Restat ad allegata in ꝯrium rñdere: licet satis pateat rñsio ex superius dictis. ¶ Nã ad id q̃d dicebatur ꝙ in causa in qua venit imponenda relegationis pœna potest procu. admitti quod statutum æquiparat bannitum relegato. ¶Quia respõdeo quod omitto quid iuris sit de iure communi in pœna relegationis: in quo variæ fuerunt opinio. circa quod insistere nõ expedit. ¶Postquam statutum non disponit ꝙ in causa relegationis admittatur procurator, tamen in proposito statutum loquitur quando veniebant publicanda, vbi ergo venit publicatio bonorum statutum apertè vult ꝙ ista sit pœna supra relegationem, in quo non admittitur procurator: declarando & inducendo statutum prout supra proximè dixi. & saltem à contra-
17 rio sensu in statutis: † vbi ergo statutum nihil operaretur, tũc videtur esse de mente statuentium, & habetur pro deciso id q̃d à contrario sensu resultat: vt no. Bal. in l. conuenticulam, in 1. col. in versi. super hac materia &c. de epis. & cle. vbi refert Cy. ita consuluisse. & Bal. & Ang. & clarius Io. de Imol. in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. vbi pro hoc etiam alleg. in simili, per quod Bar. in l. 4. §. cum prætor. de dam. infec. in ver. quid si statutum. & Pet. de Anch. in c. canonum statuta de consti. in 10. charta. & est de mente Io. An. in addi. Spec. in rub. de success. abintest. in 2. col. cum se. & clarè Paul. de Cast. in consi. 237. incip. In Christi nomine, præsens casus. & Ludo. de Roma. in d. l. si cum dotem. vbi pro hoc inducit no. per gl. sing. secundũ cum in l. nulla. in fi. de epis. & cler. ¶ Si enim statutum, vt declaraui, vult ꝙ in pœnis relegationis possit procurator comparere: & ꝙ pro relegato habeatur bannitus vel confirmatus, & hoc vbi bona non venirẽt publicanda, nihil importaret nisi inferri dicamus ꝙ ubi bona uenirent publicanda, non habeatur pro relegatione, præsertim quia etiam iure communi habemus ꝙ bannitus talis æquiparatur relegato, ut in d. §. relegati. cum concordan. de quo supra & sic statutum in hoc non produceret nouum effectum, sicut daclarat Bald. & alij in d. l. conuenticulam. & in d. l. si cum dotem. hoc etiam clarius resultaret si accipiamus illam dictionem, etiam, pro tantum ut dixi, quo casu est taxatio, l. 1. C. de bo. quę lib. l. illã, C. de colla. l. fi. C. communia prædio. Vel etiam posito quod ille casus esset omissus à statuto, non debet iure communi admitti procurator cum ista pœna sit à relegatione supra, ut suprà est ostensum. ¶Non ob. secundum argu. quia respondeo quod imo etiã quando pœna potest imponi absenti. seu quando sententia nõ est futura elusoria: non per hoc admittitur procurator: ut dicam statim respondendo ad 3. arg. Item respondeo quod in dicto statuto sub rubrica, qualiter & quando procurator &c. est decisus casus iuris, ut probaui. Et ita etiam posset responderi
18 ad tertium argu. ad quod etiam aliter respondeo. † Quinimo magis est communis opi. & communis est seruanda in contrarium. s. quod imo quando procedi potest ad cõdemnationem
e contra absentem, nõ admittatur procurator.[e] hoc enim tenuit Ray. in d. l. reos. & ibidem Bald. in 8. co. in uer. quæritur quod absunt. &c. Idem tenet ibi Sal. in 2. q. idem sequitur ibi Fulg. idem tenet Bar. in d. §. ad crimen in 5. col. per illum tex. in d. l. 1. ff. an per ali. causæ inducendo ut ibi per eum: & idem Bart. in extrauaganti ad reprimendum. in uersi. legitimè, & probat hoc esse de mente statuti disponentis ꝙ contumax habeatur pro confesso, & possit damnari ut confessus. Nam si posset cũparere per procuratorem nunquã esset contumax, & sic nunquam haberetur pro confesso. idem tenuit Ant. de But. in c. ueniens. de accusa. idem tenet Bal. in l. seruum quoq;. §. publicè. in pe. col. & idem tenet ibi Ange. post Barr. ibidem, & dicunt omnes de facto seruari: quod pluri b. approbant rationib. quæ breuitatis causa omitto. ¶Sed principale fundamentũ uidetur in d. l. 1. ff. an per alium causa app. inita. l. fi. §. illud. C. de tempo.

po.appell.& respondet ad text.in d.§.publicæ. q̄ loquitur in defensore sine mandato volente ostendere & probare de innocentia: vt in tex.ibi,in vers.quibuscunque.& in ver.quamuis. ¶Pro ista opin.etiam adducit Saly.in d.l.reos.nam videmus q̄ quando quis est carceratus pro crimine capitali,potest perueniri ad diffinitiuam,& sententia non est futura elusoria, & tamen non potest procurator comparere. & subtiliter probatur in d.l.1.ff.an per alium . qui text.prohibet procuratorem admitti in causa capitali,etiam in iudicio causę appellationis: & si præsupponit q̄ ibi lata sententia fuerit contra præsentem & carceratum,aliàs non potuissent damnari in causa principali. l.absentem.ff.de pœn.l.1.ff.de requir.reis.iuncta l.2. ff.de custod.reor. quod pro carcerato non possit procurator comparere,tenuit etiam Rich.Sal.Ang.& Paul.de Cast.in d.§.publicæ.& Ant.de But.& Flor.& Abb.in d.c.veniens. & Bal.& Angel.in d.§.publicæ.& Bal.in d.l.reos.in 7.col,maximè quò ad litis contest.vt ipsi dicunt. & Ioã.And.in addit.Spec.in tit.de procur.in versi.quod est causa criminalis, licet aliqui teneant contrarium.sed minus bene. ¶Ergo licet contra absentem possit perueniri ad diffinitiuam,nec pœna sit futura elusoria : tamen non poterit admitti procurator. est ratio secundùm Saly. in d.l.reos.in 2.& 3.q.quia natura procuratoris est non interueniente collusione eius confessio,factum, vel commissum p̄iudicet domino.ca.2.de confess.in 6.ideo.l.in casu sanguinis magni præiudicij noluit procuratorem admittere . ¶Item qñ reus est absens, & potest damnari, militat ratio vna ex illis quam ponit Bar.in §.ad crimen.in princ.quare procurator nõ admittatur in criminalibus: quia in causis tam grauis præiudicij verosimile est quòd princeps diligentius causam suam defendit.l.1.in fi.ff.de carbo.edi.sufficit ergo quod vna ex rationibus.l.firma maneat. l.si verò lex. de hære.instit.de nupt. §.affinitatis.not.in l.si ventre.§.in bonis. ff.de priuil.credi.& in l.liberorum.§.1.ff.de his qui not.infam. ¶Ad quartum argumentum respondeo quod in statuto sub rubrica qualiter & quando procura. & ibi est casus contra dictos accusatores inducendo,vt supra,& quia Bal.in d.l.reos.in 3.q.non loquitur quando omnia bona videbantur publicanda: nam tunc dicitur pœna à relegatione,supra vt est probatum. ¶Non ob.quintum argumentum, quia vltra prædicta respondeo quod statutum sub rubr.qualiter & quando accipit pœnam capitalem, multum largè patet: quia statutum intelligit quod pœna relegationis sit capitalis : patet dũ dixit aut quæuis alia pœna capitalis, aut corporalis quæ supra relegationem sit&c. Nam si statutum non habuisset pœnam relegationis pro capitali, non oporteba illa verba subiungere,videlicet quæ supra relegationem sit.l.2.ff.de publ.iud.l.capitalium.in princ.ff.de pœ.& l.

19 1.ff.an per alium causa app. ¶†Vnde statutum assumpsit pœnam capitalem multum largè: secundùm quam largam significationem etiam de iure communi relegatio dicitur pœna capitalis.l.licet capitales.de verb.signi.iuncta l.cognitionum.§.æstimationem.ver.sicuti cum regula.&c. ff.de varijs & extraordin.cogi. patet etiam quia statutum repellit procuratorem, vbi veniret imponenda pœna fustigationis: ibi dum statutum dicit aut corporis afflictiua, & tamen talis pœna non dicitur capitalis.d.l.capitalium.in princ.vnde dato quòd dicta pœna quæ venit imponenda dictis accusatis non esset capitalis strictè sumendo: tamen largè,prout accipitur statutum,est capilis cum sit supra simplicem relegationem, vel bannũ simplex. ¶Præterea etiam contra Bar.in d.l.2.ff.de publ.iudi.in 2.col. ver.quæro vtrum excommu.in fi.tenuerunt Ange.& Ioan.de Imo.ibidem, quia sufficit pœnam posse esse perpetuam.argu. l.sufficit.ff.de condi.indeb. Nam poterit esse quòd nunquam reficeret aggerem:quia responsum est ad argum. Bar.de exceptione:quia saltem in mortis articulo potest quilibet absolui. 17.q.4.si quis suadente.& not.in c.pastoralis.§.1.de offic.ordin.quod non contingit in bannito : quia de banno exire non potest nisi aggerem reficeret. ¶Ad vltimum de statuto respondeo, q̄ imò statutum decidit casum in specie cõtra dictos accusatos. ¶Sed magis probabilem intellectum, vt supra contra accusatos latius deduxi. Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶Relegationis. Contrarium semper mihi visum est verba. d.l.j.in clusiue accipienda quæ est propriè sermonis ratio quod etiam natura rei exigit,quid sit pœna corporalis,nec rectè potest de huiusmodi causis cognosci nisi in præsentem cùm sint testimonia & indicia coram exploranda & ita obseruatur.Quod autem putat Rota decisio.201.licet in causa sub tit.de procur. in nouis hoc non procedere postquam reus est captus & carceratus , falsum & ineptum est. quod enim iura volunt in his reum dicere causam in vinculis non est propter vincula,sed pro cognitione causæ & executione sententiæ;vt dicere causam per seipsum & in eum sententia exequi possit, fateor quòd gesta cum procuratore , valent in præiudicium rei , vt not.Roma.consi.215.sed non tenetur iudex admittere sed tanquam

* in contumacem procedere vt quotidie obseruatur. * Vide plenè de istis,quando procurator interuenire possit in criminalibus. Feli. in c.meminimus.de accusat.col.4.Ange.Aret.in tract.malefic.super gl.Qui dominus iudex videns,& cognoscens. Natta.

b ¶Relegato. Supra consi.26.lib.j. Curt.Sen.consil.59.col. 10.Et quòd non perdat nisi iura municipalia non autem iuris communis doct. omnes.l.j.C.de hæred.instit.l.eius qui.§.j.ff.de test.Bal.l.Gallus.§.& quid si tantum.col.pen.ff.de libe.& posth.consi.25.lib.4.Anch.consi. 275.consi.287.Paul.consi.56.lib.j.Corn.consil.55.col.3.lib.2. Curt. d.consi.59.latè Ias.consi.166.cum seq.lib.2.consil.144.lib.j. Francis. Rip.repet.l.si.q.23.C.de reuoc.donat.

* Procedi.]In casu statuti,quòd contumax habeatur pro cõfesso procurator admittitur.Franc.Are.consi.146.Ias.in l.2.C.qui testam.fac. poss.Sed Alex.infra col.penul.tenet appositum quòd non admittatur procurator , sed defensor sine mandato ad ostendendam Innocentiam inquisiti.Quam opinionem amplectitur etiam Hipp.in practi. sua crimin.§.sequitur modò,vbi latè de materia. Et admittitur procurator , & quilibet ad allegandum exceptionem incompetentiæ, Gram.consi.1.nu.39.posito post decisiones. & ibidem.nu.45. Natta.

* Si bona.]Dictio,etiam,implicat ea,in quibus non est eadem seu tam potens ratio.Dec.consi.466.nu.17.Alex.consi.23.col.penul.lib.5.Et repetit qualitatem præcedentium in sequenti.& è contra Are.consi. 67.col.2.versi.ex quo videretur &c. Natta.

c ¶Deportato.And.Isern.c.j.hic fi.l.deinde consu.col.j.Paul.Alex.l.ex facto.ff.ad Trebel.Benedict.repet.c.Raynutius.vers.in eodem testamento.reling.j.nu.140.cum seq.tangit remissiuè, And.Tiraq.in con

* suet.Pict.tit.retract.§.gl.9.nu.28.dixi in consuet.Paris.§.198. * Vide Curt.Iun.concordantem opiniones consi.182.col.3. Natta.

* Simplici.]Idem dicit Alex.in rubr.C.de iudi. Natta.

d ¶Etiam Bald.consi.209.illa verb.lib.3.in nouis. quod est consi.409. lib.j.in impressis.Brixiæ.Gemin.consi.65.nu.8.

e ¶Procurator.Scilicet tanquam rei curator,sed tanquam quilibet ad eum vel innocentiam eius defendendam admitti debet indistinctè. l.seruum quoque.§.publicè. quem ita intelligo de procur. cæterum etiam tanquam procurator admittitur etiam vbi pœna relegationis vel maior imminet non ad allegandas causas causæ,sed ad excusandam absentiam vel contumaciam.l.pen.in fi.ff.de publ.iud.l.j. ff.an per alium causa app.vt tangit Bart.consi.c.à domino.Cyn.in fi.adde Corn.consi.fi.lib.3.consi.121.lib.4.Sign.de Homod.consi.169.Dec. consi.429.Hippo.de Marsi.in pract.§.sequitur.

SVMMARIVM.

2 *Proprietatis narratio in possessorio non ampliat libellum.*
3 *Petitorium & possessorium recuperandæ annullari possunt.*
4 *Effectus.c.reintegranda.*

CONSILIVM CXVII.

Viso processu inter magistrum Ioãnem de Fabris agentem , & magistrũ Leonardum Ferreum se defendentem,& visis quæ solenniter allegata sunt per aduocatum actoris. Omissis hincinde multis capiendo substantialia & principalia fundamenta breuiter concludam in fauorem actoris.¶Ad quod fundamentum præsuppono q̄ in libello intentatum possessorium recuperandæ patet ex narratione: dicit q̄ sine facto & culpa sua cecidit agens à possessione sua, & q̄ immittendus est in tenutam & possessionem dictæ domus , quæ indebitè venit ad dictum magistrum

1 Leonardum. ¶†Vnde ex dicto medio concludendo colligitur quod remedium sit intentatum,vt not.Bar.& docto.in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pet.& in l.si prius.in 5.oppo.secundæ partis.ff.de ope.noui nunc.& Ange.in reper.l.naturaliter. §.nil commune.de acq.poss.ad fin. ¶Hoc clarius colligitur ex conclusione libelli facta per actoré. in qua concludit se reintegrari ad tenutã & possessioné domus ergo nõ egit in petitorio q̄a in petitorio non concludit ad restõnem possessionis: vt no. Spec.& Io.And.in tit.de restit.spol.§.1.versi.& not. & ver.sequen.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de accus.& pe.in §.sequitur.vers.sed quam vocas.& Io.And.in c.cũ ad sedem.de restit. spol.& Bal.in l.pen.C.de sent.quæ sine cer.quant. & idem tenet Archi.3.q.1.reintegranda.& Feder.de Sen.in consil.283. incip. Consilium latum per dominum Franciscum de campo regio. Nam aliud est res,& aliud est possessio.l.si duo.§.fin. ff. vti

vti possid.l.qui restituere. & l.officium.ff.de rei vendi. ¶Et li-
* cet in libello sit facta mentio proprietatis:* tamen nõ ampliat
vires libelli in possessorio. c.fi.de iud. & ibi dicit Ant.de But.
3 notab. 5.† ꝙ narratio proprietatis in libello nõ vitiat libellum
in possessorio, nec ampliat vires libelli vt proprietas deducta
videatur: quia attenditur semper medium concludendi secũ-
dùm eum. & idem tex.in c.ex parte.de foro compet. & ibi si-
militer hoc idem sentit Ant.de But.in 5.& 6.notab. ¶Ad hoc
bene facit quod not.Innoc.Host.Io.And.in ca.cum dilectus.
de ordine cog.vbi dicunt ꝙ si plura narrata sunt in libello, &
postea subdatur clausula generalis videlicet super quibus om
nibus & singulis peto iustitiam ministrari &c. quod talis con
clusio est apta plures actiones comprehendere & fiat tunc cõ
demnatio, secundùm illam actionem quæ minus continet, ar
gum.l.semper in stipulationibus.& l.fauorabiliores.ff.de reg.
iur. & in c.inter dilectos. de fide instru.nisi ex probationibus
factis in iudicio, vel expressa decleratione actoris appareat ꝙ
prosequi voluerit actor.arg.l.si quis intentione. & l.solemus.
ff.de iud.& idem not.Spec.in tit.de lit.contest.§.nunc viden-
dum.versi.sed cum ex his. per Bald.in l.edita.in vtraque rep.
C.de eden.& Ang.in l.fin. C.de anna.except.& per Anton.de
But.in c.examinata.de iud. sed ista conclusio generaliter fuit
apposita in primo libello, & debet sententiari sententiari su-
per possessorio quod est minoris præiudicij, quàm sit petito-
rium.l.1. C.si de momen.poss.l.nomen. C.vnde vi.c.cum di-
lectus.de causa poss.& maximè cum actor hoc expresse decla
3 rauerit. ¶†Quinimò dato, ꝙ vtrunque scilicet petitorium &
possessorium recuperandæ esset simul deductum in eodem li-
bello procederet libellus quia non habent adinuicẽ repugnan
tiam.l.cum fundum.§.fi.de vi & vi arma. c.pastoralis.de cau.
poss.& proprieta.not.doct.in l.naturaliter. §.nihil commune.
& in l.ordinarij.de rei vend.& in l.incerti.C.de interdi. ¶Et si
constat de possessorio debet prius super illo iudicari.secundũ
Cy.in d.l.incerti. & Innoc.in c.subortta. de re iud.& not.Bar.
in d.§.nihil commune.in pen.q.& not.in c.2.de causa poss.&
not.Io.And.in d.c.pastoralis.in pen.gl. ¶Sed in proposito pro
batum est per actorem saltem de possessione & constat ex de-
positionibus multorum testium hoc affirmantium: ergo sem-
per in possessorio potest ferri sententia, & sic patet ꝙ libellus
ipse procedebat & non continebat contrarias vel incompati-
biles actiones. ¶Et ex forma narrationis patet ꝙ fuit intentatũ
ad possessionem recuperandam remedium ex c.reintegranda.
3.q.1.in qua obtinet quicunque qui probet se possedisse & si-
ne culpa cecidisse à possessione dato etiam ꝙ res sine vitio ali-
quo peruenisset ad illum contra quem agitur secundùm Inno.
& alios in c.sæpe. de restit.spol. & in c.cum ad sedem.vbi hoc
not.Host.& magis communiter alij.eo.tit. & Inno.in c.quere
lam.de elect. & habet locum remedium etiam pro rebus quæ
sunt priuatorum & non ecclesiæ vel clericorum, secundùm
do.Ant.de But.& Abb.in d.c.cum ad sedem.& Bar.in l. si co-
loni.C.de agric.& censi.lib.11. & Lud.Rom.in l.rem quæ no
bis.de acq.poss. ¶Plus dicit Anto.de But.in d.c.sæpe. ꝙ reme-
a dium inductum ex illo canone competit contra possidentem
cum tit.[a] & idem tenet Io.Cald.in præalleg. c.cum ad sedem.
& do.Abb.in c.si diligenti. de præscript. & Roma.in d.l.rem
4 quæ nobis. ¶†Et non mirum, quia exceptio dominij opponen
tis vel alterius non obstat agenti tali remedio ex canone rein-
tegranda.vt sentit Innoc.in d.c.sæpe. & ibi hoc apertissimè af
firmat Ant.de But.in vlt.col. vbi etiam ad hoc allegat not.per
Innoc.in c.per electionem.de concess.præb. vbi tenuit Innoc.
ꝙ agenti remedio.d.l.coloni.non obstat exceptio dominij: &
* competit remedium d.c.reintegranda.dicto magistro Ioanni,
etiam si mala fide possedisset,* vt firmat Ant.de But.in d.c.sæ-
pe.in pen.col.dum quærit in quibus remedium.d.l.si coloni.
& per hoc, & per text.in d.ca.reintegranda.qui indistinctè lo-
quitur.facit tex.in c.in literis.de restit.spol.& idem dicit Ro-
man.in præalleg.l.rem quæ nobis.Potest etiam intelligi inten
tatum remedium d.l.si coloni.& condictio.l.si nulla.cum ibi
not.per Pet.& Cyn.C.de acq.poss.quia cum appareat de anti-
quiori possessione domini Ioannis possessio sua præsumitur iu
sta & cum bona fide, quò ad magistrum Leonardum vt decla-
rat Bar.in l.Celsus.in versi.sed qualiter probatur, dum quærit
qualiter probatur bona fides.ff.de vsucap.& not.etiam Bar.in
l.fi.in fi.per illum text.& ibi sequitur Sali. C.vnde vi.& sequi-
tur Ant.de Butr.in d.c.si diligenti.de præscri. & Ang.in l.su-
per long.C.de præscrip.long.temp. & Bal.in repet.l.1.in 10.
5 col.C.vnde vi. ¶† Et possessio magistri Leonardi, quæ est iu-
b nior[b] possessio præsumitur in dubio vitiosa & clandestina.c.
licet causam. de probat.not.doct.in l.1. C.depo.& Bar.in l.si
duo.in princ.ff.eo.tit.cum sim. ¶Ergo habent locum dicta re-
media contra dictum magistrum Leonardum, vt etiam not.
Bar.in d.l.si coloni.qui dixit, quòd etiam videtur habere locũ
actio triticaria, & condictio.l.si me & Titium.ff.si cert.petat.
¶Potest etiam censeri intentatum per eandem rationem reme
dium.l.cum quærebatur.iunctis ibi nota.per Bart.C.vnde vi.
Restat nunc videre an probata sint ea quæ sufficiant ad obti-
nendam sententiam condemnatoriam & certè sic. ¶Nam pro-
batum est ꝙ magister Ioan. possedit per instrumentum dona-
tionis, in quo est constitutum in quo transfertur in eum pos-
sessio.l.quòd meo.in princ.& ibi Bart.in l.interdum.ff.de ac-
quir.poss.& in c.cum venisset.& ibi doct.de restit.spol. ¶Item
probatur primò translatio possessionis in Ioannem per reser-
uationem vsusfruct. & prout in dicto instrumento cõtinetur
l.quisquis.& l.si quis argentum. §.sed si quis. versi.sed si qui-
6 dem in omnibus.C.de donat. ¶†Item probatur per plures te-
stes & etiam dato ꝙ essent singulares tamen probauit de iure
* possessionem* vt est gl.notab.& ibi doct.in l.ob carmen. §.fi.
ff.de test.& Innocen.in c.qualiter & quando. el 1.de accus.&
Spec.in tit.de testi.§.ante.versi.quid si plures. & Io.And.in c.
1.de arbit.lib.6.in nouella.& Pau.de Leaz.in disput.incipien
te contra instrumentum debiti.& Bal.in l.1.C.de testa. & Mo
der.in d.l.inter pares.cum sim.ff.de re iud. ¶Restat videre an
sit probatũ ꝙ de præsenti possideat seu detineat magister Leo-
nardus, vel eius procurator, dico ꝙ sic. patet primò quòd ma-
gister Leonardus vel eius procurator respondendo interroga-
tioni factæ an possideat, respondit se possidere. & licet dixerit
quòd hoc faciebat si & quatenus ageret petitione hæreditatis.
dico quòd hoc non obstat quòd si nunc velit magister Leonar
dus dicere, ego non possideo, non esset audiendus tanquam
contrarius.l.1.C.de fur.c.solicitudinem. de appel.& l.pen.§.
1.quando app.sit. Possidere enim & non possidere sunt con-
traria. & possidere & non possidere non dependet ab animo
agenti: sed ab apprehensione possessionis. l.3.in princip.& l.
quemadmodum.ff.de acq.poss. ¶Probatur etiam hoc ex dicta
confessione ipsius magistri Leonardi, quæ resultat ex positio-
nibus per eum productis die 18.Februarij, maximè in positio
ne incipiente, Item quòd ipsa domina Ioanna ante eius mortẽ
& circa. Nec prædictis obst.si opponatur ꝙ d.Ioanna vel ma-
7 gister Ioannes non sit dominus dictæ domus: † quia respon-
deo quòd talis exceptio dominij non obstat agenti condictio-
ne ex l.si coloni.de agri.& censi.lib.11. vt not.Innoc. in d.ca.
post electionem. ¶Nec etiam obstat agenti ex canone reinte-
granda.vt firmat Ant.de But.in d.c.sæpe.ad fin. & dictum est
superius. ex quibus breuis & clara infertur conclusio quòd
partes tantum domini iudicare debentis sunt in pronuncian-
do dictum magistrum Ioannem restituendum & reintegran-
dum esse in possessione dictæ domus, & in condemnando di-
ctum magistrum Leonardum ad restituendum possessionem
domus prædictæ. Alex.

ADDITIONES.

* Proprietatis.] Idem latius tenet Dec.consi.136.in princ.de quo etiã Alex.scribit consi.192.col.pen.infra eod.lib. Natta.

a ¶Cum tit.Infra lib.3.consi.6.

* Possedisset.] Competit illud remedium etiam malæ fidei possessori, de quo per Soc.in d.l.rem quæ nobis. Natta.

b ¶Iunior.Supra lib.j.consi.110.num.j.

* De iure possessionem.] Vide Rui.consi.44.lib.4.vbi declarat quomodo probetur possessio per testes singul. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c.reintegranda.non datur contra titu. possidentem. nume.7.*
2 *Possessio antiquior non prodest si posterior est titulata.nu.8.*
3 *Clandestinitas non est vitium reale.*
4 *Ignorantia non est tollerabilis in facto proprio.*
5 *Ignorantia probabilis tantum probatur per iuramentum.*
6 *Possessio debet esse conformis.*
16 *Onus probandi præsentiã spectat ad allegantem præscriptionẽ.*

Testes

17 *Testes debent concordare de eodem initio & fine temporis.*
19 *Locatio nō probat possessionem, nisi etiam sit solutio mercedis.*

CONSILIVM CXVIII.

In causa & lite vertente inter Antonium agentem & Seuerinum de Corrolarijs, seu Ioannem Re
gulotum eius actorem se defendentes: quia causa coram do-
ctissimo & integerrimo iudicāte versatur. Omissis superfluis
ad substantialia condescendam. ¶Et causam diuido in duo
principalia membra: quia aut Antonius vult obtinere ex capi
te possessorio. aut ex capite petitorio. Circa primum ꝙ in pos-
sessorio non possit obtinere ostendo, quia agit possessorio recu
perandæ remedio. ca. reintegranda. 3. q. 1. vel aliud simile. sed
illud est magis priuilegiatum pro actore, & ideo capio illud
1 & † dico ꝙ tale remedium non datur contra titulo possiden-
* tem,* nisi res esset vitiosa vel violenta, vel furtiua. ita decidit
apertè Bar. & Ang. l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & cum eis
transit Io. de Imo. idem tenet Bar. in l. fi. §. sed cum. in l. 2. C. de
fur. & Nicol. de Matar. & Bal. in l. 2. C. de fur. & Ang. in l. siue
autem. §. si duobus. ff. de publicia. & Ang. in l. si coloni. C. de
agri. & censi. lib. 10. vbi pro hoc etiam allegat not. per Specu.
in tit. de petito. & poss. vers. quòd si peto. idem firmat Ange. in
consi. 114. incipiēte, In Christi nomine dictus libellus, in con
si. 1390. incipiente, In quæstione prædicta. Pau. de Cast. in l. &
ideo. §. Neratius. ff. de condi. fur. per rationem. l. siue autem. §.
si duobus. ff. de publicia. quia etiam si agens haberet titulum,
& cecidisset à possessione quæ peruenisset ad alium cum titu-
lo & bona fide, excluderetur agens etiam si reus habuisset titu
lum à non domino propter titulum & præsumptam bonam
fidem rei cohærentem: vt præalleg. §. si duobus. ¶Nec obstat si
quis diceret ꝙ ista opinio nō sit vera: quia saltem respectu an-
tiquioris possessionis, debet agens præferri: quia illa antiquior
præsumitur iustior. ca. licet causam. de probat. & per hanc ra-
tionem Ant. de But. in c. sæpe. de resti. spol. tenebat cōtra Bart.
2 †Quia respondeo ꝙ ista non est bona responsio ad dictum §. si
duobus. quia ille text. intelligitur etiam quando agens Publi-
ciana fuerit antiquior possessor aliàs frustra quæreret an com-
peteret ei Publiciana, quæ non competit nisi ei cui tradita est
possessio vacua, & sic à nemine occupata vt probat Cy. in l. cū
res. & ibi etiam Bal. C. de probat. Io. And. in addi. Spec. in tit.
de causa poss. & propriet. §. nunc videndum. in addit. quæ in-
cipit. De hoc est &c. & Barto. d. l. cum res. & ibi se remittit ad
not. per Cy. in l. Celsus. ff. de vsucap. in versi. procedo & quæ-
ro. vbi hoc decidit esse verum quò ad vsucapionem. & idem
est in publiciana quod in vsucapione: quia à pari procedunt.
l. eum qui. in princ. & l. siue autem. §. hæc actio. ff. de publicia.
¶Præterea expresè tex. in d. §. si duobus. vult quòd non atten-
datur cui prius res tradita sit, quando à duobus diuersis res
tradita sit. ¶Non obst. d. c. licet causam. quia ibi reus non pro-
bat de titulo secus in casu nostro ideo debet reus obtinere. d.
§. si duobus. ¶Item respondeo, ꝙ opinio Ant. de But. fundatur
per d. ca. licet causam. cuius dictum procedere potest si actor
capitulasset ꝙ reus possidet clam, respectu antiquioris posses-
sionis ipsius actoris, aliàs non ita singulariter voluit Bart. in l.
si de eo. §. fi. de acq. pos. & hoc ibi clarius ponderat Io. de Imo.
& Paul. de Cast. per rationem Bart. ibi quod reputant notandū
pro limitatione. d. c. licet causam. sed istud non est capitulatū:
ergo &c. item vbi esset res vitiosa, vt dixi procederet opin. con
traria: quia tunc titulus possidentis non suffragatur. d. l. siue.
§. hæc actio. ista autem res non est vitiosa. ¶Et dato ꝙ allega-
retur ꝙ author Seuerij possedit clam respectu possessionis An
tonij, respondeo primò, ꝙ hoc non est verū quòd imò author
Seuerij possedit bona fide: quia cum tit. producto. ex quo præ-
sumitur bona fides. l. 1. C. de euict. quia imò dato ꝙ possedis-
set cum mala fide, illa mala fides non noceret Seuerio. l. eum
qui aliàs est. l. sed & si res. §. prætor. & ibi plenè not. ff. de publ.
¶Item dato quòd possessio fuerit clandestina apud authorem
Seuerij quod negatur, vt dixi, tamen non per hoc possessio Se
3 uerij dicitur vitiosa quia † vitium clandestinitatis non est vi-
* tium reale.* Instit. de vsucap. §. quod autem. l. furtum. §. fi. cum
l. seq. ff. de vsucap. firmat gl. Bar. & alij in l. Pomponius. §. cum
quis. de acq. poss. & in l. Titio. C. eo. tit. item opin. do. Ant. de
Butr. non militat quando deductum est petitorium cum pos-
sessorio, prout in casu nostro. per d. §. si duobus. facit cap. cum
dilectus. de causa poss. ¶Nec huic fundamento obst. si dicatur
quòd Seuerius habet titulum in re de qua vertitur controuer
sia: quia respondeo quòd ex inspectione confinium constat ꝙ
4 titulus suus est de hac re: †sufficit enim ꝙ in duobus confini-
bus concordet etiam si aliqua alia demonstratio esset varia, vt
egregie tradit Bar. in l. demonstratio. in princi. in 6. q. de con-
dit. & demon. & solum dicatur quod Seuerius emit pro facto
rem vt propriam authoris sui: ergo non potest idem corpus
cum re de qua vertitur controuersia, quæ spectare videtur ad
ecclesiam: quia hæc non est bona consequentia, nec apud di-
ctos viros deberet allegari. ¶Præter ea res quæ ad hoc est scri-
pta per assertionem & confessionem agentis, qua cōfitetur Se-
uerium emisse à Ioanne Reguloto de qua est quæstio vt patet
in positionibus Anto productis die 18. Ianuarij, in secūda po
sitione quæ talis est: item quod d. Seuerius non obstante dicta
denunciatione processit ad emptionem dictæ rei iuncta pro-
xima præcedenti positione in qua dixit, quod Anto. denuncia-
uit Seuerior est de qua est quæstio: hoc etiā clarè fatetur pars
aduersa in alijs positionibus per ipsum productis die 25. Fe-
bruarij, in quinta positione in qua dicitur. item quòd dictus
Ioan. Regulus vendidit d. Seuerio petiam terræ de qua fit quæ-
stio inter ipsas partes iure proprio, & pro dicto iure ipse Seue-
5 rius tenet & possidet. †notissimum autem est quod quis vide-
tur confiteri ea quæ in positionibus continentur. l. cum pre-
cum. C. de lib. cau. l. 2. C. de instit. & substit. sub conditione fa-
cta. & Spec. in tit. de positio. §. quæro quid sit actor. ¶Item non
obst. huic fundamento si diceretur quod dato ꝙ Seuerius ha-
beat titulum: tamen habeat à Ioanne qui clandestinam & mi-
norem possessionem habebat respectu possessionis Antonij,
& sic conuinci potuisset ab Antonio: ergo talis titulus nō de-
buit iuuare Seuerium, per not. per Bar. in l. si duo. ff. vti possi.
& Ange. in l. 1. in fi. eo. tit. quia ad hoc faciliter pluribus mo-
dis respondetur: primò quod Ioannes possidebat bona fide &
cum titulo, & sic non habebat possessionem clandestinam. l.
clam possidere. in princ. de acq. poss. ¶Secundò: quia dato qd
fuisset clandestinus & possessor malæ fidei: & sic esset vitiosus
possessor: tamen illud quod not. Bar. in d. l. si duo. procedit tā-
tum in interdicto, vti possidetis, non in interdicto & remedio
possessorio recuperandæ, seu vnde vi. & etiam ibi dicit Bart.
sed istud possessorium recuperandæ etiam intentando reme-
dium reintegrandæ habet instar possessionis, vnde vi. vt dicit
Ant. de But. in c. sæpe. in vlt. & pen. col. de restit. spol. vbi dicit
6 † quod spoliato agenti interdicto, vnde vi, non obstat exceptio
dominij. l. si quis à se. C. ad leg. Iul. de vi. l. si maritus. C. de do-
nat. inter vir. & vxor. ita nec agenti remedio illius c. reintegrā-
do. & ita dicit velle Innoc. ibi, & similiter dicit quod datur et
7 malæ fidei possessori. ¶†Et ꝙ istud sit verissimum ꝙ remediū
istius ca. reintegranda. non detur contra titulo possidentem et
si possidens habuisset titulum ab eo qui potuisset excludi ab
agente: & voluit hoc clarè Bar. in d. l. rem quæ nobis. cum cō-
cord. supra alleg. vbi vult quod nunquam obtineat agens tali
remedio contra titulo possidentem nisi res sit vitiosa, per d. §.
si duobus. quem ipse alleg. nam clarum est ꝙ in casu illius §. si
duobus. dato quod reus habuit titulum ab eo qui potuit con-
uici ab eo qui possidebat: mala fides authoris sibi non nocet:
vt d. §. prætor. nisi quò ad præscriptionem, vt in auth. malæ fi-
dei. C. de præscri. 30. annor. quæ aut. non extenditur ad aliam
materiam tanquā correctoria, vt expresè tenet ibi Sal. & Bar.
in d. §. prætor. & per Bart. in l. ancillæ. C. de fur. & in l. nihil. C.
8 de vsucap. pro hærede. ¶†Item respondeo quod vbicunque al-
legatur clandestinitas possessionis contra titulo possidentem,
si agenti opponit reus de titulo nunquam potest agens obtine-
re pro parte sua capitulando quod aduersarius clam posside-
respectu possessionis suæ: vt dixi supra allegādo not. per doct.
in d. l. si de eo. & si dicatur quòd etiam doct. ibi loquuntur in
interdicto, vti possidetis, dico quod etiam Bart. in d. l. si duo.
loquitur in interdicto, vti possidetis. ¶Secundum principale
fundamentum in hoc possessorio est, quia dato quod esset ve-
rum quod remedium possessorium intentatum deretur con-
tra titulo possidentem, seu quod titulus Seuerij habetur pro
non titulo, aut quod nullum titulum haberet, adhuc ostendi-
tur ꝙ Antonius non potuit obtinere stāte instrumento transa-
ctionis initæ inter procuratorem Antonij, & authorē Seuerij.
¶Nec

¶Nec ad hoc obst. si dicatur quod in transactione fuit actum ꝙ si Antonius reperiret ꝙ ad eius manus peruenirent iura virtute quorum appareat Antonium habere ius in dicta possessione, quod tunc transactio haberetur pro infecta &c. Et quòd post trāsactionem inuenit titulum dationis insolutum acquisitum per patrem eius, & etiam reperit ius suæ possessionis esse antiquius, & sic potentius: quia ad hoc respondeo pluribus modis. ¶Et primò quod titulus acquisitionis paternæ dato quod esset nouiter repertus, non esset tale ꝙ esset sibi necessarium in possessorio: quia attento ꝙ Anto. in positionibus suis narrat se possedisse per 30. annos & vltra, & ita conatur probare per testes de antiquiori possessione ipsius Antonij, talis sola possessio in iudicio possessorio erat efficax ad obtinendum in possessorio: quia tale remedium datur etiam illi qui nullū habet titulum d.c. reintegranda. & not. Inno. in d. ca. sæpe. & ibi do. Anto. in vlt. col. Quia contra agentem non obstat exceptio dominij, vt ibi per eū. ¶Sic ergo sufficiebat sola antiquior possessio domini Ant. & istam non potest dicere. Ant. se repertisse
9 post transactionem: †quia in facto proprio non est tolerabilis ignorantia: vt in iuribus vulg. & etiam dicere non potest quia testes qui producuntur per eū sunt personæ quæ conduxerūt ab Ant. positionem, quod non cadebat ignorantia in facto ꝓprio Anto. sed quod plus est ista conductio, quod post transactionem reperit aliqua iura debuit adimplere & verificari per agere volentem. Ludo. dicit ꝙ aut reperit aliqua iura post transactionem. hoc non est probatum, & licet particulariter allegauerit Antonium de nouo inuenisse iura tamē ad veritatem veniendo: quia nō dicit ꝙ inuenerit de nouo ista iura quibus vtitur in hoc dicto iudicio. Et sic non concludit ꝙ ex istis iuribus tanquam de nouo repertis post transactionem possit se fundare. Cōditio enim debet verificari & impleri in forma specifica. l. qui hæredi. in princi. & l. Mæuius. ff. de condit. & de-
10 mon. ¶†Secundo dico ꝙ superueniens scientia probatur* per præstationem iuramenti. c. præsentium. de testi. in antiquis. c. pastoralis. de except. c. si verò aliquis. de senten. excommu. Vnde cum iura requirant iuramentum, non autem dicant quod si quis paratus fuerit iurare: ideo dicit ꝙ non sufficit ꝙ procurator obtulerit se paratum iurare, sed debeat actualiter iurare. gl. est not. in c. vt circa. in ver. præstito. de elect. in 6. ¶Tertiò dico* quòd requirebatur mandatum speciale ad iurandū postquam hoc pendebat ab animo & conscientia principalis. d. c. si non aliquis. in ver. propria manu. c. fi. de iuram. cal. ¶Quartò dico ꝙ etiam si tale iuramentum fuit præstitum per Anto-
11 nium non sufficeret: †quia in his quæ pendent ab animo sufficit iuramentum, quando præsumptio non est in contrariū: ita not. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. in vlt. col. ff. de furt. & in l. 2. §. si à pupillo. ff. pro empt. & Innoc. & Io. And. in cap. 2. de constit. & Paul. de Leaza. in cap. constitutus. de elect. & est de mente gl. in cap. præsumitur. de reg. iur. in 6. dum dicit, ꝙ per iuramentum probatur ignorantia quando ignorantia est probabilis. ¶Sed circa factum propriæ, possessionis Ant. quæ sufficiebat in possessorio, non potest Anto. allegare ignorantiam: quia habet præsumptionem contra se: quia in facto proprio &c. ergo non sufficit iuramentum. & attento ꝙ est deductum petitorium cum possessorio, dato ꝙ in possessorio obtineret: tamen quia in petitorio nos obtinemus, sequitur quòd debet præferri causa petitorij tanquam dignior. c. cum dilectus. de causa poss. circa secundum principale. ¶Sed circa petitorium dico ꝙ constat Anto. obtinere non posse: quia de dominio directo in rei vendicatione non est tractandum, quia de illo non probaret, & difficillimum est probare nisi per modos traditos in l. cum res. C. de probat. cum concor. nec etiam in quasi dominio obtinere nequeunt. & sic Publiciana pro parte dimidia dictæ rei quæ fuit vxoris Francisci. & fatetur pater Antonium non habere iustum titulum, & bonam fidem necessariam in Publiciana. per not. per Bart. in l. cum vir. de vsucap. & etiam abea non habuit traditionem possessionis vacuæ. item quilibet habet causam ab eadem ecclesia, & Io. prius habuit possessionem & titulum: ergo potior. l. quoties. C. de rei vend. Item illud non datur contra titulo possidentem. d. l. si autem. §. si duobus. de pub. ¶Nec ad hoc obst. si dicatur ꝙ Seuerius non habet titulum huius rei de qua vertitur quæstio: quia superius probaui contrarium circa articulum possessorium. & similiter non obstat si dicitur quod habet Seuerius titulum qui potuisset conuinci ab Anto. quia respondeo primò, quòd hoc non est verum eò quia Io. Regulus similiter habebat titulum
12 & bonam fidem, & sic posset ab Anton. conuinci. ¶†Præterea etiam si habeo titulum ab eo quem tu potuisses conuincere, vt quia habeo titulum ab eo qui nullum titulum habebat & sic potuisses eum conuincere: tamen me possidentem cum titulo & bona fide non posses conuincere. d. §. prætor. & d. §. si duobus. in fi. secundùm Bar. nisi ego procurassem habere titulum à non domino, vt excluderem agentem. Nam tunc haberem non bonam fidem, ideo non obtinerem. ita dicit ibi Bar. & alij &c. & Bar. in l. cogi. C. de pet. hęre. & in l. quoties. C. de rei vendi. ¶Item non obst. ꝙ dicatur quod Fran. potuit dare ꝓ parte d. Elisabeth. dominium insolutum tanquam fideiussor mulieris. l. si procuratorem. §. ignorantes. ff. man. quia respondetur per auth. si qua mulier. cum ibi not. per Bal. C. ad Velle. Item hoc bene facere poterat si Franc. non erat soluendo. in authē. si captiui. secūdùm Bal. & Ful. ibi. C. de epi. & cle. & istud est fundamentum intentionis eorum, s. ꝙ Franciscus non esset soluendo: quia habemus regulam pro nobis in l. id quod nostrum. de reg. iur. Et sic debet ibi probari. l. si fideiussor. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. ¶Non ob. ꝙ vtiliter gessit negocium mulieris: quia aliter fuit respōsum in scriptis. Et allegationes sunt post consilia. Item ista mulier nō fuit principalis imò cēsetur fuisse fideiussor. ¶Item accedo ad id quod ipsi allegant nunc quandam inuestituram cuiusdam Franci. Passeti, possumus dicere ꝙ non euincit pro dimidia do. Elisabeth, pro alia dimidia spectabat ad Franciscum nisi pro dimidia dimidiæ: quia Passeto remanserunt mulieres & Franci. filij & hæredes, vt ipsi capitulant & probant. & licet dicāt ꝙ ex diuisione obuenit Franc. non inuenio solenniter probatum. Item illa inuestitura non videtur prodesse Franci. qui dedit tunc insolidum iure proprio, secundùm Bal. in rub. C. de contrah. empt. ergo non potest iste dicere ꝙ vigore antiquæ inuestituræ fuerit per dationem insolutum translatum vtile dominium. ¶Item etiā est aduertendum, ꝙ dato ꝙ dicta res data insolutum per d. Fran. in Passetum & Iacobus fuisset in totum ipsius Francisci, cum non transibat dominiū ex persona sua nisi pro dimidia: quia data & accepta fuit tanquam de bonis mulieris & Fran-
13 cisci. † ergo actus non operatur vltra intentionem agentium, & inspicitur quo nomine actus geratur. l. Cassius. ff. de solut. l. 3. §. sed quid de tuto. ff. de iudi. sol. & est casus. ff. de acq. rer. do. l. si procurator. ergo non haberet titulum & bonam fidē: vt dicit Bar. in d. l. cum vir. ¶Item non ob. si pars aduersa diceret se præscripsisse possidēdo iusto titulo, & bona fide. ¶Quia ad hoc respondeo: aut pars aduersa vult dicere præscripsisse dominium directum quod erat & dicitur esse apud ecclesiā: & frustra hoc allegat tum quia Anto. recognoscit ab ecclesia, tum quia contra ecclesiam requiritur tempus 40. an. c. illud. de præscri. & auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. & tanto tpe non possedit Ant. & pr̄ eius. ¶Aut pars aduersa vult dicere se præscripsisse vtile dn̄ium quod consueuit esse apud emphyteutam, seu apud eum qui ad longum tempus cōduxit ab ecclesia, iuxta l. 1. in fin. cum l. seq. ff. si ager vect. & l. 1. §. quod autem. ff. de superfi. & in c. 1. cum ibi not. de cap. Cōra. & certè etiam in hoc non pōt obtinere pars aduersa pluirib. causis.
14 †Primò, quia ad hoc vt quis præscribat vtile dominium reco
a gnoscens directum, oportet ꝙ formiter[a] possideret tanquam vasallus vel emphyteuta, præstando canonem consuetum vel solitum seruitiū, tex. est in ca. si quis per 30. in ver. vt feudum possederit, in tit. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. & ibi ēt illum tex. ad hoc ponderat Bart. in 2. col. ¶Sed d. Ant. & eius pater nunquā formaliter possederunt tanquā emphyteutę vel vasalli: ergo id vtile dn̄ium non potuerunt præscribere: quod fortificatur: quia licet alias dn̄ium & possessio non possit acquiri ignoranti: tn̄ qn̄ aliquod ius & dn̄ium acquiritur pp ꝑscriptionem, nunquā acquiritur ignoranti ius. l. 1. C. de acq. pos. l. 1. §. fi. ff. eo. tit. sed Ant. tpe quo possideret & iure isto de quo est qō, esset formatum vtile dominium recognoscens directum dominium ecclesiæ: ergo de hoc habuit ignorantiam vt ipsemet fatetur in scriptura sua: nō impetrauit ab ecclesia:
15 ergo non potuit præscribere. ¶†Quinimò si præscripsisset, tamen non recognoscendo postea ab ecclesia scienter videtur renunciare præscriptioni. l. Titius. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. ita voluit Spec. in tit. de præscript. in fi. Latius. & in simili not.

Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 12.q. ff.de verbo.oblig.
¶Approbatur alia euidẽti ratione quàm ꝙ præscripserit. nam
prẹsuppono quo ad hoc vt præscriberet, requirebatur posses-
sio,10.anno.inter præsentes, & 20. inter absentes cum titulo
& bona fide. vt iurib. vulg. Et tamen constat ꝙ vtraque pars,
scilicet tam præscribens quàm ille aduersus quem præscriba-
tur, fuerit in prouincia seu ciuitate, nam requiritur ad prẹscri
ptionem complendam tempus 20.anno. l.fi.C.de præscr.lon.
16 temporis. & ibi hoc in terminis decidit Iaco.But. † volens ꝙ
onus probandi præsentiam incumbet ei qui allegat præscri-
ptionem: quia præsentia est quid facti, & facta non prẹsumun
tur nisi probentur, l.denique.ff.quib.ex cau.maio. l. quæcun-
que.§.fi. de pub.Ideo dicit Ang.in l.præscriptio.C.qui.ob.lõ.
temp.præscrip.per illum tex.ideo sit cautus aduocatus in ca-
pitulando de præsentia, aliàs deficeret in salutari suo secundũ
Ang.ibi.¶ Nec releuat ꝙ pars aduersa in positionib.deduxerit
ꝙ Trectulus stetit per annos 30.in ciuitate Ferrariæ, quia re-
spondeo ꝙ oportebat capitulare ꝙ etiam prẹscribens stetit: vt
17 est casus in d.l.fi. C. de præscr.long.temp. ¶†Hoc præsupposi
to prẹsuppono ẽt vnũ aliud ꝙ ad hoc vt allegãs pscriptionẽ do
minij obtineat, oportet ꝙ plures testes contestes probẽt se pos
sedisse per dictos 20. annos cõtinuos inchoatos tali tempore,
& finitos tali tempore. aliàs vnus testis de possessione 20. an-
norum inchòatorum tali tempore, & alius testis non deponat
de illis videlicet 20.licet deponat de primis 20.annis: non es-
set probata possessio: quia posset intelligi de alijs 20. annis:
vt clarè not. Bal.in l. Celsus. in vlti. col. ff. de vsucap. quẽ alij
ibi sequuntur: vt no. Bal.in l. fi.in 25.oppo.de edi.diui Adria.
& in l.indicia.in fi.C.de rei vend.& An.de Bu. in c.licèt cau-
sam de prob. per tex.in c. præsentia.eo.ti. Et similiter dicunt
doct. in dictis locis ꝙ testis qui dicit ꝙ Titius possedit a 20.
annis citra non dicitur probare ꝙ Titius possedit per vnum
mensem, quia illa verba verificantur etiam si vna hora possi-
deat.nam dici debet possedisse à 20.annis & citra, vel per di-
ctum tempus & no.Inno.in c.inter dilectos. de fide instru. &
Bart.in d.l.si post. ff.de rei vendicatio. & plenius in l. Celsus.
& Bal.in d.l. Celsus in 10. col. ¶ Dico igitur ꝙ testes producti
per Antonium nullo modo probant ipsum. & eius patrẽ pos-
sedisse & 20.annos continuos incertos, & finitos certo & limi
tato tempore, & non sunt in hoc aliquo modo contestes quo
ad identitatem principij & finis: & sic non probant. Capio
enim primum testem, scilicet talem qui super 6. & 7. c. dicit
in effectu quod Iac. pater Antonij possedit à tempore suæ ac-
quisitionis vsque ad tempus mortis: demum super interroga-
torijs 7.capituli interrogatus quo anno incepit dictus Io. pos-
sidere, & etiam interrogatus de tempore d.acquisitionis dixit
se nescire aliter quam supra dixit: & sic nunquam dixit quo tẽ
pore incipit possidere, nec quo tempore fuit res acquisita: imo
de concessione dicit se nescire nisi ꝙ audiuit dici, vnde potuis
set audiuisse dici de acquisitione longa post tempus factæ ac-
quisitionis. & sic in causa non concludit de aliquo tempore:
ergo non probat, d.c.in præsentia.¶Item quia deponit de audi
tu acquisitionis & testimonium de auditu nullum est, l.si quã
do.cum si. C.de testi.item dicit ꝙ Iac. possedit vsque ad tem-
pus mortis & de tempore mortis nil constat: ergo de limitato
tempore non deponit. ¶Secundus testis super 6. c.dicit quòd
Iac.possedit per 7.annos, non dicit de quibus annis & de quo
millesimo, & super interrogatorijs dicit se nescire quãdo Iac.
incepit possidere.¶Tertius testis, scilicet Barth. super 6. c.su-
per interrogatorijs dicit ꝙ Iac. tenuit à tempore acquisitionis
vsque ad tempus mortis: & postea subdit ꝙ non recordatur
quando inceperit possidere. & sic peccat in omnibus in quib.
plures testes. ¶Quartus super 6. c. dicit ꝙ postquam dicta pe-
tia terræ peruenit ad manus Iac.fuit possessa per Iac.vsq; ad tẽ
pus suæ mortis. Sed quo tempore sciuerit ipse testis dictam rẽ
peruenisse ad manus Iacobi, hoc non deponit testis, nec etiam
de tẽpore mortis constat. ¶Quintus super eo.c.deponit ꝙ Iaco
bus tenuit tempore suo, de tempore mortis nõ deponit: & su-
per interrogatorijs dicit se sciuisse de acquisitione, quia audi-
uit dici: & sic peccat in his in quibus testis primus. ¶Sextus
super eodem cap. deponit quòd Iac. emit dictam rem à Fran.
de Passetis, & abinde citra vsque ad mortẽ possedit. nam quia
dicit citra sine copula, non probat de aliquo tempore, vt dixi
supra item de tempore mortis non constat: & super interroga
torijs dicit ꝙ non fuit præsens dictæ acquisitioni & sic nõ de-
ponit de tempore quo acquisitio facta fuerit secundum suam
scientiam. ¶Septimus testis de nullo mentionem facit. ¶Octa-
uus non deponit de possessione Iacobi, sed quòd Antonius lo
18 cauit pro certo tempore. † Sed per locationem non probatur
possessio.c.inter dilectos, ad fi.de fide instru. nisi probetur ꝙ
locans mercedem percipit vt no.in l.qui vniuersas, §. qui per
colonum.& in l.quamuis,§.1.& vtrobique per Bar. ff.de acq.
pos. & simile deponit nonus testis. ¶ Decimus etiam de nullo
tempore possessionis deponit.¶ Vndecimus etiam deponit de
locatione tantum: & sic nõ ponit possessionem, vt dixi.¶Duo-
decimus deponit super 6. c. ꝙ Ant. possedit tempore mortis
patris citra quod dicit citra sine copula, & sic non probat de
limitato tempore, vt dixi item de ipsius tẽpore mortis patris.
reliqui testes nihil deponunt de aliquo tempore limitato.
¶ Item propter appellationem partis aduersæ potuimus iure
petere reformari, prout per An.de Bu. in c.cum Io. de fide in-
stru.& Bald.in l.fi. in fin.C.quando prouo. & l.ampliorem, in
prin. per illum tex.de appellatio.¶ Item aduerte: quia petitio
& specificatio rei petitæ est incerta respectu partis petitæ quo
ad quotam, & sic versus quem locum contra.l.si in rem.de rei
vendi.& l.forma.de censi.gl.in cle.sæpe. in ver.pronunciatio.
& in ver.contestationem. de verb.sig. adeò ꝙ certa non potest
ferri sentẽtia prout ibi etiam requiritur in summarijs, & in d.
cle.sæpe.¶ Nec capitula nostra dicunt contra seu nõ certificãt
petitionem, si bene inspiciantur. item res quæ fuit acquisita
ab illis de Passetis non est illa si bene inspiciantur confines. &
sic non potest dici ꝙ sibi vendicat locum pactum de quo in
instrumento transactionis scilicet de instrumentis nouiter re-
pertis. ¶Et dato ꝙ testes actoris dicunt ꝙ res acquisita ab illis
de Passetis est inter cõfines, & pro parte quam tenet Seuerius
est inter confines: non sequitur: ergo est idẽ corpus: quia mul-
ta corpora clauduntur & claudi possunt inter dictos cõfines.
¶Vltimò concluditur contra Ant. in petitorio propter instru-
mentum transactionis. Et si dicatur ꝙ Ant. post transactionẽ
reperit ista iura, dico ꝙ non est allegata & probata ista super-
uenientia istorum iurium eo modo quo probari debebat, vt
circa positionem dixi. Alex. Bononiæ.

ADDITIONES.

* Possidentem.] Contrarium tenet consi. præcedenti, vbi etiam vult
comperere malæfidei possessori. Sed quòd non detur contra bo. fi-
dei possessorem.consi.18.visa petitione vol.1.& vide Alex.in l.rem,
quæ nobis.ff.de acq.pos.plenè tangentem, & Soc.ibi. Natta.

* Reale.] Idem tenet Ias.in l.clam possidere in princ. notab.1.ff.de ac-
qui.posses. Natta.

* Probatur.] De hoc ꝙ ignorantia probetur iuramento, ponit Bart.in l.
si cui.§.ijsdem ff.de accusa. Natta.

* Tertio dico.] Ad idem tex.in c.statutum §.cum vero ibi, Per propriũ
iuramentum, de rescrip.in 6.& vult Alex.post Roma.ibi, In l.qui bo
na.§.si alieno in fi.ff.de dam.infec.& est tex.in c.vt circa, ibi, Per pro
prium iuramentum, & ibi gl.de elec.in 6. Natta.

a ¶Formiter infra eo.consi.169.col.2.dixi in consu.Pari.§.7.nu.9.

TITVLVS quæstionis Antonius Lancilotus & fratres
obligati erant Sancto virtute literarum cambij manu ante di
ctorum debitorum in ducatis 400. quos in termino non sol-
uerunt. hinc fuit lis inter Sanctum & dictos debitores tam su
per dictis ducatis 400. quàm ex nonnullis alijs ex aduerso pe-
titis per dictum Antonium, Lancilotum, & alios fratres aduer
sus Sanctum. Tandem dictus Lancilotus suo proprio nomi-
ne & nomine d. Antonij & aliorum fratrum pro quibus de
rato promisit ex vna parte: & d. Sanctus ex alia conuenerunt
quòd dicti ducat.400.& duca. 170.pro resto expensarum fa-
ctarum per Sanctum in dicta lite damnorum inde secutorũ,
deponerentur per dictum Lancilotum apud certos deposita-
rios tenendi ad petitionem & instantiam Sancti vsque ad
mensem Februarij nunc elapsi: intra quod tempus videren-
tur omnes aliæ lites & quæstiones vertentes, & quæ verti pos-
sent inter dictas partes: & ita factum est depositum prædi-
ctum apud depositarios constituentes se depositum tenere ad
petitionem & pro cautela Sancti pro casibus prædictis cum
hoc quòd Sanctus dictas pecunias depositas petere non pos-
set vsque ad dictum mensem Februarij: & de omnibus alijs
causis, litibus quæstionibus, controuersijs, & differentijs,
de quibuscunque rebus, iuribus, titulis siue causis pro toto
præte-

præterito tempore vsque ad diem præsentem: de litibus vertentibus, & quæ verti possent inter dictas partes fecerũt compromissum in Iacobum tanquam in arbitratorem & amicabilem compositorem, cum omnibus singulis dependentibus emergentibus, & connexis ex eis cum latissima potestate duraturum per dictum totum mẽsem Februarij, hoc adiecto quòd dictum depositum obligatum remaneat Lanciloto & fratribus pro iuribus eius eis competẽtibus & competituris ratione determinatorum, vel sententiæ ferendæ per dictum arbitrum & arbitratorem: & quòd solui debeant pecuniæ depositæ per depositarios. prout dictus Iacobus arbiter determinabit: & in casu quo priusquam dictus mensis Februarij laberetur. & d. Iaco. non determinasset quid fieri vellet in prædictis, prędicto Lanciloto & fratribus non probantibus legitimè habere debere aliquid à Sancto, dictum depositum liberetur Sãcto: quæ omnia promiserunt dictæ partes adinuicem obseruare sub pœna 200. vnciarum: postea dictus arbiter contra Sanctum sententiam tulit dictas literas cambij annullando, & irritando, & in consequentiam infringendo obligationem dictorum ducatorum 400. quæ per dictas literas probatur: & etiam in consequentiam obligationem pro dictis ducatis centum dependentibus & occasionatis à literis cambij. à qua sententia fuit per dictum Sanctum reclamatum & de eius nullitate & iniquitate dictum.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter an possit de exceptione compensationis cognoscere. nu. 7. & conditiones, & modos connexos apponere. nu. 2.*
3 *Compromissum sicut transactum non potest fieri super liquido.*
6 *Alias dictio, denotat similitudinem.*
9 *Probatio legitima non dicitur, quæ suppletur iuramento.*
12 *Causa iusta an excusat à pœna compromissi. nu. 19.*
14 *Causa non excusat à pœna conuentionali. nu. 18.*
21 *Præsumitur pro laudo.*

CONSILIVM CXIX.

Quæritur ergo an dictus arbiter potuerit super dictis literis cambij cognoscere & iudicare, & in consequentiam super obligatione ducatorum 570. ¶Secundò quæritur, an dictum depositum de iure debuerit, & debeat restitui Sancto an vero dictis Lancilo to & fratribus. ¶Tertiò, an si Lancilotus depositarius repeteret, pœnam in instrumento positam incurrit. Circa primam dubitationem videretur prima consideratione dicendum arbitrum cognoscere, & pronunciare de literis cambij: & sic de obligatione ducatorum 400. & ducat. 175. ab eis dependentibus potuisse.
1 ¶† Nam arbiter videtur posse* de exceptione cõ
* pensationis cognoscere. l. Mæuius. §. arbit. ff. fam. ercisc. & ideo si Titius est creditor Sempronij in certa causa in centum, & fecit compromissum de dictis centum vnà cum Sempronio poterit arbiter inueniens Sempronium debitorem principalẽ ex alia causa creditorem Titij inuicem compensare, & Sempronium absoluere, licet de credito Sempronj non esset factũ compromissum: & hoc quando compensatio ipso iure perimeret obligationem iuxta l. si constat. cum ibi plenè not. C. de compensat. & in l. si quid à fideiussore. vbi glo. ff. eo. & in §. in bonæ fidei. Instit. de act. & ita refert Bald. in l. 1. C. de arbit. in 3. col. versi. quæro. arbiter dicens ita fuisse iudicatum & consultũ in quæstione facti: & licet ipsemet Bal. ibi in l. pen. in fi. C. si à non compet. iudi. & in l. venio. aliàs est in l. cum Papin. C. de sentent. & in l. neq; C. de compensat. videtur de hoc dubitare, imò firmare ꝙ arbiter non possit de exceptione compẽsationis cognoscere, præterquam in certis casibus. ¶Tamen quantum ad propositum nostrũ videtur fatendum esse quod potuerit arbiter per viam compensationis pronunciare de dictis ducat. 570. compensandis tantundem debitis per Sãctum Lanciloto, & fratribus eius ex alijs causis, de quibus factũ fuit compromissum: quia de hoc videntur apertè sonare verba dicti instrumenti & compromissi dum dicunt ꝙ dictum depositum obligat vt remaneat Lanciloto & fratribus pro iuribus eis competentibus ratione terminationis & sententiæ ferendæ per arbitrum & quòd solui debeant pecuniæ depositæ per depositarios prout dictus Iacobus arbiter determinauerit &c.
¶Accedit quod voluit Bal. in l. si super possessione. C. de tran-
2 sact. vbi dixit argumento illius l. quod arbitrator † potest apponere conditiones & modos congruos & adiacentes. Vnde si super fundo vertebatur lis de quo factum est cõpromissum in arbitratorem, qui condemnauit possessorem ad restituendũ actori fundum hoc adiecto, quòd actor decem daret possessori, valebit sententia licet in compromisso de decem nulla facta fuerit mentio. ita dixit Spe. in tit. de arbit. §. excipitur. vers. sed pono ꝙ litigantes, & Anto. de But. in consi. suo incip. visis actis & allegationibus contrarijs inter Marcellum &c. probatur in c. nisi essent. de præben. not. do. Ant. in c. Quintauallis. de iureiur. & in ca. constitutus. de relig. domi. facit quod not. Bar. in l. cum Aquilia. ff. de transac. & in l. si de certa. C. eodem tit. ibi in transactione potest esse ꝙ ex parte actoris. & Bal. in l. fi. §. sed & si quis. in 4. col. C. communia de leg. vbi dixit Bald. quòd arbitrator potest declarare ex causa transactionis ꝙ reus vendat actori ius quod habet in re de qua factum est compromissum. ¶Sed præmissis non obstantibus contrarium arbitror
3 de iure verius quod ex pluribus ostendo. † primò, quia cum
a compromissum dicatur quędam transactio,[a] in auth. vt diffe. iu. §. 1. & ibi not. & in auth. si verò contigerit. C. de iud. declarat Barr. in l. si furti. §. qui iussu. de infam. & l. quod si ephesi. §. 1. ff. de eo quod cer. loc. & in l. si societatem. §. arbitror. ff. pro soc. & Bal. in l. 1. C. si aduer. transa. & in l. sed si in seruum. §. si iudex. ff. de arb. & in l. 2. ad fi. C. de re puta. ad fi. & in l. si præses. C. de transa. & in l. fi. in prin. C. de contrah. empt. & Cano.
4 in ca. Quintauallis. de iureiur. † compromissum autem sicut transactio fieri non potest super claro & liquido. l. 1. & l. post rem. & ibi not. doct. ff. de transact. & l. eleganter. in princ. §. 1. & ibi doct. ff. de condi. indeb. & in l. causas. C. de transac. probatur in c. exposita. de arbit. & ibi not. Innoc. ¶Et per dictum instrumentum debitum ducatorum 570. de communi cõcordia remansit clarum & liquidum: quia pro resto damnorum & expensarum quæ & quas passus fuit Sanctus & occasione retardatæ solutionis ducat. 400. fuerunt taxati postea depositi ducati 170. & pro sorte & pro debito principali fuerunt duca ti depositi 400. soluendi, & restituendi Sancto per mensem Fe
5 bruarij. † quod quidem instrumentum dicitur facere rem ma
* nifestam* & liquidam. l. si. cum gl. 1. C. de rebus cred. in c. cum olim. de verb. sig. no. Bar. in l. 1. in prin. in ver. venio ad q. ff. de ope. no. nunc. ¶Et de obligatione & debito literarum cambij & ducatorum 570. non potest videri data potestas arbitro cognoscendi & pronunciandi. Secundò confirmatur per verba posita in dicto instrumento compromissi, dicentia quod partes prædictæ nolentes sumptibus parcere deuenerunt ad compositionem ꝙ dicti ducati 570. deponantur restituendi Sãcto post mensem Februarij intra quod tempus videntur omnes aliæ differentiæ, lites, & quæstiones vertentes, & quæ verti possint inter dictas partes &c. Et similiter in eodem instrumento post narrationem depositi, dicitur ꝙ omnes & singulas alias
6 differentias compromiserunt &c. ¶† Nota ergo dictionẽ alias quæ significat ꝙ præter controuersiam iam ortam pro dictis ducatis 570. & tunc tempore dicti instrumenti. sed etiã omnes aliæ controuersiæ veniunt in compromisso. nam dictio,
b alius,[b] denotat similitudinem. l. si fugitiui. cum glo. C. de ser. fugi. l. quidam. ff. de reb. dub. l. fi. C. de his qui à non do. & ibi ponderat Bal. si ergo refertur ad causas similes causæ & cõtrouersiæ literarum cambij: vt de dictis similibus causis intelligatur factum compromissum: ergo non comprehenditur causa literarum cambij, seu causa depositi: quia nullum simile est idem. l. quod Nerua. ff. depositi. l. non possunt. ff. de legib. l. si idem. C. de codic. l. ad similitudinem. C. de epi. & cle. ergo, de similibus causis est factum compromissum, sequitur ꝙ non de eadem 1. de causa 570. ducatorum, & ꝙ certissima fuerit intentio partium, patet: quoniam de debito 570. duc. voluerunt controuersiam illam se dare de communi concordia. vt patet in præall. instrumento. ¶Non obstant allegata in contrarium, videlicet ꝙ de exceptione cõpensationis potuit dispone re & pronunciare arbiter per l. Mæuius arbiter. ff. fami. ercisc.
7 † Quia respondeo. primò, ꝙ de iure arbiter potest super compensatione cognoscere, & pronunciare quando oritur ex eadẽ causa de qua factum est cõpromissum; vt loquitur d. §. arbiter. secundùm Bal. in d. l. 1. C. de arbi. aliàs autem non: quia compensa-

pensationis exceptio dicitur quædam reconuentio, l. neque, C. de compensa. quæ locum non habet coram arbitro, c. cum dilectus, de arbi. ita firmat Bal. in d. l. neq;. & præalleg. l. pen. C. si a non cōpe. iud. & in l. nemo. aliàs est in l. cum Papi. de sen. fallit secundum Bar. in d. l. 1. in compēsatione quæ fieret ipso iure, quia cum illa respiciat nullitatem petitionis, merito potest arbitrari eò quòd actor nullum ius habet agendi, l. si constat, C. de cōpen. no. enim ibi per eum, & per doc. & in l. si quis à fideiussore, ff. e. nā ibi sunt casus speciales in quibus fit compensatio ipso iure, regula autem est in contrarium ut ibi no. & l. 1. §. si quid, & l. Labeo. eo. ti. & Bar. in d. l. 1. de cōpen. & Dy. in d. §. in bonæfidei. insti. de ac. post glo. ¶ Non ob. etiam verba d. instrumenti dicentia ꝙ solui debeant per depositarios pecuniæ depositæ pro vt Iacob. arbiter determinauerit & c. quia respōdeo ꝙ dato ꝙ dicta verba innuāt ꝙ posset arbiter per modum compensationis declarare ꝙ pecuniæ depositę in totum vel pro parte reuerti possint Lancilotum ex causa compensationis: tamen non per hoc dicunt ꝙ arbiter possit cognoscere & pronunciare an 570. duca. depositi sint verè debiti Lanciloto virtute dictarum literarum: vel non prout ipse cognouit & pronunciauit in effectu quod quidem facere non potuit, vt dixi: quia excedi nō potest finis compromissi. l. si cum dies, §. plenum, & l. non distinguemus, §. de officio ff. de arb. & præal. c. cum dilectus, Sed de aliqua controuersia super veritate debiti duc. 570. non est factum compromissum: igitur & c. ¶ Ex prædictis infertur ad decisionem secundæ dubitationis. s. an dictum depositum de iure debuerit & debuit restitui Sācto an vero Lanciloto & fratribus in quo breuiter concludo Sancto restitui debere de iure. ¶ Primò; quia in instrumento continetur quod intra dictum tempus. i. ante mensem Februarij dictæ pecuniæ deposite non possent in totum vel pro parte peti per Sanctum: & sic a contrario
8 sensu verborū post mensem Februarij debent posse peti. † nam etiam in contractibus fit interpretatio per argumentum à cō-
c trario sensu [c] verborum: vt tex. in l. inter socerum. §. cum inter, ff. de pac. dot. quem ad hoc pro singulari allegat do. Abbas Sicu. in c. cum apostolica de his quæ fi. à pręl. sine cons. & illud etiā ad hoc allegat Bal. in l. ven. la 2. C. de act. empt. & in auth. sed & si quis. in 8. col. C. de secū. nup. & in l. apud antiquos, C. de fur. vbi etiam ad hoc allegant tex. in l. pecuniam. in ver. sub contraria conditione, ff. si cer. pet. ¶ Fortificatur ex verbis eiusdem instrumenti dicentis quod in casu quo dictus mensis Februarij labatur & d. Iac. non determinauerit quid fieri velit in prædictis d. Lancilotto aut fratribus, vel aliquo, vel aliquibus eorum non probātibus, vel ostendentibus legitimè debere habere aliquid à d. Sancto depositum liberetur, Sāctus & c. Nam primò præsupponitur quod Lancilotus
9 vel fratres legitimè probauerint se esse creditores Sancti. † Et
d notandum est verbum legitimè, [d] quia oportet quod probatio fieret: ideo quod non sufficeret semiplena probatio cum iuramento: vt no. gl. repu. sing. in l. cum de indebito. in prin. in ver. legitimis, ff. de prob. quam approbant moderni. ibi & in l. patronum, eo. ti. quod tanquam incidens latius non attingo. ¶ Et si dicatur: arbiter intra mensem Februarij determinauit quod 570. ducati non deberent Sancto restitui: ergo ex verbis instrumenti verificatur quod Sancto solui non debeāt
10 pecuniæ depositæ. & † respondeo quod verba dicti instri
* debent intelligi de determinatione arbitri valida* l. 4. §. cōdēnatum, ff. de re iudic. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de ꝯtab. & quod not. Bart. in l. penult. ff. de adult. l. 1. §. quod autem. & quod ibi not. Bal. ff. de offi. pręf. vrb. l. diuus Traianus. & ꝙ ibi Bar. ff. de testa. mili. l. ædiles. §. procuratores. ff. de ædil. edic. & quod per illum tex. dicit Bald. in l. si prædium. in pe. col. C. eo. titul. Sed terminatio arbitri circa 570. ducatos fuit nulla, quia non poterat cognoscere & pronuntiare super vera & non vera obligatione, & debito dictæ quantitatis, vt supe-
e rius est ostensum, ergo & c. ¶ Quia subtiliter [e], & copiosè allegatum & consultum per clarissimum dominum supra consulentem transiens in similibus cum eo arbitratus sum nihil addere oportere. ¶ Circa tertiam dubitationem nouiter ortam, videlicet an si Lancilotus depositum repeteret pænam in instrumēto promissam incurrerit. ¶ Et videtur prima facie dicēdum quod cum dicta pæna sit adiecta in effectu dationi quantitatis pecuniæ, quantum ad casum de quo quæritur,
11 ideo stat magis communis conclusio, quod videatur † adie-
f cta in fraudem [f] vsurarum & per consequens exigi non possit. l. Iulianus, §. idem Pa. & ibi not. ff. de act. empt. & l. cū allegas & ibi plene per glo. & doct. C. de usur. no. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. pet. d. l. pœnam, ff. de usur. no. in l. cum seruus. de cond. & demon. & Ang. in l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verb. oblig. & canonistæ. in c. suam. de pœnis. cum concor. ¶ Secūdò pro hoc facit, quia cum Lancilotus videatur iusta causa: id est propter sententiam arbitri motus ad repetendum depo
12 situm: † talis iusta causa videtur quod excuset eum à pœna [g]
g sicut aliàs iusta causa excusat quem à pœna condemnationis expensarum, l. qui solidum, §. 1. ff. de leg. 2. in authen. de iud. §. oportet. not. in l. properandum, §. sinautem, C. de iud. & in c. finem litib. de dolo & contu. ¶ Et similiter iusta causa excu-
* sat à mora & pœna interitus rei debitæ: * vt no. gl. in verbo detrimentum, in l. quod te, ff. si cer. pet. & in l. vnum. in ver. cum esset petitum, eo. ti. & in l. in hac. in gl. magna, ff. de tri. & etiā excusat à pœna contumaciæ: vt no. gl. in l. ex consensu, §. fi. ff. de appel. reci. in l. 1. §. fi. ff. si quis ius dicen. non obtem. ¶ Itē
* iusta causa excusat à pœna compromissi: * vt tenuit Io. An. tit. de arbi. §. fi. C. de arbi. l. 1. & in l. non vtique. ff. de rei vend. quem ibi sequitur etiam Pe. de Anch. in repe. & Bar. Ang. & Pet. de Anc. in l. tres fratres. ff. de pac. & Bar. in l. quod te. ff. si cer. pe. & l. qui cum tutoribus. ff. de transactio. & in auth. generaliter. de epis. & cle. & Bar. & Ang. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obl. de quo ibi aliquid per Bar. & Bal. in l. ex diueso, ff. de rei vend. & in l. Iulianus. ff. de cond. & dem. & Bal. in c. 1. imperator Loth. in feu. & Bal. in l. si iudex, ff. de his qui sunt sui, & l. fin. in 11. q. C. de cōtrah. emp. & in l. eos §. cautione, C. de appel. & in l. edita, in 14. co. C. de edē. & do. Ab. in d. c. quintauallis. & iusta causa excusat quem ab obli-
* gatione interesse. * Et no. in §. si quis inuestitus. qui succe. plenè allegat glo. sing. quæ secundum eum nō est alibi in d. l. in hac in gl. magna, in prin. ff. de tritica. Et facit quod no. Io. An. in c. 1. de elec. in 6. in nouel. Et similiter iusta causa excusat à pœna legali: ut no. gl. fi. in l. ab executione. C. quorum appel. non recipiantur. in c. sacro. de sen. excom. ¶ Et no. Bal. in addi. Spe. in ti. de arbi. & in l. 2. C. de epis. & cler. ¶ Et dicta sententia arbitratoris videtur tribuere Lanciloto iustam causam.
13 † cum in dubio pro sententia arbitratoris præsumitur: vt concludit Dy. consi. 19. inci. Tholemæus, col. 2. vbi ad hoc allegatur. l. ab ea parte. ff. de probatio. & l. sciendum, & l. Titia, §. idem respondet, ff. de verb. oblig. & in l. iuregētium, §. quod scire, ff. de pact. insti. de inuti. stipu. §. item scriptum, & insti. de fideius. §. fi. & sequitur hoc Io. An. in addi. Sp. in ti. de arbi. §. sequitur ver. quid si & c. Et do. Ant. & do. Abb. in c. quoniā contra. de proba. & do. Ant. & Io. de Imo. in d. c. in præsentia. de renuncia. & Lud. Rom. in l. sciendum. ff. de verb. obl. facit tex. in c. bonæ, el 1. de elec. & in c. cum inter, & c. sicut. de re iud. & sequitur hoc do. Abb. in c. quintauallis. de iureiur. in
14 28. col. ¶ † Sed his non obstantibus puto Lancilotum in pœnam incidere: quia cum conuentum fuerit inter dictas partes contrahentes quòd depositum vsque & per totū mensem Februarij per Sanctum exigi non posset, vt plenius probaui supra circa secundam dubitationem. & omnia contenta in dicto instrumento promiserunt dictæ partes inuicem obseruare, & rata & firma habere & contra ea vel ipsorum aliquod non facere, dicere, opponere, vel venire per se vel per alium, vel de facto vel in iudicio, vel extra quocunque modo vel aliqua ratione sub dicta pœna & c. Si ergo Lancilotus reperit depositum patet euidenter quod ratum non habet quod Sāctus depositum à depositarijs consequatur ipsum non solum verbis, sed facto ratificatur vel non ratificatur actus. l. Pau. alias incipit, non autem. ff. rem ratam haberi, & l. quo enim. §. fi. & in l. indebitum, §. fi. eo. ti. ¶ Præterea ita deberet incidere in pœnam Lancilotus petendo depositum: & sic præbendo causam & dando operam, ut depositum Sancto non restituatur sicut incidit in pœnam depositarius non restituēdo depositū prout sibi sub pæna restituere promisisset, l. qui occidit, §. in
* hac*. ff. ad leg. Aquil. l. videamus, §. fin. & l. qui domum. in fin. ff. de loca. cum simil. ¶ Et tanto fortius procederent prædicta si pendente reclamatione laudi repeteret Lancilotus de-
15 positum: † quia pendentia reclamationis impedit executio-
h nē laudi, & aliquid innouari: cum sit quædam appellatio [h]. l. non

non distinguemus, §. cum quidam, ff. de arbi. & appellatio-
ne pendente nihil debet innouari, ca. bonæ. de appe. & in ter-
minis nostris in pendentia reductionis ad arbitrium boni viri
firmat hoc Abb. Sic. in c. quintauallis, de iureiu. in pen. char.
& Bal. cum aliquali distinctione in l. nam & postea. in princ.
ff. de iureiu. & in addi. Spec. in titu. de arbi. ¶Non obst. quod pœ-
na adiecta dationi quantitatis videatur adiecta in fraudē vsu-
rarum: quia respondeo pluribus modis. & primo, quòd quan
tum ad Lancilotum & fratres pœnæ non erant adiectæ datio-
ni quantitatis, sed facto: quia ipse promiserat firma & rata ha-
bere contenta in dicto instrumento, & non contrauenire. Vn-
de eo ipso quòd ratum non habuit repetendo depositum inci
dit in pęnam, quæ fuit à dicta ratihabitione: quo casu pœna
prędicta facto adiecta peti potest: nec censetur in fraudē vsu-
rarum apposita, l. Lucius. & ibi no. gl. ff. de actio. empt. l. si di-
ctum. in prin. & ibi no. ff. de euic. ¶Secundo potest responderi
16 † quòd etiam pœna adiecta dationi quantitatis in homine nō
consueto fœnerari non præsumatur adiecta in fraudem vsura
i rum [i] vt tenuit gl. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de ver. obli. &
l. vtrum, ff. de pet. hæred. per illum text. & in l. pœna, ff. de vsu.
& in c. illo vos. in gl. fi. de pigno. & Inno. in cap. tuam. de pœ-
nis. & Archi. 12. q. 2. cum deuotissimam. & Bart. in l. cum sti-
pulari, ff. de verb. oblig. & maximè in alio cōtractu quam mu
tui secundum Pau. de Cast. & in l. iul. §. idem Papi. ff. de actio.
17 emptio. ¶† Tertio respondeo* quòd dato quod procederet opi.
* tenentium quòd pœna adiecta dationi quantitatis, etiam in
non solito fœnerari præsumatur adiecta in fraudem vsurarū.
Tamen id fallit in pœna apposita in contractu transactionis.
ita tenuit Bal. in l. cum allegas. in 4. oppo. C. de vsuris. & Ioan.
de Imo. in c. dilecti. de arbi. & in d. §. altera. ¶Nec ob. quòd prop-
ter sentētiam arbitratoris iustam causam habeat Lancilotus
repetendi depositum, quę iusta causa excusare debeat à pœna:
18 quia respondeo † primò quòd imo iusta causa non excusat à
k pœna conuentionali [k] petentem vel agentem, quia antequam
petat & agat debet diligenter ius suum explorare, l. qui in al-
terius, ff. de reg. iur. ita in terminis decidit Bal. in l. non solum,
ff. de rei vend. & in l. quod te, ff. si cer. pet. pro hoc etiam alle-
gat glo. no. in l. si mulier, §. si rem, ff. de lega. 3. quæ voluit quod li
l cet iusta causa litigandi excuset à pœna expensarum vt est di-
ctum: tamen fallit in expensis [l] debitis ex expressa dispositione
hominis: puta ex dispositione testatoris vel contrahentis: quod
reputat Bal. no. dignum. & idem etiam voluit gl. in §. oportet.
in auth. de iudi. quam ad hoc allegat Ang. in l. properandū. §.
sin autem alterutra, C. de iudi. & ibi idem etiam Bar. & Bal. in
auth. generaliter, in 3. col. C. de epi. & cle. & in l. eos, §. cautio-
ne, in 1. col. C. de appel. & ibi etiam tenet apertè Bal. quod iu-
sta causa non excusat à pœna contractus voluntarij: & idem
Bald. in l. edita, in 9. col. de eden. & sic vult in effectu Bald. in
dictis locis quod licet iusta causa excuset à pœnis legalibus. c.
sacro. de sent. excommu. vt dixi supra tamen non excusat à pœ
nis conuentionalibus. & hoc facit, quia mitius agitur cum le-
19 ge quàm cum homine, l. Celsus, ff. de arbi. ¶ † Non ob. decisio
Io. And. in addi. Spe. in tit. de arbi. vbi voluit quod petens re-
duci laudum ad arbitrium boni viri, licèt succumbat non in-
cidat in pœnam compromissi si habuit causam iustam litigan
di: quia respondet primò Bald. in d. l. non solum. quod ibi lo-
quitur in eo qui petit reductionem laudi, qui habet similitu-
dinem rei sicut appellans qui dicitur sustinere vices defenso-
ris, c. cum interdi. & c. significauerunt, & c. fi. de excep. Secus
ergo secundum eum in eo, qui principaliter petit, vel agit. vel
potest dici quòd opi. Io. An. in loco præallegato non est vera, per
l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei ven. & ibi no. Bart. distinguens vt ibi
latius per eum: & per d. §. duo fratres. & cum opi. Bart. transit
Io. de Imo. & Pau. de Cast. & idem Bar. in l. Iulianus, ff. de con
di. indebi. & Bal. in l. iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.
& dom. Abb. in d. c. quintauallis. ¶ Circa hoc vltimum tamē,
scilicet an opinio Ioan. And. sit vera non insisto: quia nō opor
tet stante prima responsione data per Baldum. in d. l. non solū.
20 & alijs infra proximè dicendis. † Secundò principaliter respō-
deo quod Lancilotus & fratres virtute laudi non dicūtur ha-
buisse iustam causam repetendi depositum attento quod di-
ctum laudum fuit nullum, vt circa primum dubium proba-
ui. ¶Et quod hoc sit verum patet ex nota. per Bartolū & alios
in l. iuste. ff. de acquiren. posse. in fin. vbi quærit si statuto caue

tur quod ingrediens possessionem alienam tali pœna punia-
tur, an si quis ingrediatur virtute inualidi decreti iudicis ex-
cusetur à pœna? & decidit quòd non quia ex lata culpa punie
tur. allegat tex. in stitu. vi bo. rap. §. 1. & l. 1. ff. si mensor. fal. mo.
di. & l. 1. §. non autem. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fuc. cum ibi
no. per eundem & idem tenet Bartolus consil. 91. incipien. In
quæstione vertente in cura capitanei. Baldus in disputatione
sua incip. accusatus de vi turbatiua. in versi. tertiò quæritur.
& Bar. in l. sequitur. §. fundum, ff. de vsuca. Et probatur etiam
in l. meminerit. secundum vnam lec. C. vnde vi. potissimū pro
cedit hoc, si Lancilotus pendente reclamatione laudi deposi-
tum repetijsset. quo casu in l. dubitandum erat. vt superius cir
ca hanc vltimam dubitationem tetigi. ¶Non ob. quod pro sen
21 tentia arbitratoris in dubio præsumatur. ¶ † Quia respondeo
quod illud procedit vbicunque sumus in dubio an laudum
sit æquum vel iniquum. Nam quò ad hoc vt intelligamus cui
incumbit onus probandi iniquitatem seu nullitatem laudi,
vel econtra præsumitur pro laudo: & quod propterea allegāti
iniquitatem vel nullitatem incumbit onus probandi. ita loq-
tur lex ab ea parte, ff. de probatio. & alia iura ad hoc allegata
per Dy. & nos sumus in casu certo: quia cognoscitur clarè ex
inspectione compromissi & laudi laudum non tenere: vt in
primo dubio deductum est. Secundo potest responderi pri-
22 mo dubio † quod vbi reclamatum est non præsumitur am-
m plius pro laudo [m] ita tenuit An. de Bu. & Abb. Sicul. de proba
tio. c. quoniam contra. Rom. in l. sciendum. ff. de verbo. obli.
sicut etiam dicimus in sententia à qua appellatum est, de qua
pro ea non præsumitur, in auth. de his qui ingre. ad appe. §.
istud quoque determinare. & circa 5. col. vt no. Spe. de instru.
edi. §. restat. in summa, & in tit. de sent. prola. §. vt autem. vers.
& no. secundū quosdā. Hoc idem etiā tenuit An. de Bu. consi.
24. incip. quæstio hæc dubia vulgaria habet &c. vbi ad confir
mationem prædictorum scilicet, quòd non præsumatur pro
sententia arbitratoris à qua est reclamatum. ¶ Adducit quod
no. Inno. in c. bonæ. de ele. in c. quoniam contra. & in c. sacro.
de sent. excommu. vbi voluit quod licet sententiæ censutæ
non transeant in rem iudicatam: tamen appellatio tollit vires
præsumptionis talis sententiæ: ita etiam dicendum est in ar-
bitramento licet non spectet transire in rem iudicatam: quia
non est proprie sententia, sed quidam contractus transactio-
nis: vt dixi supra in princip. quinimo dicit Anton. de Butr. in
præallega. consi. plus. scilicet quòd pro sententia arbitratoris
etiam quando non est reclamatum non præsumatur: quia ar-
bitramentum magis accommodatur naturæ contractuum,
quàm iudiciorum. vnde dicunt quòd est quædam transactio:
vt est dicendum: & in contractibus non præsumitur pro re-
quisitis extrinsecè, l. quæcunque, §. fi. ff. de publicia. ergo &c.

ADDITIONES.

* Hoc consi. repetitum est consi. 35. lib. 6. nec non a versiculo, quia sub tiliter &c. repetitur consi. 43. d. lib. 6. Natta.

* Posse &c.] Vtrum arbiter possit de exceptione compensationis cognoscere, ponit Alex. consi. 86. in fi. lib. 5. Ias. in l. cum Aquiliana. ff. de transac. & vide Alex. infra col. 2. Natta.

a ¶Transactio. s. lib. j. consi. 22. nu. 3.

* Manifestam.] Intellige cum descriptis in instrumento, ita not. Dec. consi. 424. col. fi. Natta.

b ¶Alius. Rom. consi. 180. col. pen. Are. d. l. si fugitiui. Cęp. cau. ciu. consilio vlt. col. 2. Ias. l. si vnus in princ. ff. de pac. adde infra eodem. consilio 204. nu. 4.

c ¶Sensu. s. eod. consi. 46. nu. 5.

d ¶Legitimè. Hypp. Marsil. rep. rubri. de prob. fol. 16. Ias. l. si quando,
* col. 2. C. vnde vi. * Quid veniat appellatione legitimę probationis, vide Fel. & Dec. in rub. extra de proba. Natta.

* Valida.] Appellatione sententiæ intelligitur de valida vt per Ale. in d. l. 4. §. condemnatum. Natta.

e ¶Quia subtiliter. quod sequitur vsque ad fi. consi. est consilium separatum ex interuallo & post intermedia consilia aliorum super dependentibus à præcedenti eodem themate additum. quare rectè debuit immediatè subiungi, nisi quod melius stetisset vt consilium separatum immediatè sequens prout tanquam consilium separatum duplicatur ad verbum infra lib. 6. consi. 43. quam duplicationem erroneam resecare potui, numeros vero mutare non.

f ¶ Fraudem. imo. communis & vera est non præsumi hanc fraudem in compromisso: vt etiam tenet Ale. hoc eodem consi. nume. 15. & in l. 5. §. si sortem, l. stipulatio ista, § alteri. col. pen. de ver. obli. dixi in l. eos, C. de vsuris.

g ¶Pœna.infra lib.4.consi.115.nu.15.Hypp.Marsil.l.patre.nu.22.ff. de quęstio.Are.consi.149.col.5.Ias.l.Iulianus.col.9.de cond. indeb.cō.41.in fin.lib.3.Cur.iunior l.quod te.col.2.si cer.pet.

* Debitæ.]Idem dicit Bart.in l.illud.ff.de peti.hęre. Natta.

* Compromissi.]De hoc,postquam aliquis succubuit in causa reductionis ad arbitrium boni viri, vtrum iusta causa excuset à pœna compromissi;ponit plenissime Alex.in d.§.duo fratres,& ibi etiam Iaso. Natta.

* Interesse.]No.istud,quòd iusta causa,etiam putatiua excusat ab interesse,vt vult gl.in d.l.in hac.ff.de tritico. Natta.

* L.qui occidit.§.in hac.]Qui occasionem prębet ne res extet, is eius ęstimationem præstare debet legibus hic per Alex.allegatis, quibus adde tex.in l.in summa.§.si seruum.ff.de condi.inde. Et in l. si seruū in prin.ff.de verb.obli. Natta.

h ¶Appellatio.Cur.sen.consi.33.in fi.

i ¶Vsurarum.de vsuris lucratorijs plenè dixi in d.l.eos,q.16.quòd reprobatur in mutuo nisi quatenus de vero interesse constet non autē extra mutuum,sed moderandæ sunt iuxta l.vnicam, C.de sent. quæ pro eo quod inter.vbi dixi.q.4.

* Tertiò respondeo.]Contra in transactione tenet Alexa.consil.50.lib.4. Natta.

k ¶Conuentionali.Ias.d.§.duo fratres,colum.6.An.Cors.sing.versi.pę
* na.Dec.l.qui cum alio.de regu.iu.* Sed,quòd excuset, videtur tenere Alex.consi.115.col.pen.lib.4.Secutus Io.And.in d. tit. de arbit.§.fin. Natta.

l Expensis.sup.eo.consi.37.in fi.

m ¶Laudo.And.Alcia.de præsum.reg.3.pręsump.12.Alexan. infra eod. consi.124.nume.7.

CASVS talis est Raynaldus de Fauiolis locauit Petro quondam Gundi ad affictum ad francādum ad terminum 12. annorum tunc proximè futurorum vnam petiam terrę 40.tornaturarum vel circa.ita tamen quod quantuncunque sit &c. cedat pręsenti locationi ad rationem torna. prout latius in instrumento posito in terra An.iuxta viam publicam. iuxta flumen Rheni,iuxta illos de Acharisijs, & alios suos cōfines pro certo annuo affictu, & pro certo pretio francationis prout in instrumento.Modo vertitur dubium inter locatorem & conductorem, vtrum certa pars dictæ possessionis quæ vocatur Berleta in & super qua sint arbores diuersi generis nascuntur herbæ ad pascendum.Et si cultiuaretur nasceretur frumentū & alia blada, quæ petia terræ Berletæ est confinata iuxta flumen Rheni,debeat mensurari cū tota reliqua parte dictæ possessionis,& pretium ex ea debeatur dicto locatori sicut de reliqua parte possessionis prędictę:quia pro parte dicti locatoris dicitur ꝙ dicta Berleta debet mensurari,& de ea sibi pretium debetur ad rationem tornaturarum sicut de alia parte possessionis.primo,quia dicitur in dicto instrumento locationis qđ locat dictam petiam terræ iuxta flumen Rheni,& sic includit dictam Berletam quę est confinans iuxta dictum flumen Rheni.secundò:quia dicta Berleta tam ratione arborum quàm ratione herbarum & si nil araretur est fructifera. Pro parte dicti conductoris,respondetur ꝙ non debet mensurari dicta Berleta:quia in instrumento dicitur:vna petia terræ est aratorię arboratæ & vidatæ.& hęc Berleta non est eiusdem naturę, ergo non videtur inclusa.Secundo quia aliquoties aqua dicti fluminis intrat partem dictę Berletę:& sic infert ꝙ sit de alueo fluminis. Modo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Fundo vendito ad mensuram, mensurari debent aggeres & fossata.*
2 *Riparum vsus publicus est pro necessitate fluminis tantum.*
6 *Iuxta verbum, notat proximitatem vnius vel duorum pedum.*
8 *Propè, dictio, vel circa ad modicum refertur.*
9 *Concessio an incipiat à corpore, an à mensura, refert.*
11 *Malum mensurari debet sicut bonum.*

CONSILIVM CXX.

Omissis argumentis hic inde propter rei euidentiā, breuiter arbitror proculdubio Berletā ante dictam flumini seu ripæ cohęrentem mensurari debere cum dictum terrenum locatum fuerit ad francandum ad numerum tornaturarum vt in instrumento continetur. hoc probatur in l.prædia,§.ita legatum.& ibi gl.& Bar.ff.de fun. instru.
1 † vbi habetur quod alienato fundo ad mensuram mensurari
a debent aggeres & fossata[a].idem tenuit Bar.& Bal. in l. littora. ff.de contrahen.empt.& Bar.consi.193. incip. Commune Lucignani. in 2.dubio.Confirmat Bal.in rub.C.de cōtrah.empt. in 4.q.vbi dicitur quòd ripę quibus acquiritur ius commoditatis ex contractu,mensurari debent per dictum. §. ita legatū. & respondet ad l.littora,de contrahen. emp. ꝙ §. ille loquitur in littoribus in quibus nullum ius quęritur ex contractu:quia erant littora publica, & in vsu publico, adeò ꝙ nullus priuatus percipiebat vtilitatem ex eis,prout sunt littora maris, l.ripam,in fi.ff.de re.diui.& finaliter concludit Bal. ꝙ etiam ripę fluminum publicorum debeant mensurari si in ripis consistat vtilitas notabilis quantitatis: vt quia ibi sit salicetum prout in proposito nostro ita ꝙ non sit verosimile ꝙ vēditor fuisset gratis concessurus allegat in arg.l.1.ff.de reb.dub. & quod no.in l.1.§.1.ff.de superfi.nisi secundum eum de ripis esset facta mētio exclusiuè in instrumento: vt quia dictum esset ꝙ vendebatur à ripis citra vel vsque ad ripas exclusiuè. ¶ Accedit quod
2 no.Bal.in rub.ff.de re.di.in 5. col. † vbi dicit ꝙ licèt riparum fluminis vsus sit publicus, d.l.riparum.tamen illud est verum secundum quid scilicet vt naues ibi ligentur ad ripas: vt ad arbores siccentur retia & similia, quæ necessitas nauigantium & piscantium exigit. Cæteris spectantibus ad dominos præ-
* dij * vicini,sicut spectant riparum dominia & si nauigantes acciperent de talibus fructibus tenerentur. Flumen enim quod est principale non trahit ad se ripam:nisi quo ad vsum necessarium fluminis: nō quo ad vsum extraneum : ita intelligit Bal. in d.l.riparum.¶Hoc etiam & magis in specie decidit in d.rubri.ff.de rer.diui.in 8. col. vbi dicit ꝙ si iuxta flumen est tanta terra quæ arari posset,non diceretur simpliciter ripa, imo si esset via publica inter prędium, & istud terrenum cohęrens flumini, illud terrenum si tantum esset ꝙ arari posset diceretur diuisus ager,adeo ꝙ sine dubio tunc veniret mensurandū. alleg.Ang.l.Martius.ff.de acq. rer. dom. sed ita est quod arari
4 posset locus iste de quo vertitur quęstio:ergo &c. ¶†Nec prædictis ob.id quod no.Bar.in suo tractatu Tyberiadis in 10. colum. vbi dicit quòd ripæ fluminis publici non veniunt mensurandæ vendito prædio ad mensuram, nisi hoc expresse sit dictum:quia secundum eum hoc idem videmus in limitib. fundi cohærentibus vijs publicis,l.id quod,C.de pericu. & commo.rei ven.probat etiam ipse quia prædictæ ripæ non venduntur,sed magis rei venditæ accedunt:quia per se vendi non possunt: quia riparum vsus est communis de iure gentium: & iō apparet quòd proprietas sola per se esset inutilis, cum semper vsus alterius duret.ff.de vsufr.l. 3. §.1. tamen ideo per se non censetur,sed alteri accedunt.in d.l.id quod.¶Et idem dicit de
5 fossis quæ sunt inter viam & fundum eadem ratione. † illæ.n.
b fossæ[b] sunt eorum quorum prædijs adhærent secundum eum quòd probatur: quia ripa & via est ipsorum quorum prædijs adhærent, l.Martius,in fi.ff.de acq.re.do.& no.gl.insti. de rerum diui.§.riparum,in ver.illorum. ergo fouea quę est inter illam ripam & fundum nostrum est nostra,l.2.§.præterea.& ibi no.ff.de aqu.plu.ar.& licet fossa non sit via, quia per eam nō itur nec commeatur : & per consequēs via dici non potest. l.2.§.ait prætor. ff. ne quid in loco pub. tamen vsus fossarū erit publicus sicut & viarum.& respondet Bart.ad d.l. prædia, §. ita legatum,quod ibi loquitur in aggeribus & fossis quæ sunt inter ipsum fundum,& sic sunt inter proprietates & vsus dominij ipsius fundi. vnde cum venduntur prædia, veneunt in mensura.ita residet Bar.in tract.supradicto.cum quo concordare videtur Bal.in rub.de re.diui.in 12.colum. & in d.l.riparum.Nam respondeo primo prout ipse respondet Bal.& rectè in d.rub.de contrahen.emp.vbi dicit quòd decisio Bart.in d. tractatu procedit quando de ripis fit in contractu mentio exclusiuè : vel quando ex verbis non apparet inclusas esse ripas continentes vtilitatem notabilem: vt quādo est ibi Salicetum. sed in proposito nostro patet ex verbis quòd inclusiuè veniūt ripæ:quia in instrumento ex latere fluminis datum fuit specificè flumen pro termino. Nam dicitur in instrumento iuxta
* flumen* † quæ dictio denotat propinquitatem vt per vnum pe-
6 dem vel duos ita dicit Bar.post glo.in l.quidam Hyberus, ff. de ser.vrb.præd.& Ang.in l.militis codici. in prin. ff. de test. mil.aliud est enim flumen, aliud ripa. flumen enim in totum est iuris publici. ripæ autem fluminis, licet sint in vsu publico secūdū qđ declaraui.s.tñ proprietas est dñorum habentiū prædia

dia iuxta ripas.l.nemo.§.si.cum sim.ff.de rerum diui. & Insti. eo.tit.§.riparum.cum sequen.¶Quinimò esse potest ꝙ Berleta prædicta non tota dicitur extra ripam fluminis, nec accedit
7 ripæ. ¶†Nam ripa est terrenum quod continet flumen secundùm eius naturalem cursum: vt diffinit iurisco n.l.1.§.ripa.ff. de fluminib.Itē locus qui ripæ cedit incipit à terreno. ex quo primum à plano vergere incipit vsq; ad aquam & propter attractionem aquæ.ita diffinitur.in l.pen.& ibi not.ff.de flumi. & Bar.in præalleg.tract.in 3.col. cum seq. refert etiam Bal.in d.l.riparum.quòd Vber.de Bobio,& Rich.Malumb.& Cy.in d.l.id quod.dicebant vendito prædio ripas debere mensurari. Nec obst. si diceretur ꝙ in instrumento dicitur ꝙ locauit vnā petiam terræ aratoriæ, arboratæ, & vidatæ 40.tornaturarum vel circa. & quod ista Berleta computata excederet in multo
8 maiori in summa tornaturarum,& ꝙ debet dictio propè † vel circa referri ad modicum: vt dicit Iac.de Bel.in auth.de monachis.in princ.vbi dicit not.in §.si verò.iure pro testibus qui debent pro x.an.vel circa xx.an. * &c. quod referat ad modicam quantitatem.alleg.text.in l.2.§.ex actis. ff.de origi.iuris. ¶Quia respondeo, quod expressè in instrumento dicitur quod debeat dicta res mensurari. & si erat plus augeatur quantitas pecuniæ soluendæ ad rationem tornaturæ,& ita econtra si reperitur & videatur minus,per quę verba tollitur dubium.Casus est in terminis in l.qui fundum. §.qui agrum.ff.de cōtrah. empt.& ibi not. ¶Ad hoc quod not.Bart.in l.Iul.§.si Titius.ff. de act.empt.& Bal.in l.1.C.de peri.& commo.rei vend. & in l.sicut.de act.empt.¶Item non obst. si dicatur ꝙ in instrumento dicitur quod locat dictam petiam terræ aratoriæ, arboratæ,& vidatæ &c.Et quod ista Berleta non est aratoria, arborata,& vidata &c. & quia respondeo duobus modis: primò vt colligitur ex his quæ concludit Old.consi.196.incip. In concessione cuiusdam &c. vbi dicit quòd si quis concessit insulā iuxta vias publicas & iuxta iura episcopalia: quam insulam dixisset centum tornaturarum, & in veritate erat multo plus: an totum comprehendatur in concessione? arguit quòd non: per l.comprehensum.ff.de contrah.empt.contrarium decidit per l.si fundum sub conditione.l.si libertus. ff. de lega.1.& l.
9 cum pater.§.pater qui filio. ff.de leg.2.& subdit ꝙ † refert vtrum loquens incipiat mentis explicare conceptum à nominibus significantibus numerum vel mensuram: vt vendo decem iugera talis terræ positæ in tales confines, & tunc non veniat maior numerus vel mensura quàm specificatus sit. alleg. l.si quis testamento.in princ.ff.de leg.1.an verò incipiat à nominibus significantibus certam speciem vel corpus determinatum vt vendo talem fundum positum in tali loco, & infra tales confines. quia tunc adiect.mensuræ est loco demonstrationis: quia nec vitiat nec minuit illud cui adiicitur.alleg.l.si seruus legatus.§.qui quinque.ff.de leg.3.l.his verbis. & l.demonstratio falsa.ff.de cond.& demon.& C.de fal.cā adict.l.j. ¶Et dicit ꝙ hoc videtur determinari per l.si venditor.in prin. ff.de act.empt. ¶Hoc idem tenuit Pet.de Anch.in c.per tuas. de do.& Io.de Imol.ibi qui quò ad propositum nostrum dixit hoc maximè esse verum in contractibus ex causa onerosa: qa in pretio verosimiliter haberi debet respectus ad mensuram: & idem tenet Io.And.in addit.Spec.in tit.de empt. & vendi. §.sciendum.in fin.& Bal.in rub.C.de contrah.empt.in 22.q. ¶Ita in proposito quia in dicto cōtractu incipit locator exprimere mentem suam per nomina significantia speciem: quia dixit quòd locauit vnam petiam terræ aratoriæ arboratæ, & vidatæ positam intra tales confines &c. vnde fines demonstrant quanta sit res ipsa quæ locata est: ideo licet illa demonstratio arboratæ, vidatæ,& aratoriæ &c.non esset omnino vera, talis
10 demonstratio non vitiat per alleg. ¶†Præterea hic nō videtur esse falsa demonstratio: nam dixit locator quòd locabat dictā petiam terræ aratoriæ, arboratæ, & vidatæ. sed certum est ꝙ iste locus, scilicet la Berleta, est terra arborata & etiam potest arari,licet ibi non sint vites, non per hoc est falsificata demonstratio, quia satis est quòd ipsa petia terræ in se contineat terram aratoriam,arboratam & vidatā. impossibile enim est vel saltem non contingens, quòd in qualibet gleba & particula terræ sint arbores & vites simul.vnde postquam ipsa petia terræ continet vites & arbores, & arari potest: verum est dicere quòd omnino illa adiectiua concurrunt respectu sui substantiui prout requiritur.l.Titiæ textores. de lega.1.l.seruis vrbanis.§.fin.de leg.1.plenè not.in l.si is qui ducenta.§.vtrum. de rebus dub.si enim voluisset conductor vel emptor quòd intelligeret totam petiam terræ esse ex omni particula & tornatura arboratam & vidatam hoc exprimere debuit. l.si in qualitate.ff.de act.empt.l.si in emptione.in princ.ff.de contrahen. emptio.l.veteribus.cum materia.ff.de pact. ¶Accedit ad hoc
11 quod dicit Bald.in l.sicut.in fi.C.de act.empt.† vbi dicit,ꝙ quando venditur terrenum ad mensuram, ita debet mensurari malum terrenum sicut bonum: quia par pretium pro quolibet iugere videtur esse statutum alleg.tex.cum gl.valde not. secundùm eum in l.qui libertatis.§.fin.ff.de euict. ¶Postremò non obst. quòd censeatur esse ille locus alueus fluminis propter inundationem: & sic videtur esse publici iuris.l.1.§.simi
12 li modo. cum seq. ff.de fluminib. quia respondeo † quod illa inundatio interdum eueniens non facit locum cēseri alueum fluminis, & esse publici iuris, imò locus remanet priuati iuris & in proprietate veri dominij.l.adeò.§.quod si toto. cum seq.ff.de acqui.rer.domi.& l.1.§.ripa.ff.de flumi.licet possessio interrumpi dicatur per inundationem. l.3.§.Labeo. & l. qui vniuersas. iter quod à mari.ff.de acq.poss.ex quibus concluditur Berletam in mensurationem venire.

ADDITIONES.

* Duplicatum consi.44 lib.6. Natta.

a ¶Fossata.Cæp.de seruit.rust.præd.c.36. de Rip.Ang.Aret.§.flumina. Instit.de rerum diuis.Fabia.in tract.de empt.& vend.q.6.prin.col.5.

* Ias.repet.l.quominus.col.11.de flum. * Vide Fel.in c.quia iudicāte.col.fi.de præscrip.Ang.de Aret.in §.flumina.Instit.de rerum diui. Ias.in l.quominus.col.14. ff.de flumi. Et vide Fab.in tract.de empt. & vend.6.art.princ.col.5.Cæpol.in tract.seruit.sub tit.de ripa. Nat.

* Vicini.] Ideo non licet in tali ripa ædificare,vt ponit Bart.in l.quominus q.7.Bald.in l.Item lapilli.9.q. ff. de rerum diuis.& Soc.consi. 79.lib.3. Natta.

b ¶Fossæ.Limita quò ad statutum de offenso in fundo suo. Ang.Aret. tract.malefic.versi.in platea.col.3.Fabia.vbi supra.

* Iuxta flumen]Idem dicit Bal.in l.Olimpico.in addit.ff.de seruit.vrba.præd.de hac dictione,iuxta ponit etiam Bal.in l.scire.§.multa.ff. de excus.tut. Natta.

* Vel circa xx.annos.] Imò videtur,ꝙ testis deponens per verbum,circa,nunquam probet:quia non concludit, nec loquitur determinate. c.h.de despon.impub. quem tex.nota.ibi Ant.& sequitur Alex.consi.183.col.2.lib.7.& consi.66.eod.lib. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem non sufficit ciuiliter impleri.*
4 *Filij naturales an tantum excludant substitutum.*
7 *Monasterium non habetur loco filij.nu.12.*
10 *Iudicandum in dubio pro monasterio.nu.16. nisi substitutus sit de descendentibus testatoris.nu.11.*
14 *Pater quid si reliquit filiæ mille si nupserit, si verò monachatur,quinquaginta.*
17 *Expressio eorum quæ tacitè insunt, nil operatur.*
18 *Legitimatus an excludat substitutum.*
19 *Ingressus monasterij legitimat spurium.*

EPITOME.

TESTATOR instituit Ioann.filium pupillum: & si in pupillari vel quandocunque decederet sine filijs legitimis & naturalibus substituit Petrum. accidit d.Ioan.ingredi monasterium & ibi decedere sine liberis.respon. Alex.substitutum per monasterium excludi. & ita ter consuluit.

CONSILIVM CXXI. Triplex.

VISO themate suprascripto & his quæ eleganter * & copiosè scripta sunt per clarissimum doct. & honorand. Fratrem d. Guido. de Vespuctijs de Florentia concludentem, & rectè per ingressum religionis defecisse condictione dicti fideicommissi seu fideicommissum non deberi. ¶Et quia aliquando similem casum de facto super eo consultus idem respondeo, & per rationes ibi adductas & per authoritates deciditur etiam iste casus, ideo illud hic subijciamus concludendo tam per contenta in primo meo consilio, quàm per allegata per dictum dominum consultorem, idem quod in priori casu per eum conclusum est: continentia autem dicti consilij anno proximo per me redditi sequitur vt infra, videlicet contentis a in dicto themate.

1 † videtur prima facie dicendum ꝙ per ingressum monasterij
factum per d.Io. non excludatur dictus Petrus substitutus d.
Ioan. sub conditione si decederet sine filijs legitimis & natu-
ralibus. Nam testator locutus est per verba naturalitatem im-
portantia. & sic per verba naturalia, non per verba ciuilia con
ditionem substitutioni apposuit: patet dum dicit, si d.Ioan. in
pupillari ætate vel quandocunque decederet sine filijs legiti-
mis & naturalibus. tunc Petrum de Peregolotis eidem substi-
tuit, sed vbicunque testator vtitur verbis naturalibus in con-
ditione apposi. non sufficit illam conditionem ciuiliter adim
plere. l. Statius florus. §. Cornelia fœlici. ff. de iure fis. & l. cũ pa
ter. §. hæreditatem. de leg. 2. l. ex ea. §. insulam. ff. de verb. obli.
¶Pro hoc etiam facit quia conditio debet adimpleri in forma
specifica. l. qui hæredi. de condi. & demon. & l. Mæuius. ¶Ter
tiò pro hoc facit. l. fideicom. ff. de condit. & demon. & l. si ita
quis. §. is cui. de leg. 2. vbi si quis est grauatus restituere sub cõ
ditione si decesserit sine liberis, non dicitur deficere fideicom
missum, licet decedat cum liberis adoptiuis: & sic cum libe-
ris legitimis tantum. ¶Quartò pro hoc adducitur quia pater
potest filio suo etiam post ingressum monasterij substituere
dummodo eum non grauet in legitima sibi debita. probatur
in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. ver. hoc etiam, ibi dum dicit
tex. eius voluntati concedimus. ergo nihil repugnat ꝙ vltra le
gitimam d. Ioannis monasterium excludatur per substitutum
vt seruetur voluntas testatoris, quæ in omni interpretatione
præferenda est. l. 3. C. de liber. præter. l. cum quæstio. C. de leg.
2 †Quintò, quia videmus quod qui est substitutus sub hac con
ditione si institutus decesserit sine filijs & naturalibus, nõ ex-
cluditur si institutus decesserit tantum cum filijs naturalibus
legitimatis, cum non sint verè & propriè filij legitimi & natu
rales. arg. l. fi. C. de his qui ven. æta. impet. & per no. in c. inno-
tuit. de elect. cum simil. Ita ergo dicendum est in monasterio.
cum monasterium nõ sit verè & propriè filius legitimus & na
turalis d. Ioannis nunc naturaliter defuncti. Nec vlla lex esse
videtur quæ dicat monasterium esse filium legitimum & na-
turalem ingressi: ergo in dubio à propria significatione verbo
3 rum non est recedẽdum: vt habetur in iuribus vulg. ¶†Deni-
que testator noluit iuris interpretationi relinquere dispositio
nem suam: sed ipse interpretatus est dicẽdo ista verba, scilicet
legitimis & naturalibus, meritò non est recedendum à sua in-
terpretatione. l. generaliter. §. fi. cum not. C. de instit. & substit.
& d. l. 3. C. de libe. præter. ¶Et pro hoc patet non obstare id qđ
habetur in §. sed & hoc præsenti. cum simil. in authen. de san-
ctissi. episc. quia ibi loquitur quando testator dicit simpliciter
sine liberis. & sic requiritur iuris interpretatio: sed hic dicit le
gitimis & naturalibus, & sic vltra processit: & sic verba debẽt
aliquid operari. l. si quando. de leg. 1. c. si Papa. de priuile. in 6.
Et cum dispositio dicti §. sed & hoc præsenti, sit cõtra regulas
iuris communis volentis adimpleri debere conditione in for-
ma specifica, non debet extendi ad casum ibi non specificatũ.
l. si verò. §. de viro. sol. mat. l. ius singulare. de legi. c. ea quæ. de
reg. iur. in 6. ergo non debet extendi ad casum quando sunt in
conditione addita ista verba scilicet legitimis & naturalibus,
vel similia verba, præter verbum liberis. ¶Præterea ex tex. in d.
§. sed & hoc præsenti. cum sit dispositio iuris ciuilis non vide-
tur quod debeat seruari quò ad ecclesiam seu in terris eccle-
siæ. c. quæ in ecclesiarum. & c. ecclesia S. Mariæ. de constitu. &
Moder. in c. 2. de reg. iur. in 6. Et habetur 96. dist. ca. bene qui-
dem. & istam partem videtur tenere Iac. de Bel. in disputatio-
ne sua incip. Quidam testamentum condidit &c. quam ipse in
auth. de sanctissi. episc. post §. sed hoc præsenti, ponit. vbi con-
cludit ꝙ si testator substituit hæredi per hæc verba si decede-
ret sine liberis ex suo corpore descendentibus, non excludatur
substitutus licet hæres ingrediatur monasterium. & ita etiam
tenebat Io. Andr. in c. Raynutius. de testa. ¶Sed præmissis non
a obst. contrariam [a] sententiam in casu nostro de iure veriorem
& probabiliorem esse puto, maximè ex his, & primò. Nam da-
to quod testator substituisset d. Ioanni solum per ista verba si
decesserit sine liberis absque eo quod expressisset de legitimis
& naturalibus: non intelligebatur de legitimis tantum: sed ẽt
de naturalibus, prout expresse probatur in d. l. fideicõmissum.
ff. de condi. & dem. & l. si ita quis. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. si vir.
& in l. cum vir. ff. de condi. & demon. & etiam non sufficiebat
extare ex Ioan. filios naturales tantum: quantumcunq; ex sub-
stitutione dictũ fuisset simpliciter, si decesserit sine filijs, sub-
4 stituo Petrum. †quia filij naturales tantum non faciunt defice
re dictam conditionem substitutionis, saltem quando testator
vel hæres fuisset persona honestæ vitæ. l. ex facto. §. si quis roga
tus. ff. ad Treb. cum ibi not. maximè per Bart. & per alios in l.
generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. sub conditio-
ne facta. & per Mod. in c. in præsentia. de probat. ¶Apparet er-
go quod ista verba, scilicet legitimis & naturalibus tacitè ine-
rant: & sic eorum expressio nihil debet operari. l. 3. de leg. 1. l.
non rectè. C. de fideius. idcirco sicut si est facta substitutio à te
statore hæredi suo per hæc verba, si decesserit sine filijs, exclu-
ditur substitutus si hæres ingrediatur monasterium: vt in c. in
præsentia. de probatio. iuncta l. ex facto. §. fi. cum ibi not. ff. ad
Trebell. & ita debet esse in casu nostro. ¶Secundò probatur in
auth. de sanctissi. epis. §. sed & hoc præsenti. & in auth. nisi ro-
gati. C. ad Trebe. vbi relictum factum Titio, sub conditione si
ipse Titius liberos habuerit debetur si Titius ingressus est mo
nasterium quamuis alios liberos non habuerit. Idem dicitur
in eo qui pariter est institutus & grauatus alteri restituere sub
dicta conditione si decesserit sine liberis. quia si talis ingredia
tur monasterium liberis aliquibus non procreatis, substitutus
excluditur si est institutus & grauatus restituere alteri hęredi-
5 tatem sub dicta conditione. ¶†Tertiò talis cõditio liberorum
habendorum habetur pro non adiecta: quia impeditiua est vi
tæ contemplatiuæ. Nam timens ne bona ipsa haberet restitue-
re per fideicommissum substituto si decederet sine liberis, im-
pelleretur ad carnale matrimonium contrahendum, & remo-
ueretur à voto religionis & castitatis. Item ista verba, instituo
te hæredem, & si decesseris sine liberis substituo talem, viden
tur sonare hoc scilicet si castitatem seruaueris restituas hære-
ditatem tali. Ideo cum propter hoc impediatur vita contem-
platiua quæ melior est quam actiua. l. quisquis. C. de episco. &
cler. l. sancimus. la 1. C. de sac. san. eccl. & in auth. de mona. in
princ. & in c. cum infirmitas. de pœnit. & remis. Ideo lex vo-
luit tale grauamen haberi pro non adiecto, & pro non scripto
si talis grauatus ingrediatur monasterium: hoc est quod dici-
6 tur in d. §. sed hoc ex præsenti. †sicut etiam videmus alias con-
ditiones impossibiles de iure seu turpes aut existentes contra
publicam vtilitatem reiici, per l. 1. & l. si filius. ff. de condit. in-
stit. l. 2. C. de indi. vidui. l. 1. C. de his quæ pœn. not. ¶Quartò
probatur illud quod relinquitur pro dote de necessitate intel-
ligitur pro matrimonio carnali. non potest enim esse dos sine
tali matrimonio. l. fi. C. de donat. ante nupt. l. 3. ff. de iure dot.
nõ enim potest pro matrimonio spirituali. & pro ingressu mo
nasterij dos dari: de simonia. c. non satis. Et tamen in tali reli-
cto dotis reiecta est dicta conditio comprehendendi dicti ma-
trimonij, dummodo persona cui relinquitur ingrediatur di-
7 ctum monasterium: vt præalle. §. sed hoc præsenti. ¶†Quintò:
quia inter monasterium & monachum non dicitur contrahi
matrimonium spirituale: cum solus abbas dicatur spõsus mo-
nasterij: vt not. per glo. & doct. in cap. quia propter. de elect. in
princip. Sed si fideicommissum iniungitur alicui grauato sub
conditione, si nuptias contraxerit: & iste grauatus monasteriũ
ingrediatur non tenetur fideicommissum: vt d. §. sed hoc præ-
senti. ergo apparet quod hoc non ex eo quod defecisset condi-
tio fideicommissi, sed ex eo ꝙ tale fideicommissum & tale gra
uamen habetur pro non adiecto. tanquam contrarietur vitæ
contemplatiuæ, sed in proposito est huiusmodi: ergo &c.
¶Fortificatur hæc ratio: quia videmus ꝙ vbi aliquod monaste
rium vel aliqua pia causa esset expresse substituta hæredi sub
conditione, si decederet sine liberis, & hæres ingrediatur mo-
nasterium: & decedat nullis procreatis liberis, dicitur venisse
conditio substitutionis: vt probatur in d. auth. nisi. & ibi not.
Cy. & alij doct. & Spec. in tit. de testa. mona. versi. 15. ergo ap-
paret quod monasterium in quo quis ingreditur, nõ habetur
loco filij: quia si haberetur loco filij deberet etiam dici in ca-
su isto defecisse conditione fideicommis. & probatur per ali-
quas rationes, de quibus probatur in auth. si qua mulier. C. de
sac. san. eccl. & per Ang. in disputat. sua incip. nobilis quidem
8 genere &c. ¶†Sextò probatur: quia videmus quod si aliquid
relinquatur mulieri, & ipsa grauatur restituere per fideicom-
missum si non nupserit, non tenetur præstare si nupserit. & est
ratio: quia per hoc nuptiæ & libertas contrahendi matrimo-
nium impediretur. l. quoties iuncta l. hæres meus. §. fi. de con-
dit. &

dit.& demon.bene facit.l.Titiæ si non nupserit eod.tit.multo
minus debet in casu isto valere istud fideicommissum sub con
ditione illa quæ esset impedimento vitę contemplatiuę quę lõ
ge melior est quàm actiua: vt dictum est: aliàs saltem non vide
tur posse negari quod istud est concessum ecclesiæ in priuile-
gium & ne contingat melius bonum impediri, per dictum.§.
sed hoc præsenti.vt Ant.Bu.d.c.in præsentia. Septimò ꝓ hac
parte facit no.id quod decidit in addi.Spec.Io. An. in titu. de
sta.mona.in rubrica circa med.& Bart.in l.2.ff. de his quę pę.
no.& Alb.de Ros.in secunda parte statu.q. 104. & seq. quæ in
ci.adhuc ex eodem themate quæro aliam quæstionem disputa
tam &c.& Antonius de Bu.in d.c.in præsentia. & Ludo. Ro.
9 in l. stipulatio hoc modo.ff.de ver. oblig. vbi volunt † ꝙ si pa-
ter relinquit filiæ centum si nuberet,& quinquaginta si mona-
sterium ingrediatur ꝙ si intret monasterium habebit nihilo-
minus centum per l.Titiæ si non nupserit. ff. de condi. & de-
mon.ꝙ ista dispositio retrahens filiam a vita contemplatiua:
dicitur turpis.per d. §. sed hoc præsenti . & ad ea quæ possunt
allegari in contrarium responderur per doc.in d.locis. ¶ Qui-
nimo posito quod nonnulli in hoc vltimo tenuerunt contra-
rium: tamen eorum decisio non ob. casui nostro vt patebit ex
10 infra dicendis circa responsa ad obiecta.¶ † Vltimò pro hoc fa
cit quia posito ꝙ in hoc articulo essent variæ doc.opi. quæ fa-
ciunt rem ambiguam: vt no.gl.in l.cum de nouo.C.de legi.&
in l.& ideo.ff.de le.& in prima constit.C.in §. quibus. & not.
Bar.in l.qui Romæ.§.fin.ff.de verb. oblig. in 6. oppo. ergo in
dubio debet iudicari pro monasterio vel religione.l. sunt per-
sonę.ff.de rel.& sump.fu.l.in ambiguis.ff.de iure dot.& etiam
quia monasterium sustinet partes rei & ideo in dubio pro eo
debet iudicari.c. ex literis.de proba.c.cum dilectus.de fide in
strumen.l.fauorabiliores.de reg.iur.¶Fortificatur hæc opi. ex
responsionibus infra dandis ad obiecta. & istam partem quan
do per verba naturalitatem importantia adiecta est condi.sub
stitu.tenuit Dyn. in d.l.si ita quis.§.fi.de leg. 2. & ibi ēt Barto.
& Mar.sil.& Ray.& Bart.& Ang.& Pau.de Cast. in auth. nisi
rogati.C.ad Treb.Idem tenuit Bart.in consi.incip. Parmensis.
In hanc partem etiam videtur inclinare Bald. in auth. nisi in
11 2. colum. † quando substituens non esset de descendentibus
neque de ascendentibus testatoris, vt in casu nostro, ita etiam
per plura firmat Ang.in sua disputatione, nobilis quidam ge-
nere &c.etiam secundum eum quando esset ingressus regulá
fratrum minorum,qui omnino sunt incapaces.hanc opi. etiá.
tenent Bal. Anto de Butr.& do.Abb.in d.c.in præsentia.& Io.
de Imo.in l.fideicommissum.de conditio.& demon.& est opi
nio.magis communis,& pluribus , & fortioribus rationibus,
& authoritatibus munita: vt ex prædictis apparet, & per con-
sequens in iudicando non est recedēdum ab ea vt in locis vul.
traditur.¶Non ob.allegata in contrarium: quia potest respon
deri ad omnia prout respondebat Dyn.in d.l.si ita quis. §.fi.&
Ray.in d. auth.nisi rogati. & ibi Cy. quod verum est quod re-
gulariter non sufficit ciuilis filius tantum . fallit vbi quis mo-
nasterium ingrediatur,& hoc fauore religionis d.c.in præsen-
tia.& arg.d.l.sunt personæ.¶Vel secundum Fran.ti.in d. auth.
nisi quando ille qui est rogatus restituere sub conditione, si de
cesserit sine liberis , procurat habere filium per adoptionem .
lex enim hoc casu præsumit quod faciat hoc in fraudem fidei-
commissi d.l.fideicommissum. & l. si ita quis . quod quidem
non præsumitur in ingrediente monasterium. facit quod not.
Io.And.in addi.Spe.in ti.de succes.ab intesta.§.fin. & Richar.
Malum.Cy.& Bar.in d.auth.nisi Bar.in d.auth.si qua mulier.
12 † & secundum Bal.in l.filium diffinimus. de his qui sunt sui
vel ali. iu. hoc non est ex eo quòd monasterium sit loco filij:
sed ex eo ꝙ dictum fideicommissum videtur relictum fideicó
missario sub condi.si ipse hæres castitatem seruauerit: & ideo
reijcitur talis conditio,& pro non adiecta habetur & scripta,
vt in iuribus pro hac parte allegatis tanquam sit turpis, & con
tra vitam contemplatiuam. ¶Et ex ista vltima responsione ap-
paret quod idem iuris esse debet siue testator dixerit simplici-
ter sine filijs, vel sine filijs legitimis & naturalibus: quia vtro-
bique est eadem ratio : ergo idem ius esse debet l. a Titio. de
ver.ob.c.fin. de trāsla.epi. & præsertim quia illud quod expres
sit tacitè inerat, vt est ostensum. nec Papa in d. c. in præsentia.
dicit ꝙ monasterium habeatur loco filij , imo quia quantū ad
hoc ponitur allegatio partis non decisio Papæ: vt etiam ibi di

cunt doc.& maximè dom.Abb.& Ful. in d.auth. nisi vbi etiā
dicit hanc opi.esse tutiorem.¶Præterea responderi potest, vt re
spondet Pau. de Cast.d. auth. nisi post alios ꝙ posito ꝙ per ista
verba, si decesserit sine liberis ex proprio corpore descendenti
bus, apparet testatorem non cogitasse nisi de veris & naturali-
bus liberis: tamen lex supplet eius cogitationem, & præsumi-
tur quod si cogitasset ipsum ingredi monasterium eodē modo
voluisset substitutum excludi. illa enim conditio supplet hoc
modo si decesserit sine liberis ex suo corpore descendentibus,
suppleo vel etiam si monasterium non ingrediatur,& ista secū
dum eum est ratio d.§.sed & hoc præsenti.¶ Posset etiam secū
13 dum eum habere locum opi.Ia.de Bel.& sequa.† quando ap-
paret quod cogitasset testator de excludendo monasterium, vt
est quando prouidisset quod si ingrediatur monasterium debe
ret solum habere certum quid: tunc enim lex non supplet . nā
in incertis non certis locus est coniecturis.l.ille aut ille.§.cum
in verbis.ff.de le. 3.l.continuus.§.cum ita.de ver.ob.Simile di
cemus in expressa pupillari facta per hæc verba , si hæres erit
& in pupillari ætate decesserit illum substituo , nam casu quo
non esset hæres non cogitabat, tamen quia verba totaliter non
repugnant lex supplet : quia præsumit ꝙ si testator cogitasset
de hoc casu: eodem modo in illum casum substituisset. l.iam
hoc iure.ff.de vul. & pup. Sed si apparet ex verbis quod aliter
cogitauit,& prouidit vt quia dixerit si filius hęres non fuisset,
substituit Titium:& si hęres esset & in pupillari ętate decede-
ret substituit Sempronium, tunc lex nō supplet nec in ista vul-
gari comprehenditur pupillaris tacita: quia expressa prouisio
testatoris facit cessare tacitam prouisionem legis.l. cum ex fi-
lio.§.1.de vul.& pup.& hoc modo dicit declaratam mentem
& rationem d. §. sed hoc pręsenti . melius quàm tangitur per
alios.¶Et pro hoc adducit decisionem Bald.in d. auth. nisi in
14 quæstione † qua quærit an si testator reliquit filię mille si nu-
pserit: sed si intrauerit monasterium quinquaginta.an si ingre
diatur monasterium debeat habere mille, ne detur occasio de
trahendi a vita contemplatiua per d.§.sed & hoc præsenti.ista
decisio faceret pro conclusione quam feci supra in fauorē mo
nasterij.tamen Bal.tenet contra in l.Deo nobis.C. de episco.&
cle.& in d. auth.nisi.postquam specialis prouisio facta fuit in
casu in quo ingrederetur monasterium per d.l. cum ex filio. §.
1.de vul.& pup.¶Et ita tenet Pau.de Cast.in d.auth.nisi roga-
ti.dicens ꝙ secus esset si simpliciter reliquisset mille filiæ suę,
& nullam specialem prouisionem fecisset in casu in quo mo-
nasterium ingrederetur: quia ea ingrediente monasterium de-
bet habere mille, per d. auth. nisi. & ita etiam in nostro argu-
mento principali concludit ipsemet Pau.in d.l.si ita quis. §.is
cui.in lec.Bonon.vbi per pręd icta reprehendit Bal.in d.l.Deo
nobis. quò ad principalē articulum nostrū ibi tactū per Batr.
15 ¶† His consonant verba Bal.in d.ca.in presentia.in 4. colum.
vbi dicit quod non est opin. Cyn. & Bart. ꝙ monasterium ex-
cludat substitutum etiam si sit dictū sine filijs ex proprio cor
pore natis vel procreatis: quia monasterium habet eandē pię-
rogatiuam quam habet filius , nisi dictum fuisset hoc modo,
videlicet si decesserit sine liberis non secundum iuris interpre
tationem,sed ex corpore suo natis , nam hoc casu propter ista
verba,non secundum iuris interpretationem sed ex suo corpo
re natis.apparet ꝙ cogitauit de monasterio, & voluit pro mo-
nasterio non excludi substitutum. ¶ Nec ob. quod tex.in d.§.
sed & hoc pręsenti . ponit casum exorbitantem a regulis iuris
communis,& per consequens non debeat extendi ad alium ca
sum scilicet quando post verbum sine liberis , addita sunt ver-
16 ba illa legitimis & naturalibus : † quia respondeo quod fallit
quando sumus in fauorabilibus: quia iura fauent aliquam cau
sam.vt no.glo.in l.illud.in ver.alia causa.C.de sa.san.ecc.& in
l.fi.in verbo,capitulorum eo.tit.& in l.si constante.& ibi Bar.
in 9.q.primę partis.ff.solu.matri.in l.quę propter necessitatē.
de reg.iu.in l.miles.in princ.de iudi.in l.si a patrono. in prin.
& ibi no Ang ff.de lib.& posth.& iste casus uerus : quia. l.fa-
uet.in d.§.sed & hoc pręsenti.propter pium fauorem religio-
nis. ¶ Vel etiam respondeo quod hic erat extensio passiua sur-
17 gens a regula iuris antiqui , quę habet † quod expressio corū
quę tacitè insunt,nil debet operari l. 3 . ff. de lega. primo,quo
casu etiam in exorbitantibus fit talis extensio . l. si quis seruo.
cum glo.C.de furt.& ibi per do.iuncta.l.vt tantum.de ser.cor
rup.& plenè per Bart.in l.omnes populi.quęstio.6. princi. dē
iusti-

iustitia,& iur.Et in casu nostro illa verba, legitimis & naturali
bus.tacitè inerant vt supra,probaui.¶Non obst. etiam ꝙ filius
legitimatus non excludat substitutum vocatum per ista ver-
18 ba, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus: quia†respõ
deo primo ꝙ communis opinio est in contrarium quando di
ctum fuit in substi.si decesserit sine filijs legitimis & natura-
libus,vt concludit Iacob.de Aren.quem refert Ioan. An.in ti.
de succe.ab intesta.§.1.ad fi.& Ange.in sua dispu.incip. nobi-
lis quidam genere.& Bal.in l.Gallus.§.si eius.in fi. ff.de liber.
& posthum.& Anto.de But.in cap.per venerabilem. qui filij
sint legiti.& ista est communis opinio.vt refert Ioan. de Imol.
in l.Lucius.ff.de hęredi.institu.secus si dictum fuisset si deces
d serit sine filijs legitimè [d] natis.& ita procedit id quod nota.in
d. cap.innotuit.de elec. Apparet ergo quod argumentum po-
tius facit pro conclusione quam firmaui,quàm in contrariũ.
19 †Et accedit quia videmus ꝙ ingressus monasterij adeo fauo-
rabilis est ꝙ facit ingredientem censeri legitimatum filium &
capacem,vbi aliàs esset spurius & incapax:quia nõ minus de-
bet operari in hoc talis ingressus, quàm operaretur offerendo
se curiæ, per quam oblationem redditur quis legitimatus: vt
* singul.decidit *Guil.de Cug.in l.1.C.de sacr.sanct. eccle.& ar
gum.l.fin.eodem titulo,& sequitur Bald.in dict.l.prima in le
ctura in penul.colum.in versi.iuxta hoc quæro an non capax.
¶Item respondeo quòd posito ꝙ de iure legitimatus vel alius
ciuilis filius non excluderet substitutum, tamen aliud est in
monasterio, vt probant iura & rationes superius adductæ.
20 ¶†Nec etiam obstat quod dicit. §. sed & hoc præsenti. quòd
non debeat seruari in terris ecclesiæ:quia respondeo quòd at-
tento quod dictus.§.sed & hoc præsenti. est constitutio iuris
* communis * imperialis & fauorabilis ecclesiæ,censetur appro
bata ab ecclesia: & etiam quo ad ecclesiam:& videtur in oĩ fo
ro seruari debere.cap.j.& ibi nota.de ope.nou.nuncia. 10.di-
stin.si adiutorium.no.Ho.& Ioan.And.in cap.fi.de solutio.&
Archidia.20.dist.cap.lege & Anto.de But.& alij post eum. in
cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de cõstitu. & Ioan. Cald. in dicto
capitulo primo.de ope.noui.nuncia.secus si esset præiudicia-
lis ecclesiæ,vel esset lex condita ab alio inferiore quàm ab Im-
peratore:quia tunc non esset seruanda, ita procedunt allegata
in contrarium secũdum doc.in locis proximè allegatis, & per
hoc patet esse responsum ad omnia allegata in contrarium,
non mirum ergo si Ioan.de Imol.in dicto capit.in pręsentia di
cit quòd forte ista opinio Dyn.& Bartol.seruaretur in practi-
21 ca: quia secundum eum † vbi variæ sunt opin. fauendum est
opin.quæ facit pro religione.d.l.sunt personæ. Ita vt superius
dictum puto iuris esse.Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Eleganter.]Vide in materia Ias.consi.212.lib.2. Natta.

a ¶Super contentis.hic incipit consil.primum ab Alexan. redditum in hoc puncto & habebatur.infrà,lib tertio consi.35. quia verò iterum atque iterum super eodem puncto pro diuersis monasterijs vel personis conformiter consuluit primum tantum consilium nec nominibus quidem mutatis semper tradidit vt patet hic & infra,libro quarto consi.92.meritò hoc consilium triplex esse superscripsi, erant autem singula multis mendis referta & truncata quæ hic semel integritati suæ restituuntur.

b ¶Contrariam.aduerte in themate super quo Alexand. consuluit videlicet quando substitutio est facta. si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus habet secum communem opinionem legistarum, & canonistarum vsque hodie:quia dicunt omnes communiter, & nominatim Deci.cons.426.quòd etiam si potuit testator excludere monasterium,temen non censetur per illa verba voluisse, nec de eo cogitasse.Sed Alexan.vltra procedit. & idem tenet etiam si dictum sit. Si decesserit sine liberis legitimis & naturalibus ex suo corpore procreatis in quo licet Pet.de Ferra.in li.quo agitur ex substitu. versi.ex suo corpore.Et quidam alij teneant excludi monasterium, & satis p ea verba ex suo corpore constare de mente testatoris, Tamen plures tenent contrarium,nisi addatur de veris & naturalibus filijs non per iuris interpretationem:vt Bald.Paul.in l.Deo nobis. C. de episco. & cleri.vel de eorum vero & non ficto matrimonio.aut alia verba ęquipollentia quæ necessario inferant de exclusione monasterij cogitatum:vt Decius consil.259.colum.secun.Franci.Rip.re.l. si vnquam. quæstio.34.C.de reuocan.dona.& latissimè in l.ex facto.§.si quis rogatus.num.38.cum sequen.ff.ad Trebellia.& sic adhuc in hoc communis opinio videtur stare cum Alexan. quòd etiam si hoc maximè voluerit testator.reijciatur conditio tanquam turpis,& reproba, & monasterium admittatur.Et licet cum Bart.consi.1.ita teneant Paul. d.cap.in præsentia.col.18.Ant.But.Aretin. & Fel. ibi col.decima septima.Paul.consi.336.lib. 1. Socin. l.2.colum. prima,in fin.ff.de his quæ pœ.no.Bertran.consil.261.aliæ occupationes.colum.secunda.libro 2.Tamen communis opinio est in contrarium:vt per Bald. Paul. d.l.Deo nobis.Corn.d.authen.nisi rogati.Dec. cap. in præsentia. nu. 58.de probatio.& in dic.consi.259.consi.426.Ias.consi. 212. libro 2. Rip.dic. §. si quis rogatus. vbi tamen volunt quod debet necessario constare de voluntate excludendi monasterium.Et quod de hoc satis nõ apparet per illa verba sine liberis,ex suo corpore, & legitimo matrimonio &c.

c ¶Descendentibus. Quia tunc non habet locum..dict.§.sed & hoc pręsenti.Bald.consi.196.testamentum Pucia uelli.lib.1.Dec. l. 1. colum. 3.de reb.dub.Re.l.cum auus.colum.21.de condi. & demon. Vincen. Hercula.in disp.incip.Perusinus.quæstio.5.Fulgo.consi.3.quoniam. in fin.Ias.consil.212.lib.2.quamuis Dec.consil.426.contrarium consuluerit & male.

d ¶Legitimè. Dixi in consue.Parisi.§.8.gl.1.q.8. nu.44.

* Decidit.]Intellige si profiteatur religionem: quia effectus,quos habet ingrediens,resoluuntur per egressum,vt per Dec.in auc.ingressi, col.1.C.de sac.san.eccle. Natta.

* Iuris communis.] Constitutio iuris communis. fauorabilis censetur approbata ab ecclesia.Idem Alexand.consi. 122. Viso processu, col.pen.lib.5. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Reuendendi à promissione non videtur recedi per instrumẽtum puræ venditionis.*
3 *Notarius potest conficere instrumentum ex interuallo.*
4 *Testis affinis non reperitur in ciuilibus.*
6 *Iudex ex officio potest testem repetere.*
7 *Iuramentum in supplementum defertur etiam in arduis quãdo est plus quam semiplenè probatum.*
8 *Testis inhabilitas potest vel tacitè remitti,nu.12.*
9 *Fundare quis se non potest expositione negata.*
13 *Delatio iuramenti fieri non debet aduersario non citato.*
14 *Offerre fieri per iudicem non sufficit,nisi petatur.*
15 *Sententia nulla potest in causa appellationis confirmari.*

CONSILIVM CXXII.

Viso processu vtriusque causę,scilicet tã prin
cipalis quàm appellationis in-
ter Stephanum Balbum ex vna parte agentem in causa princi
pali, & appellantem in causa appellationis Gasparem Cychũ
ex alia reum conuentum in causa principali, & appellantem
in hac causa appellationis. ¶Et visis allegationibus aduocato-
tum vtriusque partis:nec non literis spectabilis d.vicarij verè
1 me requirentis,quę futurę sint partes in iudicando.† quia of-
ficium iudicis principaliter versari debet in exquirenda veri-
tate. 30.quęstio.vl.c.iudicantem.& l.2.C. de eden. ideo circa
hanc insistam superfluis resecatis.¶Vnde in primis videndum
est an sit probata intentio agentis, qui se fundat in promissio-
ne sibi facta per Gasparem de retrouendendo.¶Secundò prin-
cipaliter erit videndum vtrum agenti obstet ꝙ sententia pri-
ma fuit lata sine consi. sapientis, vt dicitur.
¶Circa primum sunt examinati tres testes pro parte agentis:
& primus scilicet Bartoldus clarè videtur probare intentio-
nem agentis scilicet quod tempore dictæ promissionis promi
sit dictus Gaspar ad interrogationem factam ipsi Stephano re
trouendere:& sic probat stipulationem lege iurisgentium. §.
quod ferè.ff.de pactis, lege prima cum ibi nota. C. de vsu.
2 ¶†Et postquam in tractatu facta fuit dicta promissio non in-
telligitur ab ea recessum per instrumentum purę venditionis
postea factum: etiam si esset factum ex interuallo, quod est
plus per l.si tibi liberum.secundum vnum intellectum. ff. de
actio.emptio.& l.si binarum.ff.de serui.vrb.prędio. quia post
quam erat ius quęsitum parti, non pręsumitur quòd voluerit
ex subsequenti actu ex interuallo renunciare.argumen.l.cum
de indebito,in princip.de proba.& cap.super hoc. de renun-
cia. ¶Secus si non in contractu, sed in pręfationibus contra-
ctus fuisset dictum: quia tunc intelligitur repetitum in sequẽ
ti contractu,ita demum si fuisset incontinenti subsecutus cõ
tractus, & non ex interuallo l. item quia in fin.cum ibi not.
per docto.ff.de pact.& in d.§.ita respondit.coniuncta.d.l.per
retentionem.C.de usur.cum gloss.& l.cum in plures.§.loca-
tor horrei.ff.loca.secũdum unum intellectum: quia non erit
adhuc quæsitum ius parti.& ita declarat not.Ioan. de Imol.in
l.quoties.§.tantundem.ff. de hære. instit. & d.§.idem respon-
dit.

dit.¶Sed iste testis dicit quod fuit facta promissio tempore uē
ditionis: ergo si fuit contemporanea cum ipsa uenditione, se-
quitur quòd fuit pars ipsius contractus uenditionis. l. fundi
partem. ff. de contrahen. emp. l. iurisgen. §. quinimò. ff. de pac.
l. lecta. ff. si cer. peta. & ideo non uidetur ab ea promissione re-
cessum per subsequens instrumentum, etiam si fuisset factum
3 ex interuallo, ut dixi.¶ Quod etiā alia ratione probatur: †quia
non est curandum quo tempore fuerit factum instrumētum,
sed quo tempore fuit factus contractus. nam instrumētum ap
pellatur ipsa nota continens id quod factum est a partibus: &
tale instrumentum facit notarius. Contractus uero appellatur
illud quod partes faciunt ut emptio, & uenditio, & similia.
ita in effectu dicit Barto. in l si quis legatum circa penul. col.
ff. ad l. Cornel. de fal. unde quamuis notarius fecisset instru-
mentum ex interuallo postquàm etiam fuisset rogatus a par-
tibus, hoc non uitiaret actum nisi quando fuerit actum inter
partes quod cōtractus non ualeret nisi fieret inde scriptura. l.
contractus. C. de fide instrum. Et ideo in proposito non est at-
tendendum quòd non fuerit factum instrumentum: quia ex
isto non oritur ius sed ex contractu partium. & scriptura in-
strumenti sola operatur probationem. l. cōtrahitur. ff. de pig.
l. pactum quod bona fide. C. de pact. Nec obst. quod iste testis
4 esset cognatus actoris. † quia affinis non repellitur a testimo-
nio in causis ciuilibus, ut not. glos. & doct. in c. accedens. el j.
uersi. subesse. ut lite non contest. est uerum tamen quod Bar. in
l. aut affinitate. ff. de proc. dicit ꝙ affinis est suspectus testis. &
ab hoc ut uigore probationis factæ per unum testem possit de
ferri iuramentum in defectum semiplenæ probationis, requi-
ritur quod sit omni excep. maior, unde si esset consanguineus
vel multum amicus non sufficeret. ita dicit Bar. in l. admonē-
di. ff. de ireiur. in vij. colum. in uersi. uenio ad tertium. & An
to. de Bu. in c. fin. de iureiur. per not. in l. etiam matris. ff. de
proba. Ideo prima facie uidetur ꝙ opus sit alia probatione: &
cōstat ꝙ receptus est alius testis pro parte actoris. s. Antonius
zanini; & iste satis bene se concordat in substantialibus cum
dicto Bartoldo quo ad promissionem de retrouendendo. sed
tamen uerba ipsius Antonij sunt dubia quia non deponit ꝙ
ipsa promissio facta fuerit in ipsa uenditione uel in ipsis præ-
fationibus uenditionis postea incontinenti subsecutæ, sed so-
lum dicit quod fuit ante confectionem instrumenti: & ideo
quia potuisset contingere quod dicta promissio fuisset facta
ante uenditionem non in uenditione, vel fuisset facta in præ-
fationibus ipsius venditionis postea seorsum seu ex interuallo
secutæ & liberè factæ, quo casu intelligitur esse recessum a di-
cta promissione, per no. per Barto. in d. l. item quia. §. fin. & in
l. pacta nouissima. C. de pact. & per Bald. & Angel. in l. si quis
cum aliter. de verb. oblig. cum suis concord. non probarent:
5 † quia verba dubia testis interpretantur contra producētem.
capit. in præsentia. de prob. ¶Ideo posset iudex causæ ex offi-
cio suo repetere dictum Antonium Zanninum, & interroga-
re an dicta promissio de retrouendendo facta fuerit in ipsa vē
ditione vel incontinenti iuxta ipsam venditionem, idest ante-
quam partes deueniret ad actus extraneos, iuxta. l. continuus.
in princip. ff. de verbo. oblig. & l. duos. §. fin. ff. de duo. reis. &
nota. in l. contractus. præalleg. & in l. bonæ fidei. C. de pact. &
si responderetur quod fuit facta in vendi. seu incontinenti iuxta
dictam venditionem, vt dixi, & tunc videtur ꝙ dicti testes suf
ficiant vna cum iuramento delato dicto Stephano in supple-
mentum probationis, per ea quæ statim dicam. ¶Si autem di-
cit dictus testis se non recordari vel non factam fuisse dictam
promissionem in uendi. nec incontinenti iuxta uenditionem,
tunc non uidetur quòd iste Antonius probet; quia nō conclu
dit de necessitate: quia poterat esse quia dicta promissio fuisset
facta ante, adeo quòd per ea quæ ex interuallo essent subsecuta
6 uendendo liberè seu simpliciter esset recessum a præcedēti cō-
a uentione. † Et istud quod iudex ex officio suo potest testem re-
petere [a] ut declararet ambiguum dictū suum. ca. cū clamor.
de testi. §. quia uero. cum gloss. ¶ Et si Antonius repetitus depo
neret seu declararet in fauorem dicti agentis: prout dixi: tunc
uideretur quòd quamuis Bartoldus esset affinis uel quia ex
istis duobus testibus esset plus quàm semiplenè probatum, po
7 test suppleri dicta probatio per iuramētū actoris per regulam.
dictæ l. admonendi. ¶ † Et licet dictum iuramentū non debeat
deferri in causis magnæ quantitatis, ut not. in d. l. admonen-
di. & in l. bonæ fidei. C. de rebus creditis, tamen posito quod
appareat istā causam esse magnæ quātitatis inspecta qualitate
personæ actoris, potest deferri iuramentum: quia quādo plus
quam semiplenè est probatū ut in casu nostro per dictos duos
testes secuta declarat. & repeti. dicti Antonij, ut s̄ dixi. Etiam
potest dici quòd iuramentum actoris supplet etiam in causis
magnæ quantitatis: & etiam in alijs causis arduis in quibus
propter solam semiplenam probationem non deferatur iura-
mentum: ut not. d. Abba. in cap. mulieri. in 4. columna, de iu-
reiuran. per id quod habetur in ca. fi. §. fina. eod. titulo. Etiam
idem est de mente Hostien. in summa de iureiuran. ut supra,
& Archi. in c. utiles. el 1. in fin. 27. quæstio. 1. & Salic. in d. l. ad
monendi. circa penulti. colum. dum ponit intellectum. d. ca.
fin. de regu. iur. & idem tenet Lud. Ro. in d. l. admonendi. post
medium. in uersi. 1. in eadem ibi, & in delictis &c. & Bald. in
d. l. bonæ fidei. circa vlti. colum. in uersicu. hic dubitatur de
feudo. C. de reb. credit. ¶ Plus dico quòd etiam absque repeti.
dicti Antonij uidetur quòd sufficiat dictum primi testis scili-
cet Bartoldi: quia exceptio quod est cognatus uel affinis pro-
pter quam non dicitur omni exceptione maior fuit remissa &
potuit remitti per partes ī causa principali ut expressè no. Io.
And. in addi. Spe. in ti. de teste. §. sæpe. in princip. facit. l. si qs
8 testibus. C. de testibus, & quod infra dicam. † & in isto casu
quando testis non est omnino inhabilis, & potest per partem
b approbari[b] testis approbatio facta per partem expressè uel taci
te operatur, quòd iudex possit ex officio suo aliquid supplere:
tunc habet locum id quod habetur in l. quos prohibet. ff. de
postu. & ita etiam uult Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teste.
§. 1. uersi. quid si uidit. & Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in c.
cū dilectus. de cōsue. & Ant. de Butr. in c. bonæ. el 1. de postu.
præl. & sic sufficeret primus testis cum iuramēto partis. ¶ Sal-
tem cum non sit probatum istam esse magnam causam, circa
depo. Michaelis qui est tertius testis d. Stephani: nō puto pos-
se fieri nisi modicum fundamētum, & ex eius inspec. apparet.
¶ Nec prædictis ob. si diceretur quod actor in sua positione
asserit quod dicta promissio de retrouendendo fuit facta post
dictam uenditionem & instrumentum. testes uero actoris di-
cunt ꝙ fuit facta promissio prędicta ante confectionem in-
strumenti: quia dico ꝙ reus negauit contenta in d. pósitione.
unde non potest se fundare ex positione negata. c. ex eo. de re
iu. lib. 6. & no. Spe. in tit. depo. §. octauo. uersi. 1. & Bart. in l.
non utique. ff. de excep. & in l. post legatum. in prin. ff. de ijs
quib. ut indig. cum sim. ¶ Nec ob etiam si dicatur quod dicti
duo testes non sufficiunt ad reprobandum instrumentum si
sibi contradicāt, per no. in l. in exercēdis. C. de fide instrumen.
& in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & in l. 1. §.
si quis negat. ff. quemadmo. testamen. ape. & in c. cum Ioan. de
fide instrumen. quia dico quod actor non tendit ad improbā-
dum instrumentum, nec testes contradicunt instrumēto: imo
unusquisque fatetur fuisse confectum prout iacet. Sed dicunt
testes quod ante confect. instrumenti fuit actum inter partes
quod Gaspar teneretur retrouēdere. unde si agitur quod illud
pactum intelligatur repetitum in illa uenditio. ex mente par-
tium & non intelligatur per sequentia recessum a dicta pro-
missione, ut supra declaraui: non sequitur quod instrumentū
sit falsum: quia non sumus in casu in quo loquūtur ea quæ no.
in d. l. in exercendis. cum si. ¶ Et per hoc etiā dico quod testes
recepti pro parte dicti Gasparis non cōtradicunt testibus Ste-
phani: quia testes Gasparis dicunt illud omne quod instrumē-
tum & c. ¶ Nō ob. si dicatur quod Antonius quartus testis de-
ponit quod dictus Gaspar soluit & numerauit dicto Stephano
quantitatem dictæ petiæ terræ uenditæ, & in instrumento di-
catur quod non fuit numeratū pretium quinquaginta librarū,
sed solum usque ad quantitatem duc. 16. auri. & residuum fu-
it confessus emptor habuisse & penes se habere: quia respon-
10 deo † quod quando unus testis contradicit alij in modico,[c]
c non dicuntur uarij: & saluantur. ita dicit An. de But. in c. 2. ad
fi. de regula. per ea quæ ibi no. in gl. 2. iuncto tex. unde licet in
modico uariat iste testis ab instrumento, non debet redargui:
adeo quod non probet. nam testis recordatur uidisse ibi pecu-
niam numeratam prout numerata fuit & ęstimauit eā esse to-
tam. ¶ Præterea d. testis dicit quod pretium soluit & numera-
uit dic. Gaspar in dicto loco. debet referri non specificè ad to
11 tum pretium: † quia dictum prolatum a teste non facit omni-
modam

modam relationem si per hoc incideret in aliquã contrarie-
tatem, vt not. Bar. per illum tex. cum gl. in l. Iulianus. ff. de hæ
red. instit. Præterea dicta varietas non est circa negociũ princi
pale, scilicet promissionis de retrouendendo de qua agitur: er
go non inualidatur per eam dictum testis: vt per Bar. in l. eos.
cum simi. ff. ad leg. Cornel. de fal. Præterea etiam dictum Bar-
toldi sufficeret cũ iuramento actoris, vt supra probatur. Nec
obst. etiam prædictis si diceretur, ꝙ plures testes sunt recepti
pro parte Gasparis ad reprobandos testes actoris tanquam cri
12 minosos: quia † tales exceptiones fuerunt per partes remissæ
expresè, & etiam si non fuissent expresè remissæ, fuerunt ta-
citè remissæ: quia non fuerunt oppositæ ante publicationem
testium. c. præsentium. de testi. in antiquis. & Cy. in auth. si te-
stis. C. de testi. & Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de teste. §. sæpe.
circa princi. vbi expresè dicit remitti posse per partem hanc
except. ꝙ testis sit criminosus. ¶Præterea requirebatur, quòd
talia crimina deducentur in articulis specificè, & cum expres
sione loci & temporis: per id quod habetur in l. præsentium.
§. testes. cum ibi not. per doct. de testib. lib. 6. & per Bar. in l. 1.
circa 3. col. de except. per Bal. in auth. si dicatur. in fi. C. de te-
stib. l. edita. in 8. col. in repet. Paduana. C. de eden. ¶Non obst.
etiam si dicatur ꝙ iudex causæ principalis detulit iuramentũ
in supplementum probationis: & quod ita reus iurauit nullã
13 factam fuisse promissionem de retrouendendo: † quia dico,
quod talis delatio iuramenti fieri non potuit, prout facta fuit
scilicet absente do. Stephano, & non citato. l. in bonæ fidei.
ver. causa cognita. de rebus cred. & ibi per illum tex. not. An-
gel. dicens cautum debere esse aduocatum per illum tex. i un-
14 cta l. in causæ. §. causa cognita. de minor. ¶†Circa secundum
principale, videlicet an obstet, ꝙ non fuit transmissa consulto
ri, prout cauetur in statuto sub rubrica, de libell. obla. respon-
deo, ꝙ non: quia potest responderi ad statutum quod intelli-
gitur parte petente. l. 4. §. hoc autem interdictum. de dam. in-
fe. & not. gl. & doct. in c. fi. de rescri. & Anto. de But. in c. pen.
de iud. cum sim. Sed dictus Gaspar non petit causam legitimè
committi consilio sapientis non suspecti simpliciter, vt dicit
statutum. sed dicit ꝙ offerebat se paratum mittere ad consiliũ
sapientis Bononiæ, vt aliàs dictum est, & conclusum inter di-
ctas partes: dicebat, & lis de tali conclusione non apparet in
act. debuit petere causam mitti per capitaneum ad consilium
sapientis partibus non suspectis secundùm dispositionem sta-
tuti, à cuius forma non debuit recedere. l. prætor. §. docere. ff.
vi bon. rapt. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumi. pub. & quod
not. voluit Io. And. in c. 1. in ver. Christianorum. de homi. lib.
6. in nouella. & Bal. in l. si quis non dicam rapere. circa 4. col.
de epis. & cle. ¶Præterea quandocunque fuerit sibi præsentata
copia processus, & omnium actorum.[a] & nõ apparet ꝙ Gaspar
in hoc fecerit id quod sibi incumbebat circa præsenta.[a] dicto-
rum actorum: oportebat enim mittere acta ad consultorem,
iuxta l. fi. C. de reli. vnde iste qui non adimpleuit pro parte sua
non potest alteri morã allegare. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio.
15 empt. l. ædiles etiam. §. fi. de ædi. edi. ¶†Insuper posito ꝙ sentẽ
tia fuisset nulla. potest per iudicem appellationis confirmari:
vt not. per gl. & doct. in l. 1. C. quando prouo. & per docto. in
l. si expressim. ff. de appel. quando causa nullitatis quæ erat in
prima sententia cessat in secũda, vt in casu nostro. ¶Vel etiam
potest reformare iudex appellationis quando ex actis talia ap-
parent, ex quibus veniat refomanda. l. absentem. C. de accu. &
si aliter non fuit petitum reformari secundùm Ioã. de Imol. in
d. l. expressim. circa vlt. col. per rationes ibi redditas per eum.
¶Ex quibus omnibus concludo partes dicti iudicantis esse in
confirmando primam sententiam latam in fauorem dicti Ste-
16 phani.† præterquam quò ad expensas, attento quod Stepha-
nus vicit & superauit ex iuramento Antonij delato in supple
mentum semiplenæ probationis, per ea quæ singulariter tra-
duntur per Bal. in auth. generaliter. circa 4. col. C. de episc. &
cler. vnde in expensis tam principalis causæ, quàm appellatio-
nis iudex vtranque partem ab expensis absoluat propter præ-
dicta: & etiam quia in hac causa vterque est victus, & victor
poterit etiam iudex si sibi placuerit priusquam pronunciaret
repetere[a] dictum Antonium testem, vt supra dixi, sed non pu-
to esse necessarium per supradicta. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Repetere. Infra lib. 6. consi. 232.

b ¶Approbari. Alex. l. 3. §. hoc autem iudicio. ff. de dam. infe. Anto. Cor
set. sing. ver. testis. j. Fe. c. si diligenti. col. 8. de foro compe. Deci. l. j. de
off. asses. l. qui iurisdictioni. in fi. de iuris. om. iud. Ias. l. patre furioso.
col. 4. ff. de his qui sunt sui vel alien. iu. in repet. l. admonendi. col. 7.
de iureiur. Dec. c. ex insinuatione. col. fi. de app. doct. in l. et. C. de testi.

c ¶Modico. Supra eo. consi. 48. nu. 5.

d ¶Comparitionem. Per quam vitium citationis purgatur And. Ti-
raq. in consuet. Pict. §. 9. gl. 2. nu. 18. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Præsumitur pro sententia.*
2 *Sententia potest ferri contra non citatum præsentem.*
3 *Nuncius si refert se citasse, præsumitur pro eius commissione.*
5 *Possidere se respondens intelligitur de toto, & censetur se liti offerre.*
6 *Exceptio post sententiam non potest opponi eam infringens.*
9 *Inferior non potest vti clausula non obstante.*

CONSILIVM CXXIII.

Viso processu causæ agitatæ inter syndicum
societatis sanctæ Mariæ de Co-
tignola ex parte vna agentem, & Rogerium quõdam Matthæi
del Vecchio & Petrum quondam Matthæi ex altera se defen-
dentes. ¶Videndum est in primis vtrum sententia lata per do-
minum Vicarium cuius petitur executio valeat stantibus ex-
1 ceptionibus contra eam oppositis. ¶†Ad quod videtur sentẽ-
tiam valere, & pro ea præsumitur regulariter. c. bonæ. el 1. de
elect. c. in præsentia. de renunc. c. cum inter. & cap. sicut. de re
iud. & not. plenè in c. cum in iure. de offi. deleg. cap. quoniam
contra. de probat. & l. sciendum. ff. de verb. obl. cum sim. Nec
obst. exceptiones contra prædictam sententiam in præsenti iu
dicio executionis oppositæ: quia primò non obstat, quòd fue-
rit lata ab incompetenti iudice: quia responsio patet ex rescri-
ptis delegatorijs registratis in processu: per quæ rescripta con
stat causam à principe fuisse delegatam Vicario Lugi, & indu
bitatum est principem hoc facere potuisse. l. 1. C. qui pro sua
iuri. l. more. cum l. seq. ff. de iurisd. omn. iud. & quod plus est
pronunciatum est per iudicem aditum se fore iudicem com-
petentem, & ab ea pronunciatum est prouocatũ, ideo illi sta-
re oportet. c. cum dilecti. de elect. c. significantibus. de offic.
deleg. ¶Non obst. secunda exceptio, qua dicitur quòd senten-
tia non valuit eò quia non fuit condemnatoria nec absoluto-
ria, prout esse debet ꝙ in ea non fuerunt cũdemnati dicti Ro-
gerius & Petrus ad restituendum dictas petias terræ: quia con
trarium patet euidenter ex inspectione sententiæ prædictæ in
qua condemnatur Roger. & Petrus & eorum procuratores ad
restitutionem dictarum terrarum. ¶Et similiter fragilis est ter
tia exceptio in qua dicitur quod verba sententiæ non fuerunt
relata ad ser Paulum Andreæ de Margotis, qui erat dominus
litis seu causę. sed ad alios syndicos, qui non erant domini li-
tis: & sic non deberet valere sententia, per ea quę habentur in
l. 1. C. de sent. & interloc. omnium iudi. quia imò ex inspectio-
ne sententię apparet verba esse relata ad ser Paulum. ¶Non ob.
etiam quarta exceptio in qua opponitur ꝙ non valuit senten
tia. quoniam fuit & est absque eo quod dictus Rogerius & Pe
trus nunquam fuerunt citati ad audiendam sententiam, saltẽ
legitimè & peremptoriè, iuxta l. ad peremptorium. ff. de iud.
& l. consentaneum. & l. tres denunciationes. C. qũo & quando
iud. quia ad hoc respondeo, quòd citatus fuit procurator di-
ctorum Rog. & Petri: & etiam ipse Rogerius & Petrus perso
naliter, vt comparere deberent die 10. mensis Martij, & ita po-
stea dicta die comparuit procurator dictorum Rogerij & Pe-
tri, & eo præsente lata fuit sententia. & ideo si comparuit reus
in prima citatione ad audiendum sententiam, quamuis fuis-
set peremptoria non erat necesse aliam citationem facere: vt
in auth. qui semel. C. qũo & quando iud. l. properandum. §. 1.
C. de iud. Nam tertia citatio de qua in l. ad peremptoriam. fie
bat ad conuincendum malitiam & proteruitatem non com-
parentis. d. l. ad peremptorium. cum seq. vnde si in prima ci-
2 tatione reus citatus comparet, non est vlterius citandus. †Ideo
iura dicunt quod sententia ferri potest contra non citatũ prę-
sentem, vt erat dictus procurator reorum. l. de vnoquoque. de
re iud. l. etiam. §. hęreditatem. & l. in causa. la 1. §. causa cogni-
ta. ff. de mino. & not. Io. And. in c. fi. de elect. lib. 6. in nouella.
& clarè ponit prædicta Ioã. And. in addit. Spec. in tit. de sepi-
prola.

proba.§.ut autem.in addi.quæ inci.Citatum supplè perempto rie.& no. per Bar. in l.prolatam.C.de senten.& Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adop.& in l.si accusationibus.C.de accusatio. & Ange.& Io.de Imo.in d.l. de unoquoque.per docto. plenè
5 in c.1.de iud. cum simili.¶† Et cum nil appareat de commissione citationis,sed solum de relatione nuncij, tamen præsumitur commissionem præcessisse,ut no. Guido de Suza.in d.l.ad peremptorium. & refert Ant.de Bu.in d.c.1.de iudicijs. & idem tenet Tancre. in opere suo in secunda euidentia.q.x. per l.magis puto.§.ne tamē.de reb.eorum.& l.1.§.quod eius. ff.de offi.præfec.ur. per id quod legitur & not.in c.cū parati. de ap.tamen quia in hoc aliqui contradicunt nisi appareat in hoc consuetudinem loci ita se habere:ideo tutius est respondere ꝙ dicta præsentia procuratoris sufficiat, per prædicta. ¶Pro quo etiam facit: quia apparet quòd præsentia ꝓcuratoris non fuit ibi propter aliud,sed propter ipsam sententiam: & quia nūtius eum ad hoc citauerat : quo casu pręsumitur ꝙ fuerit præsens ad hoc,vt no. Bar.& alij post eum in l.furioso. ad fi.ff.de iu.ar.l.hæredes palam.§.in testamentis.ff.de testa. Et posito quod ista citatio aliquo modo posset dici nulla ratione defectus commissionis, ut supra proxi. tamen propter prę
a sentiam & comparationem [a] subsecutam in termino dictæ citationis conualidatur.ut est glo.nota.in l.1.in prin.in uer.sententia ualebit.ff.de ferijs.ubi no.doc.& probatur in l.si ut proponis.la 2.in uer.absentem a contrario sensu.C.quomodo & quando iud.quam ad hoc allegat Ioā.An.in d.c.fi.de ele.in 6.
4 ¶†Præterea prædicta sententia quæ lata fuit,iam est ultra tēpus 10. annorum,& in qua fit mentio de renuncia.de citatione & monitione aduersariorum pſumitur quod fuerit rite lata,& interueniente legitima citatione, vel præsentia: ut probat bonus tex.in c.bonæ.el 1.de ele.vbi refricabitur in dubiū de cita. & tamen pro sententia præsumitur, & not. ibi docto. & Host.in c.cum inter. de re iudi. & Spe.in ti.de senten.§.fi. uersic.in summa.ubi hoc tenet saltem quando parte præsente fuit lata,vt in casu nostro.& not.plenè Io.de I mo.in l. 4.§.cōdemnatum. de re iu.& in c. quoniam contra. post alios doc. de prob.Et circa hoc plura dici possent: sed quia superius dicta abundant & sufficiunt ideo istum articulū ulterius quā expediat non prosequar . ¶Non obst. etiam quinta exceptio: quia dicitur quod sententia fuit nulla eò quia lata contra dictum Petrū minorem, & indefensum non habentem curatorē nec legitimam personam standi in iudicio iuxta.l.acta.§.si.& l.contra.de re iudi.quia respondeo quod de minori ætate nō est probatum, præterea apparet in processu ꝙ dictus Petrus cōstituit procuratorem qui in causa pro eo comparuit & pro
5 secutus fuit. †Et posito, sed non concesso quod Petrus esset tunc adultus, tunc non potuit pro se constituere procuratorem ad lites cum ipse careret curatore: ut not. Barto.in l.ne-
* que.*C.de proc.in uer.uenio ad secundam partem &c.& per l.si curatorem habens.C.de in integr.restit.mi.¶ Nec de restitutione in integrum dicti Petri tractādam est : quia elapsum est quadriennium a die sententiæ & ultra,& etiam non probauit se esse intra tempus scilicet 29.annorum ætatis suæ:intra quod tempus durat facultas petendi restitutionem in inte.l.f.C.de temp.in inte.pe.c.1.e.ti.li.6.¶Non ob.etiam 6.exceptio nullitatis, qua dicitur quod dicta sententia condemnatoria non fuit lata contra procuratorem dictorum reorum,qui erat dominus litis, sed contra principales , iuxta id quod habetur in d.l.1.C.de sent. quia respondeo quod imo etiam lata fuit cōtra procuratorem,ut ex uerbis suis euidēter apparet. Et similiter inquantum in 7. exceptione opponitur quod non fuit lis contestata : quia ex processu contrarium constat.¶Cum ergo nulla exceptio nullitatis iustificata sit cōtra dictam sententiā. & lapsa sint tempora appellationis prosequendæ. quia iam sunt 10.anni & ultra quibus lata est , clarum est quod in rem iudicatam transiuit.Et posito quod ab ea appellatum fuisset, tamen elapso dicto tempore,& parte citata ad contradicendū ne fiat executio , debet sententia exequi prout petitum est: & perinde est ac si nunquam appellatum fuisset.l.si contra.C.de appel.l.si illud.C. de tempo. appel.iuncta auth.ei qui.eo.ti. & in d.c.ex ratione.de app. & declaratur in l. 1.in fi.ff.nil no.
6 cum si.¶†Et per hoc est responsum ad primum dubium principale, & omnia ab eo dependentia. ¶† Circa secundum dubium quæritur an possit fieri executio sententię in totum pro bonis contentis in sententia : quia dicitur dictus Petrus habere duos fratres:qui non fuerunt nominati in dicto iudicio. respondeo omnino sententiam exequi debere contra dictum Petrum & Rogerium in totum: quia respōdendo interrogatorijs factis in principali iudicio,dixerunt se possidere bona contenta in petitione:& intellige in totum, ut no.gl.& doc.in c. 2.de libel.obla.& ideo in totum debet fieri executio . & si reperiretur quod non habuissent facultatem rei restituendæ in totum, tamen cum se obtulerit liti in totum tenetur quanti interfuit actorem non decipi, per d.Pe. & Roge. asserentes se possidere dicta bona.s.in totum prout intelligitur secundum quod dixi.ita probatur in l.is qui se obtulit.ff.de rei uen.iuncta.l. qui se liti.ff.de peti. hære.¶ Quo ad tertiū dubium quo quæritur dato quod d. Petrus fuisset adultus minor uidelicet 25.annis tempore dictæ sententiæ , & modo sit maior 30. possit dicere sententiam nullam respectu minoris ætatis, licet de minori ætate probauerit. respondeo quod non, ut dixi su-
7 pra circa exceptionem nullitatis.¶ † Circa quartum dubium quo quæritur an dicti condemnati possint in causa executionis probare aliquid de dominio & iure ipsorum, an uero differendum in aliud iudicium . respondeo quod post sententiā prædictam, quę in rem iudicatam transiuit, non possunt ad impediendam executionem admitti in causam.d. excep. vel proba.quę ipsam sententiam impugnaret.l.peremptorias. C. sen.rescin. non pos.l. fin.in fi.C.de ordi.cog.c. cum inter. de re iud.& plenè in l. 1. C.de iu.& fac.ig.¶Postremò circa ultimum quęsitum quo quęritur, utrum pręfatus d.Theophilus potuerit concedere dictum rescriptum dicti Rogerij continens quod non obstante sentētia lata ex desertione appellationis subsignanter faceret iustitiam partibus . respondeo quod non : quia per desertionem appellationis prima sentētia in rē
8 iudicatam transiuit.d.l.fi.§.illud.& d.l.si contra.¶ † Nec potuit aliquis dominus saltem superiorem recognoscens prout pręfatus. d. Theophilus prędictam sententiam tollere saltem in pręiudicium partis.l.nemo.C.de tem.ap.l.fi.sen.rescin.nō pot.l.2.& 3.C. ut lit. pen. & ibi no.l.fina.C.de err.adu.cum si.¶ Nec in dicto rescrip.etiam est clausula, non obstante.l.in contrarium faciente.quę clausula esset necessaria quādo princeps superiorem non recognoscens uellet dictę sententię & desertioni derogare,ut no.in l.causas.C.de trans.& in d.l.fin.
9 C.sen.rescin.nō pos.¶ †Inferior uero a principe,prout.d.Teophilus.non potest uti clausula, non obstante ut l. formam. C. de offi.pręfe.pręt.& c.cum inferior. de maio. & obe.& no.in c.fi.de here.in 6.& per Ioan. An. & alios in d.c.fi.de offi.archi.¶Et tanto minus potuit dicta concessio per pręfatum dominum fieri cum facta fuerit parte ad hoc non citata. l. cum ita diuus.de adop.l.2.de nat.resti.c.inter quas.de maio.& obedien.& no. Bar.in l.adoptio.ff.de adop.ubi inquit quod quan
* do impetratur a principe rescriptum lędens alium,*debet iste citari ad impetrationem.& no.Bar.in l.2.C.de tēp.ap.& Spe. & Io. And. in tit.de rescri.præsen.§.fi.ver.item quod ad rescr. & no. docto.in c.cum olim. de re iud. cum suis concor. &c.

ADDITIONES.

a Comparationem. Per quam vitium citationis purgatur And. Tiraq.
* in consu.pict §.9.glo.2.nu.18.cum seq. * Si citatio est nulla valet tamen comparitio : sequitur Matth.Afflι.decis.2.Feli.in c.illud col.4. in quarta declaratione, extra de pręscrip.Dec.consi.187.col.3.vers. Non obstat quod citatio. Natta.
* Bart.in l.neque.] Aduerte,quia Bart.ibi intelligitur, quando minor habet legitimam personam standi in iudicio in casibus notatis per glo.in c.ex parte.de resti.spol. Et per Speculato.in tit.de acto.col.1. quia in illis habet facultatem constituendi procuratorem alias, sicut ipse comparere non potest, ita nec procuratorem constituere. Natta.
* Alium.] No. quòd in extraiudicialibus etiam requiritur citatio.l.in concedendis. ff.de acq.plu. arcen.l.nam ita diuus.ff.de adoptio.l.fi. C.de autho.tuto.Declarat Dec.consi.640.col.fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum in iure non valet ad arbitrium duorum.*
2 *Concorditer fieri non dicitur quod fit à maiori parte.*
4 *Arbitri nō possunt supplere in alijs rebus, sed bene in pecunia.*
5 *Clausulæ generales non referuntur ad lites dependentes ex testamento. nu.8.*

7 Recla-

7 *Reclamatum si sit à laudo, pro eo non præsumitur. nu.10.*
9 *Laudum non valet admisso eo qui tunc careret potestate.*
13 *Laudum quid si latum sit partibus absentibus, nec vocatis.*

CONSILIVM CXXIIII.

In causa & lite inter Fráciscinam quondam Ioannis Bertini, & Vetium fratrem dictæ dominæ Franciscinæ ex parte vna: & magistrum Bartolum quondam
a magĩri Francisci ex alia. ¶ Visis [a] & ponderatis his quæ in themate narrantur. & viso compromisso & arbitramento. Breuiter sentio dictum arbitramentũ latum inter dictas partes non tenere. primò: quia ex instrumento cõpromissi apparet factũ fuisse compromissum in dictos arbitros & arbitratores. s. L. & A. in casu quo essent discordes, tunc partes in tertium arbitrũ & arbitratorem elegerunt F. promittentes partes prædictæ id quod per omnes eorum arbitros fuerit laudatum & arbitratũ,
1 concordatum obseruare & adimplere. † Sed ita est quòd per omnes dictos arbitros non fuit laudatum, sed solum per duos scilicet dictos L. & A. ergo non valet arbitramentum: quia recessum est a forma compromissi, contra quam nullam habent potestatem arbitri. l. non distinguemus. §. officio. ff. de arbit. ¶ Et hoc ad propositũ nostrum deciditur per Ioã. An. in addi. Spe. in ti. de arb. §. fi. versi. quid si actum est in compromisso quod cõcorditer &c. ubi quærit Spec. quid si in compromisso electus est etiam tertius, & actũ est in compromisso quod con-
* corditer pronuncient: * an valebit sententia maioris partis? & dicit quod nõ: quia verba debent aliquid operari. l. si quãdo. in prin. ff. de leg. 1. l. 1. in fi. ff. ad munici. l. si stipulatus. in prin. ff. de usur. & pro hoc Io. An. ibi in addi. dicit quod idẽ tenet gl. in c. 2. in gl. pe. de arb. in 6. & quod pro hoc facit tex. in c. 2. in fi. de testa. in 6. Subdit tamen Spe. quod in contrarium probat, arg. tex. in l. iurisgen. §. fi. cũ l. seq ff. de pac. ubi sufficit aliquid factum esse a maiori parte. ¶ Sed Io. An. super d. ver. sed quid si actum &c. in addit. incip. hæc vera &c. respondet, ad hoc quod est verum quod sufficit factum a maiori parte scilicet nisi contrarium sit actum expressè vel tacitè. prout intelligitur esse actum secundum eum in casu prædicto. videlicet propter dicta verba concorditer &c. ¶ Hoc etiam apertè vult glo. pe. in d. c. 2. quæ vult quòd si actum est in compromisso quòd non valeat sententia arbitrorum nisi omnes concordẽt, & tres erant arbitri non potuerunt duo pronunciare etiam si tertius voluerit interesse. secus si dicta clausula non esset apposita: vt d. capitu. 2. & ibi glo. quam communiter sequuntur docto. ¶ Et sic apparet idem esse actum. siue actum sit ꝙ concorditer pronuncient, siue actum sit quod omnes pronũcient vt patet ex no. per gl. in d. c. 2. & per no. per Io. An. in dictis addi. post Spe. pro hoc facit quod no. gl. in c. cupientes. §. ad hoc. in ver. cõcorditer. de ele. lib. 6. & in cle. ne Romani.
2 in ver. concorditer. de ele. quæ † voluit quod quando requi-
b rit aliquid concorditer [b] fieri debere, non dicat factum concorditer si est factum a maiori parte, & probatur in c. causis. de ele. in antiquis, vbi ista duo. s. concorditer esse factum, & esse cum consensu maioris partis, ponuntur tanquam diuersa. ¶ Et ideo dicit Do. de sancto Ge. in d. §. ad hæc. per no. ibi per gl. quod hæc dictio concorditer, de sua propria significatione requirit quod nemine discrepante fiat, sed ubi habetur quod non requiratur fieri nemine discrepante tũc impropriè dicitur cõcorditer fieri. & ita procedit id quòd no. gl. in c. nõ potest. de re iud. & gl. in c. vbi periculum. & idem in ver. sing. de ele. in 6. ¶ Et ideo dicit Ioan. de Imo. in c. non potest. quod illud factum est a maiori parte, non dicitur vere esse factum ab omnibus seu concorditer: sed per iuris fictionem censetur factum ab omnibus, vt probat tex. in l. quod maior. ff. ad munici. ibi dum dicit, quod maior pars facit: pro eo habet̃ ac si omnes fecerint. nam illa verba posita in d. l. quod maior dum tex. dicit habetur ac si &c. important similitudinem, denoto enim fictionem quando dico quòd habetur pro tali. l. iure ciuili. de condi. & demon. l. si maritus sit in magistrum. §. 1. ff. de adul. & no. gl. in l. merces. la 2. ff. de ver. sig. cum si. ita etiã cõcludit Io. de Imo. in c. 1. de maio. & obed. ubi etiam ad hoc ponderat ibi no. per glo. fi. ¶ Hoc expressè dicit Pe. de An. in l. iurisgẽ §. adeo ubi dicit quod ibi in tex. probatur qd illud qd est factũ a maiori parte, non dicitur esse factum cõmuni consensu seu concorditer. Et dicit quòd non ob. tex. in d. l. quod maior. vbi factũ a maiori parte habetur ac si factum esset ab omnibus: quia respondet quod illud est per fictionem iuris, & quòd in instrumento non bene dicit̃ aliquid esse cõcorditer factum quando est factum a maiori parte. ¶ Ita etiam in effectu tenet Pau. de Leaz. & do. Car. in cle. ne Romani. vbi dicũt quòd si aliqua iura appellant elec. concordem quando est facta solum a maiori parte, debet exponi concordẽ. 1. canonicam. Sed propriè dicitur concorditer fieri, quando nemo discrepat, & ibi plenius prosequuntur. Idem concludit Archi. 76. dist. §. dilectionis. & in c. quorundam, de elec. li. 6. idem etiam tenet quo ad casum nostrum do. Card. Floren. in d. c. nõ potest. vbi vult quod licet factum a maiori parte videatur cõcorditer factum per ibi no. per gl. & per no. in c. ubi periculũ. §. eisdẽ. in ver. singulis. de ele. li. 6. tamen illud procedit quãdo aliquid explicandum est a pluribus vt singulis, per l. Sabinus. ff. communi diui. & in regula, in re communi. li. 6. & in casu nostro dicta potestas arbitratorum nõ debet spectare ad eos vt singulos, vt de se patet. & no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de arbi. §. fi. in prin. in addi. quæ inc. quod si taceat. ¶ Sed d. Abb. in d. c. non potest. dicit quod etiam quando a pluribus vt collegio venit aliquid explicandum, non potest dici concorditer factum quando fit aliquo discrepãte, allegat tex. in d. c. in causis. & tex. in c. quorũdam. de ele. in 6. & id quod not. in d. cle. ne Romani. & in d. c. cupientes. ita etiam tenet L... Ro. in l. quarta. §. Cato. de ver. ob. in vlt. co. & in l. inter omnes. ff. qui satis. cog. bene facit quod no. gl. in c. cum olim. in gl. fi. de re
3 iud. & quod ibi no. Io. de Imo. ¶ † Cum ergo nos simus in materia contractus compromissi, in qua materia contractuum fit stricta interpretatio. c. cum dilecti. de dona. l. veteribus. de pactis. l. quicquid astringẽdæ de verb. obl. ergo. ista verba compromissi p quę promissum fuit obseruare illud quod ab omnibus arbitris laudaretur, non possunt verificari in maiori parte arbitrorum, saltem cum in dubio non sit recedendũ a prima significatione verborum. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exer. l. ille aut ille §. cum in verbis. de leg. 3. l. si ita quis. §. is cui. de lega. secundo. ¶ Secunda principali ratione fuit nullum dictum arbitramentum: quia compromissum fuit factum de lite quæ vertebatur seu certi sperabatur inter magistrum Bartolum & dominam Franciscinam, eo quod magister Bartolus prædictus petere intendebat tanquam hæres Ioan. fratris sui olim mariti dictæ dominæ Franciscinæ certos pannos & mobilia, quos & q̃ dicebat dictus magister Bartolus ipsam habuisse de bonis & rebus dicti Ioannis, & generaliter de omnibus & singulis eorum differentijs inter eos vertẽtibus, & dependentibus, & connexis ex causa prædicta, vel aliqua alia ratione, vel causa quoquo modo. dicti vero arbitri seu arbitratores nõ cognouerunt, & pronunciauerunt super dictis pannis & mobilibus quos & quæ dictus magister Bar. petijt tanquã peruentis ad manus dictæ dominę Franciscinæ de bonis dicti quondam Io. exportatis per dictam dominam Fráciscinã, sed etiam condemnauerunt dictam dominam Franciscinam & dictum Vetium eius fratrem ad reddendum d. magistro Bartolo rationem acquisitorum per eam ex operibus manuũ suarum pro tempore, quo stetit vidua in domo magistri Bartoli prædicti, seu saltem ad tradendum seu consignandum libras centum Bonon. de summa & quantitate probata in processu acquisitorum per d. d. Franciscinam ex industria manuũ suarum, seu eius exercitio. & declarauerunt dictum Bar. teneri d. Franciscinæ seu eius fratri ad dandum dotes d. d. Franciscinæ, quas habere debet ab hęrede dicti Io. in dotibus prędictis usque ad summam dictarum centum lib. ad quas compensandas cum dicta dote condemnauerunt dictam dominam Franciscinam. ¶ Sed ita est quod ex dictis acquisitis ex opera dictæ d. Franciscinæ pro tempore quæ fuit vidua, nulla potuit fuisse inter dictas partes differentia celebrationis cõpromissi prædicti, nec fuit dictum de dicta dote, ergo apparet
4 fuisse latum † laudum extra de quo fuit compromissum, & per consequens nõ valuit. d. §. de officio. Accedit id quod notauit Bar. in l. aquiliana. ff. de transact. vbi quærit quid si inter me & te erat contentio de quodam fundo, & compromisimus in aliquem dando ei plenã potestatẽ arbitrandi: vtrum iste arbitrator poterit cogere reum vt det aliam rem de qua non erat contentio? & decidit quod non. d. §. de of. & per d. l. si cum dies. §. plerunque. ff. de arbi. Pro hoc etiam adde quia iudex

iudex assumptus in actione communi diui. non potest occasione rei communis ponere manum in aliam rem non communem.l.arbor.§. de vestibulo.ff. communi diui.sed circa illam rem, de qua erat contentio, bene potest se intromittere arbitrator iubendo dari pecuniam pro dicta re, vel rem pro ista pecunia de qua erat contentio.l. cum in fundo.§.si fundus.ff. de iu. do.insti.de offic.iud.§.officium. Pecunia.n.est per quã omnes aliæ res æstimantur: & ideo alia res esse non videtur.l. si ita fideiussorem accepero.ff.de fideiuss.ita dicit signãter Bar. in d.l.cum acquiliana.& Ange.in l.de his.co.ti.& An.de Bu. in c.constituit.ad fi.de reli.domi.per illum te.& gl.in c.quintauallis.de iureiu.& in c.vbi essent. de præben.& est de mẽte Spec.in ti.de arbi.§.excipitur.ver.sed pone ꝙ litigantes.¶ Sed dicti arbitratores non condemnauerunt dictam dñam Franciscinam in dictis libris centum pro dictis pannis & mobilibus quondam Io. sed pro acquisitis ex opera & industria dictæ dominę Franciscinę: de quibus apparet nullam fuisse factã contentionem inter dictas partes: ergo non valuit laudum. ¶Facit quod not. Bal.in l.1. C.de arbi. in ver. quęro, arbiter non potest aggredi &c. & in l.itaque ad fi.C. de compen. & in l.nemo.C.de sen.& Bal.in addi. Spe.in tit.de arbi.in 3.col.in ver.
5 an arbitrator &c. ¶†Nec ob.si diceretur quòd in compromisso dicitur quòd cõpromittunt de lite quę vertebatur seu verti sperabatur quia dico quòd ibi declaratur. & specificatur quę esset ista lis, scilicet de istis pannis, & mobilib.quę dictus magister Bart. petere intendebat tanquam Io.sui fratris hęres: quæ quidem magister Bar.dicebat fuisse de bonis & rebus dicti Io. sed cum ipsis nihil habent commune ea quę ipsa domina Franciscina vidua ex industria seu opera manuum suarum acquisiuit, scilicet de quibus dicti arbitratores iudicauerant. & licet in d.compromisso subiungatur, & generaliter de omnibus alijs eorum differentijs inter eos vertentibus, & dependentibus & connexis ex causa prędicta, vel aliqua alia ratione vel causa quoquo modo: tamen non comprehendentur prędicta acquisita ex industria per dictã do. Franciscinam.nec causa dotis seu eius compensationis ex causa dictarum operarum siue librarum centum: quia dicta verba compromissi restricta sunt ad differentias vertentes inter dictas partes, & depen-
6 dentes ab eis. ¶Et ponderãda sunt ista verba vertentes † & de-
c pendentes &c. quia sunt participia [c] pręsentis temporis, quæ resoluuntur in relatiuum & verbum præsentis temporis, vt est glo.ordinaria in clemen.1.in ver.dignitatibus.de prębẽ. & no. Bar.in l. Centurio.ff.de vul.& pup.in quæstione quam mouet de substi.facta pauperibus Christi, in fi.illius q.& in l. 1.ff. de cond. & demon. Sed tunc scilicet tempore compromissi, non apparet fuisse vllam controuersiam inter partes de prędictis acquisitis ex industria per dictam dominam Franciscinam viduam: ergo non veniunt ista in compromisso, dato quod ex post facto suborta esset inter eos differentia. l.si stipulatus fuerim illud aut illud. §.1. & l.si à colono. & l. cum stipulamur.de ver.obl. ¶Et si dicta domina Franciscina allegat, quia inter eam & magistrum Bartolum tempore celebrationis compromissi non erat alia differentia nisi super dictis pannis & mobilibus, quę dicebantur fuisse dicti Ioannis: incumbit dicto magistro Bartolo onus probandi quod fuerunt tunc inter eos dictæ alię differentiæ, per not. per glo.in l.cum de lege.ff.de proba. & per no.per Bar. in l.conficiuntur.§. codicilli.in pen. q.de iure codicil.cum simi. ¶Non enim potest fundare intentionem suam magister Bart.ex illis verbis generalibus scilicet de omnibus singulis & eorum differentijs inter eos vertentibus &c. nisi probet aliter quę essent istæ, per not.
7 per Dyn.& Barto.in l.si sic. §.1.in vlti.quęstione.ff.de lega.1.
d cum suis concor. ¶†Nec præsumitur pro sententia arbitratoris a qua pendet reclamatio,[d] vt est in proposito nostro: ita cõcludit Ant. de Bur.in c.quoniam contra.de prob.in antepen. col. in ver. quęro nunquid pro dicto arbitri vel arbitratoris. & ibi etiam do.Abb. & Ant.de Butr.in c.cum ad sedem.in fi. de rest.spo.& in c. Quintauallis. in ver. venio ad textum &c. de iureiu. per no.per Inn.in c.bonę.el 1.de ele.in d.c.quoniã contra.& ita consuluit Ant.de But.consi.24.inci.quęstio hęc dubia. & ita etiam no. Lud.Ro.in l.sciendum.ff.de ver.ob.in
8 25.col.in ver.& ex his infertur ad quęstionem an pręsumitur pro laudo. ¶†Præterea dicta verba generalia apposita in compromisso non referuntur ad lites & causas dependentes à testamento quia generalis conuentio non refertur ad ea quę dependent ex testamento: etiam si contrahentes, habebant scientiam testamenti: vt not. Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.ob. in 16. q.per not. in l.tres fratres. ff.de pac. ¶Quanto magis in casu nostro in quo non apparet quòd tempore compromissi ipsa domina Franciscina seu eius frater haberent notitiam contentorum in testamento.l. de his. cum ibi no. ff.de transa. l.1. ff.quemad.te.ape. ¶Et ipsi præsumuntur ignorasse contenta in testamento vt no.glo. in l.quidam ita. §.si quis filium.ff.ad Treb.& in l.non hæres. ff. de lib.leg.& per Bart.in d.§.duo fratres in 3.q.& Ang.in l.eius qui in prouincia. post Bart.ibi.ff.si cer.pet.cum sim. ¶Et causa acquisitorum ex operis d.d.Franciscinę pendet a testamento domini Io.vt eius inspectione apparet ergo &c. ¶Tertia ratione principali moueor quia d. F. fuit electus pro tertio in casu quo alij duo arbitri essent discordes & de dicta discordia ante sententiã seu
* laudum.* non constat: † ideo arbitramentum latum ab eo qui
9 carebat potestate & authoritate arbitrandi non valet licet ex post facto scilicet post sententiam superuenerit per no. per gl. & doc.in l.licet. ff.de iud. & in l.instar. C.de iur.fisci.lib.10. & in c.cum ab vno.in gl.in ver.mandantibus.de re iudi.in 6. & not.Inn.in c.prudentiam. de offi.dele. & Bar.in l.obserua-
10 re.in fi.de offi. proconf.cũ si. ¶†Nec stari debet verbis narratiuis dicti laudi, in quo fit mẽtio de discordia: quia dicta verba non probant saltem cum actum fuit absente dicta domina Franciscina, & eius fratre.& stante quod à dicto arbitramento est reclamatum, ita colligitur ex no. per Spec. in tit.de prob. §. videndum. ver.sed pone Iudex. & in ti.de instr.edi.§.restat. ver.in summa, & per Inn.& alios in d.c. quoniam contra. per illũ tex. & probatur in auth.si quis in aliquo in fi.C. de eden. & in l.1. C.de relat. & in l.fi. ff.quando app.sit.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de sen.§.vt autem. in addi.quę incipit supple
11 peremptoriè &c.cum suis concordantijs. ¶†Nec ob.si diceretur constare quod die 17. mensis Octobris dictus M. fuit interpellatus à duobus notarijs dictę causę vt deberet die sequẽti de mane interesse ad allegandum & ostendendum iura sui principalis, eo quia arbiter à tertio vna cum dicto M.intendebat dictam causam expedire: quia respõdeo primò quòd per hoc non apparet de vlla discordia. Secundo respondeo quod dicta asserta requisitio & interpellatio nõ releuat propter multos defectus: n ã est incerta ratione loci in quo haberet d. M. adesse: ergo non valet.l.aut qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clam. & not.Bar.in l.si vt proponis la 2. C.quomodo & quando Iudex.& Spec.in tit.de cita.§.1.ver.item quod ciuitas. ¶Et Ang. in l.vt perfectius. C. de anna.exce.dicit quod talis interpellatio debuit fieri per alium arbitrum.vel arbitros, vel ex eorum
12 commissione c.fi.de arbi. lib.6. †Sed dictus notarius non asseruit se interpellare ex commissione alterius arbitri vel arbitratoris. & ideo non valuit, debet enim ex commissione fieri talis requisitio.& quod de commissione appareat l.neminem. & ibi no.Dy.& alij.C.de exh.reis.& no.Bar.in l.1. §.circa.de of.præfe.ur. do.in c.cum parati. de app.cum si.habet enim alios defectus dicta interpellatio: sed breuitatis causa omitto cum non expediat, eò quia prędicta sufficiunt. ¶Et non insisto an etiam laudum prædictum sit nullum ex eò, quia dictus M.non fuit vocatus legitimè ad discutiendum negotiũ principale. nam dato quod dictum laudum fuerit latum pręsente. d.M.& cõtradicente.vt in scriptura laudi dicit: videtur istud caput non ita afferre nullitatem sicut cętera, per l.si in tres.ff. de arbi.& no.Spe.& Io.And.in tit.de arbitris.§.fi.ver.& nota quod nisi tres &c.& gl.& Bar.in l.item si vnus.§. item si plures.ff. de arb.& no.doc.in c.fi.de arbit.in 6. ¶Sed satis vt dixi quòd antequam illi duo proferent laudum non constabat de discordia dictorum arbitrorum prius electorum. ¶Et etiam quòd attenta forma compromissi debebat ab omnibus laudari. si ergo traxisset alios duos in suam sententiam: & sic quòd ab omnibus iudicabatur erat promissum obseruari: laudarũt etiam vltra contenta in compromisso vt fuit superius deductum. ¶Et quia prędicta sufficiunt pro nullitate laudi, super-
13 uacuum esse arbitror, quod fuerit nullum discutere, †eo quia latum fuit partibus non præsentibus neque vocatis, vt tenuit Petr.Bar.& Ang.in l.si quis arbitratu.de verbo.obli.& Bar.in l.Theopompus. de do.præle.& in l.1.ad fi.ff.de leg.2.& consuluit ipse in consi.incipiente.Thalionus de Spoleto.& Bald. in auth,

in auth. ei qui. C. de temp. ap. & saltem hoc secundum multos
alios procedere posset, si ad discussionem & expeditionem ne
14 gotij partes non fuerunt præsentes seu vocatæ legitimè. ¶† Pos
set etiam quis arguere contrarietatem & repugnantiam quæ
videtur esse in laudo dum arbitri condemnant dictam domi.
Franciscinam ad reddendum rationem acquisitorum per eam
ex operis manuum suarum seu ad libras centum, per quæ ver-
ba erat in electione debitricis reddere prædictam rationem :
vel soluere libras centum. l. plerumque. ff. de iure dot. & in re
gula, in alternatiuis, & postea pcisè verba sequentia arctant d.
d. Francisci nam ad compensandum libras centum: & ratione
contrarietatis redditur sententia nulla, vt no. glo. 11. quæst. 3.
c. cum ergo. in gl. in verbo posse. & Bar. in l. duo iudices. in fi.
ff. de re iud. & Bal. in l. 1. C. de fur. in 9. col. facit. l. si pure. C. de
fide instr. & l. vbi repugnantia. de reg. iu. Ex quibus omnibus
cuncluditur dictum arbitramentum non valere &c.

ADDITIONES.

a ¶Visis. Confirmatur infra, lib. 7. consi. 48.
* Pronuncient.] De hoc verbo, concorditer, vide plura per Feli. in c.
non potest col. 7. de re iudica. Alex. consi. 7. col. 3. lib. 7. & Fran. Are.
notabiliter in l. pro hærede. §. fi. in fi. ff. de acq. hær. Et aliquid etiam
per Alex. consi. 48. col. 1. & seq. lib. 7. in quo consi. Alex. respõdet qni
busdam, quæ obijcebantur contra hoc consi. Vide etiã de præmissis
Dec. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Natta.
b ¶Concorditer. Alex. l & suum. §. hodie. colu. 1. ff. de pac. Rom. consi.
512. col. 5. cano. c. non potest. de re iud. Ia. l. rescriptum. de pac. l. de
fideicommisso. C. de tran. sed Ale. hic impertinẽter hęc allegat quia
ex hypothesi non fit compromissum in tres sed solum in duos nisi
sub conditione discordiæ quæ non euenit, etiã si ex hoc capite non
est nullitas.
c ¶Participia supra lib. 1. consi. 119. nu. 2.
d ¶Reclamatio supra, eod. consi. 119. in fi.
* Laudum.] Fallit si fuisset appositum tempus intra quod deberent
concordare: quia, eo elapso, tertius potest se intromittere. Dec. consi.
340. col. fin. adducit Bal. in l. 2. C. de spon. qui inquit, quòd ratione
temporis præfixi, non est necessaria alia admonitio. Et dictum Alex.
hic sequitur Dec. consi. 430. col. 2. & consi. 475. circa fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Tempus immemoriale requiritur in vectigalibus.*
3 *Princeps nõ censetur velle derogare iuri tertij, nec primæ con-
cessioni. nu. 6.*
7 *Princeps consuetudini nec pactis confirmatis velle derogare
censetur. & nu. 8.*
10 *Immunitas est stricti iuris, & restringenda.*
13 *Clausula, ex certa scientia, non operatur nisi in his quæ Prin-
ceps scire præsumitur.*

CONSILIVM CXXV.

Viso titulo quæstionis præmissæ, & capitulis, & scriptu
ris de quibus in themate & exceptionibus insinua-
tionum, donationum per dominum Sigismundum factarum
dicto Gofredo. ¶Omnis dubitatio reducitur ad hęc, scilicet an
dictus Gofredus teneatur soluere dictum datium communi,
& hominib. terrę Lenziani pro hospitio quod voluit tenere su
per vna ex petijs terræ comprehensis in donatione facta ei per
1 dic. do. Sigismundum. de possessione de Gamberula. ¶† In quo
quidem fundata est intentio dicti communis ex forma & con
suetudine dictę terræ qnibus inductũ est qd quicunque tenet
hospitiũ in comitatu dictæ terræ, teneatur soluere dictum da-
tiũ. Nam hæc possessio inducitur priuilegio uel consuetudine
vetusta. l. Imperatores. §. item rescripserunt. ff. de publ. & c. sup
quibusdã. §. præterea. de ver. sig. & no. Cy. in l. 1. C. noua vecti.
& Bar. in l. si publicanus. §. fi. ff. de pub. consulo tamẽ homini
bus dictę cõitatis vbi negaretur debere capitulari & probari
qd dicta consuetudo exigẽdi fuit à tanto tẽpore citra quod in
contrariũ nõ extat memoria, seu qd est cõis opi. in dicto loco
non extante memoria in contrariũ, per ea q̃ traduntur in locis
supra alle. & qd ẽt capituletur ꝙ dicta exactio datij facta fuit
sciente, & patiente iudice, officiali, seu rectore seu Vicario ad
quem spectabat curia loci, p no. p Bar. in præal. l. si publica-
nus. §. fi. licet nonnulli teneant non esse necessariũ probare di-
ctã scientiã & patientiã: tamen tutius erit eã probare. ¶Acce-
dit confirmatio dictarũ consuetudinũ facta per legatũ sedis
2 Apostolicæ & approbata inde per secundũ Rom. Pontfi. † qui
legatus ẽt poterat statuta cõdere. c. fi. de of. deleg. & pari rõne
statuta edita & cõsuetudines ꝯfirmare. §. interim. in aut. de de-
fen. ciui. l. adopt. non iure. ff. de ado. ¶Videndũ est ergo an per
cõcessiones factas d. Gofre. infringatur intentio cõitatis. & re-
spõdeo ꝙ non, siue cõsideramus donationes factas p do. Sigis
mundũ d. Gofredo & dici non põt ẽt per eos derogatũ iuri di
ctæ cõitatis quo ad dictum datiũ exigendi : qa vt mihi refert
in dictis donationibus de hoc nulla immunitas concessa est,
vnde licet concesserit ei do. Sigismundus possessionẽ seu villã
Gamberulę, tñ per hoc non dẽt intelligi ꝙ iuri cõmpetenti di
cto cõi Lenziani in exigẽdo datiũ vini intelligatᷣ esse derogatũ:
3 † quia princeps dando non vr̃ derogare iuri tertij l. 2. §. meri-
to. & §. si qs à principe. ff. ne quid in loco pub. c. sup eo. de off.
* deleg. ¶Et no. traditur p compo. Io. And. * & alios in c. causam.
quę. de rescr. vbi in tm̃ dicunt hoc esse verum † qd̃ si per Papã
confertur alicui beneficiũ cũ hac clausula non obstante colla
tione alteri facta dicta clausula intelligatur de collatione inua
lida. vt ibi plenius p eos. ¶ Cũ ergo possit intelligi donarã esse
dictã villam absq; eo ꝙ auferatᷣ ius percipiendi datũ dictę cõi-
tati, dẽt ita intelligi & p̃sertim cũ nunq̃ ius dicti datij specta-
uerit ad dictã villã Gamberulę, nec villa de iure habeat hmõi
pertinentias & iura, vt no. Inn. in c. cũ ad sedem. de restit. spo.
¶Non ẽt derogatur iuri dictę cõitatis in percipiendo datium
prædictum per confirmationẽ dictarũ donationũ factã per le-
gatũ sedis Apostolicę, p easdem rationes quas proximè dixi.
4 ¶† Nã in confirmatione facta a superiore, semp intelligitur ex-
ceptũ ius alterius: vt inqt Bal. in l. 1. in prin. ff. de const. prin.
allegat. l. authoritate. & l. meminerint. C. vnde vi. ¶Et propte-
rea dicit ꝙ in generali confirmatione solũ iusta videntᷣ confir-
mata. allegat qd̃ no. in l. 2. C. de diuer. p̃di. li. 11. & in c. si gra-
tiosę. de rescr. & no. Bar. & alij post eũ in l. 1. ff. de his qui sunt
sui vel ali. & Cyn. in l. ex his. C. de do. inter vi. & vx. & Cyn. &
Bal. in l. cũ oportet. in prin. C. de bo. quę lib. & Bald. in c. 1. in
prin. & ibi bonus tex. in ti. p quos fiat inuesti. & Bal. in l. 1. de
monop. & in l. omnes populi. in 6. col. de iust. & iur. & in l. 2.
C. de preci. impe. offe. ¶Tum ẽt quia in concessione facta p le-
gatũ Gofredo vltra confirmationẽ dictarũ alienationũ, dr̃ ꝙ di
ctus dñs legatus volens d. d. Gofredo deuotionis fidei, & meri
torũ suorum intuitu maiorib. beneficijs cumulare, eximebat
Georgiũ Guidonis de Gãberula cũ familia, vnũ de hominibus
noĩatis in altera ex donationibus prędictis : ẽt quo ad onera
spectantia ad cõe Lenziani castri, & illũ subijciebat d. Gofr. p
quæ verba apparet ꝙ istis non erat cõcessa immunitas ab one
ribus spectantibus ad castrũ Lenziani: & ostendunt illa verba
ex tunc eximentes in cle. 1. de conce. præb. l. hmõi. ff. de verb.
5 ob. ¶† Præterea exceptio declarat regulam ac ẽt eam cõfirmat
in casib. non exceptis. l. nã qd liquidę. §. fi. de pe. le. § & aũt. in
auth. de nõ ali. l. quęsitũ. §. deniq;. ff. de fun. instr. l. in his. & cũ
ibi no. ff. de legi. ergo si legatus voluit derogare iuribus dictæ
cõitatis, & diminuere onera applicanda dictę cõitati quo ad
personã di. Georgij Guidonis : sequitᷣ ꝙ quo ad alia non exce-
pta remanet firmat clausula, ꝙ nõ sit cõcessa immunitas quo
ad alia onera nõ specificata, & pertinẽtia ad dictum cõc. ¶De
niq; cum p prius pręfatus d. legatus concessisset p capitula di
ctis hoĩbus & cõi Lenziani, ꝙ suæ cõsuetudines deberent ei
seruari, & ꝙ dicta terra Lenziani & sua curia districtus ius &
iurisdictio in futurũ non possit nec debeat subijci alicui ciui
tati, vel terræ, vel alicui alteri iurisdictioni, & qd possessiones
dictæ terræ & districtus terrę Lenziani cõtribuere debeant ad
dictã terrã Lenziani vt plenius in dictis capitulis continetur:
6 † non intelligitur per sequentem concessionẽ derogatũ primæ
concessioni, de qua nõ erat facta specialis mẽtio in secunda
* concessione facta per eundem legatum d. Gofredo c. bonæ. de
confir. vti. vel inuti. c. ex literis. de of. dele. c. cũ ordinem. & c.
cum in nostra. de rescri. c. 2. & ibi doc. de dolo & contu. c. ve-
niens. de præscr. facit qd̃ no. glo. in l. decurionibus. C. de silen
tiarijs, li. 11. Nec ob. quod in dicta posteriori don. facta per le-
gatum Gof. dicatur non obstantib. quibuscunque in contra-
rium facientib. quia saltem cum nõ dicat quibuscunq; literis
seu quibuscunque concessionibus, dicitur generaliter loqui
non specialiter: & ideo non sufficit vt in iuribus supra allega-
tis, & per not. per Bar. & alios in l. fin. C. si contra ius vel vti.
pu. & per Bart. in l. 1. in fi. ff. si quis in ius vo. non ie. & no. do
7 cto. in c. nonnulli. de rescr. cum suis concor. ¶† Accedat ꝙ di
cta

cta concessione facta per legatum præfato Gof. non fit mentio
de dicta consuetudine exigendi datium: vnde ad hoc, vt per
dictas literas legati intelligeretur esse derogatum consuetudi-
ni prædictę, oportebat de ea fieri mentionẽ. aliàs concessio nõ
valet tanquàm surreptitia. c. 1. de consuetudin. in 6. ¶Ideo per
hoc dicit Bal. in d. l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. ꝙ multę cõ
cessiones possunt per hoc infringi, qñ non fit specialis mentio
de consuetudine contra quã fieret concessio: qa dicit ꝙ do. te
nent quod dẽt de cõsuetudine fieri specialis mẽtio, & ꝙ istud
est menti tenendũ secundũ eum. ¶Non ob. si diceretur ꝙ in di
cta cõcessione facta per legatum sedis Apostolicę Gofredo di
citur submittentes & submittens villam hoĩes & familias, &
vnumquemq; eorum potestati iurisdictioni, & ditioni tuę vo
lentes eos esse immunes & exemptos ab hoĩbus & vniuersita-
tibus dicti castri Lenziani, ab omnibus oneribus psonalibus,
realibus, mistis, ac grauaminibus tam ordinarijs q̃ extraordi-
narijs, & alijs quibuscunq;: & esse ad onera prædicta tibi sub
ditos, obnoxios, obligatos, & de ipsis tibi in futurum respõde
ri. Quia respondeo multipliciter, primò quod quò ad dictum
datium vini exigendum ex vetusta consuetudine, non intelli-
gitur esse derogatum, tum quia de tali consuetudine nõ est fa-
cta specialis mentio, prout requirebatur. tum quia de confir-
matione dictę consuetudinis prius facta & concessa per eun-
dem dictum legatũ dictæ cõitati Lenziani, non fuit facta men
tio in confirmatione facta per legatum d. Gofredo prout de iu
re requiritur, vt dixi. ¶Accedit ꝙ voluit gl. not. in cle. dudum
8 in verbo pacta. de sepultu. quæ dicit † quod licet sit derogatũ
pactis vel statutis, non intelligitur derogatum pactis vel statu
tis confirmatis. ¶Item respondeo quod referuntur dicta verba
ad concessionẽ villæ Buschi, & certarum familiarum de dicta
villa Buschi, quę consueuerunt ire extra curiam Lenziani, de
qua villa Buschi & hominibus proximis mentionem fecerat,
quod apparet: quia si intellexisset ẽt de villa Gamberulę dixis
9 set villas, & non villam: cũ essent duæ. l. fi. ad Tre. ¶†Hoc etiã
apparet: quia clausula prædicta non debet referri ad villam
Gamberulę: quia de ea erat supra specificè locutus, & circa eã
fecerat specificã prouisionẽdeo clausula prędicta sequẽs non
debet referri ad villam Gãberulę circa q̃ specialiter prouide
rat ꝙ fieri volebat. l. sed si per prętorẽ. §. deinde. ff. ex qui. cau.
ma. l. 1. §. eũ. ff. de postu. l. cohęredi. §. qui patrẽ. de vul. & pu.
& no. doc. in l. talis scriptura. ff. de le. 1. & in l. si idem cum eo
dem. §. fi. ff. de iuris. om. iu. ¶Item respõdeo ꝙ in d. clausula cõ
ceditur quædã immunitas aliquibus ex dictis hominibus di-
ctę villę ibi specificatis: non aũt per hoc est concessa immuni
tas loco. nec d. Gofr. patet ibi dum dicit, volentes eos esse im-
10 munes &c. † & immunitas est stricti iuris tanquam cõtra vti-
litatem publicam. l. 1. in fi. ff. de iu. immu. c. porro. de priui.
no. gl. in d. l. si ita sit scriptum filiabus. in prin. in ver. masculo
de lega. 2. Non ob. etiam si contra prædicta adducatur conces
sio & confirmatio facta per Pium Romanum Pontificẽ, præ-
sertim ibi dum referendo dictam concessionem factam per le
gatum domino Gof. dicit, ac prædicta & Buschi eius commu
nitatis & diœcesis villas cum eorum incolis à dicto comitatu
demembratis &c. nec non ad cuiuscunque alterius superiori
tem eximens &c. & Papa ex certa scientia dictam concessionẽ
factam legato confirmat, ex certa scientia & de nouo pro po-
tiori cautela concedit: quia respondeo quod dicta concessio
facta per Papam est surreptitia, & ẽt obreptitia: nam tacuit.
d. Gof. dictam consuetudinem exigendi datium per dictum
commune Lenziani confirmatum per dictum legatum: & ta-
cuit ꝙ per legatum sedis Apostolicæ concessum fuerat dicto
cõi Lenziani, quod dicta terra Lenziani districtus ius & iuris
dictioni in futurum non posset nec deberet subijci alicui ci-
uitati vel terræ vel alicui alteri iurisdictioni: & quod posses-
siones dictę terræ, & districtus Lenziani contribuere debeãt
ad dictam terram Lenziani, vt latius in dictis capitulis conti-
11 netur, merito non tenet dicta cõcessio sicut dixi supra. ¶†Ac
cedit quia in his concessionibus strictè fit interpretatio prout
fit quando agitur de immuni. conceden. quæ dicitur de iure
tendere contra publicam vtilitatem, tunc etiam si de aliquo
quantuncunque minimo omittatur mentionem fieri. reddi-
tur concessio inualida id est, surreptitia. c. si proponente. de re
scrip. c. si motu proprio. de præb. in 6. notant doct. in c. nostra
de rescr. vbi per hoc voluit quòd si in literis ad beneficia etiã
omittatur fieri mentio de alijs literis, quamuis inefficacibus,
reddantur secundę literę subreptitiæ. ¶Item respondeo quod
alia ratione fuit obreptitia dicta impetratio Gofred. quia fuit
narratum Papę quod legatus sedis Apostolicæ dimembrauit
dictas suas villas, scilicet Gamberulæ & Buschi. cum illarum
incolis a dicto comitatu Lenziani, & quòd eas & homines à
cuiuscunque alterius superioritate exemit: certè & per hanc
dimembrationem vult Gof. intelligere, quod in dicta villa Gã
berulę commune Lenziani non possit exigere datium, & qđ
ita disposuit legatus proculdubio non narrauit verum Gof. Pa
pæ: quia legatus quo ad possessionem seu villam Gamberulæ
solum confirmauit donationem factam per d. Sigismundum,
& subiecit d. Go. Georgium Guidonis de Gamberula, eximen
do eum ab oneribus pertinentib. ad dictum commune Len-
ziani, per quæ per legatum non intelligitur esse derogatũ iuri
percipien. datium competens dicto communi. vt probaui su-
pra per plura media: ergo carere debet impetratis d. Gof. pro-
pter obreptionem prędictam l. sed si hac. §. patronum. ff. de in
ius vocan. l. fi. ff. de diuer. præscrip. c. super literis. de rescript.
12 ¶†Præterea Papa se refert ad literas d. Pap. vt patet ex quibus-
dam verbis dum dicit, prout ex quibusdam literis authenticis
ipsius legati sigillo munitis, quantum plenius dicitur conti-
neri. & ita est ꝙ per literas dicti legati non intelligitur esse fa-
cta diminutio saltem quo ad effectum de quo nunc quęritur
vt iam dictum est: ergo nec per concessionem Papæ se referen
tis ad concessionem legati intelligitur esse facta l. 2. C. de
erro. aduo. cum ibi no. per Bal. in ver. vlterius no. quòd quan-
do quis &c. facit l. in testamento la 1. & l. si ita scripsero. de cõ
di. & dem. l. asse. ff. de hęre. insti. l. ait prętor. §. 1. ff. de re iudi.
cum si. ¶Ex quibus apparet ꝙ Papa non intellexerit concede-
re nisi illa quę erant concessa per legatũ & in concessione clau
debantur: & ad hoc tendunt verba concessionis Papę, vt clarè
ex inspectione apparet. Igitur non potest per Gofredum alle-
gari dicta immunitas datij, quę non fuit comprehensa in di-
cta concessione legati. ¶Et pro hoc apparet non ob. si dicere-
tur quod Papa dicit se facere ex certa sciẽtia &c. quia vt dixit
13 signanter Bald. in l. fi. C. sen. rescin. non pos. † Illa clausula nil
operatur, nisi in his de quibus princeps præsumitur habere
scientiam sicuti sunt ea quæ consistunt in iure, non aũt in his
quæ princeps præsumit ignorare sicut sunt bonæ cõsuetudi-
nes locorum & in alijs quæ in facto alterius consistunt. d. c. 1.
de constit. in 6. ¶Ex quibus cõcludo dictum datiũ percipi &
exigi debere, & posse per dictum cõmune Lenziani &c. Alex.

ADDITIONES.

* Io. And.] Sequuntur Imo. & alij ibi Domi. in c. si post quàm col. fi. de elec. in 6. Alex. consi. 35. col. 2. lib. 4. & consi. 23. colum. 3 libro 5. & consil. 34. colum. 2. libro 7. & de isto dicto Compostellani plura scribit Dec. cõsi. 191. col. 2. cum duabus seq vbi collige limitationes. & sequitur Alex. consi. 11. col. 2. lib. 6. & vide Crauet. consi. 255. colu. 3. Rui. consi. 116. circa fi. lib. 1. vbi dicit hoc procedere, etiam si in rescrip. adsit clausula, motu proprio. Natta.

* In secunda.] Quòd de prima confessione fienda sit mentio, vult Alex. consi. 203. col. fi. lib. 6. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio an currat hæreditate iacente nu. 2.*

2 *Sentientia lata contra hæredem scriptum circa inualiditatem testamenti nocet legatarijs, quorum ius dependet ex testamenti.*

CONSILIVM CXXVI.

In causa & lite vertẽte inter dominam Elizabet vxorem Iacobi Leonardi agentem, & Ioannem & Martium de Maranis se defendentes. ¶Sentio partes dicti iudicantis esse in absoluendo d. do. Martium. nam dicta Elizabeth tendit ad consequendum duo asserta debita: vnum est lib. ducentum pro dote quondam dominæ Catharinę matris suæ: aliud est lib. ducentum pro legato sibi facto in testamẽto Leonardi predicti. ¶Quò ad primum dubium ob. agenti exceptio allegatę prę scriptionis. nam præmittitur quod rei conuẽti possiderunt ante præsens iudicium per annos decem cum titulo, à tempore quo per mortem dicti Leonardi fuit solutum matrimonium: & ab eo tempore cœpit currere dicta prę scriptio. l. in rebus. §. omnis. C. de iur. doc. maximè in ver. ex-

ceptionem. & in l. cum notissimi. §. illud. C. de presc. 20. ann. & declarat Bal. & Ang. in l. ita stip. in 1. q. ff. de ver. obl. ¶ Et hy pothecaria tollitur tali spatio quo ad agendum contra tertiũ possessorem, qui titulo & bona fide possedit. l. 1. & 2. C. si ad-
1 uer. credi. li. 7. ¶ † Nec ob. si diceret qđ tẽpore vitæ dictæ d. Catharinæ, isti emptores. s. Ioannes & Martius non prescripserunt, nec prescribere potuerunt ea mortua & iacente eius hæreditate iuxta l. si seruus hereditarius. ff. de stip. seru. quia respondeo quod aut dicimus decessisse dictã d. Catharinam tali tẽpore ꝙ isti rei conuenti vel authores eorũ cepissent prescribere contra eam. expeditum est ꝙ quamuis ante prescriptionẽ cõpletam decesserit d. Catharina, tñ iacente adhuc hæredita-
* te eius potuit perfici præscriptio * prædicta, vt no. in l. si intra C. de non nu. pe. & in l. ea quę. C. de temp. in integ. rest. pe. & not. Ang. in d. l. si seruus hæreditarius. ¶ Aut tẽpore mortis dictę d. Catharinę nondũ erat prescriptio inchoata contra eã: & adhuc secundũ Ang. & Io. de Imo. in l. furtũ. §. fundi. aliàs est
2 in l. potest. cũ l. seq. ff. de vsur. † potest ẽt dici ꝙ prescriptio longi tẽporis in qua requirit titulus & bona fides põt incipere hę reditate iacẽte, per dictũ. §. fundi. & idẽ per Bar. in l. sed si sub cond. §. si seruus alienus. & ibi hoc no. Ang. & Io. de Imo. ff. de here. inst. & ẽt probatur in l. Iul. aliàs incipit, non solũ. in prin. ff. ex quib. cau. ma. & firmat expresse ẽt in prescri. lon. tem. Rapha. Ful. in l. licet de iure delib. & ita ẽt de mente Spe. in ti. de prescri. §. 1. ver. item no. ¶ Alia insuper ratione non debet fieri positio in libello pro dictis li. 200. ex causa dotis materne: qa d. do. Elizabeth agit tãquã insolidum heres matris ex testamẽto. & d. do. Catharina eius mater decessit ab intestato, superstitibus quatuor filijs: & sic cum non probauerit causam ex qua agit obtinere non põt. l. habebat. ff. de insti. l. cum quærimus. in prin. ff. de excep. rei iud. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur ꝙ d. Elizabeth conata est probare per attestationes quinque testium receptorum in alio iudicio moto. s. inter Io. proc. ex vna parte agentem, & d. Leona. ex altera se defendentem ꝙ d. d. Catharina instituit sibi vniuersalẽ heredem d. d. Elisabeth: quia respondeo ꝙ isti testes fuerunt excepti inter aliàs personas, & in alio iudicio non citatis dictis de maranis, merito non faciũt fidem saltem plenam in isto iudicio. l. 2. C. qui. res iud. nõ no. & C. res inter alios acta. per totũ. ¶ Nec ob. ꝙ sicut snia lata super irritatione testamenti vel eius validitate facit ius quo ad oẽs. l. Papi. §. si ex causa. ff. de inof. test. & ibi no. in l. si patroni. §. fi. cum l. seq. ff. ad Tre. ita & probationes & reliquę actio. ca. inter dilectos ver. nec attestationes. de fide instrumento. not. Inn. in c. causam quę. el 1. de testi. & Bar. in l. sæpe. cũ si. ff. de re iud. Quia respondeo qđ illud est verum quo ad eos quorũ ius
3 dependet ex testamento, prout loquunt iura præallegata. † vnde snia lata contra hæredem scriptum circa inualiditatẽ testamenti nocet legatarijs & fideicommissarijs, quorũ ius dependet ex testamento: & ideo stante ipso testamento nullo nõ possunt ipsa legata vel fideicommissa petere, quæ non debentur nisi in dicto testamento valido, vt iuribus preall. secus quo ad eos quorum ius non dependet ex testamento: vt quo ad creditores, vt probatur in l. si superatus ver. etiam de pig. ¶ Præterea dictum testamentum conditum à d. d. Catharina, dato qđ probatum fuisset etiam per quinque testes prædictos: tñ non valuit etiam inter liberos: quia attenta probatione dictorũ testium interuenit defectus præteritionis Franciscinę filiæ dictę do. Catharinæ, de qua Franciscina nullam apparet fuisse factã mentionem in dicto testamento, testamentum redditur nullum. in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appel. cog. & plenè no. in d. auth. ex causa. de li. præter. ¶ Nec obst. id quod habetur in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. de testi. quia illud non procedit in testamento imperfecto ratione præteritionis secundum communem opin. vt legitur & notatur in l. si filius qui in potestate. ff. de li. & posthu. & in l. filio præterito. & ibi no. do. ff. de in integ. rest. & ibi Ang. & Bal. in d. §. ex imperfecto. ¶ Et ideo dato quòd dicti testes probarent in hac causa: tamen illa dispositio testamenti ita probata est nulla: etiam si fuisset lata sententia in dicta causa pro validitate testamenti contra d. Ia. per d. Io. ¶ Posito etiam quòd illa sententia esset de illis quæ faceret regulariter ius quo ad illos tantum, tamen quia fuisset in culpa dom. Ia. si non appellauit, eò quia sententia ex proximè dictis erat iniusta: ideo non faceret talis sentẽtia ius quo ad alios propter dictam culpam commissam in non appellando: vt est tex. no. ff. de leg. 1. in l. si seruus plurium. §. 1. ver. quid ergo. iuncta glo. quæ incipit, qđ appellauit &c. in vltima respõsione quam approbauit ibi Dy. Bar. Ang. & communiter doct. si tamen legitimè constaret dictam dominam Franciscinam dictum testamentum approbasse: non facerem vim in hoc vltimo fundamento per ea quæ habentur in d. l. filio præterito. circa aliud debitum libras 200. in testamento relictarũ non scribo quia super hoc non sum requisitus &c. ego Alexan.

ADDITIO.

* Præscriptio.] Vide Felin. in c. de quarta, de præscrip. Crot. in l. si is qui pro emptore col. 9. & Corn. consi. 305. in fi. lib. 3. Natta.

CONSILIVM CXXVII.

Viso processu causæ principalis & appellationis inter Dominicum quondam Ioannini Nicolai de compillo nomine suo ex parte vna agentem & nobilem virum de Compillo ex alia se defendentem. Visisque consilijs quæ hinc inde reddita sunt: Sentio ex his quæ actitata sunt debuisse absolui à petitione dictum Nicolaum prædictum de Compillo: & non bene fuisse iudicatum per iudicem appellationis: quia non sunt probata necessaria pro parte agentis, vt locum habeat remedium l. 2. C. de rescin. vendi. cum si. Eo quia non est probatum quod res vendita fuerit minus dimidia iusti pretij. Ad quod ostendendum præsuppono quod dictus quondam Ioanninus vendidit Nico. petiam vnam terrę laboratę Bubulcarum 25. & quantacunque esset in curia Compilli iuxta viam communis, iuxta riuum, iuxta Guidonem, iuxta Franciscinum Achilini pro pretio libra 85. & sic non fuit facta mentio ad mensuram seu ad numerum Bubulcarum, adeo quod etiam si per mensurationem non reperiamus dictam petiam terrę esse nisi Bubulcarum decem, tamen pretium predictum deberetur nec repeti posset: quia partes nõ videntur se restringere ad numerum mensurę seu Bubulcę: sed solum ad corpus quod tunc esset circa dictos confines, qualiscunque esset
a in mensura: vt concludit Old.[a] in consi. 197. inci. in concessione. Io. And. in addi. Spe. in titu. de emption. & ven. §. sciendum est. & Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in 22. q. & Pet. de Ancha. in c. per tuas. de dona. & Sal. in l. 2. C. de contrah. emp. & Pau. de Ca. in l. si seruum. §. 1. de actio. emp. & Pau. de Leaza. in c. fi. de emp. & ven. in pe. col. in repe. per id quod habetur in l. si venditioni hominis. in prin. ff. de act. emp. & per no. in l. 4. §. fi. eo. ti. cum si. ¶ Et tanto magis vbi fuerint adiecta illa verba. & quantuncunque &c. prout in casu nostro fuit l. Balista. ad Treb. ¶ Testes autem producti pro parte agẽtis ad probandum valorem dictę petię terrę deponunt de valore cuiuslibet Bubulcę, s. ad valorem 7. vel 8. lib. cum dimidia pro qualibet Bubulca: & non constat de numero Bubulcarum per aliquam mensurationem: igitur non potest ex dictis testium concludenter inferri ꝙ in vendi. dictę petię terrę dictus Io. fuerit lęsus vltra dimidiam iusti pretij: & testes ipsi dicũt
b nescire mensuram dictę petię terrę: igitur dicta probatio[b] testium non videtur de iure concludere prout cõcludere debet
1 c. in presentia. de prob. ¶ † Preterea dictum remedium rescindendi dictum contractum vendi. occasione deceptionis vltra dimidium non competit ei, qui sciuit se lędi vltra dictam dimidiam: quia scienti & volenti dolus siue deceptio non infertur. l. cum donationis. C. de transa. l. 1. in fi. ff. de act. emp. & in proposito no. doc. communiter in l. 2. & in l. si quis cum aliter. de verb. obl. Sed videtur ꝙ dictus Ioanninus intellexit se decipi vltra dimidiam quãdo vendidit: quia paulo ante emerat dictam petiam terrę pro lib. 126. & sol. 5. vt constat ex instrumento in actis producto. nam est presumendum dictum Ioannem putasse se emere iusto pretio. l. cum de indebito. de proba. & tamen quando dictam petiam terrę vendidit dictus Ioanninus dicto Nico. apparet habito respectu ad pretium quo Ioanninus plus emerat, quòd ipse intellexit se lędi vltra dimidiam iusti pretij: ergo non competit sibi dictum remedium quia non censetur deceptus iste qui fuit sciens, ꝙ est verum etiam in rustico secundũ Sal. in d. l. 2. in 7. q. C. de rescin. venditio. quia secundũ eum error in sciente prẹsumi non põt
2 & propter hoc ipse reprehendit Bal. aliter dicentem. ¶ † Confirmantur

firmantur prędicta quia d. Ioanninus in dicto contractu venditionis iurauit se non venire contra dictum contractum ratione modici vel enormis damni : aut aliqua quauis ratione vel causa. Et enorme damnum in maiore 25. annis contrahente dicitur quando est deceptus vltra dimidiam, per d.l. 2. vt expresse firmat Ant.de Bu.in c.cum contingat.de iureiur. in ver.quæuis causa.vbi etiam Io.de Imo.post medium.in versi. Item aduerte quòd quando minor læditur &c. ¶ Pro hoc etiã bene facit quia videmus: quia licet mulier minor & rusticus æquiparentur quo ad ignorantiam pręsumendam d.l.cum de indebito.ver.sinautem.& l.2.§.fi.ff.de iur.fis.l.regula.in princi.ff.de iur. & fac.ignoran. l. 1. in fin.de eden.tamen quando * minor iurauit * non simpliciter, sed iurauit non venire contra ratione minoris ætatis vel aliqua quacunque de causa per verba æquipollentia: tunc excluditur beneficio d.l.2. secundum Bart. & alios in l. 2. ergo eodem modo in proposito cum dicto Ioanninus iurauit non simpliciter, sed in forma satis lata vt patet ex verbis prædictis, debet excludi à remedio predicto. Nec dicam quod debuit certiorari de beneficio. d. l. 2. quia dico quod vbi alias fuisset necessaria certioratio : tamen propter virtutem iuramenti, ad quod pręsumitur quis deliberatus accedere, non requiritur alia certioratio, ideo mulier minor &c. excluditur à beneficio restitu.in integ.& beneficio Senatuscon.Velleia.secundum Bar.Ang.& Mod.in l.sciendũ. de verb.obl. & in d.l. 2.& in auth.sacramenta puberum. per illum tex.C.si aduer.ven.& in l.si duo patroni.§. Iulianus. de iureiu.& Archi.& Ioan.And.in c.2.de pac.in 6.ar. illius tex. & Anto. de But. in c.si diligenti. de foro compe.& bene probatur in c.ex rescripto.de iureiur.& hoc etiam ibi tenet Bald. & do.Abb.in c.pe.de emp.& ven. Et ista videtur de iure opi. verior quam sum solitus consulendo & legendo sequi Alex.

ADDITIONES.

a ¶Old.supra eo.consi.220.
b Probatio.hæc sola ratio valet.sequentes non valent.
* Iurauit.] Licet iuramentum cessare faciat remedium d.l.2.C.de rescin.vendi.potest tamen peti absolutio à iuramento ratione enormis læsionis, vt per Fabia.in tract.emptio.8.parte principa.

SVMMARIVM.

1 *Proxeneta non est idoneus testis.*
2 *Gabellæ commodum percepturus non est idoneus testis.*
4 *Venditionem contrahentes non probant: nisi probando pretiũ.*
5 *Indicia imperfecta non iunguntur.*

CONSILIVM CXXVIII.

Ponderatis narratis in themate & tenore sententiæ latæ inter Nicolaum Caualarium agentem, & Christophorum Conreliatum se defendentem. Et visa attestatione facta per Ant.de Guis. ¶Sentio in dicta causa non fuisse rectè iudicatum, & per consequens bene reclamatũ a dicta snĩa. ¶Nam d.iudicans pronunciauit contractum venditionis, de qua in petitione actoris habuisse: & habere debere locum & effectum : & contractũ ipsum fuisse completum inter ipsos Nico.& Christophorum, iurante tñ dicto Nico.cõtenta in dicta eius petitione fuisse & esse vera, quod iuramentum declarat deferendum esse d.Nico. Ita tamen quod quidã Nico.Suellus attendat promissa per eum dicto Nico.Caual.& dicto Christophoro, quãtum est pro venditione certarum terrarum de quibus tractatum seu conuentum fuit inter d.Christophorum & Nico.Suellum, sed si Nico.Suellus non obseruaret promissa dicto Christophoro, culpa ipsius Ni.Suelli eo casu absoluit dictum Christopho. a dicta petitione Nic. Caual. vt latius in dicta sententia continetur. ¶ Hoc aũt iustè facere & inducere non potuit dictus iudicans. ¶ Primo quia dicta venditio facta inter actorem & reum non erat sufficienter probata per Anto.de Guis.Primò: quia non dicitur aliqua vendi. purè contracta aut purificata inter actorem & reum patet dũ ipse deponit & dixit ꝙ Christoph. dicit se velle ire Quarátulã & habere colloquium cum Nico.de Suel.& ei dicere ꝙ si esset in ea opinione de faciendo sibi certam venditionem prout alias dicit, ꝙ tunc denunciaret vtranque vendi. & ante purificatã conditionẽ non põt agi ex cõtractu prout actũ extitit.l.cedere diem. ff.de ver. sig.l.legata.ff.de cõdi.& dem. ¶Præterea cõtractus emptionis & venditionis nõ põt cõtrahi nisi interueniat cõsensu vtriusque contrahentis præsentis : vel si vnus est absens oportet ꝙ pro eo interueniat nuncius vel procurator, seu epistola.l.consensu in princip.de actio. & obli.l.1. in fin. de contrahen.empt.Et vt inquit glo.fi.in d.l.j.in fi.requiritur * ꝙ talis nuncius fuerit ad hoc specialiter destinatus, * sed non probauit de simultaneo consensu, per d.Christopho.& Anto. præsentes, nec ꝙ etiam consenserit per epistolam aut per procuratorem, neque per nũcium ad hoc destinatum. Non enim dicit do.Anto.se fuisse constitutum procuratorem a dictis cõhentibus: vel altero eorum: nec dicit se fuisse nuncium destinatum ab altero eorum. ¶ Sed dicitur quòd fuit medius ad tractandum dictum mercatum & accordium de communi consensu & voluntate prædictorum: & per consequens asserit se fuisse pro dicto contractu celebrando proxenetam, qui mediator appellatur.c.1.de testi.in 6.& in §. quoniam vero pro-
1 posuimus. in auth. de testi. † Et secundum veram opi. talis
a proxeneta, [a] etiam si nullum expectat salarium de contractu, non est legitimus testis ad probandum dictum contractum quando non producitur ex consensu vtriusque partis ad testificandum quamuis sponte ipse velit testificari, vt not. glo. in titu.de instru.cau.& fide.§.in his.versi.ad numerationem.probatur in d.c.1.de testi. in 6. iuncta. glo.pe. quia est speciale in casu posito in d.c.j.quòd proxeneta seu mediator inuita altera parte possit testificari, & sic in contrarium est ius commune. l.ius fin.de ll. & ita Ioan.Andre.& Anto.de But.& do.Card. Flo.& Ioan.de Imo.in c.dilectorum.de testi.cog.vbi reprehendunt vnam opi.positam per glo.in §.quoniam vero legem posuimus.in versi.prohibitione. in auth.de testi.quę vult quòd nisi vtraque parte consentiente proxeneta non possit cogi testificari: tamen sponte potest testificari etiam si vna pars consententiat.& vt dicit Ioan.And. & alij in d.c. dilectorum. ratio posita per glo.in d.§.quoniam vero. innuit quod non.proxeneta etiam sponte testificari non potest quando vtraque pars non consensit: quoniam dicit glo. quòd non creditur proxenetæ: quia præsumitur quòd oportet perfici id propter quod laborauit. & quod firmum remaneat ne ei imputetur quod minus caute se habuit. Et istam partem etiam tenet glo. in c. fina.in glo.antepenul.de testi.in 6. & Barto. in l. omnibus.C. de testi. & in l. deferre. §. idem dicam. ff. de iur. fis. & Per.de Ancha.in d.c.1.de testi.in 6.Ioan.de Imo.in l.si cui legetur.§. si Titio. ff. de lega. 1. & in c. ex literis de transac. & Anto. de But.in c. cum a nobis. de testi. Salу.in l. nullus. C. de testi.licet Bald. aliter dixerit in d. l. omnibus. Et multo magis dici posset per dictum Anton. non probari legitimè de dicto con-
2 tractu : † vt datiarius ex eo contractu esset percepturus gabellam: vt in themate narratur per id quod not. Barto. in d. l. deferre.facit d.l.nullus & d.l.omnibus. Et idem etiam dicendum esset si dicto Anto. diceretur ꝙ fuit procurator constitutus ad dictum contractum ineundum: quia etiã non esset idoneus testis ad probandum perfectionem contractus, vt per gl. & Barto.in d.l.deferre.cum simi. ¶ Nec etiam de dicta venditione est probatum per alium testem do.Ni.Caual.qui vt narrat in themate, deposuit se audiuisse a dicto Christopho.quòd concluserat mercatum cum d.Nico. quia deposuit de confessione facta absente parte, quæ non probat.l. certum. §. si quis absente.de cõfes.l.fi.de interro.act.& est vnicus & singu. ideo
3 non probat.l.iurisiuran.de testi.c.in omni de testi.† nam si essent duo testes legitimi & plenè deponentes de confessione dicti Christophori facta absente parte, non facerent nisi semiplenam probationem: per id quod habetur in c.fi.de suc.abintesta. & per not. in l. capite quinto. ff. de adulte. & per not. per Barto.in l.admonendi.ff.de iureiuran.in 8.& 12.col. ¶Præterea si dictus testis cuius attestationis copia mihi transmissa nõ est: solum deponeret quod audiuit a d.Christophoro quod cõ-
4 cluserat mercatum cum d. Nico. † & non dicit fuisse expressum certum pretium dicti contractus, non releuaret : quia cũ vertatur quæstio inter assertum emptorem & venditorem de
b contractu venditionis, oportet quod probetur de pretio [b] certo ipsius cõtractus, per id quod habetur in §.pretium. insti.de emp.& vend.no.Rapha.in l.j.C.de contrah.& commit.stipu. & Bal.in l.j.C.de re alie.nõ alie.bene facit id quod no.Bart.ff. de verb.ob.l.sciendũ.in 1.col.in versi.contra hoc oppo.no.in-
5 sti. de empt. & vendi. ¶ † Et dicti duo testes non sunt perfecti & integri, sed singulares : & quo ad dictam probationem

non pñt adinuicem coniũgi, vt faciant adinuicem vnam ſemi
plenam probationẽ: vt no. determinat Bald. in l. ſi quis ex ar-
gentarijs, circa prin. ff. de eden. & in l. ſpadonem. §. quarta. de
excu. tu. & in d. l. iuſiurandi. & Ioan. Cal. & Ant. de But. in c.
veniens, el 1. de teſtib. ¶ Et Nico. de Neapo. in l. 2. in prin. ff. de
excu. tu. & Pet. de Anch. in conſi. 215. inci. in Chriſti nomine
viſa diligenter &c. facit id quod habetur in c. licet cauſam. de
proba. & in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. cum ibi no. ¶ Cũ igitur
non eſſet probatum de dicto contractu etiam ſemiplenè tan-
tum. ſequitur ꝙ non erat deferendum a iudice iuramentũ di-
cto Nico. actori. d. l. admonendi cum ibi no. & in l. & in bonę
fidei. C. de reb. cre. & in c. fi. de iureiu. & ſic non potuit iudex
in iuramento neceſſario ſupplente probationem imperfectam
fundare ſuam delegationem & ſententiam, cum requirat pro
bationem actorum eſſe ſaltem ſemiplenam. vt no. in locis pro-
ximè alle. nec etiam in iuramento iudiciali potuit iudex fun-
dare ſuam delegationem, quia illud debet deferri a parte par-
ti iudicis authoritate. l. j. cum gl. fi. ff. de iurei. Sed iſtud iura-
mentum non fuit delatum per d. Chriſtopho. d. Nico. ergo iu-
dex non potuit illud deferre imò prius fuit delatum iuramen
tum iudiciale per do. Nic. Chriſtophoro, qui iurauit ſe nõ vẽ-
didiſſe dicto Nico. & quod non recordabatur ꝙ dederit ipſi
Chriſtopho. mandatum d. Anto. de Guiſ vendendi terram, de
qua eſt quæſtio. ¶ Et dato quod dictus Nico. iuraret præciſè,
an dederit mandatum do. Ant. vendendi dictam terrã: & Chri
ſtoph. recuſauerat iurare: tamen per hoc non poteſt dici iudi-
cem prædictum iuſtè iudicaſſe: quia quamuis iſte cui defer-
tur iuſiurandum a parte iudice approbante ſi ſine iuſta cauſa
recuſet iurare vel deferenti non referat iuſiurãdum haberi de-
beat pro confeſſo iuxta. l. manifeſtæ. de iureiu. cum ibi not. &
l. generaliter. §. 1. C. de rebus creditis. tamen hoc non habet ob
ſtare dicto Chriſtoph. quia poſito quod haberetur pro confeſ
ſo quantum ad hoc ꝙ ipſe dederit mandatum dicto Ant. ven-
dendi: tamen hoc non ſufficiat: quia non eſt probatum legiti-
mè quod dictus An. vt procurator dicti Chriſtophori dictam
venditionem fecerit do. Nico. ¶ Non enim probauit ſufficien-
ter per ipſummet An. teſtem productum pro d. Nico. tamen
vt ſupra fuit oſtenſum neque alius teſtis de vendi. facta p An.
6 Chriſtoph. prædicti procuratorem aliquid dicit. ¶ † Præterea
ille qui ſine iuſta cauſa recuſauit ſubire iuramentum ſibi de-
latum vel deferenti referre non habetur pro confeſſo niſi iu-
dex ſuper hoc ſententiam ferat declaratoriam: per quam pro-
nunciet eum haberi pro confeſſo. l. eius qui delatorẽ. in prin.
ff. de iure fiſ. & d. l. generaliter. §. 1. in verſi. ęſtimaueris. C. de
rebus creditis. ibi iſtum tex. ad hoc ponderat Bald. in 2. colu.
& nota. Bartol. & alij. in d. l. manifeſtæ. Sed hoc non facit d.
7 dominus iudex: ergo &c. ¶ † Alia etiam ratione oſtenditur
ꝙ dicta ſententia non ſuffragatur dicto Nico. quia dictum iu-
ramentum delatum per dictum iudicem dicto Nico. debuit
præſtari & ſubiri per Nico. in ipſa ſententia, ſeu parum poſt
ſententiam ſi ſententia appellari contingebat, vt d. l. generali-
ter. iuxta pri. & ibi declarat Bartol. in l. cum iudex. C. de ſen-
ten. & interloc. omni. iudic. ſed poſt ergo non poteſt iurare
amplius & implere ſententiam. poſtremo per appellationem
debet reſcindi: quia fuit lata ſub iſta conditione extrinſeca, ſi
Nicolaus Suellis attenderet promiſſa dicto Chriſtophoro cir-
ca quandam aliam vendi. alterius rei de qua conditione non
fit mentio in libello actoris, nec in exceptionibus rei, hoc pro
batur in l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum ſit. & no. in d.
l. cum iudex. Ex quibus concludo ego Alexand. de Imo. non
fuiſſe bene iudicatum per dominum iudicem, & bene fuiſſe
appellatum per d. Chriſtophorum, & d. primam ſententiam
eſſe retractan. &c.

ADDITIONES.

* Deſtinatus.] No. iſtam glo. propterea ſi dico, vendo Titio librum pro 10. & tranſiens per viam Titius hoc audito dicat, & ego emo, non eſt perfecta emptio. ita Ange. de Are. in §. actionum col. 4. inſtitu. de actio. & adde ſimilem glo. in l. nec ambigi, C. de dona. & dicit Paul. de Caſt. in l. 1. ff. de procutato. ꝙ procurator non habet oficium, nec exercitium procurationis, donec fuerit certificatus per nuncium domini, vel literas: etiam ſi per tertium notitiam habeat, ꝙ fuerit procurator conſtitutus. Natta.

a ¶ Proxeneta. dic vt dixi. ſ. lib. j. conſi. 13. nu. 14.

CONSILIVM CXXIX.

Puto de iure concludendum eſſe dictum Mezadrum &
ruſticum qui terras non laborauit ſecundum for-
mam ſtatu. Bonon. poſſe expelli ante decennium: quia actum
fuit in contractu quod non poſſet expelli per ſpacium 10. an-
1 norum ipſo laborante ad arbitrium boni viri. ¶ † Et in contra-
a ctibus habet locum argumentum a contrario ſenſu [a] vt text.
optimus in l. inter ſocerum. §. cum inter. de pac. dot. quem vi
detur allegare Bald. in l. vendi. C. de act. emp. & no. Guido de
Suza. in l. 1. §. rei. ff. de offi. eius cui. Bal. in auth. ſed ſi quis, in 8.
col. C. de ſecun. nup. & in l. 2. C. de fideiuſ. & in l. apud anti-
quos. C. de furtis. & dominus Abba. in ca. cum apoſtolica. de
his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capi. vbi ad hoc reputat
ſingula. tex. d. §. cum inter. idẽ probatur in l. pecunia. ff. ſi cer.
petat. per hoc ceſſat diſputatio. an de iure communi colonus
malè verſatus in prædio ruſtico non laborando arbitrio boni
viri poſſit expelli, iuxta. l. ædem. in gl. in verſi. verſatur. C. loca
ti. & in auth. qui rem. C. de ſacroſa. eccl. cum ibi no. per Guil.
2 de Cug. Cy. in c. propter de locato ¶ † Qui autem non dicun-
tur laborare arbitrio boni viri: reſpon. quando non laborant
ſecundum ordinem & ſtatuta loci. apparent quia quando ali-
quid eſt explicandum arbitrio boni viri intelligitur id eſt iudi
cis. l. continuus. §. cũ ita. ff. de ver. obli. l. ſed ſi vnus. & ibi no.
ff. de iureiu. in §. prætor. & in l. vir bonus. ff. iud. ſol. Et cõſtat
quod iudex debet arbitrari ſecundum ſtatuta loci iuxta. l. j. C.
de emanci. libe. l. an inter. C. de edi. priua. l. cunctos populos.
& ibi plenè no. C. de ſum. tri. cum ſimi. ¶ Et ſi quæratur quali-
ter non laborauerit arbitrio boni viri id eſt ſecundum ſtatu-
b ta loci reſpondeo quod Mezadro incumbit onus [b] probandi
ſe laboraſſe arbitrio boni viri id eſt ſecũdum ſtatuta: quia illa
promiſit locatori. & ita tenebatur. & ſatis eſt ꝙ ſit elapſum tẽ-
* pus laborandi, * niſi ille Mezadrus probet ſe arbitrio boni viri
* laboraſſe. * l. 1. C. de probatio. & no. glo. magna. & ibi doc. in
l. 2. C. de iure emphy. canoniſtę in c. ſuper his. de accuſa. Bar.
in l. in illa ſtipula. ſi calendis. de verb. oblig. cuius doctrina ab
omnibus eſt vbique approbata. ¶ Poſſet etiam adduci ꝙ ex di-
ſpoſitione ſtatuti ſub rubrica de Mezadris, & quot vicibus de-
beat terra arari &c. ſufficit probatio per ſacramentum locato-
ris qui erat vſufructuarius rei locatæ. nam dicit ſtatutum ꝙ
de hoc ſcilicet quod Mezadrus non laborauerit ſecundũ ordi
3 nem traditum ibi in ſtatuto, ſtetur ſacramento domini: † & li-
c cet aliàs appellatione domini [c] nõ videatur venire vſufructua-
rius. l. j. §. ſeruis. ff. ad Sylle. l. 2. §. iubemus. de relig. & ſum. fu.
facit. l. 1. ff. ſi ager. vecti. vel emphy. peta. tamen non ob. vide-
tur quòd in propoſito appellatione domini veniat vſufructua-
* rius. * probatur in l. in vendi. cum glo. in ver. continetur. ff. de
bo. au. iudi. poſ. per quam ibi dicunt Bart. Ange. quod aut fit
mentio rei: & tunc non venit vſufructuarius appellatione do-
mini. aut fit mentio domini largè abſque eo quod dicatur de
dominio rei ſeu fundi, & tunc continetur vſufructuarius, qa
habet dominium iuris vſusfructus: & ſic dominus dici po-
teſt. Sed in propoſito ſtatutum loquitur de domino largè: non
autem dicit prędij: ergo &c. ¶ Pro hoc etiam facit. l. cum exhi
buiſſent. §. quod ait. ff. de publica. dicta l. 1. eo. ti. vbi probatur
ſecundum Bart. ibi ꝙ ratione ſubiectæ materiæ dominus ap-
pellatur ille qui habet maioritatem aliquam ſeu præeminen-
tiam alia ratione quàm ratione dominij rei & iſtum reſpectũ
habuit ſtatutum: quia loquitur de domino, quo ad Mezadrũ:
& ſic iſte cui Mezadrus dare tenetur dimidiam fructuum, eſt
4 dominus ex mente ſtatuti. † & verba debent intelligi ſecundũ
d ſubiectam materiam [d] etiam ſi illa oporteat impropriare: quã
uis eſſemus in materia in qua fit ſtricta interpretatio. l. inſulã.
de præſcrip. verbis. l. ſi ſtipulatus. de vſur. l. ſi vno. in princip.
ff. locati. ¶ Accedat id quod not. gloſ. in l. 2. in princip. ff. de
origin. iur. Bartol. in l. quintus. §. argento. ff. de auro & ar-
gen. vnde per ea quæ not. Bartol. in d. l. 2. in princip. in rubri.
de oper. nou. nunc. dicit quòd quamuis caſus genitiuus de
propria ſignifica. importet dominium. d. l. 2. §. in bonæ. tamen
ex communi vſu loquendi, dicimus quod ſtatutum etiam cõ-
prehendit illum qui non eſt dominus, ſed poſſeſſor. & no. An.
de Bu. in c. 1. de poſtu. præla. & ſtatuta quandoque recipiũt in
terpretationẽ a communi vſu loquendi, per id quod habet in
l. Labeo. & ibi Bar. ff. de ſup. le. & in l. librorũ. §. ꝙ tamẽ. de le.
j. &

3.& no.Bar.in l. libellorum.§.sed si aliud.in fi. ff. de accu.& in l. omnes populi.in 3.q.in princi.ff.de iusti.& iur.ibi Bald. & no.Iac.But. in 1.consti. C. Ant.de Bu.in proœmio decretalium.cum suis multis concordantijs. ¶ Confirmantur prædicta per id quod habetur in l. si quis conductionis.C.loca.vbi conductor non potest locatori opponere ꝙ locator non sit dominus, tamen tutius puto superius fundamentum circa modum probandi. ex quibus concludo dictum Mezadrum posse ante finitum tempus expelli ex causis & rationibus quibus supra Alexander.

ADDITIONES.

* Hoc consilium repetitum est lib 4.consi.5. Natta.
* Vide secundas allegationes per d. Alexandrum in hac eadem causa consi.79.lib.4. Natta.

a ¶Sensu.s.eo.consi.46.nu. 5.

b ¶Onus puto ꝙ in hoc valde erret Alex. quia ex quo colonus ostendit se laborasse si dominus opponat non esse probe laboratum ei tamquam dicenti & obijcienti incumbit onus l. 2.de proba.

* Laborandi.]Adde tex.in l.si merces.§.conductor.ff.loca.ibi. Et ante omnia colonus curare debet, vt opera rustica suo quæque tempore faciat.ne intempestiua cultura deteriorem fundum faceret. Nat.

* Laborasse.]Quando quis tenetur ad aliquid faciendum, sibi incumbit onus probandi ꝙ fuerit,secundum Bart.in d.l.in illa. Natta.

c ¶Domini.plenius omnibus dixi in consue.Pari.§.1.gl.1.q.j.

* Vsufructuarius.]Vide de hoc late Alex.& ibi,Soc.in l. naturaliter.§. nihil commune.ff. de acqui.poss.Ias.in l. 1.§.fina.col. 2.ff.de no.ope. nunc. Natta.

d ¶Materiam dixi in consue.Pari.§.30.nu.109.adde Alex. ꝑ.lib.3.consi. 37.& li.5.consi.21.col.2.Deci.l.quoties.idem de reg. iur.And. Tira. repe.l.si vnquam.ver.reuertatur.nu.31.C.de reuo.do. adde ꝑ. lib. 4. consi.79.vbi Alex.contra eundem rusticum rursus consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Casus a testatore omissus habetur pro omisso sed fallit quando testator verisimiliter prouidisset si cogitasset. nu.4.*

7 *Residuum,verbum,verificatur in toto.*

CONSILIVM CXXX.

Attentis verbis testamenti. ¶Videtur prima facie dicẽdũ dictum residuum hæreditatis nõ esse erogandum inter dictas filias sororum testatoris, eo quia disposuit dictus testator dictam erogationem residui fieri debere si cõtingeret dictum Iac.institutum decedere sine filijs masculis,& ex eo superesse aliquas filias fœminas legitimas & naturales,vnam,vel plures,quas mandauit dotari arbitrio communi commissariorum suorum: vnde licet vna ex dictis conditionibus euenerit:quia sine liberis masculis decesserit legitimis: tamen quia alia condi.deficit eo quia non remanserunt ex eo filiæ fœminæ, dispositio facta sub dictis duabus conditionibus copulatiue appositis non potest sortiri effectum . l. si hæredi plures.de cond.& demon. l.si is qui ducenta.§. vtrum.de reb.

1 du.¶†Secundo probatur quia casus a testatore omissus regulariter pro omisso habetur:& in eo statur dispositioni iuris cõmunis.l. commodissimè.de lib.& post.l.si ita quis.§.is cui.de leg.2.l.si extraneus.de condi.ob.causam.l.fideicom.de cond.& demon. Et ideo dicimus quod conditio debet in forma specifica adimpleri.l.qui hæredi.& l.Mæuius.de condi. & dem. ¶Accedit id quod no. voluit. Bal.in l.si plures. C. de condi.insert.in 10.colu.in versi.iuxta prædicta formatur talis quæstio, vbi quærit: statuto cauetur ꝙ filia dotata a patre nõ succedat, modo contingit ꝙ Titius decessit relicta posthuma in vtero ita ꝙ eam dotare non potuit,vel decessit ea infante vel furiosa relicta, quærebatur nunquid fratres vt hæredes vniuersales dotãdo eã excludant a successione:arguit ad vtranq; partem. & finaliter concludit ꝙ non:quia iste est casus a iure omissus: idõ remanere debet in dispositione iuris cõis per iura supra allegata. Et cum decisione Bal.prædicta transit Pe.de Anch. commento.c.canonũ statuta.de consti.in verb. pone statuto cauetur ꝙ filia dotata &c. ¶Ita in proposito mandauit ꝙ cum dictę filiæ Iac. erant dotatę residuum debet erogari in filias sororũ testatoris.sed istæ filiæ Iac.non potuerunt dotari:quia non remanserunt in rerum natura : ergo censetur casus omissus sicut in quæstione Bal.quando filia non fuit nata viuo patre: &;sic nõ potuit dici a patre dotata, & dispositio statuti & testatoris a pari procedunt: vt inquit Bal.in titu.de pa. constan.in versi.in criminalibus.& in l. si post tres. in 8.col.ff.si quis cau.probatur ex his quæ traduntur per gl.no.in l. 1.de his qui. vt indig. C.quam ibi ponderat Bart. ex ea colligens quod dispositio legis æquiparatur dispositioni vltimæ voluntatis.& no. Bart.in l.non solum.§.morte, ff. de ope.no. nun.& in l. in cogni.cum simi.ad Sylla. ¶ Tamen præmissis non obstan. in casu de quo quæritur contrariam sententiam de iure veriorem esse puto:

2 †quia in dispositione vltimæ voluntatis, de qua tractamus, magis attendenda est mens testatoris quàm verba attendi debeant.l. 3.§. conditio.de adi.le.l.si quis filium.C.de libe. præte.c.in his.& c. intelligentia.de verb. sign.Sed mens testatoris fuit ꝙ si non remanerent filiæ ex Iac. residuum quod superesset facta constru.& dona. altaris seu capellæ erogaretur in dictas filias sororum testatoris:ergo in eas debet fieri erogatio. ¶Quod aũt ita se habuerit mens testatoris ꝓbat : quia testator magis dilexit filias sororum suarum, quam patrem Iacobi, & quoscunq, alios exceptis descendentib.Iacobi:patet quia post mortem dicti Iacobi testator nõ vocauit patrem dicti Iacobi, sed descendentes Iac. & vna cum descendentibus Iacobi fęminei sexus, vocauit etiam filias sororum ipsius testatoris : ergo illæ filiæ sororum tanquam ad successionem prius vocatæ ex expressa dispositione testatoris, dicuntur a testatore magis dilectæ,vt in auth.hoc amplius.C.de fideicom. l. Pupillus. §. 1. de condi.& demon.l.cum ita.§.in fideicom.de leg.2.si magis dilectæ sunt,ergo proximior videtur voluntas testatoris ad ea per d.auth.hoc amplius.l.cum acutissimi.C.de fidei. ¶Cõprobatur ẽt quia si diceremus patrem dicti Iac. præferri: sequeretur absurdum & inconueniens, quod si dictus Iac. decesserit nullis relictis ascendentibus,neq; descendentibus,neq; transuersalibus,sed relicto extraneo hęrede ex testamento,quod extraneus hæres dicti Iacobi habiturus fuisset hanc successionẽ huius testatoris,exclusis filiabus sororum testatoris quod non

3 est præsumendum esse de mente testatoris . tum † quia magis præsumitur testator diligere illos qui sunt de cognitione vel agnat.quã extraneos.l. gñaliter.§.cũ aũt.C.de insti.& substi.l. cum auus.de cond.& dem.l.cũ alienã.C.de leg.l. 1.cum gl.in versi. patrono. ff. in ius voca. vt eant.imo etiam quia testator post mortẽ Iaco. dilexit magis filias sororum ipsius testatoris q̃ hæredes extraneos ipsius Iac. vt ex dictis verbis tastamenti apparet.bñ facit quod no. voluit Bar.& alij in l. Gallus. §.etiã si parentes.ff.de lib.& post. Bal. in c. 1. de natu. feu. ¶ Confir-

4 mant̃ prędicta: †quia prouisio facta in vnũ casum a testatore extenditur ad aliũ in quẽ similiter prouidisset, si de eo cogitas-

a set,[a] hic est tex.quẽ ita summat Bart. in l.Titius. §. Lucius. ff. de lib.& posth.sed existimandũ est dictũ testatorẽ si cogitasset d.Iac.decedere ẽt sine filiabus, quod voluit potius dictũ residuum peruenire ad filias sororum ipsius testatoris quæ erant de cogna.sua, q̃ ad patrẽ dicti Iac. qui erat sibi extraneus vt ẽt colligit̃ ex coniecturis dilectionis de quibus dixi supra.Igitur

5 dicta prouisio testatoris debet ad istum casum extendi.¶†Fortificantur per id quod no.voluit Io. An.in addi.Spe.in ti.de secun. nup.in rub. post Richa. vbi quærit quid si testator filios hæredes instituit,& vxori suæ legauit mille fruenda toto tempore vitę suę si in viduitate honestè vixerit,& disposuit ꝙ post mortem dictæ suæ vxoris Titius habeat illa mille,demũ mortuo testatore dicta eius vxor nupsit & sic legatum expirauit. quærit̃ an interim viuente dicta vxore prędicta mille deberent esse penes hęredes testatoris, an vero spectarent ad d. Titium, & videt̃ dicendũ ꝙ deberẽt remanere apud hędem testatoris, & non apud Titium: quia testator solum dixit ꝙ post mortem vxoris prædictę peruenirent ad Titium, sed vxor non est mortua licet transiuerit ad secunda vota: ergo nõ debet fieri extensio de casu mortis ad casum qñ transiuisset ad secũda vota: tñ cõtrarium decidit: quia testator vĩ potius voluisse commodũ dictorũ mille peruenire ad dictũ Titium, quam ad hæredem suũ:igitur debet ꝓferri Titius.l. si quis Seiam. ff. de condi.& dem. mouet̃ ẽt principaliter: quia si testator cogitasset ꝙ mulier transiret ad secunda vota eam priuasset in eo casu sed credidit vxorem non nubere: ideo de morte locutus fuit. propterea fit extensio ad istum casum.alleg.l.mulier.iuxta princi. ff. ad Treb.& l.si ita.ff.quando di.le.ced. Idem tenuit Bar.ꝑ plures rõnes in repe.auth. hoc locum.circa 6. col. C. si secundo nup.muli.quę repetitio inseritur in moder.lec. Bart.idẽ tenet Pau.de Cast.in l.si mater. C.de insti.& substi.& in l. si qs hæres

 res

tes ita. ff. de acqui. hęre. Ita in proposito testator cogitauit Iacob. decedere cum filijs masculis aut fœminis: propterea in eo casu prouidit: & si cogitasset eum decedere etiam sine fœminis reliquisset dictis filiabus sororum cum etiam reliquisset in inferiori casu, s. quando decessisset Iac. cum filiabus fœminis. ¶Corroboratur etiam hoc per illa verba testamenti, qui bus cauetur per hæc verba, residuum vero suæ hæreditatis: & cum dictę filię d. Iac. si extabunt, erunt dotatę, voluit distribui & erogari in dictas filias sororum ipsius testatoris &c. per quę verba ostenditur ꝙ de residuo hæreditatis erogandę in filias sororũ deduci voluit dotẽ dandam filiabus Iaco. & si inquantum contingerit filias Iaco. superesse. igitur à contrario sensu verborũ testatoris si non extarent filię d. Iac. prout non extant noluit deduci aliquid de residuo dictæ hæreditatis pro doti-
6 bus † nam in vltimis voluntatibus procedit arg. à contrario sensu l. aliquando de condi. & demon. l. si legatum purè. ff. de adi. le. & non habet ob. ꝙ testator vsus fuerit verbo residuũ. & sic præsupponere videatur ꝙ locus sit detractioni dotium. vt
7 sit locus dictæ erogationi faciẽdæ in dictas filias sororũ. †quia respondeo ꝙ etiam verbum residuũ verificat in toto, q̃n non est pars seu non reperitur in cuius reliquum possit ista dictio verificari. l. 2. C. de hered. insti. l. qui non militabat. §. fi. cum duabus ll. seq. eo. tit. ¶Præterea illa dictio residuum, potest in casu nostro verificari minus q̃ in totum habito respectu ad illud quod fuit relictum pro altari &c. Et per hoc patet responsio ad allegata in contrarium: & primo non obst. ꝙ duę conditiones copulatiuè fuerunt insertę & non euenerit vtraq;: quia respondeo ꝙ dictę duę cõditiones copulatiuè fuerunt adiectę quo ad relictum dotium filiarum Iacobi: voluit enim eas dotari sub duplici cõd. videlicet si decesserit Iacobus sine filijs masculis: & si contingeret ex eo superesse filias fœminas. sed non fuit adiecta duplex conditio copulatiua, quo ad residuum erogandum in filias sororum, sed bene ad modificandum dictum residuum fuit adiecta illa conditio, s. si extabunt filiæ Iac. quia tunc voluit eas dotari de dicta hęreditate. Et sic dicimus di-
8 ctum residuum vltra id quod relictum erat pro altari. ¶ †Præterea ẽt copulatiua dissoluitur in disiunctiuam ex coniectura ta mente testatoris sicut disiunctiua tunc resoluitur in coniunctam l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de rebus dub. l. generaliter. in prin. C. de inst. & subst. est enim vtroque casu eadem ratio: ergo idem ius esse debet. l. à Titio. de ver. oblig. c. 2. de transla. prela. & in casu isto repugnat mens testantis ꝙ vbi filię Iacobi non extant, debent interim excludi filię sororum testatoris, vt supra dictum est. Et eodem modo respondeo ad id qđ allegabat de casu omisso, quod debet haberi pro omisso: imò dico quòd iste casus non est omissus prout supra declaratum est. & posito quod omissus fuit in verbis: tamen non fuit omissus quo ad mentem testatoris qui magis præualet & magis debet attendi, vt supra fuit ostensum. & prout clare patet ex decisione Io. And. in d. rub. de secundis nup. cum alijs supra alleg. Et hanc puto fuisse intentionem dicti testatoris, quæ iudicio meo euidenter ex inspectione testamenti colligitur. Ita dico & consulo ego Alexander.

ADDITIO.

a ¶Cogitasset, Ro. consil. 408. Pau. consil. 378. nu. 3. lib. 1. Corn. consilio 243. lib. 2. Cur. senior. consil. 29. col. latius consi. 51. col. 2. col. 10. & fi. Ias. l. 1. col. 4. de vulg. & pu. d. §. Lucius l. cum res col. 2. de leg. 1. consi. 162. col. 2. lib. 2. consi. 66. col. 3. consi. 154. col. 4. lib. 3. Matt. Afflic. Deci. Neap. 141. Bertran. consi. 133. ponitur in facto, col. 2. 3. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Laudi deductio spectat ad ordinarium iudicem.*
4 *Consentire aliud est facienti, aliud se obligare.*
6 *Patientia in dubio habetur pro consensu.*
7 *Sententia est executoria contra fideiussorem contractus.*
8 *Societatis natura est æqualitas damni & lucri.*
9 *Consuetudo qualiter & quibus probanda.*
10 *Consuetudo non valet quod capitale sit, saluum sine participatione damni.*
11 *Condemnatus est in dolo, quando ex actis patet absoluendum.*
12 *Reductioni ad arbitrium boni viri non potest renunciari.*
16 *Consuetudo soluendi decem pro centenario, non valet.*

CONSILIVM. CXXXI.

In causa vertente corã prętore ciuitatis Imolę & eius Vicario inter Andreã de bonis ex parte vna. & Turam Citadinum, & Thomaxium de la Vedrana ex altera plura videnda sunt. Et primò contra fundamentum iuris dicentis, an potestas qui est iudex ordinarius dictorum litigantium sit iudex competens in causa reductionis, an vero debue
1 rit adiri iudex app. †& vera communis est conclusio ipsum po
a testatem, hoc est iudicem ordinarium [a] esse iudicem compe-
* tentem, & non deuolui * ad iudicem appel. c. exposita. de arbi. Iac. Butri. & Bar. l. societatem. ff. pro socio d. Ant. & Imo. in c. Quintauallis. de iureiurand. & Pet. de Ancha. in sua disputa. incipien. cum C. laicus hoc etiam attestatur ser Ant. de mon.
2 & testibus ser Andreę. ¶†Et pręsuppono vnum pro fundamento eorum quę dicimus quod iudex ordinarius ad quem recurritur pro reductione ad arbitrium boni viri, nedum potest reducere ad arbitrium boni viri. & pronuntiare super iniquitate laudi, verum etiam potest pronunciare laudum esse nullũ, si ita sibi constitit. ita decidit Baldus in l. sancimus, quo tempore miles in vsibus feu. sicut dicimus in iudice causæ appel. l. Cornelia pia. ff. de iure patrona. l. quædam mulier. fam. ercis. plenè nota. per doc. in l. si expressiue. ff. de appe. & in l. j. C. quando prouo. non est neces. & in c. dilecto. de appel. est enim hæc petitio reductionis quasi quædam appel. l. non distinguemus. §. tamen quidam. ff. de arbit. ita dicit Bal. in l. 2. vt lit. pen. C. ¶Pręsupposita ergo competentia iurisditionis, videndum est quæ futuræ sint partes iudicis in hac causa reductionis. ¶Et omissis argu. ad partes, venio ad veritatem concludens iudicis partes esse in pronunciando primum dictum laudum esse nullum in ea perte in qua condemnauerit Turam Citadinum, & Tomaxinum insolidum dictis de binis in libras centum Bonon. nomine veræ sortis. cum enim dictis arbitris & arbitratoribus per compromittentes tantum fuerit data potestas specialiter & nominatim ad videndum & calculandum omnem lucri seu damni debiti rationem dictis de binis, & secuti ex factis & gestis per Turam in arte Calzolariæ cũ quantitate lib. centum Bonon. habitarum per dictum Turã a Christophoro de binis in arte Calzolariæ vt formaliter dicitur in instrumento compromissi, si dicti arbitratores cõdemnauerũt dictum Turam Citadinum, & Thomaxium ad dictas lib. cen-
3 tum in quibus cõsistebat capitale clarum est ex prædictis † ꝙ excesserunt formã compromissi, & per consequẽs laudum est nullum l. non distinguemus. §. de officio. l. si cum dies. §. plenũ cum seq. ff. de recep. arbi. plenè no. in c. cum dilectus. de arbi. plenè Bar. in l. cum Aquiliana de transac. Spec. in tit. de arbi. §. excipit. ver. expone. & §. 1. ver. arbitrator. no. Bal. in l. 1. C. de arbi. & do. Anto. in c. constitutus. de reli. do. vbi prædicta per pulchras q. declarat. Item eadẽ ratione debet dictum laudum declarari nullum in ea parte, in qua condemnati sunt Citadinus, & Thomaxius in libras octuaginta Bon. & in solidos 20. restituendos illis de binis quia per dictum cõpromissum nulla fuit attributa potestas dictis arbi. p d. cita. & Thomaxium, licet solum per d. Turam & Andreã, quòd probatur, nam vt comprehendo ex verbis appositis in laudo lato per reuerendum dñm episcopum Imo. die 2. Martij, cõpromissum factum fuit in ipsum reueren. d. episcopũ per Andream & Turã prędictos cũ p̃sentia & cõsensu magistri Citadini, & Thomaxij. vnde dico ꝙ tale cõpromissum sic factũ nõ fuit nec erat talis virtutis, vt ex eo potuerit fieri aliqua cõdemnatio cõtra Citadinũ
4 & Turam: † qa illa verba cũ præsentia & consensu nõ operant vt Citadinus & Thomaxius sint obligati ad ea q̃ obligarentur & laudarent p dictum arbitratorẽ, qa aliud est consentire tibi
* facienti talẽ actũ, *& aliud est me obligare ad illũ talẽ actũ faciendũ. ita no. dixit Bar. in l. Lucius Titius Caius p illũ tex. ff. de admi. tu. & idem in effectu voluit Bar. in l. si cũ dotẽ. §. transigere. ff. sol. ma. & in l. 1. de dec. li. 10. no. gl. in l. 1. §. si ratũ. ff. qđ iussu. ¶Quinimò fortius posito ꝙ dictũ compromissum factũ in d. episcopũ obligasset Citadinũ & Thomaxiũ, ꝙ est falsum: tñ videamus qd pronunciauit d. episcopus nã ipse in effectu ꝓnuntiauit ꝙ oẽs p̃dicti Citadinus Tura & Thomaxius tenent illis de bonis reddere rationem de gestis p Turam in arte Calzolariæ, pro dictis libis. c. & hoc nõ pondero: quia ad hoc tenerent ex forma instrũ. sed põdero ꝙ successiuè. d. episcopus in dicto

in dicto laudo voluit & mandauit ꝙ Tura & Andreas eligerent vnum artificem & calculatorem pro quolibet, qui haberent videre & calculare rationem damni & lucri prædicti quo ad hoc nullam fecit mētionem de citadino & Thomaxino. ac etiam illud ad quod condemnauit d. episcopus iam est adimpletum, quia electi fuerunt calculatores prout ipse pronunciauit: & sic vigore compromissi facti in d. episcopum, & laudo lato per eum, non possunt conueniri citadinus & Thomaxius ad aliquod certum, sed solum ad reddendum rationem posito ꝙ dictum compromissum obligasset eos, ꝙ negaui. ¶Modo videamus an aliud dicendum esset de secundo compromisso & laudo lato per d. episcopum & Bart. & Siuerim respondeo ꝙ adhuc minus conueniri possunt ex isto compromisso & laudo. nam factum fuit compromissum per Andream & Turā, nam præsentia citadini & Thomaxij. qui erant fideiussores in instrumento debiti, certè vt dixi quando dictum est cum præsentia & consensu nihilominus non obligantur: quātominus quando simpliciter dictum est cum præsentia, quæ præsentia sola indubitanter in casu nostro non inducit consensum, vt est in proposito decisio clara do. Dy. in l. si filius. per illum tex. ff.
a bit. interueniat intra tempus:[a] intra quod res peti poſſit. l. bonorum. ff. rem rat. hab. vt not. gl. in c. ratihabit. de reg. iu. in 6. ſed in propoſito not. Archi. 2. q. 1. non ſolent. Bart. in l. 1. ff. de app. recip. cum concord. allegatis per eos. ¶Si ergo per aliquẽ legitimum ſyndicum aliter non fuit facta proſecutio dictæ appellationis intra tempora à ſtatuto, vel conſtitutionibus requiſita, vt verbo fertur: ſequitur quod eſt deſerta. c. ab eo. de app. in 6. in clem. quàmuis. eo. tit. facit quod habetur in auth. ei q. C. de temp. ap. & in c. ex ratione. de app. ¶Quo fit vt deſerta appel. & quando appellans nunquam fuit proſecutus debeat appellans in expenſis condemnari. c. ſæpe. & ibi clarius not. Ioã. And. & alij de app. & probatur in l. eos. §. cautionem inducendo. & ibi per Bal. circa princ. C. de appel. & in c. Nicolao. & in c. interpoſita. §. ille. ca. reprehenſio. de app. in antiquis. & c. 1. de app. in 6. per Spec. in tit. de expen. §. nunc videndum. verſi. non ſolum. ¶Nec puto poſſe dici pro parte Iuſti & Gregorij, ꝙ ſententia quò ad eos ſit nulla: eo quia non fuerat cum eis lis conteſtata: ſed cum ſyndico primo vel ſubſtituto ab eo: quia reſpondetur quia cauſa principalis cognoſcebatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine figura iudicij ex forma ſtatutorũ vel ſtatuti: quo caſu non requiritur litis conteſt. vt in clem. ſæpe. de verb. ſig. ¶Item quia proceſſus factus fuit cum ſyndico ſcientibus Iuſto & Grego. allegantibus ſe habere cauſam in re in qua litigabatur à communitate, cuius erat ille ſyndicus, vnde talis proceſſus factus cum tali ſyndico vel communitate præiudicat dictis Iuſto & Greg. ac ſi cum eis eſſet, vt eſt tex. in l. ſæpe. de re iud. verſ. ſed ſcientibus. illud quod dicit ille text.
7 de ſententia habet locum in alijs actis: † quia cui nocet ſententia, nocere debent & alia acta. c. inter dilectos. verſi. ne atteſtationes. de fide inſtr. not. Inno. in c. cauſam. el picolo. de teſt. & Bar. in l. qui repudiãti. §. 1. ff. de inoffi. teſt. & in l. ſuperatus. de pig. & in l. perluſorio. §. fi. ff. de app. & in d. l. ſæpe. ad fi. no. doct. omnes. in c. pen. de re iud. Alex. de Tartagnis. de Imo.

ADDITIONES.

* Syndico.] Bar. in d. l. fin. de appel. concludit, quòd inuito aduerſario ſyndicus antiquus cogitur in cauſa perſeuerare, ſi eſt legalior: ſecus ſi nouus ſit æquè legatis. Natta.

a ¶Intra tempus. dixi in conſuet. Pariſ. §. 37. gl. 10. nu. 40. vltra quę adde Bal. conſi. 14. conſi. 386. col. j. lib. 5. Alex. infra lib. 5. conſi. 68. col. 3. Guid. Pap. deciſ. Delphi. 436. Corn. conſi. 110. col. 4. lib. 2. Iaſ. l. ſi is qui pro emptore. num. 128. de vſucap. Dec. l. ſemper qui non prohibet. num. 12. de regul. iuris. And. Tiraquel. in conſuet. Picta. titu. retracti. §. j. glo. 10. num. 85.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata poſt peremptam inſtantiam eſt nulla.*
2 *Sententiæ acquieſcitur non appellando & aliàs.*
3 *Reſcriptum non tollit exceptionem peremptoriam.*
4 *Clauſula non obſtante ſententia, non ſufficit, niſi dicatur, non obſtante tali. l.*
6 *Demonſtratio falſa in reſcriptis vitiat.*
7 *In interdicto, vti poſſidetis, quæ requirantur, & quid in negatoria, nu. 8.*
9 *Iudex ex officio expellere deberet agentem ſine actione.*
10 *Collectas ſemel ſponte ſoluens, renunciat ſuo priuilegio.*
11 *Priuilegio renunciat quis cum ſcit ſe deſcriptum, niſi appellet.*
12 *Res tranſit cum onere ſuo etiam ad eccleſiam.*
13 *Præſumitur pro rectitudine & iuſtitia ſententiæ. numero 14. & 15.*
17 *Conſuetudo ſi allegetur intelligitur, de præſcripta.*
19 *Ius collectandi tollitur per non vſum.*
20 *Fides bona vbi præſumitur, debet tamen allegari.*
21 *Reſcriptum ſi in aliquo eſt ambiguum, non debet ad aliquid procedi, donec declaratum ſit per reſcribentem.*

CONSILIVM CXXXVI.

In cauſa & lite vertente inter Iacobum Marci & ſer Ludouicum de G. eius procuratorem agentem ex vna: & homines ſeu commune Duciæ ſe defendentes ex alia, plura ſunt conſideranda, de quibus ſeriatim infra breuiter ſubiũgam.
1 ¶†Et primò oppoſitum & allegatum eſt pro parte

parte dicti communis Duciæ instantiam causæ fuisse & esse
peremptam: qua perempta si sententia super libello ferretur,
esset ipso iure nulla. l.properandum. in princ.cum glo.ibi per
doct.C.de iud.l.scire oportet.§.consequens. & ibi scribentes.
de excu.tut.not.per Bal.in auth.clericus. C.de episc.& cle.&
in l.obseruare.§.proficisci.de offi.procon.cũ multis concord.
¶Maximè cum in casu nostro tempus inest quod est duorum
mensium continuorum à die libelli porrecti statutum iudici
& instantiæ, vt constat clarissimis verbis decreti magnifici d.
nostri. igitur instantia perempta ad iudicis officium pertinet,
vt possit peremptionem instantiæ pronunciare, & partem in
expensis condemnare.l.1.& 2.C.vt intra certum tempus.& l.
si præses quasi. C.quõ & qñ iud.gl.optima & ibi legistę in d.l.
properandum.§.illo proculdubio. & quod not.Inno.in c.fin.
de iuram.cal. ¶Super qua peremptione instantiæ petitur prius
pronunciari vel per dñm consultorem ita consuli, vel saltem
pro prudentia dñi consultoris calculãda remittat ad iudicem
causæ. ¶Vltra dico quod in casu nostro pars aduersa nõ habet
facere aliquod fundamentum super primo rescripto à princi-
pe emanato, quo cauetur ꝙ supplicanti obseruentur præteritæ
consuetudines: prout alijs Cataneis primò: quia dictũ rescri-
ptum habet tacitas clausulas si preces veritate nitantur. ca.2.
extra de rescri.l.fi.C.de diuer.rescri.sed in dicta supplicatione
inter cætera narratur, ꝙ d.Iacobus non acquieuit sententiæ la
2 tæ per consilium Fauentiæ, quod est falsum. † nam primò per
lapsum x. dierum ad appellãdum dicitur quis acquiescere sen
tentiæ.l.ab eo.C.quõ & qñ iud.l.ad solutionem. cum ibi not.
C.de re iud.not.Bar.& doct.in l.si separatim.ad fi.ff.de appel.
sed iste Iaco.non appellauit à dicta sententia: ergo acquieuit.
¶Secundò dicitur acquiescere si soluat iudicatum. d.l.ad solu
tionem.& l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.sed Iaco.
post prædictam sententiam soluit collectas, vt ipsemet fatetur
respondẽdo positionibus: licet ipse dicat ꝙ soluit coactus, sed
vis & metus non præsumitur nisi probetur.l.metum. C.quod
met.cau.c.ad audientiam.c.cum dilect.extra eo.tit. ¶Nec non
probatur eum soluisse collectas per responsionem procur. sui
in duplicationibus suis ea parte scripturæ quæ incipit, & non
habent 2.3.4.& 5. ¶Sed quæ magis est efficax probatio quàm
confessio, certè nulla.C.de transa.cum te transegisse. ¶Item qđ
acquieuerit sententiæ probatur per testes dicti cõis deponen-
tes super x.& xj.c.vbi dicunt ꝙ ipse Iaco.in loco vbi erant ho-
mines Duciæ congregati, asseruit se esse contentum parere di
ctæ sententiæ.item super eisdem c.dicunt ꝙ ipse Iac. soluit di-
ctas collect.pro d.poss. post d.sententiam. ¶Item etiam de so-
lutione probatur per postas librorum massariorum d.commu
nis, qui massarij sunt personæ de publico elec. & eorum libris
fides adhibetur.l.quædam.§.nummularios. & ibi Bar.& doc.
de eden.& in terminis nostris text.est cum glo.in l.Celsus. de
probat.Bal. plenè in rub.C.de fide instru.in 18.col. ¶Itẽ quod
acquieuerit dictæ sententiæ probatur: quia ibi notarius in fi-
ne dictæ sententiæ attestatur qualiter vnus de consilio retulit
sibi notario Iacobum acquieuisse d.sententiæ. ¶Et etiam quan
do per publicum instrumentum productum in actis cõstat de
stilo seu consuetudine, datur fides vni ex dictis dñis de consi-
lio: ergo & c.cum dilectus.de fide instr. ¶Item quod acquieue
rit probatur: quia fuit præsens d.sententiæ, & non contradixe
rit.l.1.& ibi doct.C.de rela.& l.ne arbitris.& ibi Bal.C.de ar-
bit.& bon.tex.in l.fi.qñ ap.sit. l.cum ostendimus.§.fi.de fide-
iussu.tutor. ¶Nimirum ergo si d.rescriptum in casu nostro vi-
3 res non habet. ¶†Præterea rescri.nullo modo potest tollere ex-
ceptionem maximè peremptoriam de qua in rescr. non fit mẽ
tio.ca.ex parte.b.de so. comp.& ibi oẽs Canon.maximè d.An.
in primo notabi.& in vers.oppo.quod debuerit. in c.1.de lit.
contest.in 6.& Inn.in c.super literis. de rescri.Spe.in tit.de re
scri.præsentatio.§.ratione aũt formæ. ver.illud non.cum sim.
¶Ergo dicta exceptio quod acquieuit Iacobus sentẽtiæ modis
prædictis: & se ẽt priuilegio suo priuauerit, si illud habuit per
solutiones prædictas, vt j.declarabo, non potuit talis exceptio
tolli per rescri.cum de ea fiat mentio. ¶Præterea & fortius di-
ctum rescri.fuit reuocatum per eundem principem in alio re-
scripto impetrato per cõmune Duciæ, & in casu producto in
quo rescri.dr̃ fiat ius dictis partibus per Potestatẽ nostrũ Imo-
læ, non obstantibus d.primo rescri. in d.causa emanato pro d.
Iac.Marci, vel alijs quibuscunq; in cõtrarium quomodolibet
obstantibus, cum de virtute huius clausulæ non obstantibus
4 multa possem dicere. ¶†Vltra hoc dico quod dictũ rescriptũ
primum non tollit nec tollere potuit d.sententiam primam la
tam per consilium Fauentiæ: quia in eo rescripto non est clau-
sula non obstante. vt l.fi. C.sen.rescin. non poss.l.causas.de trã
sact.l.fi.C.de erro.aduo.imò cum l.prohibeat impetrationem
talis rescripti, vt dictis ll.requiritur specialis derogatio.s.non
obstãte tali l.vt no.Bal.in d.l.1.in ver.vlterius oppo. ¶Et scđo
ꝙ licet in supplicatione illa Iacobi dicatur non obstante d.sen
tentia: tñ dico quod nisi princeps in suo rescripto apponat d.
clausulam, non obstante, non sufficeret, vt not.dñt dñi de Ro
ta sua conclus.351. quod reputo notabile in proposito. ¶Præ-
terea in d.primo rescrip. non oportet insistere: quia nunc vlti-
mo loco d.magnificus d.annullauit & cessauit omnia d.rescri
pta facta in hac causa, vt patet, publica scriptura, scripta & ro-
5 gata per ser Nic.in actis producta. ¶†Quod etiam d.rescriptũ
præsenti causa sit nullum alia ratione probatur, nam non suffi
cit fieri in literis generaliter mẽtionem de possessionibus, sed
specialiter & cum declaratione, & demonstratione probatur.
in c.ex literis.de dolo & contu.not.Spec.de rescri.pręsen.ver.
item excipitur. sed d.supplicans in sua supplicatione dicit, ꝙ
inter cæteras suas possessiones habet vnam possessionẽ, & non
specificat de qua poss.intelligat: item non constat quod pos-
sessio de qua sit mentio in libello sit illa de qua sit mentio in
6 rescripto. † & ideo videmus ꝙ in rescriptis falsa demonstratio
vitiat.c.significante.de rescri.not.Spec.de re.præsen.§.ratione
autem causæ. versi.quid si indubitatum. Bart.& doct.in l.de-
monstratio falsa.de condit.& demon. Cy.in l.si fortidianum.
C.de leg.cum simil. Et ideo rectè processit iudex dum die 20.
Decemb.1457. reseruauit d.ser Antonio exceptiones suas op
positas contra d. primum rescriptum, iuxta quæ habentur per
Bar.in l.ille à quo.§.si de testamento. in prin.ad Treb.cũ con-
7 cor.& in c.cum contingat.de offi.deleg.vbi gl.& doct. ¶†Mo
do venio ad libellum d.Iacobi: & ad intelligẽtiam totius cau-
sæ præsuppono ꝙ hic est intentatum vtile interdictũ, vti possi
detis, vt patet in libello de cuius forma habetur per Bar.& do
cto.in l.1.ff.vti possi.& in l.1. C.eo.in Spe.in tit.de causa poss.
& pro.§.retinẽdæ. nam dictum vtile interdictum competit ẽt
contra eum qui non facit mihi controuersiã possessionis meę:
neq; in ea me turbat, sed solum in ea dicit habere aliquod ius
propter quod impediret libertatem rei meæ.l.si duo. §. si vici-
nus.ff.vti possi.not.Bar.& ibi gl.in l.1.§.huius autem.& in §.
restituendæ.& in l.si duo.in prin.& in §.2.& in §.cum inqui-
linus.ff.eo.tit.& vtrobique per Bart.& doct.gl.in l.1.§.nec.in
versi.sed quid si me turbet.& ibi Bal.in 5.col. C.vti possi.glo.
in §.hodie.Insti.de interdi. ¶Et quod istud interdictum sit in-
tentatum patet ex serie libelli vbi omnia requisita ad d.interdi
ctum sunt narrata & conclusa. ¶Sed ad hoc vt quis possit ob-
tinere in d.interdicto oportet quod probet se possidere tempo
re litis contestatæ, & in §.hodie.Insti.de interdi.no.gl.& doc.
in l.1.C.vti poss.Bar.in l.1.§.quod ait.ff.eo.ti. ¶Sed d.Iacobus
hoc capitulauit nec deduxit: ergo necessario succumbere de-
bet, vt no.declarat Bal.in d.l.1.in vlt. col.C.vti possi. ¶Item ad
victoriam in d.interdicto requiritur quod probetur actorem
turbari & molestari.l.1.§.hoc interdictum. & ibi Bart. in ver.
vlt.quæro qualiter formetur libellus.glo.& doct.in l.1.C.eo.
tit.Spec.in d.§.retinendæ.& §.si duo.§.fi.secundum vnum in-
tellectum gl.vti possi.Inn.in c.2.de restit.in inte.in quo inter-
dicto non sufficit verbalis interdictio, vt quis dicatur turbari
& agere possit hoc interdicto, secundùm Inno.in d.c.2.in me-
dio magnæ gl.& Bar.in d.l.1.§.huius autem.in prin.ff.vti pos.
sed de hac molestatione non est capitulatum nec probatũ: er-
8 go actore non probante reus est absoluendus. ¶†Quinimò etiã
si casu nostro diceremus negatoriam esse intentatam, non pos
set obtinere: quia illa non datur possidenti tãtum, sed dño vel
quasi, & non aliter.l.2. & l.loci corpus.§.competit.si ser.ven.
l.vti frui.ff.si vsufru.pet.in Spec.in tit.de causa poss. & prop.
§.in confessoria.ver.& no.ꝙ dominium vel quasi. quod nõ est
probatum, neque deductum, neq; allegatum. ¶Præterea ẽt in
negatoria requiritur turbatio.l.at si forte.§.1.& l.harum.& l.
egi.si ser.ven.l.si prius.de ope.no.nunc.in cap.examinata.per
doct.de iud.in c.abbate.de verb.sig. ¶Itaque siue negatoria si-
ue vti possidetis egerit, obtinere non potest. ¶Item alia ratione
oportebat ipsum capitulare, & probare quod ad d.Iacobũ spe
ctaret

ctaret poss.aut dominium: quia alia ratione non potest impo
ni collect. vel aliquod onus, nisi rebus vel personis pro rebus:
imponitur.l.libertus.§. sola ratio. ff.ad municip.l.rescripto.§.
sciendum.de mune.& honor.l.1. C.de mulie.& in quo loco.
lib. 10. & ibi plene not. ¶Si ergo hoc vel alterum eorum non
probatur, manifestè constat quod ei non competit actio seu
ius agendi ad id quod agit quia nemo sine actione potuit ex-
periri.l.si pupilli. §.videmus. de neg.gest.l.quoties si in tem-
9 porali.de admi.tut. ¶†Imò iudex cum vidit actorem actione
carere etiam ex offi.potest agentem repellere: iuxta glo.not.&
doct.in l. vbi pactum.C.de transac.& in l.si vnus.§. pactus.in
versi.in oppo.de pact.& quod not.Inn.in c.1.de offi.vic.cum
sim. ¶Quinimò nec posset reus sponte reus pati ꝙ quis ageret
contra eum actione quæ nunquam nata fuit.tex.est not. & ibi
Bar.in l.2.ff.de do.præle. ¶Rursus dico,ꝙ posito ꝙ omnia in-
cumbentia dicto agenti essent probata: tamen ex quo constat
10 † quod d.Iacobus sponte soluit collect. vt s.probaui . posito
etiam ꝙ si priuilegiatus fuisset : tamen suo priuilegio renun-
* ciauit.*l.2.& 3.C.de his qui spon.mu.pu.su.lib.10.& in ter-
minis nostris firmat hoc Bar.in l.1. de his qui spon.qui dicit,
ꝙ iam sibi fuit imposita præstantia, à qua ipse voluit se excusa
re: tamen pro conseruatione sui priuilegij ipse fecit apparere
in catastro qualiter ipse non per hoc intẽdebat suo priuilegio
renunciare.addo Io. And.in c.2.de immun. eccl. & quæ not.
per gl.& doct.in c.cum accessissent.de constit.in ca.acceden-
tibus.& in c.si de terra.de priuil. ¶Præterea etiam posito ꝙ o-
nia incumbentia d.Iacobo fuissent probata: tamen dico alia
ratione eum necessario succumbere oportere: quod probo ra-
tione inconuincibili iudicio meo, nam dicit multum singul.
Ang.in l.1.§.si quis tutor. ff.quando app.sit.per illum tex.qui
hoc apertè probat in ver.alia causa eorum. dicit Ange.ibi no-
ri quod hic est casus in terminis qui à multis ignoratur com-
muniter,ꝙ si quis habet exemptionem & immunitatem à da-
tijs vel collectis, deinde scribatur in libro debentium soluere
datia collectas & alia grauamina: ꝙ si postea conueniatur vel
soluat, non sufficit sibi priuilegium immunitatis allegare ex-
cipiendo vel excusando se quod non debeat soluere propter
11 immunitatis beneficium: imò incontinenti † cum scit se scri
ptum vel aliter vocatum ad munera soluenda, debet appella-
re intra x.dies aliàs elapsis x.diebus prеiudicaret sibi:quod di
cit perpetuò menti tenendum, & hoc dictum etiam sequũtur
moderniores.¶Vnde in casu nostro cum d.Iacobus sciuerit di
ctam possessionem fuisse æstimatam & allibratã per homines
& commune Duciæ,vt ipsemet fatetur in conclu.sui libelli: il
lud idem etiam fatetur Iacobus in processu in sententia lata
per commune Fauentiæ, quæ hic probat, licet de actis nõ con
stat, vt inferius dicam,item cum d.Iacobus sciuerit se à tribus
vel à quatuor annis proximis citra fuisse vocatum ad soluẽda
munera & collect.ab hominibus & cõe Duciæ, vt ipsemet fa-
tetur in narratis in suo libello etiam respondendo ꝙ possit: de
buit intra x.dies appel. à die vocationis vel descriptionis æsti-
mi,vel grauationis: nunc verò non audiatur cum non constat
ipsum intra tempus appellasse : quod reputo multum cõside-
randum in casu nostro:quia profecto ex hoc solo constat abso
lutoriam ferendam.¶Præterea vltra prеdicta dico, ꝙ posito ẽt
ꝙ omnia essent probata pro parte d.Iacobi : tamen attento qđ
dicta possessio nunc vltimo peruenit ad d. Iacobum ab alio,
non nobili, vt à R. de B. de C. vt patet ex sententia adiudicatio
nis in solutum producta in actis peruenit ad d.Iacobum tan-
quam ex bonis eius matri debitis : quia Marcus d. quondam
Iacobi pater existens debitor d. Zanæ suæ vxoris in libris 30.
Bonon.dedit ei do.Zanæ pro d.quantitate d.possessionem, &
pro ea d.Zana in eodem instrumento de eius voluntate & con
sensu d.possessionem dedit Iacobo eius filio, vt patet in instru
mento rogato & rescripto per ser Ang. de quo instrumento &
eius effectu fit mentio in dicta sententia lata per consilium Fa
uentiæ,præsente d.Iaco. quæ sententia etiam probat effectum
d.instrumenti, vt patebit ex his quæ j.dicam. ¶Stante igitur
d.instrumento, videtur d.possessio data in solutum d.do.Za-
næ creditrici:& breui manu videtur per eũ data filio. l.singu-
laria.ff.si cert.pet.l.licet.§.quoties.ff.de iure dot.& l.3.§.fi.ff.
de donat. inter vir. ¶Et ꝙ dicta possessio ad eum peruenit tan-
quam de bonis matris probat F. de du. nostri cum dicta posses
12 sio ad eundem Iacobum peruenerit à nobili:†res transit cum
onere suo,sicut dicimus in re transeũnte ad ecclesiam,vt not.
Archi.Io.And.in c.1.de immun.eccle.lib.6. in nouella. Ioan.
And.post Spec.in tit.de cler.coniug.§.1.versi.ad huius.& In-
noc.idem tenuit in c.non minus. in princ.de immu.eccl.no.
glo.& doct.in c.1.de censi.not.Bal.in l.omnes.C.sine cen.vel
reliqui.& in l.neminem.C.de sac.san.eccl. & ibi Bal.in l.fi.C.
de bon.damn. ¶Pro hoc quod not.Bar.in l.rescripto. §.fi.ff.de
muner.& honor.& in l.1.C.de mulieri.& in quo loco.lib.10.
Bal.de pace Constan.in vers.munitione ciuitatum.cum simi.
¶Quinimò huic dispositioni iuri consonat consuetudo alle-
gata & probata per testes nostros deponentes super 20. capit.
13 stante etiam dicta sententia.¶†Nec obst.si dicatur ꝙ dicta sen
* tentia non probat acta iudicij * & processus: quia respondeo,
ꝙ imò sententia lata contra præsentes, & quæ transiuit in rem
iudicatam,vt in casu nostro, habet præsũm. pro se quò ad re-
ctitudinem processus,& etiam quò ad iustitiam,vt no.gl.Inn.
& Ant.de But.& doct.in c.qm̃ contra.de prob.Inn.in c.bonæ.
el 1.de elect.& in c.cum in iur.de offi.deleg. idem Fed.de Se-
nis in consi.165.Gui.de Cug.in l.2.ff.de in ius voc.c.in præ-
sentia.de renunc. dñi de Rota suo consi.418.videtur casus in
d.c.bonæ.el 1.de elect.Imo.in l.sciendum.de verb.obl. Bal.in
l.1.ad fi.C.de excep.rei iud.Inno.in c.1.de con.vtili vel inuti
14 li.Spec.in tit.de prob.§.1.ver.negatiua autem videtur.¶†Imò
idem etiã si lata fuisset contra absentes,& elapsum fuisset bié-
nium post sententiam: quia tunc præsumitur pro sententia ẽt
sine actis secundùm Host.in c.cum inter.de re iud.& in ca.in
præsentia.de renunc.quod sequitur Ioã.And.& Cardi.in d.c.
quoniam contra.& Bal.in c.1.de mili.vasal.qui contu.est.co-
lum.5.in prin.versi.quæro.& in l.1.ver.extra quæro.C.ne li-
ter.prouo.& in l.emanci. per Cy.C.de fide instr.& Io.de Imo.
in l. hac scriptura. ff.de donat. ¶Et prædicta procedunt etiam
si in sententia nulla fit mentio particulariter de actis: vt patet
in locis prædictis & pari ratione idem esset si non fieret perfe
cta mentio de actis omnibus . C.de rei vxor.act.l.1.in princi.
15 ¶†Vbi autem in sententia fieret mentio de actis, vt puta viso li
bello lit. contest.confessio.taliter facta: si talis sententia est la-
ta præsentibus partibus:probat acta & confessiones,& omnia
processisse modo quo in sententia narrantur.l.1. C.de rela.&
ibi Bart.Cy.Bal.& docto.in auth.si quis in aliquo.C.de eden.
Bar.in l.sciendum. de ver.obl.in l.1.quando app.sit.in l.acta.
ff.de re iud.Inn.& doct. in c.quoniam contra. & in ca.cum in
iur.& Bald.in d.l.1.in versi.extra quæro. C.ne lic.rer.prouoc.
Spec.de instru.edi.§.restat.versic.in summa. ¶Vnde pro dicta
sententia præsente parte & non cõtradicente,præsumitur quò
ad iustitiam & rectitudinem , cum transiuerit in rem iudica-
16 tam,& translatum sit biennium vlterius.¶†Non ob.quod no-
stri testes sunt de vniuersitate:quia dico, ꝙ non habent obsta-
re, vt firmat Spec. in tit.de testi.§.1.versi.sed nunquid in causa
vniuersitatis.probatur in c.insuper.in c.tuis.in ca.veniens.de
* testi. ¶Non ob.quod tractatur de commodo * particulari om-
nium de vniuersitate,per ea quæ not.Cy.Bal.in l.omnibus.C.
de testi.per Guil.de Cug.in l.in tantum.§.vniuersitatis.de rer.
diuis.& Ang.in l.sed si hac. §.qui manumittitur.de in ius vo-
can.Cano.in c.nuncius.de testi.quia respondeo quod hic non
tractatur de commodo particulari: nam nos tractamus de o-
nere quod imponitur personæ pro rebus, & iuxta not.in l.re-
scripto. §.fi.de mun.& hon. ¶Imò fortius dico ꝙ non ob.quia
si commune Duciẹ tenetur pro collectis soluere puta mille,&
* in castro Duciæ reperiantur aliqui exempti, * commune Du-
ciæ pro rata exemptorum & nobiliũ, debet exgrauari, vt not.
Guil.de Cu.per illum tex.& in l.si vnus.§.si cum mihi x.ff.de
pact.firmat do.Ant.post Io.And.in c.peruenit.de immu.eccl.
de quo in Spe.de cen.§.nunc dicendum. versi.facit quia legi.
no.in l.actore. C.de exact.trib.lib.10. & in l.omnes.la 1.C.de
anno.& trib.eo.tit.in l.vacuatis in gl.fi.C.de decu.lib.10. ¶Et
per consequens posito ꝙ d.Iacobus esset exemptus, non tracta
retur de incommodo aliorum de d.loco.¶Nec ob.quod statu
tum dicit ꝙ in causa vniuersitatis non producantur testes de
vniuersitate: quia respõdeo ꝙ statutum loquitur expressè vbi
est quæstio inter vniuersitatem & aliam personam de ciuita-
te vel districtu.nos verò sumus in vniuersitate: ergo hunc ca-
sum non comprehendit.l.si verò. §.de viro . soluto matrimo.
l.quod verò. de legib.ca.ea quæ,de regu.iuris in 6. ¶Præterea
dictus Iacobus tam in suo libello , quàm in rescripto fundat
sect

se ex consuetudine præterita vigore cuius dicit suam possessionem fuisse & esse exemptam, & se fuisse & esse nobilem sicut
17 sunt de consuetudine alij catanei † sed quando fit mentio de consuetudine, intelligitur de præscripta. tex. no. in c. cumana. de elec. quem allegat Bal. in l. binos. C. de aduo. diuer. iudi. & in c. 1. in prin. de cog. feud. ¶Sed ad hoc vt ista consuetudo q̃ habet causam discontinuam. l. foramen. de ser. vr. prædio. sit præscripta, requiritur cursus tanti temporis cuius in contrarium non extat memoria. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quoti. & hoc firmat Inno. in c. cum dilectus. in fin. de consuetudine. in gl. fi. & ita procedit gl. fi. in fi. §. ex non scripto. instit. de iure natu. gen. & ciui. sed hoc non est capitulatum neque probatum. etiam de 10. annis sicut requiritur in consuetudine, iuxta no. in l. de qbus. & in l. diuturna. ff. de legi. & in rub.
18 C. quæ sit long. consuetudo. ¶† Quinimo dico ꝙ testes [a] debēt deponere de vsu consuetudinis, & declarare vsus frequentiā, & temporis diuturnitatem, & tales vsus fuisse vsitatos publicè præsentib. & scientib. multis & infinitis personis: adeo quod comprehendatur intercessisse consensum maioris partis populi. declarat Azo in summa. C. quę sit long. cōsue. in versi. quęro quod deponunt testes. Bal. in d. l. de quibus. imo vt dicit Cyn. oportet ꝙ concordent testes in tempore & identitate actus, aliàs essent singulares. sequitur do. Anto. in c. licèt ex quadam. de testi. Bal. in l. 1. C. de test. Io. de Imo. in l. inter pares. de re iudi. ¶ Præterea hic aliquo modo non est probatum de tempore longo vel longissimo: imo vt dixi cum in casu isto requiratur cursus tanti temporis, cuius in contrarium non existat memoria: ad quam probandam testes debent de necessario dicere ꝙ communis opi. est memoriam non extare in ꝯrium. tex. est in l. si arbiter. ff. de proba. not. Barto. in l. 2. §. item Labeo. ad fi. de aqua plu. arc. no. in c. 1. de præscrip. in 6. Bal. in l. conuenticulam, de epi. & cleri. Inno. in c. veniens. de ver. signi. quod non deponūt illi testes. ¶Præterea si Iaco. dicit ꝙ, licèt alij collectentur quod tamen ipse & alij catanei ex consuetudine sunt exempti: * dico ꝙ licèt testes dicant ꝙ in præteritum non fuerūt
19 collectati catanei: nec ipse Iacobus, dico ꝙ per hoc nihil probant: † quia per non vsum [b] collectandi cataneos non tollitur lex consuetudo vel ius collectādi, quod habet commune Duciæ: quia per non vsum non tollitur lex vel consuetudo, vt no. quasi in terminis declarat Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consue. in versi. expediti sumus de prima principali. q. & eū sequitur Bar. in proœmio digestorum. §. & antea. & Hos. in sum. de consensu. §. fi. & Io. And. & Ant. de But. in c. Io. de cler. coniug. ¶Item quia per non vsum vel ex non actibus non inducitur consuetudo. maximè nisi probetur de contemptu. l. vel iur. verbi gratia: si probaretur ꝙ catanei fuerint per longū tempus grauati ad collectas soluendas: & ipsi per dictum tempus semper contradixerunt, & præcepta contempserunt, aliàs non probatur talis consuetudo: ita notabiliter ex prędictis Bal. in l. de quibus, de legi. in versi. sed nunquid ex non actibus, sed iste contemptus hic non est probatus: ergo &c. ¶ Item ad hoc vt dicti catanei & dictus Iacobus præscripsissent libertatem ab onere collectarum, requirebatur probari in processu plura. primò ꝙ fuerint aliquo tempore requisiti vt collectas soluerent, * aliàs nūquam præscribunt hanc libertatem. l. cum scimus. & ibi not. Bar. in versi. text. ibi ait illud quoque. C. de agric. & cen. li. 11. & in l. filius. C. de decur. li. 10. Bald. & Ange. in l. malè agitur. C. de præscript. 30. anno. in vlt. col. ad idem. l. is qui. aliàs incipit, & Atti icinus. de ser. rusti. prædi. Ioan. And. in c. fin. de consue. in rescript. in nouella. & in capitulo, vt priuilegia. ad fin. vt. glossæ de priuileg. in anti. Spec. de iu. omn. iud. in versi. illud etiam not. in titu. de præscrip. in prin. ver. quid si omnes. & quod not. Inno. in c. dilectus. in glo. poss. la 2. de cap. mona. ¶Item ad hoc vt præscriberetur libertas, requirebatur aliquod factum dicti Iacobi vel Marci eius patris. l. hæc autem iura. & in l. eos ff. de ser. vrb. prædi. vbi dicit Bart. quod requirebatur bona fides præscribentis circa ius quod præscribere quęrit. & idem in l. 1. C. de serui. & etiam Bart. in l. qui fundum. ff. quib. mod. serui. amit. sed hic non est probatum de aliquo facto hominis interdicente. ¶Item nedum quod sit probata bona fides,
20 sed non est allegata: † nam vbicunque pręsumitur bona fides, non sufficit tamen nisi allegetur. l. si adulterium cum incestu. de adulte. in §. idem polli. & ita dicit Bald. in l. super longi. in 3 col. de præscript. long. temp. Ange. in l. eum. qui. §. fi. de publi. & facit quod no. doc. in c. 2. vt lite non contes. & in clem. apel. cum si. de appel. ¶Item oportebat probari dictas consuetudines obtentas fuisse in contradictorio iudi. l. cum de consuetudine. ff. de legi. firmat. gl. in §. ex non scripto. insti. de iure natu. gen. & ciui. & in rubrica. C. quæ sit long. consue. ¶Item requirebatur saltem allegare titulum præscriptionis, & etiam consuetudinis, secundum Inno. in c. cum dilectus. in glo. fi. de consuetudine. ¶Item requirebatur allegari & probari de scientia & patientia dictorum hominum communis Duciæ. l. 1. & ibi Bar. & doc. in fi. C. de seruit. & aqua. in l. j. ad fin. ff. de aqua plu. arc. per cano. & in c. cum ecclesi. & in c. fi. de causa. pos. & latissimè per do. Anto. in c. peruenit. de cen. ¶Addo etiā quòd multi ex dictis testib. nihil dicunt nisi quod in primo dicto dixerunt: quia causa scientiæ & ratio testis debet esse diuersa. d. l. fi. & ibi Bar. ff. de offi. proc. Cæsa. ¶Præterea sunt aliqui testes qui deponunt super eo quod resultat ad eorum commodum, cuius contrarium resultaret in eorum pręiudicium: ergo nec est eis fides adhibenda. l. omnibus. C. de testi. l. nullus. eo. ti. ff. ¶ Pręterea examinatio testium non valuit. quia a non compe. C. si a nō compe. iudi. per totum. quod probo: nam in rescrip.
21 princeps rescripsit non declarando cui committeret † vnde vbicunque in aliquo est ambiguum rescriptum principis non potest per illud ad aliquid procedi, donec fuerit declaratū per delegantem. c. cum contingat. de offi. deleg. c. cum venissent, de iudi. & ita dicit Spe. de rescrip. pręsenta. §. fi. ver. item quando est aliquod verbū ambiguum, & quod no. Bal. in c. 1. apud quem contro. feu. & in l. qui ad ciui. in prin. C. de appe. ¶Item examinatio testium non habet diem neque indictionem sicut requirunt acta. c. quoniam ꝯ. & ibi gl. & doc. in verbo tempora. de proba. & quod not. in l. 2. maximè per Bal. C. de eden. & in l. 1. §. editiones. ff. eo. ti. habetur in c. abbate. de re iudi. in 6. ¶Item dictus Iacobus vult probare negatiuam, uidelicet q̃d d. Iacobus & sui antecessores pro illa possessione nunquā soluerunt collectas. nam dicta negatiua maximè non coarctata per
22 testes est improbabilis: † imo si testes pro ea deponūt sunt suspecti de falso. c. cum ecclesia. de cau. poss. & pro. & idem not. Dy. gl. Ia. de Are. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. de itine. actu. priuato. Cy. Bal. in l. actor. in 3. col. C. de proba. & in c. si quis per 30. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. Bar. l. 1. in princ. ff. si quis ius di. non obtē. Ang. in l. si per alium §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. ¶Vlterius sunt aliqui testes interrogati si dictus Iacobus potuisset soluere collectas, ꝙ ipsi nesciuissent. respondet ꝙ non. quanta igitur sit eis fides adhibenda tu magis scire debes. l. 3. §. diuus. de testi. ¶Non habet obstare ꝙ quidam respōdēdo positionibus partis aduersę negant, & quidam fatentur. nam stari debet responsioni maioris partis: imo si essent pares numero, staretur negantibus in fauorē rei, iuxta not. per Inno. & doc. in c. nostra. de procu. Io. And. in c. pręsentium. de testi. in 6. in gl. & in c. si duo. de procu. eod. lib. Spe. de confes. §. postremo. versi. sed pone feci. Bal. post Cy. in l. 1. in antepe. col. in versi. quæro duo procu. C. de confes. ¶Non omitto ꝙ d. iudicare debens non potest sumere fundamentum ex instrumentis & sententijs productis pro parte aduersa: licèt in eis continerentur aliqua quæ proficua essent dicto Marco
23 ex eo: † quia omnia instrumēta iura & sententiæ producta fuerunt per dictum commune & eius procu. in parte & partibus sibi duntaxat fauorabilibus, quæ protestatio operatur ꝙ quo ad ea quæ non sunt in fauorem producentis non intelliguntur instrumenta producta, vt eleganter firmat [c] Inn. in c. cū olim. in gl. in versi. instrumenta. de censi. & ibi sequitur Ant. de Bu. circa vlt. col. idem tenuit Bal. in l. 1. C. de confes. circa 5. colu. Iac. But. in l. nimis graue. argumento illius tex. C. de testi. Bal.
24 in l. publi. §. fi. in fi. ff. deposi. ¶† Præterea pars aduersa impugnare conatur instrumenta & sententias productas pro parte communis Duciæ: ergo ex eis se fundare minimè potest: iuxta no. per Bar. in l. post legatum in prin. de his qui. vt indi. & in d. c. cum olim. Alexan.

ADDITIONES.

* Renunciauit.] Si tamen esset minor, restitueretur aduersus hanc tacitam renunciationem, secundum Rui. cons. 125. col. 1. lib. 4. per tex. in l. 1. C. de in integ. resti. Natta.
* Iudicij.] De istis etiam habes per Alex. cons. 25. lib. 7. Natta.
* De commodo.] Ad istud melius respondet Alex. in alio consi. quod est 68. col. 3. & seq. supra lib. 2. Natta.

* Exem-

* Exempti.] Vide Abb.& ibidem Fel. plenè in c.accedentes, de præscriptio. Natta.
a ¶Testes, supra eod. consi. 45.
* Exempti.] Quòd ista onera præscribantur, vide Abb.& ibidem Felin.in c.accedentes, de præscrip.& consuluit Alexan.consi.30.col.3. lib.5. Natta.
b ¶Non vsum.dixi.in consuetu.Pari.§.j.glo.4.nu.12. * Non est hic
* vsus, sed contrarius vsus; ex quo alij soluunt. Natta.
* Soluerent.] Ista requisitio non videtur necessaria, quia cum acciderit casus collectandi, & ipsi non fuerint collectati currit præscriptio propter eorum negligentiam: Secus si casus nunquam accidisset, Ias.in l.falso.C.de diuers.rescrip. Felin.in c. cum accessisset col.10, de constitu. Sicut per non vsum non tollitur lex, Fallit vbi casus accidisset in oppositum. Alex. consi.132.col.2.lib.1. Sed Alex.hic sequitur Ripa respon.4. sub ti.de rescript. Et priuilegium tollitur per non vsum, data facultate vtendi, & non aliter, Dec.in c.cum accessissent col.9.de constitutio. Et vbi quis non requisiuit. seruitium, qa copiosus, contra eum non currit præscriptio Bart.in l. cum scimus. C.de agri.& censi.lib.11.quem Alex. hic allegat. Ideò istud requisitum intelligendum est, quando aliquis non fuit interpellatus, quia non fuit necessitas, & erat copiosus, & non egebat. Et contra Alex. in hoc requisitio fac Rui.consi.217.lib.1.& Grauetta, vbi latissimè respondet rationibus Alex.consi.111.quod consilium edidit in causa propria & est amplissimnm consi.in materia. Tamen Alex.hic sequitur Cur.iun.consi.60.nu.14.Paris.consi.25.nu.109.lib.1. Et de Bart. in l.cum scimns, meminit Feli.in c.ad audientiam col.7. de præscip. Natta.
c Firmat. & malè quia non videtur huiusmodi protestatio, vt per gl. Sal.Pau.Ias.l.j.§.editiones.de eden.l.Lapus alleg.109. Imo.c.g.perpetuus.col.fina.de fide instru.Bal.l.j.col.2.& ibi Alex. C. vt quæ desunt aduoca.Roma.consi.433.Bertran.consi. 120. producens.lib.2.
* * Contraria opinio communis est; quia non est in potestate partis restringere vim probatiuam instrumenti. maximè si parx dictæ protestationi repugnat.Dec.in l.fin.circa fi.C.de eden. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Iudex & partes non possunt prorogare tempus instantiæ.*
4 *Hypothecaria si agatur, quid in ea probandum.*
6 *Verba, pro suis vel tanquam sua, non inferunt dominium sed possessionem.*
7 *Agens iure cesso debet de cessione mentionem facere.*
8 *Testimonium confusum non valet.*
11 *Citatio generalis non sufficit ad constituendum curatorem bonis defuncti.*
12 *Contumacia in vno nocet in illo actu.*
14 *Fieri in domo vel ad domum differunt.*
15 *Forma statuti ad vnguem seruanda.*
18 *Reseruatio exceptionum dilatoriarum post lit.contest. valet.*
20 *Possidere hodie non præsumitur si neget, qui aliquãdo possedit.*
21 *Dominium an transferatur ex diuisione.*

CONSILIVM. CXXXVII.

Simplex allegatio Alex.in fauorem reorum.

In causa & lite vertente inter Lanzalotum quondam ser Ant.de purmartinis agentem actione hypothecaria tanquam hæredem ab intestato quondam ser Raynutij eius fratris, & Ia.& Bartholomæum fratres filios, & hæredes olim Marci quondam Iacobi de Casali.& do.Constantiã matrẽ & tutricem dictorum Iacobi & Bartholomæi pupillorũ
a se defendentes. ¶Multa [a] possent allegari ad absolutoriam dictorum pupillorum, paucis tamen contentus ero: & primò
1 † dico instantiam ipsius causæ actoris negligentia fuisse peremptam, attenta forma decreti statuentis tempus a die productionis libelli duorum mensium continuorum tam iudici, & iurisdictioni, quàm instantiæ ad causam per sententiam diffinitiuam terminandam: quo casu si sententia post dictum tempus ferretur, esset ipso iure nulla.l.scire oportet.§.consequens. de excus.tu.l.cum non eodem.C.quando prouoca.non est necesse.ff.de iudi.l.si iudex.no.gl.& doc. omnes.C.de iudi.in l. properandum.in prin.Io.And.in addi.ad Spe.in titu. de iudi. deleg.§.restat.super versi.item quid si instãtia.& cano.omnes. in c.de causis.de offi.deleg.Bal.C.de epi.& cleri.in auth. clericus.& in c.1.si de inuest.inter do.& ag.lis oriatur.& in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi.procon. & legati.cum igitur dictus libellus ab actore fuerit productus die 18.mensis Augu. & sic lapsi sunt tres menses vltra officium iudicis, superest in pronunciando instantiam causæ fuisse peremptam, & partem in expensis condẽnare.l.j.& 2.C.vt intra cer.temp.causa ciui.ter.& l.si præses quasi desertam.C.quomodo & quando.in gl. oportet & ibi doct.& Bar.in d.l.properandum.§. illo procul-
2 dubio.& quod no.Inn.in c.si.de iur.calum. ¶† Nec habet obstare si diceretur quod iudex vel vtraque pars consensit certo tempore instantiam non currere: quia respondeo ꝙ iudex hoc facere non potest, vt apertè dicit tex. in d.l.properandum. ibi non esse concedendum vlterius litem quam per triennium extendere no.Bar.clarius Bal.in l.petendæ.C.de in integ.resti.pe. ¶Nec etiam partes hoc possunt conuentione etiã iurata inducere, vt no.gl.& ibi Bart.& doct.in d.l.properandum.in prin. Bart.in l. Seius.& Aug.ad l.Fal.Anto.de But.in c.venerabilis. de iudi.¶Secundo vltra prædicta dico quo ad processum, ꝙ libellus actoris fuit ineptus, vt statim probabo. igitur sequi debet absolutoria ab obseruatione iudi.ff.si mensor fal.mo.di.l.
3 1.§.1.de iudi.in c.examinata.¶† Et si sententia diffinitiua ferretur super inepto libello esset ipso iure nulla, vt est glo.singu. insti.de oblig.§.1.secundum Bal.qui ita dicit in l.actori.C.de re.creditis.pro quo tex.in c.cũ dilecti.de emp.& vẽdi.¶Quod autem libellus fuerit ineptus ostenditur. nam cũ dilectus Lanzalotus egerit actio. hypothecaria non contra debitores principales scilicet contra Ant.& Philip. sed contra dictum Iaco. & Bartholomæum tanquam contra tertios possessores non habentes causam vel titulum a dictis debitoribus principalibus,
4 debeat actor in libello deducere: & etiam postea † probare ꝙ d.domus & petia terrę pro quibus agitur hypothecaria, spectauerunt & pertinuerunt ad dictos Anto.& Philip. tempore contracti debiti vel post iure directi dominij, vel saltem vtili l.rẽ alie.& ibi gl.& latissimè Bar.ff.de pig.act.& glo.in l.1. de fal. inter.& glo.insti.de acti.§.item Seruiana.lege, & quæ nondũ. §.1.& lege si ab eo.ff.de pigno.Bart.Bal.per Cy. in lege cũ res. C.si ali.res pigno.da.Cyn.& no.Bal.C.de dona.ante nup.l.de rebus. ¶Imo si etiam ageretur hypothecaria contra ipsum debitorem principalem, licèt non esset necesse creditori probare contra debitorẽ de dominio directo vel vtili ipsius debitoris;
5 † sed satis esset probare contra eum de possess. tantum: tamen requireretur quod creditor saltem allegaret, & deduceret debitorem fuisse dominũ: quia licèt hoc casu ex possessione præsumatur dominus: tamen nõ præsumitur nisi allegatur & deducirur. ita nota. dixit Bar.in d.l.rem alienam.de pigno.actio. quod sequitur Saly.C.locati.in l.certi iur.no.Bal.C.de execu. rei iudi.l.etiam in 2.col. ¶Facit in simili in l.si adulterium cũ incestu.§.idem pollioni.de adul.& quod no.gl.in cle.appellanti.de ap.Io.And.& doc.in c.2.vt lite contesta. ¶Sed in hoc iudicio, nec in libello, nec in positionibus, nec alibi est dominiũ directum vel vtile dictorum Antonij & Philippi deductum nec probatum: ergo sequitur libellum prædictum necesse esse ineptum, & firmant prædicti docto. maximè Barto. in d.l.rem alienam. ¶Nec prædictis obstat si in libello & in iudicio reperiatur deductum per actorem quod dicti Anto.& Philipp. te-
6 nuerunt & possederunt dicta bona pro suis, & tanquam sua:
b [b] quia per hæc verba non deducitur nec probatur titulus vel dominium, sed sola possessio pro suo, vt eleganter dicit l. n. in c.illud.in ij.de p[illegible]um. Bar.& Ang.in l.1.in fin.per glo. ibi.ff. pro suo. ¶Secũdo ex alio capite dictus libellus reddit ineptus: quia dictus Lanzalotus pro duabus partibus ex tribus quantitatis petitæ est cessionarius, & habens iura cessa a d.con.& fratre ipsius Lanzaloti sororibus, & hæredibus pro duabus partibus ex tribus dicti ser Raynutij creditoris defuncti: tunc in-
7 cedat doctrina † quod illi cui competit actio ex iure cesso, debet expressam mentionem facere de tali iure cesso, saltẽ in narratione: aliàs ineptus est libellus.l.qui stipendia.& ibi Bart.& doc.C.de procura.text.op.in proposito in lege planè, ff.fami. erci.no.Bar.& latius Bald. in l.si quis in rem. per illum tex.ff. de procur.& in l.si duo.ff.de sol.Bar.in l. si culpa.ff.de rei vendi.Dy.in l. si mihi & tibi in prin.de leg.1.Bal.in l.1.in fin.C. de actio. & obli.Ioan.And.Spec.in titu.de procu.§.sequitur. versi.sed quæritur an talis libellus.& in versi. sed quæritur an agens ex iure cesso. ¶Sed dictus actor nullam mentionẽ facit in dicto libello de dicta cessione, nec declarat se tanquam cessionarium agere: ergo non potest quoquo modo obtinere, cũ sibi soli non delata fuerit integra hæreditas dicti ser Raynutij, sed sibi & dictis suis sororib. vt ipsemet etiã fatetur in suis positionibus. ¶Tertio etiam ostendit sequi debere absolutoriã ex capite excussionis non factæ seu non legitimè factę contra dictos

dictos Anto.& Philip.debi.principales seu eius hæredes: Nã
nemini dubium est ꝙ antequam agatur hypothecaria contra
tertios possessores, hodie necesse est excussionem prius solen-
niter fieri contra debitores principales & eius bona. C.de pi.
auth. hoc si debitor. & in auth. sed hodie. C.de act.& ob. &
hoc nedum de iure cõmuni, sed etiam municipali.& hoc ha-
bet locum etiam si instrumento debitor se constituerit preca
rio nomine creditoris possidere: quia tamen agendo hypothe
c ria requiritur excussio. [c] firmat Bal.in l. 1. in ver. quæro quid
si debitor.C.de reuo.his quæ in frau.credi.licet fortè secus si
aliud remedium intentasset, sed etiã statutum remouet quod-
cunque obstaculum ius commune. ¶Et licet sit deducta quę-
dam excussio, peccat in his primò. nam cum talis processus
excussionis fuerit factus contra quoscunque volentes esse hæ-
redes dictorum Anto. & Philip. oportebat in dicto iudicio
probari de morte ipsorum debitorum, quod minimè erat pro
9 batum: item † quia testes super hoc inducti non fuerunt vnus
ab alio seorsum & in diuersa scriptura examinati. sed in simul
& in eademmet scriptura redacta est eorum attestatio, quo
fit vt talis attestatio omnium testium & in eadem scriptura, &
per eundem præmeditatumq; sermonem nullã fidem faciat,
vt est tex.in l. 3. §.ideoque diuus. ibi inter vnum eundemque
præmeditatum sermonem.ff.de test.& ibi no.Bar. Spec.in tit.
de teste.§.nunc tractandum. ver. cautionem quoque. not.Io.
And.in c.nihil obstat.de verb.significationi. Bal.in l.testium.
in 3.col.C.de testi.& in tit.de pace constan.in vlti.verbo.tex.
in l.verbum volo.C.de fideic.& in l.ampliorem.§.vt refutato
rijs.C.de app.& in l.1.C.de emen.insti.codi.& Ang.in auth.
vt iudic.sine quoquo suffragio post principi. ¶Item & fuit de
latum iuramentum dictis testibus non citatis dictis hæredi-
bus Antonij & Philipp. nec aliquo citato generaliter vel spe-
cialiter de cuius præiudicio tractaretur: ergo & pro non re-
ceptis habentur. l. si quando. C. de testi.cap. in nomine do-
10 mini.& cap. significauit.de testi. ¶ †Præterea sunt quidam a-
ctus facti die feriato in honorem Dei. & per consequẽs haben
tur pro infectis.l.omnes & l. fin.C.de fer. & in clemen. sępe.
de ver. sig. & in c.conquestus de fer. vnde accusationes talis
contumaciæ sunt nullius effectus.l.properandum. §.& si qui
dem.C.de iud.l.arbiter calendis.ff.de arbi.no. Bart.in l.con-
sentaneum.in fin.C.quomodo & quando iud.& in l.si finita.
§.Iulia.de dã.infe.Inno.in c.consuluit. de offi.deleg. ¶Imo de
bet apparere actorem die iuridico in fine termini licentiatum
decessisse secundum Inn.in c.calumnia.de pœnit.& in d.c.cõ
suluit.& Bar.& doc.in locis præalleg. Bar.& doc.& omnes in
11 cap.1. de iudi. ¶†Præterea peccauit in alio processu: quia qñ
fit misso in poss. ex primo decr. & ad constituendum curato-
rem in bonis defuncti ad alios oportunos actus, non sufficit
generalis citatio omnium volentium esse hæredes sed debent
nominatim & specialiter citari hi, quibus prima causa succes
sionis defertur l. 1. §.denunciari.ff.de vend.inspi. doctrina est
Bar.in l.si diu.qui.ex caus.in pos.ea. in l.si quis instituatur.§.
item si conditioni.ff.de hære.institu.& ibi Bal.& Ange. Bald.
in l.si bona.C.de bo.auth.iud.poss. Bal.in l.cum proponas. e.
tit.in versi.& not.idem Bald.in l.si curatoris.in prin.C.de iu
re delibe. facit quod not.Bart.in l.si eo.tempore. C.de remis.
pigno. ¶Sed in processu prædicto hæc seruata non fuerunt: er
go &c. Et quanquam illi sint citati quibus prima causa est suc
cedendi non fuerunt ad videndum consti. cur. bonis citati.
12 sed ad alios actus. †Nam citatus ad vnum actum licet sit in
illa citatione contumax: tamen vigore dictæ, contumaciæ
d non potest ad alios [d] actus siue noua citatione procedi. capi.
cum olim.in fi.& ibi doct.de testib.& est gloss.in ca. 2.de do-
lo & contuma. in 6.& not. Barto.in l.statu liberos. §.Stichus
de statu. lib.ff. & in l. consentaneum. C. quomodo & quan-
do iur. & in l.reprimendum. in verbo per edictum. & in l. 3.
§.si ad diem.de re mil. & Innocen.in c.consuluit de offic. de-
leg. & in c. petitionem de accus. ¶Præterea in citatione dici-
tur quòd nuncius personaliter si inuenire poterit citet: & si
inquirendo non poterit inuenire eos ad domum citet, & in
relatione nuncius non refert eos personaliter citasse nec per-
e quisiuisse, sed refert eos [e] citasse & alia fecisse quæ habuit in
13 mandatis: † & huiusmodi citatio est ambigua & non reddit
citatos contumaces. vt inquit Bar.in l. 4.§.prætor.in versi.sed
quid debet nuncius &c. & in versi.sequitur de dam.infec.se-
quitur Ant.de Bu.in c.causam.de dolo & contu. ¶Item dictæ
citationes non fuerunt factę per nuncios publicos vt requirit
l.2. C.de spor. & ibi doc.& in auth. de iudi.§.vno quoque.&
§.hos autem.not.Bal.in l.2.C.quomodo & quando iud. & est
negatum dictam excussionem factam fuisse coram habente iu
risdictionem, qđ non est probatum per actorem, vt requiritur
iuxta not.in c.cum in iure.de offi.dele.& in c.quoniam con-
tra.de proba.cum simi. ¶Peccat & in alio dictus processus ex-
cussi: quia in citatione qua fuerunt citati generaliter hæredes
dictorum Ant.& Philip.fuit facta cum tuba ad scalas palatij.
sed secundum formam statuti Imolensis debuit fieri in scalis
palatij vel in logia quæ est supra scalas, & ad hoc vt etiam lon
ginqui possent audire nuncij proclamationem, sed est differen
14 tia aliquid fieri ad scalas. & aliquid fieri in scalis: †quia illud
dicitur fieri in loco quod fit intus locum l. 1. §. in flumine. ff.
de flumini.& in l.si alius. §.meminimus. ff.quod vi aut clam.
& ideo illud etiam quòd fit in ostio non dicitur fieri in domo
no.Bart.in l. 1.§.hoc interdictum.ff.de cloacis.Bald.in l.data
opera. in 15.col.C.qui accu.& in l.Gallus.§.ille casus.ff.de li
be.& posth.& Cyn.in l.obseruare.ff.de offi.procon.Arch. 40.
distin.c.si Papa.& est gl. de pœni.dist.2.& in c.dum sanctam.
in glo. quæ incipit, de Ezechiele tractum est. illud vero dici-
tur factum ad scalas. quod fit non in scalis. sed iuxta scalas.
l.qui filium.§.1.ff.ad Trebel.no.Iacob.de Aret. & Barto. in l.
item apud Labeonem.§. conuitium. de iniur. Idem Iacob.de
Are.& doct.in lege cætera.§.hoc senatus de lega.1.& in l. qui-
dam iberus.ff. de serui. vrba. prædi.& tex.cum glo.in l.mili-
15 tis codicillis.in prin.ff.de testa.mili.& ibi Bart. ¶†Sed forma
tradita a statuto si ad vnguem & in specie non seruetur, red-
dit actum ipso iure nullum.l.cum hi.§. prætor. ff.de transa.l.
qui Romæ.§.Flauius.de verbo.ob.ita dixit Bald.in l.2.C.quo
modo & quando iu.in ver. ibi tres. vbi dicit quod licet aliàs
de iure communi liceat citare vno edicto peremptorio pro tri
16 bus.l.contumacia.§.1.de re iudica.l.non vna.ff.de iudi. ¶†Ta
men si statutum facit mentionem de trina citatione non suffi
f cit citare vna citatione perempto.pro tribus [f]: quia secundum
eum debet seruari ad vnguem dictum statutum: & pro hoc est
glo.in cle. 1. in versi. 3.de vita & hone.cle.& in c. 1. in verbo
tertiam.& ibi Bal. de mil.vas.qui contu.fu. ¶Et dicit Bal.in l.
2.in 3.col. de pat.qui fil.dis.quod statutum est ad literam ser
uandum: & non sufficit seruari statutum per æquipollens, vt
not. Bald. & Ange. in lege prima de liberis & posthum.Bald.
in l.executorem in 5.col. C.de execu. rei iudi. ¶Item secunda
commissio debuit fieri a diuersis nuncijs, vt in forma statuti
continetur. Item vltima commissio debuit fieri per bannitorẽ
17 in scalis. ¶Aliud obstat: † quia dictus processus fuit pro par-
te scriptus & publicatus per ser Lucam, ser Antonij de Mon-
te. in reliqua parte fuit scriptus & rogatus apud acta ser Mi-
chaelis de Nainis quod fieri non potuit: quia processus vitia
tur l.1.C.de spor. & ibi hoc firmat Iacob. Butr.& Bald. in l.1.
& ibi not. de offic. procons. not. Bartol. post eum Bald. in l.
cum sententia. C. de sententijs, clare Bald. in l.secunda in
vlti. col. C. quomodo & quando iudex. & in lege gesta. C. de
re iudica. vbi limitatur nisi iusta causa absentiæ interueniat.
argumen. l. si longius. & ibi hoc Bald. ff. de iudi. qui defe-
ctus validari non potuit, etiam si partes consensissent. not.
Bald. post alios in l. testamenta. C. de testam. & in l. repeti-
18 ta. C. de episco. & cleric. ¶ † Et est aduertendum quia licet
sit deuentum ad lite contesta. tamen exceptiones competen-
tes dictis pupillis contra excussionem reseruatæ fuerunt: quæ
reseruatio fieri potuit & tenuit not. per glo. in capitulo cum
contingat. de offic. delega. & quod not. Barto. in l.ille à quo
§. si de testamento ad Trebellia. not. Barto. in l.peremptorias
in versic.de exceptio. C. senten. rescin. non poss. & in l.excep-
tio. in vltima col. C. de proba. & in l.criminis. C. qui accu.
Iaco.Butr.in l.fideiussor.in principio.ff.qui satisda.cogan. Ar
chi.2. quæst. 6. & casu quo non fieri debuisset dicta reserua-
tio: tamen postquam non fuit appellatum valuit, & effectum
sortita est: etiam si sit contra ius litigatoris l.1.§.item cum con
tra sacras. ff. quæ sententia sine appellare. capi. cum inter
vos. de re iudica. ¶Vltra prædicta quo ad processum opposita
dico ex meritis causæ ipsam absolutoriam debere ferri in fa-
uorem pupillaris. Nam alterum ex substantialibus quod in-
cumbebat actori prædicto probare in hoc iudicio erat, quod

P probaretur

probaretur dictos pupillos possidere dictam petiam terræ, & dictam domum: alias contra eos non datur hypothecaria.l.si cum venditor.in princ.ff.de euic.in auth.de fideiusso.§.si neque. ¶Certum est autẽ non esse probatum dictos pupillos possidere dictam petiã terræ: verum est quod ser Anto.actor consti.per dictam tutricem respondendo cuidam petitioni in qua ponitur quòd ipsa tutrix & filij d. Marci pupilli post mortem dicti Marci dictam domũ continue tenuerunt & possederũt, & hodie tenent & possident respondit, credit vt in primo: licet ad respondendum & confitendũ mandatũ non habet. quæ responsio est ambigua l.de ætate.§.nihil de interrog. acti.l.certum.§.1.ff.de confes.l.sicut. C.de repu.hæred.c.cũ dilecti de accu. ¶Nec potest dici quod referatur ad dicta in prima posi-
19 tio. quia dixisset credit, vt in prima.†Vnde hæc relatio fienda non est cum fieri nequit salua recti ratione sermonis. ff. de auro & arg.leg.l. Plautius.& quod not.doc.in l.si de certa.C. de transac. & in l.Aurelio.§.Caia.de libe.le. ¶Præterea illa responsio & illa verba, credit, vt in primo sunt tante importantiæ quando referuntur ad aliquod de præterito,quod est apparens. ꝙ intelliguntur limitatiuè & restrictiuè in omnibus & per omnia, vt in primo continetur vt probatur.in l.ædita.maximè per Bald.C.de eden.& in c.si duo de procu.in 6.no. Bar. in extrauag. ad reprimen. in versi. prout. ¶Sed in responsione ad primam positi. continentur hæc verba: credit tenuisse & possedisse nomine suo & nomine patrui sui. considero ꝙ ista verba sunt de præterito: vnde si hæc responsio secunda referat' ad primam, importat ꝙ actor cõfiteatur dictos pupillos & dictam tutricem possedisse dictam domũ de præterito & sic sufficit si vna die post mortem dicti Marci possederint, & possedisse dicuntur,vt declarat Bar.in l.Celsus.in vl.col. ff.de vsuca.Host.& Io.And.in c. licet causam.de proba.& Inn.in c.inter dilectos de fi.instr.Bar.in l.iudicia.C.de rei vend.& in l.falsis.C.de fur.¶Sed licet probatum vel confessum sit ꝙ dicti pupilli possederint aliquo momento:non tamen sequitur eos ho-
20 die possidere: † quia quando tractatur de incommodo rei si ipse reus negat se possidere hodie licet probetur prius possedisse,non præsumitur hodie possidere adeo quòd possit condemnari ad restitutionem veræ possessionis vt est communis conclu.glo. & doc. omnium in l.siue possidetis. C.de proba. in l.nõ ignorabit.C.ad exhibendum.quòd & ibi Bal.in l.si minore.C.de in integ. rest. mino.& hoc post multorum opi. firmat etiam Io.And.in addi.Spec.in tit.de peti.& poss.§.1. ver. quid si peto.& in tit.de act.& peti.§.1.ver.sed nunquid:& versic.quid si ago. ita concludit Anto. de Bur.in c. cum ad sedẽ. de resti.spo. fuit etiam negatum in exceptionibus ad libellum dictos pupillos possidere. ¶Secundum vero quod necessariò incumbebat actori probare, est quòd dicta domus pro dimidio petita spectasset ad dictos Anto.& Philip. iure directi dominij vel vtilis:alias non competit hypothecaria: nec releuat probari quòd tenuerint & possederint pro sua: & tanquã sua quia hoc non importat dominium sed pos.tantum vt no. Bar. & Ang.in l.1.in fi.ff.pro socio. & Inno. in c.illud de præsum. ¶Nec etiam probatur per quoddam instru.diuisionis factæ inter dictos Phil.& Anto.suis proprijs nominibus,& vice & nomine Christophori eorum fratris ex parte vna. & inter Iacobũ eorum fratrem suo nomine, & vice, & noĩe Lucię filiæ quondam Bitinelli olim fratris prædictorum,de omnibus bonis cõmunibus inter dictas partes, in qua diuisione dicta domus obuenit in partem dictis Ant.& Philip.Christophoro & Andreę communiter:& sic dimidia pro indiuiso spectabat ad dictos
21 Ant.& Philip.quia respondeo, & primo quòd † titulus diuisionis extraiudicialiter celebratæ non transfert dominium directum vel quasi nisi pro ea parte quæ spectat tradentem pro alijs vero partibus nullum titulum dicitur habere socius in quem res communis transfertur. vt est tex.valde no. secũdum vnã lect.gl. & ibi hoc firmat Bar. & doc. in l.cum solus. ff.de vsuc. ¶Itaque in proposito cum dicta domus esset communis vna cum alijs bonis inter dictos Anto.& Phi.& Christo. And. Lu. & Iac.vt in princ.dicti instrumenti diuisionis fit mentio, non transtulit nec transferre potuit dictus Iac. in dictos Phi. & Ant.vigore dictæ diuisionis nisi dominium sextæ partis dictę domus, quæ ad eum pro dicta parte spectabat. ¶Pro hoc quia non potuit nec voluisse præsumitur dictus Iaco.plus iuris in Ant.& Phili.transferre quam habuerit l.cum tabernam.

ff.de contrahen. emp.l.nemo plus iuris cum vulg.de reg.iur. ¶Et hoc esset verum quoties dictus Iaco.tradidisset possessionem dictę domus dicto Anto.& Philip. Sed cum in dicto instrumento nec in processu constet dictum Iacobum verè uel fictè transtulisse possessionem domus in d.Anto. & Phili.dico ꝙ nullum dominium translatum fuit in eos & etiam pro illa sexta parte:quia sine traditione dominiũ quæritur. C.de pact. l.traditionibus.quod etiam procedit in re transferenda in aliũ ex titulo diuisionis, vt in casu nostro, vt not. firmat Bartol.& docto.in l.& ideo. reprobata glo.ff.de condi.fur.& Bald. in l. 1.in fi.C. de inoffi.do.per glo.ibi & idem Bald.in l.1. C. com. vtri.iudi. & quod ipse not.in l.1.in 1.q. C. si quid in frau.pat.
22 † nisi talis diuisio fieret in bonis communibus ex vniuersali societate de qua hic non constat: quia tunc sicut est speciale in contractu societatis vniuersalis quod transit dominium sine traditione.l.2.ff.pro socio.ita & in dissolutione. ita dicunt præfati doc.& probat primam sententiam tex. in l. si diuisione. C. fam.ercis. ¶Item posito quòd illud ius habuissent dicti Ant.& Phili.iure hæreditario Bar.& eorum patris q.d.rem tenebat & possidebat, vt patet in positionibus quæ positiones confessionem & probationem inducunt. c.fi. de iureiur.in 6.
23 ¶ † Pręterea prohibitio facta a testatore quod nulli hęredum diuiderent, & promissio ipsi facta vt in testamento cõtinetur fieri potuit iuxta ea quæ leguntur & not. in l. filiusfami.§. diuus.de leg.1.dicti igitur qui contrafecerũt ante d.tempus videntur exclusi,& partes ipsorum spectant Christopho. & Andreæ ipso iure qui in ipsa diuisione non interuenerunt:& isto casu opponunt dicti pupilli de iure tertij quod est in totum exclusiuum iuris agentis ipso iure nimirum si audiri debeat, iuxta not.Bar.in l.2.ff.de except.rei iudi.not.glo.Cyn Bald.& doc.in l.cum seruum.C.de seru.fugi.& Bar.in auth.qui rem. C.de sacrosan.eccle. Ray.in l.fi.de bono. poss. secundum tab. cano. in c. mandata. de rescrip. ¶Nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ dictus Bar.& Iaco. pupilli non possunt quicquam opponere contra dictum instrumentum diuisionis. & quia sunt hæredes dicti Iaco. eorum aui mediante persona Marci eorum patris: quia respondetur quòd nullibi in processu est probatum quod dictus Marcus hæreditatem dicti Iaco. eius patris vllo
24 tempore adiuerit seu illi se immiscuerit: † & in his quę filio generare possunt præiudicium, filius ex potentia suitatis non dicitur hæres patris, nisi de aditione seu immixtione hæreditatis per allegantem probetur, vt est tex. in l.cum bonis.ff.de acqui.hęre. l.nam nec emancipatus. de leg. 1. glo. & ibi omnes in l.necessarius.ff.de acqui.hære.& in l.1.§.fi.vt se ab hæredit.absti.glo.& ibi Ang.in l.si cum dotem.§.transgrediamur. ff.solu.matri.& Bald.in l.2.C.ne fil.pro pa. ¶Imo etiam posito quod dictus Marcus agnouisset dictam hæreditatem paternam, & per consequens dicti pupilli sunt in effectu hæredes
25 dicti Iaco. prædicti:†tamen dico quòd nedum ipsi sed etiam dictus Iacobus si viuere posset venire contra instru.diuisionis prędictæ:quia cum diuisio fuerit facta l.prohibente,vt not.in d.l.filiusf.§.diuus de leg.1. quis continuè audiendus est etiam contraueniens facto proprio.C.de agri.& censi.l.quemadmodum.lib.10.& l.iubemus.§.economus.C.de sacrosanc.eccle.& c.ex tenore. de concess. præbend. & quę plenè not.per glos.& doct. in l. post mortem. ff. de adopt. & in c.si quis presbyter. de rebus eccles. non alienã. & in c. diuersis fallacijs. de cleri. coniuga. ¶Rursus contra dictum agentem fuit oppositum quòd instrumentum quod producitur; non erat instrum. sed
26 priuata scriptura: ex eo quia dictum instru. † non fuit sumptum & authẽticatum per notarium rogatum, sed per alium quod fieri non potuit nisi authoritate iudicis ordinarij ad petitionem eorum ad quos pertinet extra de fide instrumentorum c.cum p.& in authen.de Tabell. §.1.& per totum. ¶Et si dicatur fuisse sibi a iudice datam licentiam,vt constat publico instrum. &c. dico quòd dictum instrumentum cum nõ reperiatur productum, non faciat fidem dicto ca.cum p.in authen.si quis in aliquo. C.de eden. c.1. & c.cum contingat. de fide instru.c.cum personæ.de priuile.in 6.Et fortius cum non reperiatur seruata tradita forma statuta: quia requiritur interuenisse licentiam & consensum hęredis notarij defuncti secundum not.per Bal. in l.conuenticulam.C.de episc.& cleri. ¶ Pręterea iudex pronunciauit viam esse apertam hypothecariæ: & dictum Lanzalotum agere posse contra possessores

res bonorum Antonij & Philippi.& quę per ipsos tenebantur & possidebantur tẽpore olim p̄cti debiti : debet igitur dictus Lanzalotus probasse quòd tempore dicti contracti debiti qđ fuit contractũ de anno 1415. ꝙ dicta domus est possessa per dictos Ant.& Philip.quia fundans se ex dicta sententia necesse habet probare tempus qualificatum & limitatum in dicta sententia l.eum actum.ff.de nego.gest.l.matrem.C.de proba. not.gl.in clem. literas de rescrip. plenè Bart.& docto.in l.non solum.§. sed & probari.ff.de oper.no.nun. & Cald.in l.fin.C. an seruus ex suo facto.quod minimè est probatum.¶Quinimò vltra prædicta, dico quòd Lanzalotus non est nec esse potuit hæres de iure directo ser Ranutij: qa vt ipse deducit post mortem d.eius R.deuoluta fuit hæreditas dicto Lanzaloto & duabus eius sororibus æqua lance ab intestato, & per consequens diuisæ sunt inter hæredes actiones hæreditariæ, vt quilibet p̄ ea rata qua est hæres, pro ea agere possit l.pro hæreditarijs. C. de hæred.actio.l.1. C.si cer.pet. ¶Et licet dictus Lanzalotus se fundet ex quadam renunciatione iuriũ & actionum facta per
27 dictas suas sorores: † tamen dico quod dicta cessio & renunciatio est nullius valoris.& in ea nõ cõtinet͛ aliquis titulus: videlicet venditionis, aut donationis. vt l.per diuersas.& ibi gl. & omnes doctores. C. manda.no.glo. Cyn.Bal.& doctores in l.2.C.ne liceat po.& in proposito Bald.in l.eius. per gloss.ibi in principio. C.de compens. & Inno.in c. ex parte.de alienan. iudi.mut.causa fac.Specu.in titu.de procura.sequitur videre. in principio.& in titu. de ces.ac.§.1.versi.si vero.& versi. seq. in quibus locis dicitur quod non pręsumitur titulus donationis : etiam inter coniunctos. ¶Imò : etiam si expresse fuisset vel tacite intelligeretur titulus donationis requirens insinuationem ex forma statuti dictantis quod vltra summã & valo-
28 rem lib.25.Bono.requiritur insinuatio† quę insinuatio requiritur ita in remissione seu renun.debiti, sicut etiam in expressa donatione, vt no.glo.in l.si quis in obligatione.de reg.iu. & probatur.in l.ędibus. §.1.ff.de dona.firmat Bar.in l. Modestinus.eo.ti.& Bal.in l. cõtra iur.§.fi.& in l.tale pactum.in prin. ff.de pac.& in l.si inter C. de sol. vbi refert ita fuisse cõsultum per Bar.& Fran.tig.de pig.Bald. per illum tex. in l.si donationis.C.de dona.& in l.illud. C.de sacr.san.eccl.& in l.pactum. in 17.q.C.de colla.Ioan.de Imo.in l.Aquilius.ff.de dona.quæ donatio in casu proposito excessit dictam quantitatem, & caruit insinuat.ergo nulla. ¶ Non omitto quòd iudex etiã debet aduertere quod iste processus fuit inchoatus super hypothecaria apud acta ser Michaelis de Vatinis completus per ser Ludouicum de Iolo.quod fieri non potuit l.1.C.de spor. ¶ Item re-
29 peritur quòd in capitulis deducitur † quòd dictus ser Ranutius decessit relictis liberis: de quorum liberorum morte non est probatum.vnde cum prima causa sit suorum liberorum in succedendo l.si mater. & in auth.in successione. C. de suis & legi.cum suis vulg.& sic aperte constat nullam actionem posse competere dicto Lanzaloto vt hæredi dicti ser Ranutij iuribus allegatis.allegatio d.Alexandri de Tar.de Imo.

ADDITIONES.

a ¶Multa not.ꝙ istud non est consilium seu responsum Alex. sed sunt simplices allegationes per eum velut aduocatum factę in fauorem reorum, in contrarium autem pro actore allegauit & consuluit Ange.Are. in consi.seq.sed non omnino conueniunt in factis.
b ¶Sua.hoc esset verum in testibus sed non in articulis quæ debẽt intelligi secundum intẽtionem ponentis.l.si quis intentione.de iudici.
c Excussio.Hyppo. Marsi.no.158.Alex.l.exitus.de acquir.poss.
d ¶Ad alios.Pau.consi.316.li.1.Bal.consi.4.lib.5.& in marga.ver.citatio.Maria.Soci.trac.de cita.art.5.nu.61.Ias.l.si prius. col.2.ff.de ope.no.nunc.limitat in connexo Gemi.Phil.Franc.c.si capitulum.§.fi.de concess.pręben.in 6.
e ¶Refert.infra lib.3.consi.2.
f ¶Pro tribus.Alex.Ias.l.1.col.fin.de lib.& posthu.Card.cle.1.not.4.de vit.& ho. cle.
g ¶Possidere. late Alcia.tract.præsumpt.reg.2.præsum.21.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria agenti quid probandum.*
2 *Obligatio causata quæ sit.*
3 *Omissio leuis solennitatis non vitiat.*
4 *Discussio principalis debitoris quando non requiritur.*
5 *Statutum de non petendo debitum post decem annos, quid.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Ange.Are.contra.

Lanzalotus de Imola agit contra certos pupillos hypothecaria detentores certorum bonorum. vnde quia obtinuit primam sententiam & sumus in casu appella. ¶Videndum est primò an do. Lanzalotus fecerit & probauerit sibi incumbentia.¶Secundo dato quòd sic allegata per partem aduersam noceant dicto Lanzaloto. ¶Et vl-
1 timò erit conclusum quæ erunt partes iudicis ad quem. ¶†Ca-
a pio primum : clarum est quod agens hypothecaria [a] aut agit contra debitorem vel eius hæredem aut habentem causam ab eo : & sufficit quod probet debitorem illam rem hypothecariã possedisse tempore obligationis ita dicit Bar.in l.rem alienam.ff.de pig.ac.saltem quod possidebat pro sua,& tanquam sua vt no.alleg.Saly.in l. cum res. C.quæ res pi.oblig.pos.siue successor habeat causam lucratiuam siue onerosam, vt ibi per Saly.& doc. ¶Et est ratio: quia sicut debitor non potest dicere creditori se non fuisse dominum, vel resricare quæstionem dominij : ita nec successor singularis siue prætendat causam lucratiuam sine onerosam , vt dicunt præfati doc.& Cyn.& Ange.in d.l. cum res. ¶Aut agit contra tertium possessorem qui nullã causam prętendit à debitore vel eius hærede; & tunc agens hypothecaria debet probare rẽ fuisse in bònis debitoris tempore obligationis : vel postea qñ obligatio generalis omnium bonorum,vt est in casu nostro,vt l.& quæ nondum.§.ꝙ dicitur.& ibi gl.& Bar.ff.de pig.& no.do.in d.l.cum res. Sed dictus Lanzalotus pròbauit dicta bona per dictos Antonium & Philippum fuisse possessa pro sua & tanquam sua, vt deponunt testes; facit igitur.l.1.& glo.& Bar. ff.pro suo. ¶ Quinimo probat ꝙ ipsi Anto. & Philip. habebant titulum in dictis bonis;quia illa bona deuenerunt sibi in parte dictæ diuisionis tempore factę omnium bonorum communium cum Iacobo eorum fratre maiore id est auo dictorum pupillorum conuentorum,igitur ex tali diuisione parauerunt sibi titulum, vt l.si fami.erc.cum ibi no. C.fa.erc. ¶Ac etiam hoc probatur manifestè ex confessione partis aduersæ in iudicio; dum dicit in 14. excep.quòd dicta bona fuerunt inuenta in hæredita. Bart.patris dictorum Iacobi,Bartholomæi,& Philippi.cum ergo fuerint inuenta in eius hæreditate, necessario sequit͛ ꝙ pars aduersa fateatur ꝙ hæc bona descendunt in dictos eius filios , quam primum se in hęreditate immiscuerunt,vt l.cum res.ff.de acqui.pos.Ergo confessio facta in iudicio per partem; pręiudicat l.certum §.sed an ipsos. ff.de confes.& ibi Bart. & Bal. in l.Titium.de verb. obli. ¶Ergo siue dicti pupilli conuenti habeant causam a dictis Ant. & Philip. mediante persona dicti Iacobi eorũ aui paterni, siue non habeant causam ab eis clarè apparet ex prędictis qđ dr̃ ꝙ Lanzalotus deduxit & probauit sibi incumbentia. ¶Videamus igitur an dicti pupilli allegauerint tale quid quod habeat eneruare ius ipsius Lanzaloti.& multa al-
2 legant quibus seriatim respondeo. ¶†Et primò allegatur quòd obligatio dictorum Ant.& Philip.sine causa : quia dicitur ꝙ confessi sunt habuisse ad laborandum lib.150.cum ergo sit cõfessio sine causa non valet l.2.§.circa cum glo.ff.de doli exceptio.l.cum de indebito.§.fi.de probatio.quia respondeo quòd hoc non est verum; quia dicta confessio fuit facta secundũ formam statuti sub rub. de præscrip. decennali.dum dicit contractum mutui esse pecuniam dare ad laborandum;ergo cũ dictum instrumentum sit secundũ statutum non potest dici nullum argumento.l.Gracchus.C.de adulte.¶Vel secundo dicendum est quod imo habet causam dum dicitur ad laborãdum & sic in specie licet non in indiuiduo vt dicit Bar.in l.1. in simili.ff.si quis in ius vocat.non ie.& no.Bar.in l.1.in fi.1. col. ff.de vulga. & pupil.not. Barto.in l.prętor ait.§.1.ff. de oper. no.nunc. facit l. fina. C. quod cum eo. ¶ Tertio potest etiam dici quòd etiam in indiuiduo habeat dictum instrumentum causam obligationis : quia dicitur quòd Anto.& Philip.Merzarij. confessi sunt habuisse ad mercandum &c.cum ergo dicitur quòd Merzarij. accipiunt pecuniam ad laborandum , intelligitur in eorum ministerio,& sic in Merzaria: quia verba ad laborandum debẽt intelligi secundum qualitatem personarum l.plenum.§.ęquitij.ff.de vsu & habi. & quòd intelligantur illa verba ad laborandum secundũ Merzariam suã. patet argum.l.sed & possessorio §.1. ff.de iureiu.l.si vno anno. ff.

loca.igitur valet dicta obligatio. ¶Nec etiam est verum quòd
dicta excussio allegata non fuerit legitimè facta:quia ad literã
fuit seruata in ea forma statuti, nec vitiatur ex eo quòd vltima
citatio vt dicitur in relatione,fuit facta tantummodo in schã-
lis : quia hoc secundum formam statuti vbi dicitur per ban-
nitorem communis in schalis, vel in logia & est ibi alternati-
3 ua, vt in regula in alternatiuis. de regu. iur. in 6. ¶ † Quini-
mò etiam si statutum loqueretur copulatiuè videlicet per ban
nitorem communis in schalis, & in logia, dicerem quod sa-
tisfactum esset statuto & valet excussio etiam si solum esse fa-
cta citatio in schalis : quia ista est parua solennitas, & modici
præiudicij quia fit ad conuincendam nimiam contumaciam
citatorum, vt l. 1. §. ex hoc edicto. cum glo. ff. quæ senten. sine
appel. rescin. ergo prætor non debet curare de minimis. l. scio.
ff. de in integ. rest. & quòd omissio paruæ solemnitatis non vi-
b tiet. [b] est tex. in l. 1. in fi. & ibi Bart. ff. de ven. inspi. not. Saly. in
l. fi. §. si præfinitam. C. de iure deliber. igitur talis excussio va-
4 let. ¶†Tertio in d. instru. oblig. est precarium: ergo dicti Anto.
& Philip. non potuerunt alienare in dictum Iacobum: quia si-
ne aliqua : excussione ipse Iacobus & habentes causam ab eo
indistinctè coguntur restituere possessionem dictorum bono-
rum. l. fin. & ibi arg. doc. de acquiren. posses. Iaco. Butr. Barto.
Ange. Salyc. & omnes. in auth. hoc si debitor. C. de pigno. igi-
c tur in casu nostro non requirebatur excussio : [c] ergo etiam si
non esset ita legitima sufficit, vt l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. not.
glos. Bald. & Ange. in l. vinum. ff. si cer. peta. ¶Quarto sumus
in appel. ergo non deductum deducam, non probatum proba
5 bo. l. per hanc. C. de tempo. appel. ¶†Posset etiam in hoc iudi-
cio dictus Lanzalotus comparere in hoc iudicio, & dicere ꝙ
aduersariorum non interest opponere de dicta excussione non
facta, vel non legitimè facta quoniam non sunt alia bona di-
ctorum Anto. & Philip. maximè expedita, ex quibus possit si-
bi satisfieri & offerat se in continenti probare hæreditatem di-
ctorum Anto. & Philip. non fore soluendo nec in dicta hære-
ditate alia bona quam ista remansisse expedita & ita faciendo
tollitur omnis dubitatio ita eleganter dicit glo. & Ang. in l. ni
si. ff. de pact. ¶ Nec etiam potest nocere dicto Lanzaloto præ-
6 scriptio decennalis inducta à statuto. ¶ †Primò : quia cum il-
lud statutum nutriat pactum : quia facit quod debitor qui
scit se recepisse pecuniam alienam, & qui scit se teneri ad resti
tutionem præscribat contra. c. fin. per glo. & ibi not. per om-
d nes doct. Anto. de Butr. & Imo. de præscri. non valet. [d] ¶Secun
do, dato quod illud statutum valeret : tamen aduertendum
est quod illud statutum non loquitur contra hæredem credi-
toris, sed voluit punire negligentiam ipsius creditoris quia ip-
se est vel esse debet certus de suo credito: iuxta l. quod te. si cer.
pet. l. fin. ff. pro suo. quæ ratio cessat in hærede creditoris cum
verosimiliter potuit ignorare factum defuncti vt. l. qui in alte-
rius. ff. de regu. iur. & quod ibi glo. & Bar. ¶Et ideo dicit glo.
in l. 2. C. de iure emphy. quod si hæres emphyteutæ non sol-
uit can. potest petere in integ. restit. eodem modo Lanzalotus
hęres & in actis ipse petit dictam restitu. l. nam & postea. §. si
minor. ff. de iureiuran. cum ergo non loquatur dictum statu-
tum in hęrede creditoris : ergo ad casum hęredis creditoris
non extendendum, cum sit exorbitans: vt in terminis iuris ci-
uilis & canonici interpretetur : ergo vt minus lædat. c. cum
dilectus. de consue. & l. quòd contra. & l. ius singulare. de legi.
& auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. l. si vero. §. de viro.
ff. solu. matri. ¶Cum ergo de hęrede creditoris non dicat statu
tum : ergo contra eum non curret pręscriptio : quia est casus
omissus à dicto statuto, & est odiosum, & correctorium : ideo
non extendetur. l. si vero §. de viro & ibi Io. de Imo. ff. sol. mat.
& l. comodissimè. de libe. & posth. & ibi Bart. & si negati non
possit quòd dictum hęredem cõprehendat: tamen habet rest.
vt dixi, vt no. Bal. An. & Saly. in l. fi. C. de pręscrip. lon. temp. &
not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de itine. actu. priua. igitur, &c. ¶Quid
plura, etiam si ser Ranu. viueret, pręscriptio statutaria non no-
ceret sibi: quia non solum fecit ipsos debitores personaliter ci
tari, sed etiam vnum ex eis capi & carcerari fecit, ꝙ plus est q̃
citatio verbalis, vt l. si quis postea quam. ff. iudi. & not. in l. fi.
C. de ser. igitur cũ dicta pręscriptio sit contra oẽs interrupta.
facit. l. fi. C. de duo. reis necessariò sequitur quod durat 40. an-
nis. C. de anna. excep. l. 1. §. 2. ¶Nec etiam nocet dicto Lanza-
loto pręscriptio allegata, neq; est verũ ꝙ ipsi pupilli & eorum
author dicta bona possiderunt spatio 35. annorum. Quoniam
ipse Iacobus auus paternus dictorum pupillorum fuit tibi ma
la fide quia ipse sciebat dicta bona fore hypothecata: quia ip-
se promisit soluere omnia debita d. Philip. & Antonij. nam aut
ipse soluit omnia credita: & potest allegare dictam transac. &
sic annullationem dictę pręambulę diuisionis. aut ipse non
soluit & tunc clarum quòd non potest niti virtute dicti instru
menti transactionis. argu. l. ex placito. C. de re. permu. & l. Iu-
lianus. §. offerri. de actio. emp. & l. ędiles etiam. §. fi. cum glos.
ff. de edi. edic. vnde cum non soluit dicto ser Ranutio vel eius
hęredi. dictas libr. 150. non potest allegare in sui fauorem di-
ctum instrumentum, in quo pręambula diuisio annullatur.
¶ Et quod dicta bona translata fuerint in Iacobum vel aliter:
dato quòd dominium fuisset translatum in dictum Iacobum
ex dicta transa. tamen ipse promisit super obligatione suorum
bonorum satisfacere omnibus creditoribus dictorum Anto.
& Philip. & sic ipse Iacobus personaliter remansit obligatus
dicto ser Ranutio & eius hęredi. arg. l. pacto successorum. C.
de pac. & l. fi. C. de hęredi. vel act. vend. ¶Cum ergo sua bona,
& per consequens dicta domus & fundus quæ sibi acquir. ex
dicta transact. inita cum dictis suis fratribus remanserunt &
fuerunt hypothecata dicto ser Ranutio & suo hęredi : & hę-
redes dicti Iacobi debitor illa bona possideant: ergo dicta hy-
pothecata contra hęredem debitoris possidentem durant spa-
tio 40. annorum l. cum notissimi. cum glo. C. de pręscrip. 30.
annorum. & ibi doc. & habetur in dicta l. 1. §. 2. de anna. exce.
¶Igitur cum adhuc non sint decursi 40. anni, ergo etiam de iu
re ciuili non potest dici decursa pręscriptio. ¶ Nec verum est
qđ dicitur ꝙ illud instrumentum sapiat vsurariam prauitatẽ
quia ista possunt stare simul quòd ante confectum dictum in-
strumentum iam dicti Anto. & Philip. dictam pecuniam ad
laborandum acceperunt. & quia creditor de hoc non habe-
bat instrumentum vt probare posit, quod si fieret instrumen-
tum crediti quod traheretur ad diem datę pecunię, vt l. sicut
datam. C. de liber. causa. not. plenè Bar. in l. si finita. §. elegan-
7 ter. de dam. infec. ff. † vnde ista coniectura capi potest, ex qua
non pręsumitur aliquod delictum vel peccatũ magis capien-
da est quàm quę saperet vsurariam prauitatem, vt not. glo. in
l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infe. & not. Bart. in l. gerit in 6. col.
de acqui. hęre. igitur & c. ¶Nec etiam potest dici quod à dicto
Lanzaloto non sit bene intentatum: quia petit sibi condemna
ri ad demittendum: & relaxandum & non dicit de iure domi-
nij vel simpliciter, sed addit iure pig. Sed relaxari rem credito
ri iure pigno. est relaxare tenendum & posidendum donec de
credi. sibi satisfiat: quia creditor debet rem pig. possidere, vt l.
rem pig. & l. qui pig. ff. de acquir. posses. l. serui nomine. ff. de
8 vsuca. ergo dicto modo petit sibi dimitti. ¶ † Quinimò etiam
si verba debent impropriari improprientur, vt libellus salue-
tur, vt l. si olei. & ibi Bar. C. loca l. sed & si possessori. §. 1. & ibi
Iaco. Butr. & Bart. ff. de iureiu. & notat. Bart. in l. si prius. ff. de
oper. no. nun. ¶Vltimò non releuat dictos conuentos, ꝙ Bart.
prohibuit fieri diuisionem inter ipsos filios: & quòd si fiat cõ-
tra testamentum bona debeant applicari illi filio qui non con-
sensit diuisioni, sed oẽs diuiserunt, ergo nec ipse nec eius nepo
tes possunt hoc allegare, argumento l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. &
l. cum pater. §. liberis. ff. de le. 2. merito illam prohibitionẽ de
dicta diuisione dicti conuenti allegare non possunt. ¶Ex qui-
bus sequitur qđ cũ sumus in causa appella. quia vterq; appella
uit, licet dicto Lanzaloto sufficeret appellatio partis aduersæ
vt ipse posset prosequi indemnitatẽ expensarũ, in quibus dicti
conuenti fuerunt absoluti, vt l. fi. cum ibi no. per gl. Cy. Bar. &
doc. C. quando prouo. non est neces. ¶Potest igit̃ petere dictus
Lanzalotus malè fuisse appellatum per partẽ aduersam & be-
ne fuisse & esse iudicatum in eo in quo dicti conuenti sunt cõ
demnati ad dimittẽdum sibi iure pig. dicta bona, verum quia
fuerunt in expensis absoluti iniuste in ea parte petat dictã sen-
tentiam reformari : & eos condemnari in dictis expensis tam
primæ instantiæ quàm appel. quod fieri debet cum succũbunt
etiam succumbere debeãt ex eisdem actis & productionibus,
vt no. glo. & do. & Io. de Imo. in l. fi. ff. de re iud. & no. doc. ma-
ximè. Saly. in l. generaliter. §. illo. C. de iureiu. Et tali forma de-
bent esse partes iudicis ad quem. Et ita videtur mihi Angelo
de Gambilionibus de Aretio. ll. doctori Ferrariæ iura ciuilia le
genti: & ideo me subcri. saluo iure &c.

ADDI

ADDITIONES.

a ¶Hypothecaria.dicam infra,lib.6.consi.115.
b ¶Non veniet. Alc.l.1.in fi.de li.& posthu. Bald.Ia.l.hac consultissima.col.1.C.qui.testa.fa.po.l.si vnus.C.de test.Ias.consi.26.col.1.lib.1.consi.174.col.2.lib.4.vide infra eo.consi.141.in fi.
c ¶Excusio infra consi.85.lib.6.
d ¶Non valet imo.valet. Rapha. Cur. consilio 67. dixi in consuetu. Pari.S.68.

SVMMARIVM.

1 *Patre prædecedente consolidatur actio dotis in filia, & econtra: nam mors ciuilis æquiparatur naturali. nu. 2. 4. & 8.*
5 *Vsusfructus non finitur per ingressum monasterij.*
7 *Pater tenetur dotare filiam ingredientem monasterium sicut nubentem.*

CONSILIVM CXXXIX.

Viso themate suprascripto videretur prima considera- *
tione dicendum dictam dotem non esse bene solu
tam, & ius exigendi illam competere aut hæredibus dicti pa-
tris, vel ei cui legata est à dicto patre nomine dicti debitoris
decedentis, iuxta.l.ex legato. C.de lega.& l.apud Iulianum.§.
1 idem Iulianus.& l.si sic.§.fi.ff.de leg.1.¶†Et primo: quia sicut
post mortem patris prædecedentis consolidatur actio de dote
in filiam l.vnica.§.videamus. C. de rei vxo.act.l.si cũ dotem.
in princi.ff.sol.ma.Ita & per mortem filiæ præcedentis conso
lidatur actio in patrem l.dos à patre solu. matr.l. iure succur-
sum.in prin.cum si.ff.de iure do.¶Sed ita est quòd patre mor-
tuo ciuiliter tantum actio consolidatur in filiam, vt l.insulá.
in princi.ff.sol.ma.Ergo pariter si filia mortua sit ciuiliter tan
tum, debet actio de dote pertinere ad patrem tantum, sed ita
est quod dicta filia superstite patre est mortua ciuiliter per in-
gressum monasterij.l.Deo nobis.ver.& hoc tantum modo. C.
de epi.& cle.in aut.ingressi. C. de sac.sa.ec.& c.cũ simus. de
2 regula.& expressius 16.quæstio.1. c.placuit. el 2. ¶†Secundò
pro hoc facit: quia mors ciuilis videtur æquiparari naturali l.
1.§.fi.ff.de contratab.l.actione.§.publicatione.ff.pro socio.sed
per mortem naturalem consolidatur dos in superstitem vt di-
3 xi ergo ita debet consolidari per ciuilem. ¶†Tertio pro hoc fa
cit: quia vbi filius sine facto patris exit patriam potestatem, nõ
præiudicatur patri viuenti quo ad ea in quibus pater propter
patriam potestatem consueuit ius aliquod retinere vel habe-
re.vt l.fi.C.communi. de succes.in fi.& l.fin. C. ad Tertillya.
& no.in l.2.C.de bonis mater.Et expressius no. Bar.& Ange.
in aut.idem est.de bonis quæ lib.& Spec. in titu.de statu mo-
nacho.§.1.versi.5.queritur.¶Ergo posito quòd filia per ingres
sum monasterij efficiatur iuris sui vt c. indecorum.cum glos.
de ætate & quali. Et not.glo.& doc. in l. si ex causa.§.Papinia.
ff.de mino.& no. Bar.in aut.si qua mulier. C.de sac.san.eccl.
& in l.sacrosanctæ in l.Deo nobis.de episco.& cler.non fit præ
iudicium patri.¶Quarto: quia statutum sub rubrica de bonis
ingredientium monasterium disponit quòd bona, & iura & a-
ctiones etiam in spe volentis aut disponentis ingredi aliquod
monasterium applicentur, & transferantur plenè & pleno iu-
re in eum, vel in eos qui successuri erat ab intestato volenti in-
gredi monasterium: talis ingredictis professione legitimè sub
secuta, nisi aliter fuerit legitimè dispositum ante professionẽ.
ergo cum dicta filia ante ingressum non potuerit aliquid legi-
time disponere de dicta dote viuo patre sine consensu patris
l.2.§. si voluntate. & l. non solum.ff.solu.matri. Et cum præ-
supponatur quod tempore ingressus viueret pater: ergo om-
ne ius quod habebat filia in spe. consolidationis actionis de
dote iuxta dictum.§.videamus.fuit acquisitum patri inxta di-
ctam l.dos à patre.vel alijs proximis. qui dictæ filiæ successu-
ti fuissent ab intestato, sicut ipsa naturaliter decessisset, vt est
de mente dicti statuti. ¶Sed præmissis non obstantibus contra
a riam[a] sententiam de iure veriorem & probabiliorem esse pu-
to, vt etiam eleganter est conclusum in allegationibus mihi
transmissis primò quia stante stipulatione facta per patrem:
prout cum pater fuerit stipulatus dotem quam dedit, reddi si-
bi vel filiæ vel cui ius vel casus dederit, sequitur quòd dos ve-
nit restituenda filiæ eo modo quo patri fuisset restituenda si
pater nullo modo stipulatus esset, vt l. post dotem. secundũm
vnam lecturam, & ibi no. Bar.in 3.q.ff.solu. matri.& l.vxorẽ.
§.testamento.l.vltimo.cum ibi no.per Bar.ff.de leg.3.& Bald.
in l.fina.C.com.vtriusque iudi.& sequuntur moderni in l.Ca-
sus.ff.solu.ma.& in l.eum qui ita.§.qui sibi ff.de verbo. obli-
ga.¶Sed ita est quod si nullo modo pater stipulatus fuisset, con
solidata fuisset actio de dote in filiam per mortem patris præ-
decedentis, dicta l.vnica.§.videamus.& dicta l.si socer.in prin
cip. si verum est dicere quod patre prędecessit filia supersti-
te in monasterio: ergo consolidata est actio in filiam seu in mo
nasterium cui acquiritur quicquid venit quærendum mona-
cho 18.quæst.1.statutum.& d.l. Deo nobis. Et talis consoli-
datio in filiam non impeditur. licet tempore quo prædecessit
pater esset solutum matrimonium, vel alius actus esset gestus à
patre, dum modo dos non esset per eum exacta, vt dicam infra
in tertio argumento. ¶ Præterea etiam dato quod pater fuisset
simpliciter stipulatus dotem sibi patri & hæredibus reddi: ta-
men attento quod statutum sub rubrica. quod filia sit conten
ta etiam disponat in effectu quod filia dotata non succedat te-
* nerentur hæredes dictam stipulationem remittere mulieri,* vt
not.Bald.in l.fi.in fin.circa secundam col.C.de do.promis.per
not. per Iaco. de Arena. in dicta l. vxorem. §.pater. quod per
4 plura firmat Roma. in dicta l. post dotem. ¶† Secundo quia
mors ciuilis resultans ex ingressu monasterij non facit mona-
chum haberi pro vero mortuo, nisi quo ad ea in quibus hoc
b reperitur expressum,[b] vt voluit gl.no.16.quæst.1.placuit.el 2.
& glo.in c.susceptum de rescriptis.in 6.in verbo, non morte.
& Ioan. monachus in c. si episcopus. de supplen.nego.præla-
to.in 6.& Bald.in aut.si qua mulier. C.de sacrosanc.eccles.Et
Ioan.de Imo.l.ex parte.§.insulam.ff.de verb.obligatio. & Pau
lus de Leaza.in sua disputatione incipiente, substitutus, in pri
mo dubio.& Petrus de Ancha. & Ioan.de Imo.in rubrica ex-
tra de testa. vbi dicit quòd vbi fit mentio de morte, debet in-
telligi de naturali in dubio, & non de ciuili: nisi in casibus in
quibus reperitur in iure expressum, per glo. supra proxime al
legatam. facit l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de legatis secun-
do & l.Statius.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fis.& l.fin.C.de his
qui veni.ęta.impe. ¶Ergo iura superius allegata in dicta l. dos
à patre. cum simi. quæ dicunt quòd per mortem prędeceden
tis filiæ consolidatur actio de dote in patrem intelliguntur de
morte naturali, non de morte ipsius filiæ. ¶Pro hoc facit quod
not.glo.& docto. in aut.ingressi.de sacrosanc.eccle.& Spe.in
tit.de statu mona.ver.48.& Iaco.de Arena.Cyn.& Io.de Imo.
in l.cum filio, ff. de lega. 1. Et canonistę in c. in præsentia.de
proba.& no.19.q.3.si qua.& Pau. de Leaza.in sua disputatio-
ne incip.Institutus & Bald. in c. qui clericus in fi. si de feudo
5 controuersia inter dominum & agnatos.dum dicunt† quod
si quis habet vsum fructum & ingreditur monasterium, non
extinguatur vsusfructus: sed durabit apud monasteriũ, quo-
usque naturaliter viuet ingrediens: licet per mortem natura-
lem extinguatur vsusfructus. §. finitur.inst. de vsucapio. l.Ti-
tio cum moreretur.eo.titu. ¶Et idem not.glo. & doct. in aut.
excipitur.C.de bonis quæ libe.vbi glos.dixit quod si pater ha
bens vsumfructum ingrediatur monasterium, non finitur vsus
* fructus: quia monachus non habetur pro mortuo* quo ad
comedendum, seu quo ad alimenta. Vnde ita esse debet in
proposito cum dos succedat loco alimentorum: vt not. Cyn.
in l.non omni.C.de administ.tuto.& in l.mater.C.de iure do.
& Bart. in l. fina.de his quib.vt indig.& in aut.res quæ.C.cõ-
munia de leg.& l.Mæuius.§.duob.ff.de leg.2.in vers.3. quæ-
ro: ego sum obligatus.&c.¶Facit ad hoc quod not.in l.ob æs.
ff. de prædi. minor. sicut ergo quæ ad fauorem & commodũ
alimentorum non extinguitur per ingressum monasterij: ita
nec ius dotis. Et patebit hoc esse verum ex infra dicendis.
¶ Tertio quia vt dicit Bald.in auth.excipitur.C.de bonis quæ
liberis. esset iniquum dicere quod ille qui habet vsumfructũ
perderet illum per ingressum monasterij: quia sequeretur qđ
ex actu meritorio sentiret damnum.Et similiter Bart.in auth.
si qua mulier. C. de sacrosanct.eccles. & in ea quæstione qua
quęritur, an si quis fecit testamentum, & postea efficiatur mo
nachus rumpatur testamentum, & Antonius de Butr. in c. in
pręsentia.de proba. post medium. qui voluit quod ista muta-
tio status seu capitis diminutio, quę fit per ingressum mo-
nasterij non habet sibi obesse.cum sit actus & virtuosus & me

 ritorius:

ritorius: ergo in casu nostro non debet filia per ingressum re-
ligionis sentire damnum, & facere suam conditionē deterio-
rem: & sic non debet per hoc perdere ius consolidationis de
dote. ¶ Quarto videtur casum nostrum decidere Cyn. in aut.
sed quamuis. in 4. quæstione. C. de rei uxo. acti. Vbi quærit in
6 terminis illius authenticæ, † quod si pater soluto matrimonio
filia superstite dotem a marito vel eius hæredibus recupera-
uit: postea filia ingreditur monasterium: an debeatur mona-
sterio illa dos: & decidit quod sic, per id quod habetur in §.
sed hoc præsenti. in aut. de sanctissi. episc. & dicit quod hoc
in quibusdam lecturis tenet gl. in dicta authen. sed quamuis,
hoc idem tenet Ray. & Ange. in dicta authen. sed quamuis, &
Ioannes An. in addi. Speculato. in titu. qui filij sint legi. §. 1. su-
per versic. sed quid si ipsa. vbi refert Vbertum de Bobio ita te-
nuisse. Si ergo vbi dos fuisset exacta per patrem vbi teneretur
pater eam dare filiæ, seu monasterio in quo ingressa est: quan-
to magis potuit filia tenere ius in dotem nondum per patrem
exactam quia fortius est ius filiæ soluto matrimonio in dote
nondum exacta per patrem, quàm in dote exacta per patrem:
pater, quia quando dos nondum est cum effectu exacta, licet
sit solutum matrimonium. & etiam sit lata sententia pro pa-
tre agente ad dotem: tamen mortuo patre consolidatur actio
de dote in filiam superstitem. l. si marito §. voluntate. ff. solu-
to matrimonio. in l. insulam. iuxta principium. eodem titu.
secus autem quando esset dos iam exacta per patrem: quia li-
cet pater prædecedat, non solidatur actio in filiam. l. 2. C. de
bonis quæ liberis. & l. fina. C. communia utriusque iudi. &
no. in dicta l. in insulam nostram. iuxta principium. in versi-
7 cu. consentiente. & ibi Bart. & alij. ¶ † Facit ad prædicta quod
no. Bal. in l. fi. C. de dot. promissio. vbi dixit quod pater ita te-
netur dotare filiam ingredientem monasterium sicut nuben-
tem viro. allegat notata per Bar. ff. si quis a parente fuerit mā.
in l. 1. §. si parens. Et ita est de mente Barto. & Bal. in aut. res
quæ. & Bal. in l. quoniam nouella. in fi. C. de inoff. testamen.
& Bald. in l. Titio centum. §. filio genero. in fine. ff. de con-
dit. & demon. ¶ Et ita tenetur pater ad dotandum filiam* post-
quam iam nupta est vel ingressa monasterium, sicut si non-
dum actu nupsisset, vel ingressa esset monasterium: vt est de
de mente Cyn. in dicta aut. sed quamuis. & gl. notabilis in l.
obligemur. §. lege. ff. de actio. & obliga. & probatur in l. qui li-
beros. ff. de ritu nupt. inducendo vt per Ange. in d. aut. res
quæ. vbi hoc tenet. Et ita etiam est de mente gl. in c. hoc san-
ctum. 32. q. 2. & in c. de raptoribus. 36. q. 1. & firmat Bal. in
l. fi. C. de senten. quæ sine cert. quanti. & in d. aut. res quæ. &
Bal. Ioan. de Imo. & Rapha. Cuma. & Roma. in l. 1. ff. sol. ma.
& Nico. de Neapo. in rubri. ff. sol. mat. sequutus gl. quam re-
putat singularem. in d. l. obligamur. & Paul. de Ca. in l. si so-
cer. in prin. ff. solut. mat. & do. Abb. in c. 1. de adul. bene facit.
8 l. fin. C. de do. promis. ¶ † Quinto probatur quod mors ciui-
lis non operatur idem quod naturalis: vbi post ciuilem mor-
tem potest aliud deuenire naturaliter, quod plus operatur. l.
ex ea. §. insulam. de verbo. obli. d. §. hæreditatem. ibi enim po-
test euenire mors naturalis vnde ipsa expectatur. secus si post
mortem ciuilem non potest aliquid vltra euenire: quia tunc
non expectatur naturalis casus, vt est videre in matrimonio
dissoluto per mortem ciuilem. nam postea non potest casus
euenire naturalis qui aliquid operetur quo ad dissolutionem
matrimonij: quia quod dissolutum est, amplius dissolui non
potest. in auth. de nup. in. §. si distraxerit. & hæc fuerunt ver-
ba Petri, vt refert Cyn. in l. deo nobis. vel secundum Dyn. &
Bart. in d. §. insulam. & Cyn. in d. l. deo nobis. & Bal. in repeti-
tione. l. 1. in 15. col. de sacrosan. eccl. & canonistæ in c. cum
sit. de conuersi. coniuga. Aut mors ciuilis non operatur eun-
dem effectum: & tunc non æquipollet morti naturali, vt in
§. insulam. præallegato. & in dicto §. hæreditatem. aut opera-
tur eundem effectum: & non æquipollet morti naturali. l. sed
si decesserit. ff. qui satis. cog. & d. l. actionis. §. publicatione.
¶ Sed ita est quod post mortem ciuilem procedentem ab in-
gressu religionis: potest aliquid euenire quod plus operabi-
tur quàm mors ciuilis: quia per mortem ciuilem non desi-
nit filia egere alimentis. & consequenter dote donec natu-
raliter uiuit, imo alenda est & dotanda. vt dixi supra: quæ ne-
cessitas cessat per mortem naturalem: ergo non operabi-
tur eundem effectum mors ciuilis quem operabitur mors na-
turalis. ¶ Præterea dato quod ciuiliter sit mortua potest sibi
acquiri dos, & in ipsam filiam monacham, & in monaste-
9 rium consolidari actio de dote: † quia quo ad acquirendum
monasterio monacus non habetur pro mortuo. l. deo nobis.
& d. c. statutum. sed mortuus naturaliter nihil acquirit, quod
prius pure delatum non esset. l. 1. §. sinautem aliquid sub con-
ditione. C. de cadu. tollen. l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. Vn-
de bene dixit gloss. & docto. in auth. si qua mulier. præallega.
& doc. in l. 1. ff. de testamen. cum similibus. dum dicunt quod
monachus quo ad omnia non habetur pro mortuo. ¶ Et ex
prædictis fere ad omnia allegata in contrarium patet respon-
sio: tamen specialius respondeo & dico in primis quod non
obstat quod per ciuilem mortem patris: vel per deportatio-
nem consolidatur actio de dote in filiam, vt dicta l. insulam.
Ergo ita debet consolidari in patrem per ciuilem mortem fi-
liæ: quia respondeo quod ratio propter quam ratione depor-
10 tationis paternæ consolidatur actio de dote in filiam: est †
quia per deportationem patris filia liberatur a patria potesta-
te. l. fi. C. de senté. pas. & instru. quib. mod. ius patriæ potesta.
soluitur. §. cum autem. & vbicunque filia liberatur a patria
potestate, consolidatur actio in filiam de dote, in præallegat.
§. videamus. Vnde cum eundem effectum operatur ibi mors
ciuilis quem operatur mors naturalis: æquiparantur illi duo
casus. Nam ita per deportationem patris efficitur filia suis iu-
ris: sicut per mortem ipsius patris. Et iura quæ dicunt actio-
nem consolidari in patrem: dicunt quod consolidatur per
mortem filiæ. d. l. dos a patre. non autem ex eo quod filia effi-
ciatur sui iuris, vel ex eo quod filia moriatur ciuiliter, saltem
propter actum meritorium: vt est ingressus monasterij. ¶ Præ-
terea dato quod fuisset consolidata in patrem, & exacta per
eum: tamen tenebatur eam conseruare & dare filię egredienti
monasterium: vt probaui supra in quarto argumento. Et ita
etiam tenetur hæres patris: vt per Bar. & alios in dicta lege si
marito. §. si voluntate. & in l. post dotem. & in dicta l. insulam.
in principio. & l. sicut §. si debitori. ff. quib. modis pig. vel hy-
potheca solui. & Bal. in l. fin. C. de do. promis. & in l. penul. §.
11 filia. ff. sol. mat. vbi tenet † quod onus dotandi transit ad hæ-
redem per l. si socius pro filia. ff. pro socio. & l. si quis a liberis
§. hoc rescriptum. alias est. §. si quis ex his. ff. de lib. agno.
¶ Item nō obstat secundo dum dicebatur quod mors ciuilis
eundem effectum operari debet quem operatur mors natura-
lis. Quia respondeo quod in casu nostro non operatur eun-
dem effectum: nec est eadem ratio ī morte ciuili, quæ in mor-
te naturali: vt probatur in quinto argumento. ¶ Non obstat
etiam dum tertio dicebatur quod vbi filius exit patriam po-
testatem sine facto patris, pater retinet ea commoda quæ reti-
neret si non exiuisset potestatem. Quia respondeo quod posi-
to quod actio de dote non esset consolidata in filiam per so-
lum ingressum religionis: tamen fuit cōsolidata per mortem
naturalem patris subsecutam, filia nondum naturaliter mor-
tua, vt probaui supra. ¶ Vel etiam potest responderi per id
quod notatur per Cyn. & alios in d. auth. sed quamuis. prout
12 dixi supra. in quarto argumento glossæ. ¶ † Non obstat statu-
tum sub rubrica de bonis ingredientium monasterium: quia
respondeo dupliciter. Primo quòd filia ista ante professionem
de bonis suis & iuribus disposuit: quia illa dedicauit mona-
sterio, & dotem ipsam vertit in vtilitatem monasterij. Vnde
cum huic filiæ volenti ingredi monasterium competijsset ius
agendi contra patrem, & dotem ipsam si pater dotem exegis-
set, ut not. Cy. & alij in. d. auth. sed quamuis. vt dixi supra in
quarto argumento, multo magis competebat filiæ ius retinen-
di dotem: quia cui damus actionem, ei multo magis exceptio-
nem & retentionem. l. 1. §. quod autem agit. ff. de superfi. &
in regula cui damus. & hæres mariti soluendo filiæ ingredien-
ti monasterium, cui filiæ pater tenebatur dictam dotem vt di-
xi dare: sequitur quòd liberatus est in effectu. d. hæres a pa-
tre mulieris. l. si opera. ff. de doli excep. & l. si libe. ff. de neg.
ge. l. si pater. ff. sol. mat. statutum ergo non obstat propter illa
verba posita in d. statuto. dum dicit, nisi aliter fuerit dispositū
13 tū legitimè ante professioné. ¶ † Vel etiā potest respóderi secū-
dū magis cōmunem opinionem, tale statutū non valere saltē
in casu nostro in dote quæ debetur filiæ uolēti ingredi mona-
sterium, vt latè concludit Bar. Ange. & Fulg. in l. fi. C. de pac.
& Pet. de Anc. in repe. c. canonum statuta. de cōsti. in versi. ad
idem

idem quæritur vtrũ valet &c.& Ang.in disputatione sua inci. nobilis quidam genere. 12.col.& Ioan.de Imol.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli.vbi respondet ad cõtraria quæ adduci possent.Idem tenet ibi Romanus,& Io.de Imo.& Dominicus de S.Gemin.in c.quamuis.de pact.in 6.& Pau.de Cast.in l.si quis idem.in prin. ff.de iurisd.omn.iud.& Ant.de But.in c.quod clericis.circa pen.vel vlt.col.de foro comp.& ibi hoc expressius tenet Abb.Mod.in 14.col. tanquam in fraudem factam & restringens vitam contemplatiuam contra. §. sed hoc præsenti.in auth.de san.episc.& d.l.Deo nobis.de quo etiam per Pet.de Anch.in consi. 101.incip.In Christi nomine in paucis verbis &c.& Bal.in l.omnes populi.in 10.col.de iu stit.& iu.& l.in ipsis.C.vt in poss.leg.& in d.l.Deo nobis post. Iac.Butr.ibi,ꝙ latius relegissem si expediuisset. Sed non videtur expedire: tum propter præcedentem responsionem: tum etiam quia ita se habet communis opin. à qua in iudicando non est recedendum Alex.Bon.

ADDITIONES.

* Viso.] Vide de hac qõ. Carolum Ruin.in repet.§.& quid si tantum. car.2. Natta.

a ¶Contrariam. Malè consuluit quia stante dicto statuto statim tempore professionis fuit dos consolidata in patrem.patet quia etiam si tunc fuisset præmortuus & dos iam pleno iure consolidata in filiam tamen fuisset ex tunc pleno iure acquisita hæredibus abintestato filiæ & non monasterio licet ante professionem dicti hæredes nullum ius haberent in dote: sed liberè potuisset filia disponere,ergo viuẽte patre qui habet ius & sine cuius consensu non poterat disponi multo fortius illi pleno iure acquiritur.non obstat quòd dicitur infra eo.nu.12. ꝙ filia ingrediens disposuit de dote & eam dedicauit quia attento quòd pater tunc viuebat in cuius erat potestate nõ potuit sine eius consensu vllo modo disponere ẽt inter viuos nul omnius per modum vltimæ voluntatis.si verò pater tunc fuisset præmortuus fateor ꝙ filia potuisset disponere in fauorem monasterij aliàs non sine consensu patris,& sic puto Saly.malè consuluisse.

* Mulieri.] Sequitur Dec.in not.consi.106.col.j. Natta.

b ¶Expressum. Oldr.consi.284.in quodam in fi.Anch.consi.438.Ias.l. j.col.j.C.de hæred.instit. Limita vbi omnino idem est effectus,vt j. eo.nu.8.& lib.3.consi.13.col.j.& omnium plenissimè Io.Crot.repet. l.Gallus.§.& quid si tantum.col.3.cum seq.de lib.& posthu.

* Mortuo.] Hinc statutum de lucro dotis decedente vxore,non purificatur per professionem religionis,Petr.de Ancha.consi.273.pro & contra.in prin.Contra.tenet Pau.de Cast.in l.Deo nobis.circa prin. C.de episc.& cler.Sal.ibi dicit ponderanda verba statuti. articulum latè tangit Ias.consi.135.dubio j.lib.j.Fel.in rub.de sponsa.col.4.Ias. in l.si decesserit in not.ff.qui satisd.cog. Et Bal.Nouel.in tract.dot.7. parte 11.priuilegio.Et vide eundem Pet.de Anch.consi.428.Ego autem attenta forma statuti.Et quid si adsit pactum,de restituendo dotem ad formam statuti, ponderat Pet.de Anch.consi.273.versic.sed hic videndum restat. Et adde,quia Pet.de Anch.in illis duobus consilijs loquitur, quando ambo ingrediuntur religionem : nam oportet lucrantem naturaliter,vel ciuiliter superuiuere, & in seculo remanere.Et ipsi clarè dicit consi.supradicto 428. Natta.

* Filiam.]Hinc sicut subditi præstant subsidium ad maritandum filiã, pari ratione,si ingreditur monasterium, Iaco.in sua inuestit.in verbo quidem vasalli.versus finem. Et vide notabiliter Feli.in c.ecclesia Sanctæ Mariæ. col.31.q.6.de constit.Soc.consi.241.col.9.& seq.lib.2. De statuto excludente filiam dotatam,an excludat dote tradita pro ingressu monasterij. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Qui posuit offendiculum ad fenestram causa capiendi fures noctu accedentes non censetur fecisse animo occidendi. & si contigerit quem volentem per fenestram ingredi mediante offendiculo præcipitem lapsum in terram & mortuum esse: non tenetur de occiso. nec is qui furem nocturnum occidit in dubio personæ vel rerum periculo.*

CONSILIVM CXL.

Videtur in casu proposito prima facie dicendum T. de occisione teneri: & per consequens damnandum esse vltimo supplicio,secundùm quod communiter disponunt statuta: contra homicidas:& etiam de iure cõmuni pro homicidio imponitur pœna. l.Corn.de sica.quæ est pœna vltimi supplicij,secundùm distinctionem traditam.in l. 3. §.lex Corn. ff.ad leg.Corn.de sica. iũcta l.qui vl.imo. & quod ibi not.& l.respiciendum.§.fi.ff.de pœ. ¶Hoc enim in primis argui videtur ex morte illius, qui de nocte per fenestrã intrare volens præcipitauit in terram mediante offendiculo ad fenestram apposito,per d.T.causa capiendi istum intrare volentẽ: vt in themate præsupponitur.Nam negari non potest quin d. T. apponendo offendiculum dictum fuerit causa mortis ipsius qui præcipitauit in terrã, & mortuus est:sed ita est quod quò ad pœnam homicidij nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat ita inquit iurisconf. in l.nil interest. ff.ad leg.Corn.de sicar.& in l.3.§.1.eod.tit.ergo &c.¶Secundò pro hoc videtur tex. in c.sicut dignum.§.illi autem.de homici. vbi habetur quod ipse qui venit animo vulnerandi tantum,vel animo capiendi tantum,tenetur non solum de captura vel vulnere, sed de homicidio si secutum fuerit: licet non habuerit animum occidendi, ergo licet d.T.posuerit dictum offendiculum solum animo capiendi ingredi volentem, & nõ animo occidendi;tamen secuto homicidio debet teneri secundum euentum non secundum propositum. ¶Tertiò pro hoc videtur tex.in ratione sui in c.si.de homicidio.vbi si quis mandauit Titio vt Sempronium verberaret, & nullo modo eum occideret, & Titius mandatarius verberando Sempronium * cum occidat: tenetur de homicidio secuto mandans: * quia mandans fuit in culpa: eo quia debuit cogitare hoc euenire posse. ita in proposito debuit d. T. cogitare quod pp dictum offendiculum euenire poterat dicta præcipitatio & casus mortis. ¶Quartò non videtur posse negari quod præfatus & Titius de occiso non teneatur: saltem ex eo quod alium qui eadem nocte domum suam cum schalis ingressus fuerat vulnerauit,& occidit præsentibus, & videntibus dictis tribus de fa
1 milia Potestatis:†quia furem nocturnum:ita demum quis potest occidere si sine periculo personæ vel rerum suarum parcere non potuit.l.furem nocturnum.cum ibi notat.ff.de sica. l.itaque.§.1.ad leg.Aquil.& not.in l.si vt allegas. C.ad legem Corn.de sica. & plus videtur quod requiratur ꝙ volens occidere clamat & occurrat furi, vt d.l.itaque. quinimò plus videtur quod de iure canonico fur non possit aliquo modo occidi pro recuperatione bonorum. sed potius quis debet pati damnum in rebus quàm occidere.c.suscepimus.de homicid. Sed non præsupponitur quod non potuerit dictus Titius parcere illi sine periculo personæ vel rerum, nec quod acclamauerit:ergo tenebitur de occiso. ¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam in proposito de iure probabiliorem esse puto ex infrascriptis. ¶Et primò præsuppono quod licet de iure communi puniatur habens occidendi propositũ, & habens aliquem proximum actum: licet non occiderit.l.is
2 qui cum telo.C. de sica.l.1.§.diuus.ff.co.tit. †tamen de com-
a muni cõsuetudine, & etiam secundùm formam statutorum [a] Italiæ non punitur ille qui habuit animum occidendi, nisi ipse occiderit. vnde statuta consueuerunt dicere, si quis occiderit hominem puniatur pœna mortis &c.Vel homicida puniatur pœna mortis &c. Ista traduntur per Spec.in tit.de accusatore.§.1.versi.quid si primo.in fi. Et per Bar.in d.l.1.§.diuus. & in l.fi.ff.de sica.Et Cyn.in d.l.is qui cum telo.in 3.oppo. Et Ang.in l.1.§.hæc verba.ff.quod quisq; iu. ¶Hoc præsupposito dico primò ꝙ respectu illius qui præcipitauit in terrã mediante offendiculo, non tenetur tanquam homicida pœna vltimi supplicij,vt probatur in d.l.1.§.diuus.ff.de sica.ibi dicit tex.qui hominem occiderit, si animum occidendi nõ habuit
3 absolui posse. vt l.1.C.eo.tit. † vbi apparet quòd ille qui aliquem percussit, & occidit non punitur tanquam homicida si non habuit animum occidendi. & illud perpenditur ex genere instrumentum cum quo percussit: vt in cap.significasti. el secundo.ad finem. de homicid. Et notat Bartol. in l.diuus. & Cyn.in d.l.qui cum telo.l.1.& ibi nota.Bald.C.de emend. seruo.& l.eum qui.C.de sicar.vbi probatur quod si percussit eum cum calce, & occidit:non videtur habuisse animum occidendi.& ita ponderat Bal.in d.l.1. C.de emend.seruo.Idem si cum claua.d.l.1.§.sed si claua.Et ibi not.Angel. & per Bald. in l.sed & si quæcunque.§.si magister.ff.ad legem Aquiliam. secus.si cum ense,vt habetur in dictis locis. ¶Sed si erat offendiculum ad capiendum de quo loquitur in themate,non potest argui quod ex hoc habuerit animum occidendi, sed capiendi. ¶Accedit alia coniectura quod non habuit animum occidendi: quia si habuisset animum occidendi, nemo tam imprudens fuisset qui à prætore ciuitatis impetrasset sibi dari

ri tres de familia ipsius prætoris. qui ex debito officij sui istū occidentem vel cepissent, vel saltem vt homicidam denuntiassent: sed potius conuocasset alios in quibus hęc præsumptio vel suspicio tanta non fuisset. vnde ex coniecturis declaratur animus.d.l. 1.cum glo.C.de sic.Et nota. glo.in l.Fulcinius.§. 1.in vers.amis. ff.quib. ex caus. in possess.ea.& in l.apud.Celsum.in prin.in glo.ff.de doli exceptio.¶Cum ergo non habuit animum occidendi, sequitur quod de iure communi non debeat puniri vt homicidia respectu illius qui præcipitauit.
4 †Nec ex forma statutorum: quia etiam statuta simpliciter punientia vltimo supplicio, homicidam, seu alium qui occideret hominem intelliguntur.& interpretantur secundum ius
* commune id est si dolo malo occiderit * l. 2.& ibi doc.in Spe. no.Bald. & Sal.C.de noxa.Bal.in l.data opera.in 5.col.C.qui accusa. & in l. quicunque in 6.colū. de ser. fugi. Et Ang.in l. is qui cum celo.& probatur.in l.cum autem. §.capitalē fraudem.ff.de edil.edic.quam ad hoc allegat Bal.in l.cunctos populos.in vl.char.C.de sum. Tri.in repe.magna.& no.per Sal. in l.pen. C. de sica. & d. Car.in c.lator.de homi. ¶ Bene facit quod not.Bar.in l.omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iusti.& iur. & in l.non dubium.C.de legi.in q.de statuto dicente, si quis fecit sanguinem in palatio &c.& ꝙ no.Bar.in l. 1.in §.nō aūt. ff.si qs test.liber esse ius. fue. ¶Et per hoc patet nō obstare tex. in l.nihil.& in l. 3. §. 1. ff.ad l. Corn.de sica.vbi punit ille qui non occidit, sed mortis causam præbuit: illud est verum quando habuit animum occidendi. vt patet ex no.per glo. fi.in d. l.nihil interest. vbi hoc expresse voluit etiam Bartol.& Ange. ¶Sed plus voluit Bar.ibi & in d.§. diuus quòd ideo in casu d. l.nihil punitur ille qui habuit animum occidendi: & tamen non occidit, sed mortis causam præbuit propter quam causam mors secunda est: quia l. Cor.de sica.punit animum occidendi, non considerato an occidat vel non d.§. diuus. & dixi,
5 supra † quod si statutum diceret si quis occideret puniatur pœna mortis, tale statutum non comprehenderet illum qui non occidit: sed dedit causam mortis, etiam si habuit animū occidendi seu mors sequeretur, vt probatur in l.item si obstetrix. in princ.iuxta l. 2.ff.ad l.Aquil.Exemplum ponit glo. in d.l. nihil. in eo qui posuit gladium in manibus furiosi. vt se vel alium occideret: & ita occidit. Nam ponens gladium in manibus furiosi non dicitur occidisse, sed causam mortis dedisse: quamuis habuit animum occidendi seu quòd mors sequeretur nec etiam talis dicetur homicida: & sic non comprehenderetur in verbis statuti punientis homicidam pœna vltimi supplicij, vt not. Bar.in l. qui opem.in 1.col.per id qđ no. ff.de fur.Et ibi hoc expresse dicit Ang.quòd statutum mentionem faciens de homicida non comprehendit istum qui causam aut opem dedit homicidæ.Et ita etiam dicit Ant.de Bur. & Ioan. de Imo. in cap. 1.de homi. ¶ Non obst. etiam ad prædicta tex. in dicto capit.sicut dignum.vers.illi autem. vbi tex. dicit quod veniens animo occidendi, vel feriendi, vel capiendi, si de illa captura mors eius secuta fuisset pari pęna vel foro pari existerent puniendi. ¶Quia respondeo quòd ibi tex. loquitur quo ad forum pœnitentiale: vt vbi etiam no. Ant.de Bur. Nam in foro contentioso dubium non est ꝙ ille qui habuit animum occidendi: sed occidat vel causam mortis præbuerit, non tenetur de occiso d.l. diuus. & d.l.eum qui. ¶ Vel potest responderi quòd illa verba. vel foro pari, tollant contrarium. referuntur enim ad illum qui non habuit animum occidendi: licet occiderit: non enim ęquum est quòd pari pœna puniatur ille qui habuit animum occidendi, & sic fuit in dolo, & ille qui non habuit animum occidendi, & sic non fuit in dolo sed in culpa: vt in l.Cornelia. ff. ad l. Corne.de si-
6 ca. ¶†Non obst. etiam tex.in c.si.de homi.lib.6.quia respon-
* deri potest * primo quòd ille tex.loquitur quo ad pœnam irregularitatis, quæ imponitur de iure canonico: nos autem quærimus de pœnis, sanguinis impositis à iure ciuili inter quas est longa differentia: vt patet per glo.& doc.in d.c.significasti.el 2.versi.quòd si discernantur. de hom.& in c.presbyterum.& in c.suscepimus. & bene facit quòd not.in glo.33.quæstio.2. c.cum inter. ¶ Secundo respondeo secundum Bald. in l.cum mandato. C. manda. vt ille text. procedat quando genus instrumenti quo quis percussit erat de instrumentis ad occidendum: vt si cum ense percussit. ¶ Secus si cum claua vel alio genere instrumenti ex quo non consueuit deprehendi animus occidendi: quia tunc non haberet locum ille text.allegat in arg. d.l. 1. §.sed si claua. ff.de sica. Sic in proposito nostro dictus T. vsus est instrumento seu offendiculo quod erat instrumentum ad capiendum, ergo non habet locum hic pœna homicidij. ¶ Pro hoc, quia vbi delictum ꝙ commissum est non tendebat ad illam speciem delicti quòd postea secutum est nō tenetur quis de eo quòd secutum est: ita not. Bart.in l.diuus. §.fi.ff.ad l.Corn.de sica.vbi ita limitat tex.in d.c.si.de homic. in 6.Et allegat l.verum.de fur.Et ex his patet quòd pro morte
7 illius qui præcipitauit non potest puniri d.T.de homic.¶†Superest videre an ex persona alterius quem vulnerauit & occidit cum de nocte esset domum d.T.ingressus. possit de homicidio & tanquam homicida condemnari pœna vltimi supplicij, in quo puto concludendum quòd non. Nam aut dictus vulneratus telo se defendebat ne caperetur a d.T.& iste est casus indubitatus & clarus, ꝙ impunè potuit occidi.l.si pignore.§. furem.ff. de furt. & d.l. itaque §. 1.& not.in d.l.si vt allegās. & telo se defendere dicitur ille qui se defendit ense vel ferro, vel lapide, vel quacunque alia re quæ esset apta nocere, vt d.l.si pignore. ¶Aut se telo non defendebat: & adhuc puto idem per text. in c. si perfodiens. de homicidi. vbi probatur
c quòd vbicunque quis dubitat [c] an ille qui de nocte ingressus est domum suam veniat ad offensam personę an vero ad furandum: tunc periculum propulsando potest occidere: nec dicitur reus homicidij.& ita probat tex. ibi: quia poterat discernere quod ad furandum non ad occidendum venerat, &c.& ibi no. Anto. de But. in 6.notabili.& per hoc patet responsio ad d.l.itaque ad l. Aqui.& ad l.furem nocturnum. cum simi. quia illa iura loquuntur in fure: & sic quando apparebat ꝙ de nocte ad furandum accesserat. Sed quādo erat dubium ad furandum an ad occidendū accesserat: tunc loquitur tex.in d.c. si perfodiens. non ob. si diceretur ꝙ in casu nostro satis cōstat quod non accesserat ad occidendum d.T. quia dicitur in thema te ꝙ d.T.finxerat, & fingendo dixerat in præsentia illorum malefactorum quos putabat noctis tempore domū suam ingressuros, ꝙ ipse T. volebat à ciuitate discedere. Quia ad hoc respondeo ꝙ dato quod d.T.propter hoc forte non putaret dictos malefactores ea nocte ingredi domum causa offendendi ipsum T. tamen quia poterant malefactores ingredi domum animo offendendi quemcunque de domo ipsis T. ideo quemadmodum licuisset de iure dicto T. in dubio percutere malefactorem nocturnū ad propulsandum periculum, & dubiam offensam propriæ personæ, ita licuit ei T. in dubio percutere & occidere dictū malefactorē ad propulsandū periculū, & dubiā offensam cuiuscunq; de domo sua & c.l. 1.§.item d. Adrianus. ff.de sica.& latè firmat Bal.in repe.l. 1.in 8.col. cum seq. C. vnde vi. vbi dicit hoc pmitti pro defensione ēt famuli sui
8 & aliorū habitantiū in domo secum. † Nam secundū eū famulus dicit de familia dñi.l. 2. ff.de vsu & habi. Et no. in c. 1.de cler.ęgrotā.& ista etiā probant ex no.p gl.& Bar.& alios in l. vt vim.ff.de iust.& iur.& l.raptorem.cū ibi no. p Bal.de epis. & cle.¶Ex prędictis ēt non ob.tex.in d.c.suscepimus.qa aliud est in clerico offendente: & aliud in laico, vt ibi no.ac ēt ille tex. loquit in fure.Et sic qñ apparebat qđ accessit aīo furandi. ¶Prętereа alio efficacissimo fundamento ostendo qđ d.T.non sit puniēdus pœna vltimi supplicij pro isto quem vulnerauit & occidit, hoc enim probatur p tex. no.in l.si adulterium cū incestu.§. Imperatores.ff.de adult.nam licet marito non permittatur occidere uxorem suam inuentam in adulterio.l.nec
9 in ea.§.fi.ff.de adulte.† tamē quia vxor committendo adulteriū infert marito iniuriam.l.si maritus sit.§.lex Iulia.& l.miles.§. socer.ff.de adulterijs.quam iniuriam vindicare pōt per legitimos modos vindicandi, puta accusando & eam afficiendo pœna priuationis dotis in dictis iuribus: tamen dicit tex.in d.§. Imperatores. quod si maritus vxorem in adulterio deprehensam occidit, non dānabitur ad pœnam vltimi supplicij: quia marito iniuriam passo ex adulterio licebat offensam & iniuriam suam vindicare. Sed excessit modū in vindicando, unde non punietur de toto, i.de homicidio pœna mortis. ¶Sed punietur tm̄ de excessu ad pœnam relegationis: secundū qđ ibi plenius habet in tex.& in l.j.§.fi.ff.ad l.Cor.de sica.& l.Gracco.tit.C.& in l. 3.§.si maritus.ff.ad sil.Et ideo dicit Ang.in d. §. Imperatores. quod ille text.allegatur pro his qui occidunt aliquem sibi inferentem uerba iniuriosa: quia puniuntur solum

lum in eo quod fecerunt plus quã liceret excedendo modum vindictę: cum ergo negari non possit quod iste qui noctis tẽpore cum quadam schala domum d. Titij intrauerat intulerit iniuriam ipsi Titio, vt l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furtis. & sic licebat ei se vindicare vel agendo iniuriam, vel expellendo eum de domo. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi ar. l. 1. cum ibi plene nota. C. vnde vi. etiam capiendo & eum detinendo. l. itaque. §. 1. & seq. ff. ad l. aqui. ergo si occiditur: non debet pœna mortis puniri: sed mitius videlicet vel relegari vel in exilium mitti, vt d. §. Imperatores. & d. l. Gracchus. Hoc probatur ex no. per Io. And. in addi. Spec. in tit. de homici. in rubrica. vbi dixit quod est quæstio de illo qui se defendendo occidit debito moderamine nõ seruato an teneatur. l. Cor. de sic. tanquam homicida,
10 & dicit se vidisse terminari quod non. ¶† Et ꝙ non debeat puniri tanquam dolosus, sed tanquam culpabilis[d] per l. in l. Cor. ff. de sica. & l. 1. C. eo. ti. hoc idem est de mẽte Cy. in l. 1. in ver. item queritur pone quod quidam. &c. C. vnde vi. Et expressius Bal. ibi in repeti. in nota. & 1 0. q. vbi dicit hoc esse not. dignũ. Et idem no. Bal. in c. 1. in prin. de pace tenen. vbi pro hoc allegat not. per Ioan. And. in c. significauit. de pœni. & remissi. Et idem etiam not. Bal. in c. 1. §. si quis ver. el 1. de pace iura. fir. Et etiam Bal. in l. vt vim. circa vlti. colum. ff. de iust. & iur. vbi dicit quod etiam si ex proposito quis modum excesserit, nihilominus non punitur pro toto, sed pro excessu. Et sic secundum eum pœna minui debet. ¶Hoc etiam sequitur Pet. de Anch. in clemen. 1. de homici. vbi dicit ꝙ licèt glo. in d. c. significasti. el 1. & gl. 24. q. in sum. teneant ꝙ si quis se defendendo excesserit modum, & non ex proposito: non punitur de tali excessu. tamen secundum Pet. de Ancha. etiam si ex proposito excesserit modum: & sic dolose punietur tamen non pro toto, sed pro excessu tantum. & de hoc dicit esse tex. no. in c. cũ olim. el 1. in fi. & ibi domi. Ant. de restit. spolia. & idem not. Saly. in l. Gracchus. in vlt. col. Quanto magis hoc videtur dicendum in casu nostro in quo coniecturari potest dictum Titium non occidisse prędictum hominem ex proposito, quia non secum duxisset homines de familia prætoris illius si hæc fuisset intentio eius, vt supra dixi. Sed iusto dolore iniuriæ prouocatus vltra propositum processit: ex quibus omnibus concludo dictum T. non esse condemnandum saltem pœna vltimi supplicij. Alex.

ADDITIONES.

* Mandans.] In hoc casu punctaliter cõsuluit Dec. vbi concludit non esse puniendum pœna corporali, consi. 482. repetit cons. 622. Natta.

a ¶ Statutum. supra li. 1. consilio 15. nu. 2. & Alexan. hic sequitur Dec. consi. 234.

* Occiderit.] Idem dicit Alex. cons. 144. col. 2. infra eod. lib. Et vide latè Ias. in l. 1. col. 3. de legi. & eundem Ias. in l. sororem. C. de his, quib. vt indig. & in l. si pater suus. col. 6. C. de hær. insti. Alex. in l. & si seuerior. C. ex qui. ca. infa. irro. & pro corroboratione vide dictum Ioan. And. Item aliud dictum Pau. de Cast. quæ refert Alexan. infrà consi. 144. eod. lib. Et de prædictis etiã Dec. consi. 9. 1. dub. & omnino cõsi. 482. col. pen. aliàs 2. & consi. 622. col. 2. Natta.

b ¶ Causam. imo saltem morte secuta vt dixi. supra lib. j. cons. 15. n. 2.

* Potest.] Easdem responsiones tradit Decius, qui in simili casu notabiliter consuluit, consi. 234. col. fi. Natta.

c ¶ Dubitet, non ergo sufficit periculum rerum duntaxat Ioan. And. c. 2. ca. suscepimus. de homicid. Deci. in l. vt vim colum 10. & ibi For. Gar. col. 5. de iust. & iur. Adde Hyppo. mar. l. si vt allegas. C. ad l. Cor. de sica. l. furem ff. eo.

d ¶ Culpabilis. Rom. sing. 2. Hyp. Mars. l. j. nu. 40. ff. ad leg. cor. de sica. Matth. afflic. dec. Neap. 206.

SVMMARIVM.

1 *Relatio fit cum suis qualitatibus.*
4 *Statuto vltimo statur etiam in eodem volumine.*
5 *Capitula contraria per subdistinctionem concordari debent.*
6 *Exceptio declarat regulam: nec debet dispositio esse superflua.*
9 *Statutum correctorium non debet extendi etiam ex maioritate rationis.*
11 *Solennitas leuis quæ sit.*

CONSILIVM CXLI.

Viso testamento & considerato themate præscripto, & statutis seu capitulis dictarum prouisionum: visis etiam quæ copiosè scripta sunt per celeberrimum dominum supra consulentem videtur prima consideratione dicendum dictum testamentum valere: quia debet post omnia tempora posse regiſtari de nouo, & articulari, & collationari: prout ex forma dictarum prouisionum requiritur. nam cum specialiter sit prouisum in secundo capitulo nouæ prouisionis incipiẽte, & quia pro tanta negligentia &c. quod instrumẽta & notę possunt postea quandocunque registrari: ita debet posse si fuisset præsentatum, sed nõ legitimè. arg. l. 1. circa prin. C. de rei vxo. acti. per id quod in simili not. Inno. in c. examinata. de iudi. & Bar. in l. 1. ad fi. in prin. ff. de eden. & in extrauag. ad reprimendum. in versi. fine figura. & quod no. glo. in l. vinum. ad fi. ff. si certum peta. Bal. in l. & sine scriptura. ad trebel. cum simi. ¶Et capitulum prædictum est in vltima prouisione: ergo debet illud tanquam derogatiorium præualere præcedentibus prouisionibus, & sub eodem vel diuerso tempore confirmandis: vt patebit. Cy. & alij post antiquos in l. 2. ad fi. C. de testa. tute. & Bar. in l. omnes populi. in fine principalis quæstionis. ff. de iusti. & iur. & Bal. in auth. cassa. ad fi. C. de sac. san. eccl. & Ange. in l. inciuile. ff. de leg. & sic derogatum esse in c. prioris prouisionis. quod capitulum incipit, præterea salubriter &c. in quo. c. reddebantur nulla dicta instrumenta, propter non factam præsentationẽ intra tẽpora præfixa. ¶Fortificatur hoc ex his q̃ sunt in prouisione noua in c. incipien. etiam ad prædicta melius &c. vbi apparet expressè derogatum de omnibus prouisionibus, statu. & ornamentis, & super prædictis omnibus & singulis, & supra statutis & ordinatis aliter, vel alio modo, seu contra, vel præter disponentibus. ¶Comprobatur etiam per id quod habetur in vltimo c. statutorum sub rub. conclusio præsentium statutorum. vt in ver. Itẽ dicimus, statuimus &c. vbi apparet ꝙ omnia & singula alia statuta & ordinamenta prouisionis & reformationis in eodem volumine statutorum non comprehensa nec reseruata nullam habere debeant in futuris firmitatem vel reseruationem habere exceptis statutis vniuersitatis mercatorum. sed ita est quod illa prior ꝓuisio in ea parte &c. quod incipit, præterea salubriter &c. disponẽs quod instrumenta non præsentata, seu non registrata intra sua tempora sibi præfixa: & secundum formam in ea prouisione præscriptam non valeant: & eis fides non adhibeatur, non est in dicto volumine statutorum comprehensa nec reseruata: ergo non potest posterius derogare priori. c. 1. de cog. spiri. c. 1. de consti. in 6. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. ¶ Vltimò pro hoc facit: qa omissio leuis solennitatis non vitiat l. 1. §. fi. ff. de vent. inspi. & satis leuis est solennitas dictæ modicæ subscriptionis. ¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiã in proposito de iure probabiliorem esse puto ex infrascriptis. ¶Primò: quia per illud c. 2. positum tantũ in prouisione noua, quod incipit, & quia pro tanta negligentia &c. In quo cõsistit ferè consultationis huius difficultas. solum prouidet quò ad notarios non præsentantes instrumenta, & notas intra tempus eis præfixum ad pñsentandum; vt patet in d. c. dicente. Et quia pro tanta negligentia commissa seu contumacia cuiuslibet notarij vt suprà præsentare omittentis: & ita semper successiuè de instrumẽtis non præsentatis registro intra tempora debita: & demum subdit quod instrumentum &c. tandem possit, & omnino debeat postea quandocunque &c. Ponderandum est ꝙ illud relatiuum ꝙ instrumentum de quo facta erat suprà mẽ
1 tio. † sic videtur facere relationem ad suum antecedens cum omnibus suis qualitatibus, vt inquit Bar. in l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. 2. in versi. sed quæro. testator reliquit alieni partem bonorum &c. per l. a filio. §. testator. & §. seq. ff. de ali. & ciba. lega. ergo intelligitur de instrumento non pręsentato intra sua tempora. de quo in eodem c. suprà facta mentio. sed istud testamentum non est de illis ꝙ non fuit præsentatum: ergo ista prouisio noua non vendicat sibi locum in casu nostro. Et per consequens manet etiam prouisio antiqua. l. sancimus. C. de test. & l. pręcipimus, C. de appella. Et est expresse de mente prouisionis nouæ in c. incipiente, & vt prædicta melius rem &c. prouisiones & ordinamenta aliter prouidentia dum omnia annullat, omnia statuta alia, prouisiones, & ordinamenta aliter prouidentia quantum est, & duntaxat pro dispositis & ordinatis in ipsa prouisione noua, non sit prouisum ꝙ instrumenta præsentata intra tempora debita, & quæ non fuerunt legitimè collationata & auscultata & subscripta intra sua tempora possint post tempora præfixa auscultari. & collationari. & subscribi, sequitur ꝙ sumus in antiqua prouisione. & in c. eiusdẽ incip. Itẽ proinde ordinamus. & in c. præterea salubriter. in quibus

bus duobus.c.simul iunctis est prouisum q instrumenta remaneant nulla & inualida, si non sunt intra sua tempora collationata & subscripta, & omnia alia ibi requisita integraliter seruata secundum formam ibi traditam quæ in casu nostro seruata non fuit. hunc intellectum do.ad d.c.incip. & quia pro-
2 bant &c.¶Confirmo ex illa dictione † postea quæ denotat tempus quo superius narrata fuerunt verificata.l.2.in ver.a domino.postea in gl.de custo.re.l.in bonę fidei.C.de pac.l.ab hosti.§.sed quod simpliciter.ff.ex qui.cau.ma.l.nã & postea.in prin.ff.de iureiur.cum si. ¶Si ergo illa dictio postea, ostendit mentem statuentium fuisse q si non fuisset præsentatum instrumẽtum intra tempora illorum mensium ibi descriptorum, possit tamen postea quandocunque registrari &c. cum ergo non sumus in casu: quia non verum est dicere quod instrumentum prædictum fuit intra tempora debita præsentatum per notarium de eo rogatum: ergo cessat dispositio. d.c. incip.& quia
3 pro tanta.†quia vbi verba legis non conueniunt nec etiam debet conuenire legis dispositio.l.4.§.toties,ff. de dam.infecto. l.ita autem.in prin.ff.de admin.tut.c indemnitatibus.§.pe.de elec.in 6.& sic remanet in hac parte incorrecta antiqua posita quæ annullabat instrumenta: vt dixi. rursus patet quod verba dicti capituli.in ver.& q instrumenta,non possunt conueniri casui nostro: quia ibi dicitur q instrumentum possit tandem registrari postea quandocunque &c. Sed instrumentum prædictum seu registratũ cum quo dicitur fuisse collationatũ &c. tamen verba dicti capituli non conueniunt casui nostro, non potest conuenire eius dispositio.vt in iuribus proximè allegatis.& quod præcedentia,s.posita in principio dicti capituli nõ conueniunt casui nostro incipientis,& quia pro tãta &c.cum loquatur solum de notario rogato non præsentante, declarant sequentia: id est illud quod in dicto ver. & quod instrm &c. vt de eodem intelligatur.l.si seruus plurium.§.fi. de lega.1.l. vtrum.de pet.hær.l.3.§. filius.ff.de libe.& posth.¶Nec ad hoc obstat si diceretur in d.c. incipiente, & quia pro tanta &c. est prouisum quod quando instrumentum nullo modo est præsentatum intra tempora debita, possit postea quandocunque registrari,& præsentari,& collationari,& subscribi,eadem ratione vel maiori debemus dicere quod si fuit præsentatum intra tempora debita & registratum:& postea fuit defectus solũ in subscriptione ipsius notarij, q se subscribere debeat debet posse quandocunque intra tempora debita collationari & subscribi a notario,auth.multo magis.C.de sac.san.eccl.& l.illud ff.de acq.hære.c.cum in cunctis.cum ibi no.de elec. quia respondeo primo quod illud capitulum vltimæ prouisionis,qd incipit,equidem in tantam &c.maximè in d.ver. & quod instrumentum est contrarium antiquæ prouisioni meritò ex idẽtitate, vel etiam maioritate rationis non debet fieri extensio secundum veras conclusiones: vt l.præcipimus.ad fi.C. de app. & in auth.de adm.offi.& no.auth.quas actiones.p gl.& doct. C.de sac.san.eccl.& in l.tam is.§.1.ff.de do.cau. mor.& Cyn. in l.1.quæ sit long.consue.plene in l.si vero.§.de viro.sol.ma. ¶Quinimò dico quod non vr euadere ratio in casu qñ instrm est præsentatum per notarium, de eo rogatum: sed postea per notarios registri non est subscriptum & collationatum,vt fuit in casu nostro:prout est quando instrm non fuit præsentatum registro.hoc patet ex dispositione dicti c. incipientis, & quia pro tanta &c.Nam ibi statuentes maiores & plures pęnas imponunt notarijs rogatis de instrõ,si fuerunt negligentes in pręsentando registra,q fuerant notarij registri aduersus quos non augent pęnas antea statutas,in c.incip.Item prouidi ordinarij &c.& sic datur intelligi quod maior erat suspicio quod notarij rogati de instrumentis essent negligentes in præsentando, quam notarij registri in subscribendo: ideo magis voluerunt coercere pęnis: quia vt dixi maior suspicio q frequentius cõmitteretur negligentia ex parte notariorum de instrumẽtis in præsentando voluerunt prouidere:& quod propter talem negligentiam non redderentur instrã nulla animaduertentes q vbi magis & frequẽtius esset periculum. ibi cautius est prouidendum.cap.vbi periculum.in prin.de electio.in 6.l.1.§. sed et si quis.ff.de carbo.edi. ¶Insuper ostendo quod etiam dicta duo testamenta seu notæ testatorum debeant esse nulla cũ illa quæ fuerunt præsentata & registrata. & non subscripta eius no.alterius testatoris condita de anno 1462.quæ nunquã fuit præsentata registro vt dicitur quod probo p id quod habet in 12.c.nouæ prouisionis registri, per c.3.incip.ne per dictum superstitem &c. vbi inter cætera disponitur q superstes registri post dies seu tempora in ipsa præsenti prouisione ordinata,non audeat nec præsumat modo aliquo acceptare aut ponere,vel subscribere in dicto suo Zornali anni instrumẽtum, seu testamentis vel aliquid ipsorum præsentantium aliquam: & nisi solum diem dictæ factæ pñtationis, & diuisionis superscriptæ, & intra sua tempora prædicta intra quæ præsentari poterunt vel debuerunt.apparet quod dictum capitulum proximè datum quod non potest qñcunq; præsentari registro & per notarium: sed solum intra tẽpora sua descripta in c. nouæ prouisionis,quod incipit,quod notarij in libris &c. ¶Et idem ostenditur per ea q̃ dicuntur in prouisione in 12. c.in ea parte quæ incipit, & quia à tempore dicti inchoati registri &c. vbi dum dicit in testamentis conditis ab anno 1462. vsque & per annum 1466. quòd possit opponi quod sint nulla dicta instrumenta: licet non fuerint hactenus registrata dummodo registrentur per totum mensem Iunij anni 1466. ¶ Vnde oportet quod dicamus quod aut dictum capi. quod incipit, & ne per dictum superstitem. contradicit alteri cap. eiusdem prouisionis incipientis,& quia pro tanta &c. Et tunc stãdum d.c.incipiente,& ne per dictum &c. tanquam posteriori in ordine: quia est 12. Et aliud cap.incipi.& quia pro tanta &c. est
4 secundum in ordine.† & vbi in eodem volumine duo sunt statuta contraria etiam confirmata sub eodem tempore, standũ
a est vltimo [a] statuto, vt no. Cy.& alij in l.2.C.de test.& no Ange. in l.in ciuile.ff.de leg.per id quod no.in gl. & sic dato qd diceremus dictam prouisionem dicti registri esse vnum statutum cum habeat plura capitula: tamen standum esset vltimo c.vt dixi.¶Aut oportet vt dicamus quòd capitulum incipiens & quia pro tanta &c. vt contradicat capitulo 12. in duobus articulis supra proximè dictis debent cum distinctione concordare cum capitulo antiquę prouisionis incip.Pręterea salubriter prouidemus vt vnum capitulum per aliud distinguatur, prout proximè dicam:& secundum quam distinctionem in omnibus dispositionibus omnia dicta capitula saluabun-
5 tur à contrarietate.† & ista concordia per subdistinctioné debet fieri vt in statutis & in omnibus dispositionibus contra-
b rietas euitetur,[b] vt nota.Bart.in d.l. omnes populi.in fin.in q. principali.& in l.1.§.parui.ff.quod vi aut clam.& Bal. in l.fin. in 6. col.C. de lib.pręte.& in l.1.in vlti.col. C.de condictio. indeb.& Ant. de But. in c. item cum quis de rest.spo. & Pet. de Anch. in d.c. 1.de seq.pos.arg.leg.sed & posteriores. & qd ibi Bar.ff.de leg.& l.1.C.de inoffi.do.c. cum expediat.de elec. in 6.& in c.cum tu.de tęsti.& in constitutione Codicis.§. quibus.¶Bene facit quod no. Bar.in l.scripturę. C.de fide instru. & in extrauaganti ad reprimendum. in ver. non obstantibus. & in l.sciendum. ff.qui satis.cog.in prin. Cum ergo d.c.antiquę prouisionis, quod incipit, præterea salubriter prouidemus &c.disponat si dicta instrumenta non fuerint præsentata intra tres menses per notarium rogatum intra 15. dies à die præsentationis per notarium registri, vt erat prouisum in ca. incip.Item proinde ordinamus &c. debeant partes principales, in quorum fauorem talia instrumenta principaliter facta essent, intra vnum mensem post omnia dicta tempora ab eo, & taliter cum effectu procurare & facere pręducta fieri, omissa solenniter adimpleantur, integraliter fuerint tunc, & eo casu instrumenta non valeant: nec eis fides adhibeatur: nec eis vel eorum vigore aliquid peti possit, nisi tales principales in quorum fauorem talia instrumenta facta essent omnem possibilem diligentiam fecerunt in soluendo id quod soluere debuerint tam pro authenticatura, quàm pro registro. & pro satisfaciendo notarijs prędictis rogatis cogatur remedijs oportunis ad pręsentandum & similiter notarios registri ad registrandum: vel saltem instando vel protestando saltem per 10. dies ante finem dicti mensis ad minus. Et prędicta fieri facere debeant apud dictum superstitem: ita quòd constet tales principales non fuisse in negligẽtia vel culpa, quo casu possint postea quandocunque registrari &c. est aliud c.nouæ prouisionis quod incipit,& quia pro tanta &c. ¶Et dicit quòd instrumentum possit quandocunque postea registrari, non obstante negligentia notarij in præsentando &c. Intelligi põt & declarari per d.c.antiquę prouisionis proximè relatum si pars principaliter ad quam pertinet commodum, fuerit

fuerit diligens in protestãdo & faciendo: prout in d.c.antiquę prouisionis continetur: & hoc modo cessabunt omnes cõtrarietates, quæ aliter euitari non possunt iuxta prædicta. ¶ Facit optimè ex eo quod cautum est in dicto 12. c. nouæ prouisionis. Et in ea parte q̃ incipit, & quia a tẽpore dicti inchoati &c. vbi prouidetur ꝙ testamenta & alia instrumenta quæ confecta fuerunt a calen. mensis Septembris anni 1452. vsque ad & per totum annum 1456. licèt non fuerint registrata secundum formam pręsentis prouisionis registri, non possunt dici nulla, dũmodo fuerint registrata per totum mensem Iunij. ann. 1457. & sic dat intelligere quod post mensem Iulij 1457. non possunt registrari: & quod talia instrumenta & testãmenta cõdita post ann. 1456. si non fuerint registrata intra tempora præfixa a sta
6 tuto sint nulla. ¶ † Nam exceptio declarat regulam. l. nã quod liquidæ. §. fi. de penu. leg. quem tex. ad hoc singularem reputat Io. de Imo. in l filio præterito. in 18. col. ff. de iniusto testa. bene faciunt no. per Dyn. in rub. de reg. iur. & l. in his. de legi. & totum. d.c. esset elusorium & superfluum si verum esset quãdocunque possent omnia instrumenta registrari. non autem fieri debet interpretatio quod dispositio sit superflua, vt de priui. si Papa. in 6. & quod no. Bal. in rubrica. C. de contrahen. emp. in 9. q. & in l. 1. in 5. col. C. commodati. Et quod no. Bar. post gl. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. Et vnum ex testamentis fuit conditum de anno 1356. ita ex quo ad illud videtur quod specialiter decisus talis casus per d.c. incipiens. & qa
7 tempore &c. † specialiter decisio derogat generali quo ad illã speciem. c. l. sanctio legum, ff. de pęn. & in regula. generi. ¶ Accedit quo ad corroborationem prædictorum id quod ponitur circa finem nouæ prouisionis in c. incip. notificantes &c. vbi declaratur prouisionem registri fuisse per dominos superiores & officiales ad prædicta disputantes editam ac probatam, ratificatam, & confirmatã de nouo conditam: vt tanquam vtiliter & necessario editam anno 1452. de mense Iunij, & illam incepisse habere vires d. anno 1452. Sed illa prouisio quæ fuit edita de anno 1452. est illa quæ annullat dicta instrumenta, ergo illa est attendenda. ¶ Ostendo hoc & alia ratione. nã sine dubio prouisio registri quæ annullabat & annullat instrumenta, & fuit edita de anno 1452. & posita ad cameram extra volumen præsentium statutorum, & reperitur tunc habere vires ex ordinatione dominorum superiorum, illa vero prouisio noua quæ, vt dicitur, non annullat est posita in volumine statutorum: & nõ potest incipere habere vires nisi postquam statuta fuerunt posita ad cameram: quia ita decreuerũt domini superiores. dum confirmarunt statuta. & statuta fuerunt posita ad cameram anno 1466. de mense Iunij: ergo ab illo tempore ceperunt ligare
8 quo ad futura, i. quo ad testã cõdenda post illud tp̃s præsentationis statutorũ ad camerã: † qa statutũ ligat quo ad futura nõ quo ad præterita regulariter, vt l. leges & constitutiones. C. de leg. l. iubemus. C. de testa. c. fi. de consti. & patet ex no. per Bar. in l. omnes populi. in 5. q. principali. ff. de iust. & iur. & p Inn. in c. statuimus. de maio. & obe. & per alios in c. fi. de constitu. & per doc. in l. leges & constitutio, C. de legi. dum concludũt inter cætera ꝙ quando exceptio vel ius erat quæsitum priuato ante statutum: tunc regulariter statutum non trahitur ad pręterita. ¶ Sed hic ante statutum vltimæ prouisionis in c. incip. & quia pro tanta &c. erat acquisitum ius successoribus abintestato: ergo dicta prouisio vel statutum non trahitur ad istum casum, sed ad futura testamenta: ergo non comprehendit vnum ex dictis testamentis. s. illud quod fuit conditum anno 1457. ¶ Nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ primo ista prouisio noua & vltima registri, posita in volumine statutorum, cepit etiam habere vires de ann. 1452. prout in ea dicitur in c. quod incipit, notificantes &c. quia respondeo ꝙ licèt dicti officiales deputati super compilatione statutorum ita scripsissent, & ordinassent, tamen domini superiores a quibus dicti officiales potestatem habuerant, decreuerunt contrarium: quia tempore præsentationis statutorum decreuerunt quod ibi contenta solum inciperent habere vires tempore quo ponerentur ad camerã actorum: quæ quidem deliberatio superioris est illa, quæ attendi debet: quia ab eis pendebat potestas reuocandi & limitandi omnem potestatem per eos datam dictis officialibus. l. iudiciũ soluitur. ff. de iud. c. cum inferior. de maio. & obe. ¶ Ex præmissis satis luculenter apparet allegata in contrarium nõ obstare. Nam in primis apparet non obstare id quod dicebatur vigore d. ca. incipientis, & quia pro tanta negligentia posita in vltima prouisione registri, vbi permittitur præsentari, si nunquã fuit præsentatum & fuit tãtum defectus in subscriptione vnius ex notarijs registri cum quo dicitur instrumentum fuisse collationatum. ar. l. 1. in prin. de rei vxo. actio. Nam ad hoc fuit re-
9 sponsum. s. ꝙ d.c. prouisionis † tanquam correctorium nõ debet extendi ad casum ibi non expressum ex identitate & maioritate rationis. per no. in auth. quas actiones. de sac. san. eccle. Et ideo fuit ostensum quod non est eadem ratio in isto casu, quando instrumentum est præsentatum, sed non subscriptum per notarium registri. prout est quando non fuit pręsentatum. ¶ Fuit etiam responsum quod illud. c. prouisionis aut erat correctum per sequentia, aut necessariò erat intelligendum quando pars fecisset suam possibilem diligentiam: ac etiam quod illud c. & tota illa prouisio dicti registri posita in volumine statutorum non comprehendebat: nisi casus futuros qui occurrerint postquam statuta fuerint posita ad camerã actorum, s. de anno 1469. de mense Iunij. ¶ Præterea vltra prædicta potest responderi ad id quod dicebatur ꝙ dato quod c. quod incipit, & quia pro tanta &c. loquitur solum de negligentia notarij in præsentando: tamen debet habere locũ etiam quando fuit præsentatum non legitimè & subscriptũ &c. ar. d. l. 1. de rei vxo. acti. quia dico ꝙ imo quantum ad actum præsentandi pertinẽtem ad notarium rogatum de testamento præsentatio fuit solennis, & sic non sumus in casu. d. l. 1. C. de rei vxo. act. cum simi. ¶ Non obst. etiam illud quod habetur in prouisione noua registri in c. incip. & vt prædicta melius &c. vbi derogatur per illam omnibus alijs statutis & prouisionibus aliter disponentibus &c. Quia respondeo ꝙ in illo capitulo dicitur quod derogatur alijs prouisionibus aliter, & ꝯ disponentibus quãtum est & dũtaxat pro dispositis & ordinatis in eadem prouisione. Sed in illa prouisione noua solum prouidetur ꝙ possit quandocunque registrari instrumentum non præsentatum: & hoc quando pars fecisset suam diligentiam, vt supra dixi respondẽdo ad illud c. quod incipit, & quia pro tanta &c. Quo c. non obstante. non ob. illud aliud capitulum quod incipit. Et prædicta melius &c. Vnde ad ꝓpositum, cum dicta derogatio sit facta solum quantum est duntaxat ad ibi disposita, & quod ad casum nostrum non est ibi dispositum ꝙ dicta testamenta possint quandocunque præsentari, registrari, & subscribi, vt supra probaui: ergo illa limitata derogatio limitatum parere debet effectum. l. cancellauerat. & l. pluribus. & quod vtrobique no. Bar. ff. de his quæ in testamento delen. facit. l. in agris. cum si. ff. de acq. re. dom. ¶ Non obst. etiam quod habetur in vltimo statuto sub rubrica, conclusio præsentium statutorum. in ver. Itẽ dicimus & statuimus &c. vbi apparet prouisum quod alia statuta & prouisiones non comprehensa nec comprehensæ in dicto volumine statutorum: nec reseruata nec reseruatæ nullã habeant firmitatem &c. quia respondeo quod dicta prima prouisio registri annullans instrumenta est reseruata in dicto volumine statutorum: vt patet in d. vltima prouisione registri, in c. cum notificantes. Item quod sit reseruata p id quod habetur in eadem conclusione statutorum: ver. & etiam reseruamus in suo robore &c. vbi reseruantur omnes prouisiones editæ per reuerendissimos dominos legatos seu aliquem eorum cum cõsensu spectabilium dominorum sexdecim prout fuit dicta prouisio registri. ¶ Præterea. d. derogatio facta in conclusione statutorum in alijs prouisionibus, non habet effectum, nisi anno 1458. mense Iulij: ergo non comprehendit casus præcedentes, prout fuit vnus ex casibus de quibus in themate nostro, vt dixi & probaui. s. ¶ Postremo non obst. quod illa omissio subscriptionis dicatur esse leuis solennitas, & p consequens eius omissio non vitiet: quia respondeo negando quod illa sit leuis so-
10 lennitas. † Nam illa dicitur leuis solennitas quę omissa non multum obstare potest: ita dicit Oldra. Bart. & alij. in l. 1. §. fi. de ven. inspi. per illum tex. cum glo. & per l. cũ hi. §. si prętor. ff. de trans. & secundum Bald. in l. hac consultissima. circa medium. C. qui test. face. pos. illa dicitur leuis solennitas, quę non est munita aliqua ratione. allegat quod habetur in l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & post. l. cum pater. §. fidei quę. ff. de lega. 2. sed ita est quod illa subscriptio requisita a notario non debet censeri leuis solennitas. Nam quandoque iura requirunt pro forma duos notarios de necessitate: adeo quod aliàs actus non valeret, vt patet in l. fi. §. 1. cum glo. in versi. tabulariorum. C. de iure

iure delibe. & non dicitur leuis solennitas cum sit fundata in ratione. s. euitandi falsitates & errores: ad hoc text. in ratione sui in d. l. hac cosultissima. C. qui testa. fa. poss. & sic eius omissio posset afferre magnum præiudicium. ¶ Et iuxta hoc dicit
* Ang. in l. 1. ff. de libe. & posthu. ꝙ si statutum disponat * quod in libellis ciuilibus, vel criminalibus, vel instrumentis debeăt scribi nomina, prænomina, & cognomina personæ, non sufficeret personam demonstrare vel per alia signa, ar. d. l. cum hi. §. si prætor. & dicit ꝙ omissio talis solennitatis non dicit leuis. ar. l. 2. de formul. ¶ Præterea in prouisione veteri dicti registri. in c. incipi. proinde ordinamus. quæ quidem prouisio debet quò ad casum nostrum attendi, vt suprà probaui & prouisum
* est quod integraliter * debeant obseruari illa quæ sunt posita in d. c. incipiente. item proinde ordinarius &c. inter quæ numeratur dicta subscriptio, ergo illa deficiēte, non dicitur facta integralis obseruatio. l. si quando. in verbo integrum. C. de bonis vacan. lib. 10. & l. 1. §. cum dicitur in verbo. integrum. id est sine detractione alicuius falcidiæ. ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. 2. §. ad filiorum. in verbo, integrum. C. quando & quibus quarta pars debe. li. 10. & in §. si vero expressim. in versic. integra. in auth. de hęre. & falci. & in c. j. in verbo integraliter. de hær. in 6. & l. fi. C. ad legem Falci. & quod ibi doct. in l. 10. cum glo. & ibi Ang. ff. de fideic. lib. & quod not. Bart. & Ang. in l. Centurio. in 3. qõ. principali. ff. de vulg. & pupil. Bar. consi. 56. incipien. Bar. fecit testamentū Bal. in l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. & auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. & in l. cum patrem. C. de iure dot. in fi. & Ray. in repet. l. post dotem. ff. solu. matr. & Ang. & Io. Imo. in l. damni. §. cum parietē. ff. de dam. infect. Ioan. de Imo. in l. si patronus. ff. de donatio. & Roma. in authen. similiter. C. ad legem falcidiam. Ex quibus omnibus simul iunctis concludo notas dictarum vltimarum voluntatum non posse amplius pręsentari, registrari, seu describi & esse nullas, & probationem nullatenus facere. Ego Alex.

CASVS talis est. Pamphilus habens duos filios, scilicet Titium & Seium, & Sempronium eius nepotem ex filio præmortuo condens testamentum iure institutionis reliquit dicto Sēpronio legum doctori eius nepoti pędicto libras 10. & libros per dictum Pamphilum emptos dicto eius nepoti in studio ꝓ omni eius legitima portione sibi debita in bonis dicti Pamph. iure naturæ, & in omnibus alijs bonis suis dictos Titiū & Seium eius filios hæredes vniuersales instituit cum clausula codicillari, si non valet vel non valebit ex aliqua causa præsenti vel futura &c. in forma consueta. & per prius d. Pāphilus emācipauerat dictum Titium eius filium & patrem dicti Sempronij eius nepotis tunc tēporis iam nati & ab omni vinculo patrię potestatis exemerat, postquam emancipationē dictus Pamphilus in instrumento dictæ emancipati. vsus est dictis verbis formalibus: videlicet, qua quidem emācipatione facta dictus Pamphilus in præmium emancipationis. & ex causa emancipationis eiusdem dedit, numerauit, & liberè dimisit d. Titio & Andreæ patri Sempronij filijs dicti Pamphili libras centum Bono. pro quolibet eorum. post cuius testamen. prædic. confectionem superuixit dictus Pamphilus testator spacio nouem annorum vel circa: & etiam superuixerunt, & agunt in humanis dicti Titius & Seius eius filij instituti vt supra & nihilominus prædecessit dicto testatori per quatuor annos, vel circa, dictus Sēpronius nepos prædictus dicti testatoris, superstitibus duobus eiusdem Sempronij filijs legitimis & naturalibus natis post dictum conditum testamentum: de quibus duobus filijs dicti Sempronij nulla penitus in testamēto prædicto facta fuit mentio: & sic prædicti filij Sempronij tanquam præteriti intendunt testamentum prædictum pro eorum parte rescindere & annullare: & sic abintestato succedere in tertia parte hæreditatis dicti Pamphili. ¶ Dubium de quo quæritur est videre vtrum filij dicti Sempronij tanquam præteriti, & ab intestato succedentes in tertia parte hæreditatis dicti Pamphili, videan
c tur tacitè a dicto testatore grauari,[c] maximè vigore dictę clausulæ codicillaris, restituendo dictam tertiam partem hæreditatis, in qua tertia parte succederēt abintestato: vt supradictis Titio & Seio hæredibus. s. institutis retenta pęnes dictos filios dicti Sempronij dicta legitima eis debita iure naturæ. ¶ Secundò vtrum filij dicti Sempronij præsupposito quod eis debeatur dicta legitima, possint tanquam grauati retinere aliā quar-
d tam ex Trebelliano:[d] & sic vtrum eodem tempore possint detrahere duas quartas, videlicet legitimam & Trebellianicam. Tertiò vtrum dicta centum in præmium emancipationis data dicto Andreæ & alia relicta dicto Sempronio iure instit. in di-
e cto testamento: debeant computari[e] in legitima antedicta dictis filijs dicti Sempronij, vt suprà præteritis. ¶ Quartò vtrum expensę factę per Titium tunc emancipatum, & vnum ex hęredibus vt supra. inst. in doctorando dictum Sempronium debeant & possint computari per dictum Titium in dicta legiti-
f ma.[f] quęritur quid iuris &c.

ADDITIONES.

* Repetitur consi. 98. lib. 4. Natta.
a ¶ Vltimo. Anc. repe. c. 1. col. 65. de consti. Alex infra. li. 4. consi. 58. l. si miles. ad l. fal. Phi. Fran. c. 1. col. 2. de iureiu. in 6.
b ¶ Euitetur. Alex. Ias. l. 1. in prin. col. 2. ne quis eum. & infra. lib. 3. cōs. 48. ad fi. ad l. si item cum eod. in tit. de iur. om. iu. l. vbi repugnantia. de re. iu. l. fi. in prin. C. de eden. l. fi. col. 3. C. de bono. poss. secundum tab. consi. 284. col. 3. consi. 317. consi. 337.
* Disponit.] Vide super hac quæstione Alex. contrariam sententiam fouentem consi. 24. supra eod. lib. Natta.
* Integraliter.] De verbo, Integraliter, de quo etiam ponit Dec. in c. sua nobis, in 5. no. de confir. vti vel inuti. Natta.
c ¶ Grauari. decidit. ꝙ sic. nu. 4. 6. & 7.
d ¶ Trebelliano. Decidit quod non nu. 13.
e ¶ Computari. tenet ꝙ sic nu. 22. exceptis libris. nu. 25.
f ¶ Legitima. Tenet ꝙ non sed an aliàs repeti possint pendet ex coniecturis si factæ sint animo donandi vel non nu. 27.

CONSILIVM CXLII.

Circa primam dubitationem videretur prima facie dicendum clausulam codicillarem in ꝓposito nihil operari propter defectum petitionis filiorum Sempronij pronepotum ipsius testatoris; ad quod ostendendum considero ꝙ licèt dicti pronepotes testatoris non essent in potestate Pāphili eorum proaui propter eorum emācipationem factam de patre dicti Sempronij ante quam concepti essent dicti pronepotes dicti testatoris, vt in §. fi. institut. quib. mo. ius pat. pot. so. tamen de necessitate debuerūt institui; quia sicut si fuissent in potestate proaui tempore mortis eius, debuissent de necessitate institui ex quo cepissent tenere primum locum in suitate, & eorum præteritio reddidisset testamentum nullū. l. posthumorum. & l. si quis filio exhęredato. ver. sed & si pater. ff. de inoffi. testa. & l. Gallus. §. nunc. & §. seq. & §. ille casus. ff. de libe.
1 & posth. † eodem modo hodie quāquam non essent in potestate proaui testatoris debuerunt institui: quia sublata est differētia patrię potestatis & emancipationis. vt l. meminimus. C. de leg. hęre. in §. nullam. in auth. de hęre. ab intestato. ¶ Et in terminis est glo. in §. exhęredatos. in auth. de hęre. & fal. quę firmat testamentum reddi nullum: licèt sit pręteritus, qui in potestate non erat, puta filius emancipatus si sine causę expressione facta est præteritio, vt notant docto. omnes in authen. ex causa. C. de libe. pręteri. & in l. filio pręterito. ff. de iniusto. testamento. Azo in summa de liberis pręteri. & C. de inoffi. testa. not. Dy. in d. l. Gallus. in sua distinctione magna. & Bar. & do. in l. Gallus. §. omnibus. & in §. & quid si tantum. & §. aliud quoque capitulum. §. si vero hæc obseruata. in auth. vt cum de appel. cog. & per not. per gloss. in l. 1. in prin. ff. de coniun. cum eman. lib. & in l. si proponas. ff. de inoffi. test. & in authen. in successione. C. de suis & legi. & in auth. de hęredi. ab intesta. §. 1. & in l. fi. de lib. & posthu. & not. Bar. & Bald. in l. incertum. C. vnde leg. & plenè Bald. in repet. l. in suis. in 5. col. ff. de liber. & posthu. cum simi. ¶ Si ergo dictum testamentum est nullum ex causa præteritionis factę, nulla expressa causa: ergo videtur quòd dicta clausula codicillaris nihil debeat operari: vt est glo. reputata singu. in dicta auth. ex causa. ¶ Confirmantur prædicta: quia præsupponitur dictos pronepotes tempore testamenti nondū conceptos fuisse. sed post; & sic posthumi appellantur, vt in l. 3. §. 1. cum seq. ff. de iniust. testa. Et notat in rub. C. de posth. hęre. insti. vel exhęre. Et sic videntur fuisse dicti posthumi ignoranter pręteriti; quia de eis testator non cogitauit, quo casu posito ꝙ aliàs rupto testamēto ex capite pręteritionis scienter factę clausula codicillaris possit operari, tamen pręteritione ignoranter facta concludit Bart.[a] clausulam
a codicillarem isto casu non operari. ita tenet ipse in l. 1. in 6. q.
2 ff. de iure codi. quod taliter probatur secundum eum. † Nam

donatio

donatio inter viuos validior est quã fideicommissum, quia illa nititur voluntate duorum, vt no. in l. 1. C. de pac. Sed donatio inter viuos perfecta reuocatur per natiuitatem filiorum, vt l. si vnquam. C. de reuocan. don. ergo multo magis fideicommissum quod per clausulam codicillarem videtur relictum hæredibus scriptis in testamento; vt infra dicã. ¶ Præterea dicit ipse in testamento militis tacitè inest clausula, si non valet iure cõmuni valeat iure militari, vt in l. 3. ff. de test. mili. Sed pone ꝙ posthumus nascitur facto testamento; an illud valebit iure militari; potuit. n. valere si testator de posthumo non cogitauit, vt l. qui iure. ff. de test. mil. & l. si cum vel in vtero. C. eo. ti. ¶ Et maximè procedere videntur hodiernis temporibus prædicta. ex eo ꝙ clausula codicillaris apponitur in testamentis magis ex consuetudine notariorum, quàm ex intellectu testatorum. secundum Bar. loco præalleg. ¶ † Sed præmissis non obstantibus

4 contrarium puto de iure verius esse: quia virtus clausulæ codicillaris operatur, quod venientes ad hæreditatem ab intestato videntur grauari de restituendo hæreditatem hæredibus scriptis in testam. l. eam quam. & l. ex testamento. & ibi not. C. de fideic. l. quia autem. in prin. & ibi no. ff. si quis omis. cau. testa. & l. ex ea. §. 1. & ibi bona glo. & doc. ff. de test. & l. codicillis. §. fi. de le. 2. & l. Lucius. §. filiam. eo. ti. Et si deficeret tale testamẽtum ex causa prçteritionis, vt in casu nostro tex. est secundum lect. Hug. in l. si patroni. in §. fi. ff. ad trebellianum. & ibi hoc sequitur Ang. & est text. ad hoc reputatus singula. in l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommi. libe. & not. per glo. Bart. & Bal. in l. 2. ff. de leg. 3. & Dyn. in l. codicillis. §. fi. de leg. 2. & Cyn. Bar. & Bald. & doc. communiter in d. auth. ex causa. & late disputando firmat Iaco. de Bel. in sua disputatione quam ponit post. l. 3. C. de liberis prçteritis. quç incipit, quçritur mater vel pater condidit testamentum. & Spe. in tit. de instrumentũ. edit. §. compendiosæ. ver. item. vide Bar. Bal. & Ange. in l. 1. ff. de iure codi. & Bald. in l. fin. C. de codicillis. & in l. Titia. post Old. ff. de inoffi. testa. & Ang. in d. l. ex ea. & in auth. vt cum de appel. cogn. §. fi. in fi. ¶ Non obst. glo. in d. auth. ex causa. quæ mouetur per l. Titia. vbi testamentum inofficiosum non valet, etiam quo ad legata etiam ab intestato repetita: quia fingitur tale testamentum quasi a demente conditum esse. Quia respondeo ꝙ communiter doct. in locis præallegatis damnant opin. dictæ glo. per superius allegata. ¶ Nec ob. dicta. l. Titia. quia secundum doct. est correcta per authen. ex causa. C. de lib. prçte. Nam secundum doct. ibi & in corpore, & in l. filio præterito.

3 de iniu. testa. † testamentum in quo filius est præteritus vel exhæredatus, non irritatur ex eo, quia videatur factum a demente: quia si hoc esset verum eadem ratione legata irritarentur ẽt hodie sicut irritatur hæredis institutio. contra d. auth. ex causa. iuncta. l. Titia. quæ auth. ex causa. habet locum etiam quando filius est præteritus vel exhæredatus nulla causa expressa, sicut in casu nostro: vt excepto Dyn. firmant omnes in d. l. filio præterito. & in auth. ex causa. & in corpore per tex. in §. si vero obseruata non fuerunt. iunctis prçcedentibus. in auth. vt cum de appel. cogn. ¶ Vel etiam aliter potest responderi, prout dicit Oldra. & sequitur Bald. in d. l. Titia. quia licèt testamentum in quo præteritus est filius iam natus qui de neccessitate tempore testamenti debebat institui censeatur actum a demente, & ea ratione clausula codicillaris nihil operetur, tamen secus est qñ præteritus est aliquis qui de necessitate tempore testamenti nõ debebat institui: vt in casu introducto per l. Velleiam, vel introducto per Iulianum iurisconsultum in d. l. Gallus. §. nunc de l. & §. ille casus. quia aliud est erga liberos charitatem non habere aliud est non perpendere de consilio legis Vellei. aut Iuliani iurisconsulti. Sed casus noster est propriè casus introductus a Iuliano iurisconsulto ex commistione duorum capitũ, videlicet introductorum a Gallo Aquilio & Velleio: & quando instituitur filius vel neptos q̃ postea viuo patre vel auo decedunt superstitibus ex se filijs post testamentum natis: ergo non potest dici tale testamentum conditum a demente: vt dicit Oldra. & Bald. postquam tempore testamenti inspecto tales pronepotes non erant de necessitate instituendi. ¶ Vel tertio respondeo ad l. Titia. secundum Bal. in d. auth. ex causa. in 7. q. ꝙ nos loquimur in prçteritione propter quam testator errore iuris dicitur solennitatem omittere: sed l. Titia loquitur de exhæredante qui magis delinquit cum dicatur pietatem & ꝓpriam naturam, tanquam demens offendere. quæ etiam fuerũt verba Iaco. de Bel. in disputatione prædicta dicentis ꝙ ille qui filium præterit, videtur sub silentio & ignorãtia iuris vel facti eum omittere, & interpretationi iuris communis relinquere. allegat in argu. l. cum proponas. C. de hære. & insti. & l. 3. C. de inoffic. test. l. generaliter. §. 1. C. de instit. & subst. Secus est in eo qui expresse exhæredat: quia omnem viam percunctatus est vt filium indebitè a successione sua excluderet: igit̃ fingitur demens: qa vult aliũ sine causa soboli suæ anteponere. ¶ Non ob. quod dicti pronepotes videntur fuisse ignoranter præteriti, & per consequens clausula codicillaris nõ operatur vt hçreditas per fideicommissum debeat restitui hæredibus scriptis in testamento: per ea quæ superius allegata sunt, quia respondeo ꝙ etiam posito ꝙ talis præteritio ignoranter facta fuerit, tamen clausula codicillaris dictum effectum operari debet. ¶ Et pro hoc tenuit Iaco. de Bel. in d. disputatione quam ponit post l. 3.

6 C. de libe. præ. vbi concludit † ꝙ si testator posthumum nasciturum ignoranter præteriit adiecta in testamento clausula codicillari distinguendum est: aut culpa aliqua, aut negligentia potest testatori ascribi, vt quia post cõditum testamentũ sciuit natum esse posthumum, & mutare potuit testamentum & nõ fecit, & tunc clausula codicillaris operatur, quia scripti hæredes directo in testamento videntur vocati per fideicõmissum. alleg. ff. de leg. 3. l. 1. §. sciendum versi. sed eius. & l. si ita fuerit fideicommissum. alleg. ff. de leg. 3. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideic. lib. vbi dicitur casus secundum eum. & l. 3. in prin. C. de inoffi. test. & l. certi. C. de test. mili. ¶ Pro hoc allegat bonum tex. in l. tractabatur. ff. de test. mili. & in l. tres tutores. ibi ex temporis intercapedine quo tempore factum est, & c. ff. de admi. tuto. si vero testatori culpa non potest imputari, tunc concludit quod clausula codicillaris operabitur quo ad legata & fideicommissa particularia, per d. §. ex testamento. & per d. l. si ita. & l. fi. ff. de hçr. insti. sed quò ad fideicommissum vniuersale non operabitur: quia non est verosimile quod testator voluerit filium tantum habere quartam, & extraneum habere tres partes. allega. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. 3. C. de inoffi. test. & l. generaliter. §. 1. de insti. & substi. ¶ Sed ita est ꝙ testator prçdictus post dictum conditum testamentum sciuit, & sciuisse prçsumitur dictos ꝓnepotes sibi esse natos, quoniã in eadẽ ciuitate, in qua erat testator, nati sunt, licet secus esset si in rure nati essent, & testator in ciuitate habitasset, quia confestim non prçsumeretur hoc sciuisse, ita dicit Ang. in l. Titius testamento. §. Lucius. per illum tex. a contrario sensu. ff. de lib. & post. ¶ Facit etiam secundum eum, quia prçsumitur scire cõiunctus facta coniuncti. l. octaui. ff. vnde cogna. l. de tute. C. de in integ. rest. bene facit quod no. Bal. l. qui sororem. C. de iure delibe. & postquam sciuit seu sciuisse prçsumitur natiuitatem dictorum filiorum: quia tanto tempore superuixit quod commodissimè testamentum si voluisset mutare potuisset: ergo ex his quç conclusa sunt supra infertur ꝙ clausula codicillaris operari debet eius effectum: & hoc modo limitatur opin. Bar. in d. l. 1. de iure codicil. ¶ † Secundo respondeo quod in casu

7 nostro plurimum considerandum est ꝙ testator reliquit Sempronio patri ipsorum ꝓnepotum iure institutionis libras decem, & certos libros pro omni eius legitima portione, & Titiũ & Seium filios ipsius testatoris vniuersales hçredes instituit, apposita clausula codicillari per verba prçsentis, & etiam futuri temporis vnde si testator voluit nepotem iam natũ vltra dictam legitimam non admitti: & si testamentum non valeret aliquo casu voluit esse grauatum de restituendo hçreditatem per fideicommissum virtute dictç clausulç codicillaris quan-

b tomagis[b] verosimile est testatorẽ voluisse idem seruari in personis pronepotum nasciturorum: quos non prçsumitur tantũ dilexisse, cum non nisi post dictum Sempronium venire potuerunt in locum Sempronij succedentes. arg. l. Publius. §. fin. ff. de condi. & dem. ad hoc. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. ¶ Pro quo adde decisionem Bald. qui hoc videtur in terminis quasi

8 determinare in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posth. † vbi quçrit an per auth. ex causa. C. de libe. prçteri. debeantur legata rupto testamento natiuitate posthumi prçteriti, quem testator ignorabat esse in ventre: & inter alia concludit ꝙ aut testator nullum habebat filium nec habere sperabat, & non seruabuntur legata: quia non est verosimile quod testator velit legatarios prçponere filijs. allega. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substitu. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. & l. cum auus. ff. de cond.

cond.& demon.& maximè cum talia legata exhauriunt vires
patrimonij.allegat.l.si vnquã.C.de reuo.don. aut testator ha-
bebat filios,& cogitabat de grauandis filijs : & tunc licèt po-
stea nascuntur,tenerentur ad legata: quia ex quo testator gra-
uauit iam natos idem videtur sentire de nascituris , ad quos
minor erat affectio.Nam idem testator disposuisset interroga-
tus.allegat d.l.tale pactum.§.fi.& d.l.Titius.§.1. Quantoma-
gis idem dicendum in casu nostro in quo filij Sempronij prę-
dicti agnascendo viuo testatore dicuntur succedere in locum
patris sui. vt in l. posthumorum.ibi in locum eius.ff.de iniust.
testamen.& l.Gallus.§. etiam si parente. & pater eorum exce-
ptis & relic.erat exclusus ad hæreditate,quæ relicta fuit dictis
Titio & Seio, vnde idem præsumẽdum est testatorem voluisse
seruari in personis filiorum dicti Sempronij in patris locum
succedentium : ne alterius conditionis sit subrogatus, quãuis
in cuius locum subrogatur.l.illam.C.de colla.l. Pompo.§. cũ
quis.de acqui.pos.c.ecclesiæ.vt lite penden.cum si.& per hoc
9 datur. 5.limitatio ad no.per Bar.in d.l.1.de iure codic.¶† Ter
tiò potest responderi ꝙ si bene consideretur communis sentẽ-
c tia est contra [c] Barto. videlicet quod imo clausula codicillaris
operetur etiam agnatione posthumi ignoranter præteriti extra
duos casus proximè dictos:& hoc primò tenet Bal.in d.l. 1.ff.
de iure codicillorum. ex quo vniuersaliter ꝑ illam clausulam
videntur grauati omnes venientes ab intestato etiam nondum
nati,vt l.si quis cum nullum.& l.ab intestato.ff. de iure codi-
cil.& per hoc dicit ipse non obstare.l.qui graui. eodẽ tit. quia
ibi fuit grauata certa persona nominatim,non aũt oẽs vniuer-
liter,prout in casu nostro. Item secundum eum non ob. dicta
lex si vnquã. quia ibi donatio fuit inofficiosa:sed codicilli nõ
possunt dici inofficiosi:eo quia præteritus omnino habiturus
est legitimam.hoc idem tenuit Bal.in d.auth.ex causa allegat.
d.l.generaliter.§.ex testamento.ff.de fideicom. lib. vbi repeti-
tio legatorum facta à venientibus ab intestato habet vires etiã
rupto testamento agnatione posthumi præteriti. ecce ergo qđ
ibi non distinguitur an sciuerit, an ignorauerit posthumũ esse
in ventre,& quia quando testator facit codicillos, non fit diffe
rentia inter natum & nasciturum d.l.ab intestato. & l. si quis
cum nullum. respõdet ad l.sicut certi.& l.si cum vel in vtero.
quod ibi distinguitur scientia ab ignorantia quo ad inducen-
dam exhæredationem vel non inducẽdam:non autem quo ad
legatorum vel fideicommissorum præstationem: quia sufficit
posthumo quod possit extrahere legitimã. & ad l. si vnquam.
respondet quod hodie donatio omnium bonorum facta non
reuocatur per liberos postea superuenientes nisi vsque ad legi-
timam.alle. tex. in auth. vnde si parens.C.de inoffic.test.& no.
per gl.in l.1.C.de inoffi.do. ¶Et maximè hoc verum est quan-
do donatio est facta vni qui esset de liberis: vt l.si liqueat.C.de
inof.do.vt firmant omnes doc.in l.1.eo.ti.& l.Titia.§.Impera
tor.ff.de le.2.& in c.fi.de dona. ergo eodem modo contentus
debet esse posthumus,si legitimam habet:attento ꝙ residuum
censeatur grauatus restituere filijs testatoris hęredibus scriptis
in testa.¶Præterea dicit ipse quando clausula codicillaris ꝑ hęc
verba,si non valet,& valebit &c. Testator videtur cogitasse de
ruptura testamen. & prospicere voluit contra causas rumpen-
tes:ergo implicitè cogitauit de posthumo,qui inducit casum
rumpendi: & qui cogitat de fine, cogitat de medio ad finem .
10 ¶ † Vnde sufficit implicitè cogitasse vel in genere [d] de posthu
d mo.arg.l.placet.& l.1.§.ideoque.ff.de libe.& posthu. & l.qui
iure.ff.de testa.mili. & quia qui clausulam codicillarem appo
nit omnem successionis speciem grauasse videtur,& intendit.
l.cum pater.§.filijs matrem.de leg.2.Ita transit Bal. in auth.ex
causa.hoc idem videtur sensisse Bart.in l.qui filiabus. in prin.
in quadam addi.ff.de leg. 1.attento ꝙ illam.l.intelligit in testa
tore qui de posthumo non cogitauit. & ad hoc põderat etiam
Imo.ibi verba Bar. idem tenuit Bal. in l.fi. C. de codicil. & ibi
respondet ad l.si cum vel in vtero.ꝙ ibi testator non prospexit
casum testamenti rumpendi: hic vero propter clausulam codi
cillarem per quam, vt dixi, videtur, saltem in genere de posthu
mo cogitasse, vt dixi.s. maximè in casu nostro in quo testator
expresè declarauit, & dixit si non valet vel valebit ex aliqua
causa præsenti vel futura iure testamenti.Item respondet ad d.
l.si vnquam.ꝙ ibi donator non prospexit ad casum in quo do-
natio rumpetur : istud etiam sequutus est Imol. in repe. l.filio
præterito. ff.de iniusto test.14.col.quia per d.clausulam codi

cillarem quilibet successor videtur rogatus hæreditatem resti-
tuere.per d.l.si quis cum nullum.& d.l.ab intestato. & quia il
lam clausulam apponẽdo videtur testator saltem in genere co-
gitasse de posthumo, vt dixi: propter hoc dicit quod in hoc au
deret consulere contra Bart. & ibi respondet pluribus modis.
ad l.sicut certi.& l.si vnquam.quas respõsiones breuiatis cau-
causa omitto:quia supra sufficienter responsum est secundum
* Bal.¶Subdit etiam * quod non bene dixit Bar.in l.1.C.de iure
cod.dum voluit dictam clausulam non esse multum attenden
dam ex eo : quia potius ex consuetudine notariorum apponi-
tur quàm de mente testatoris:quoniam secundum Imo. vide-
tur illam apponi de voluntate testatoris, cum testamentum pu
11 blicè legatur corã eo : † & quia testator nisi aliud dicat videt
in dubio velle ꝙ circa validitatem testamenti tabellio apponat
clausulas consuetas argu.l.quod si nolit.§.qui assiduam. ff.de
ædi.edic.& l.ex ea parte.cum ibi no.ff.de verb.obli.& est bo-
nus tex.& ibi Bal.in l.1.C.de fideicom.& no.Bar.in l.si prius.
de aqua plu.arcen.cum si. ¶ Accedit quod antiqui docto.oẽs
in d.auth.ex causa.& in cor.& Spec.in d.versi.compendiosæ.
indistinctè dicebant dictam clausulam appositam per verba
futuri temporis operari repetitionem fideicommissi rupto te-
stamento agnatione posthumi prętertiti, nec distinguebant in-
ter scientem & ignorantem. Et contra Barto. etiam consuluit
c Pau.[c] de Cast.in consi.incipien. Egregius doctor &c. Clarum
est etiam ꝙ quando rumpitur testamentum agnatione sui hæ-
redis, vt in casu legis Velle. vel in casu introducto a Iuliano iu-
risconsulto:prout est casus noster in l.Gallus. §. nunc de lege.
& in §.ille casus.vt supra dixi : tunc clausula codicillaris ope-
ratur, vt teneatur testamentum rumpens restituere hæredita-
tem hæredib. vniuersalibus scriptis in testamento deducta ea
portione in qua institutus fuisset pater dicti rumpentis: vt fir-
12 mat Bar.in d.l.1.in 11.q.ff.de iure codic.¶† Circa secundum
dubium prin.quo quæritur,an alij filij Sempronij possint de-
trahere nedum legitimam,sed etiam Trebellianicam : videre-
tur prima facie dicendum quòd sic.per ea quæ not. Bald.in l.
filium quem habentem in 13.col.C.fami.erci.& l.Papi.§.me-
minisse.ff. de inoffi. testa. vbi dicit ꝙ si filius est rogatus resti-
tuere hæreditatem sub illa conditione, si non valet vel valebit
iure testamenti valeat iure codicillorum. quod detrahet legi-
timam & Trebellianicam si cõtingat testamentũ rumpi agna-
tione posthumi peæteriti:ex quo censetur filius sub conditio-
ne grauatus, & testamentum tempore quo conditum est, te-
nuit.& hoc per c.Ray.& Raynal.de test.vbi filius grauatus re-
stituere hæreditatem sub conditione retinere potest legitimã
& Trebellianicam:& refert Bald.quod ita consuluerunt Fran-
ci.Tigri.de Pisis,& Bar.& do.sui.& ꝙ ipse etiam ita sæpe con
suluit.licèt quidam quem ipse ibi refert contrarium consulue
rit,& male secundum eum:sed dictum testamentũ potest dici
ruptum esse agnatione posthumorum: quia qui nascũtur post
testamentum:etiam ante morrem testatorum dicũtur posthu-
mi.l.3.§.1.de iniu.testa.& plenè no.in rub.C.de post.hær.in-
sti.¶Plus dixit Ioan.And.in c.Raynutius.per illum text.quod
videtur indistinctè de iure ciuili nedum de iure canonico de-
trahi posse legitimam & Trebellianicam per filium. nedum
quando est grauatus sub conditione restituere hæreditatem,
sed etiam quando purè: quia vnam detrahit vt filius.s. legiti-
mam,aliam tãquam quilibet extraneus,s. Trebellianicã,quasi
duplici persona fungatur, vt ibi.& facit l.nitoré.ff. de his qui.
vt indig.Et ideo cum de hac quæstione in varijs locis fuerunt
opi.inter legistas,debet etiam in terris Imperij attẽdi opi. quæ
probata est de iure canonico. c. per venerabilem, qui filij sint
leg.& no.in c.licèt.de foro compe. ¶Sed his non obstantibus
quãquam dubitatio sit disputabilis & super ea multa dici pos
13 sent quæ in materia in varijs locis diffusè scripta sunt:† tamẽ
contrariũ puto de iure verius:& breuitatis causa resecatis di-
sputationibus,& omissis recitationibus opinionum, hanc par
tem dico esse communem: & probatur principaliter per text.
in l.Papinianus.§.meminisse.versi.eo autem.in fi. ibi id quod
iure falc.potuit habere solum perderetur.ff.de inoffi.testa.vbi
patet sufficere filio detrahere falcidiam debitam iure institu-
tionis,& illam loco legitimę habere dicatur.& ibi hoc firmat
gl.dom.Bart.& Bal.¶Ad idem videtur text.in ea.l.in §. si quis
impube.vbi sufficit quod arrogatus habeat vnam quartã,quæ
sibi a constitutione diui Pij tanquam arrogato debetur,, vt cõ
tentus

tentus habeat esse illã portione: quæ sibi tanquã vni de descendentibus legitimis & naturalibus debetur. probatur etiam in eadem. l. 3. §. quartam, vbi sufficere videtur ꝙ filius falcidiam iure instit. debitam habeat vt dicatur exclusus remedio petẽdi legitimam iure naturæ debitam, probatur etiã quia si Trebellianicam detraheret illa iuris censura in legitimam iure naturæ filio debitam imputaretur. l. etiam. §. si debita. ff. de bon. liberto. & l. quoniam nouella. C. de inoffi. testam. ¶Et econuerso si legitima primò detraheretur computaretur in Trebellianicam: in quã computantur omnia quæ iure hæreditario percipiuntur. & in l. in quartam. & ibi plenè not. ff. ad l. Falci. & l. filium. sed legitima habetur iure hæreditario: vt not. Barto. & Ang. in l. quia poterat. ff. ad Trebellia. & in l. pro hærede. §. seruos. & l. geri. de acqui. hære. & Cy. & Bal. in l. 3. C. de impub. & alijs substitutio. & Bald. in l. 1. C. quando non petẽtium par. in ver. quo ad primam quæstionem &c. & non solum quando capitur legitima ex causa testati, sed etiam intestati, vt declarat post alios firmat do. Abb. in c. Raynutius. ad fi. de test. post no. per glo. in verbo legitimam. & sic de necessitate impediretur integra detractio vtriusque portionis loco legitimę. ad idem. l. quamquam. C. ad l. Falci. Et ibi hoc expresse firmat glo. & Iac. Bu. idem tenet Bar. & Bal. concludentes quod vbi vno & eodem tempore venit detrahenda legitima & Trebellianica, non possit nisi vna integra detrahi & vna detracta quod tantũ peti possit id quod plus esset in alia. secus si diuersis tẽporibus veniunt detrahendę: vt quia detrahens legitimam esset grauatus restituere hæreditatem sub aliqua conditione, quæ post mortem testantis suspenderet fideicommissum: quia tunc vtraque detrahi posset per d. c. Ray. & Raynal. & hanc opi. dicunt oẽs de consuetudine seruari. probatur etiam in authen. de resti. & ea quæ parit in §. quamobrem. vbi speciale est quando filius est grauatus restituere hæreditatem si legitima debita iure naturę ibi non sufficit ad dotem vel donationem propter nuptias de reliqua substantia detrahere, ergo præter dotem & donationẽ propter nuptias, nihil detrahere poterit cũ illis specialiter hoc sit inductum. ¶Et hoc tenet Iac. de Bel. in 2. q. vbi plus dicit qđ etiam si grauatus esset filius restituere sub conditione quæ suspenderet, tamen inspecto iure ciuili non posset legitimam & Trebellianicam deducere: per l. iubemus. in prin. ver. dodrãs. C. ad Trebellia. & alia iura ibi alleg. per eum. licèt sit secus secundum eũ inspecta dispositione iuris canonici: per d. c. Raynutius. & hoc etiam in effectu tenet Ia. de Ra. Pet. & Cyn. licèt per alia verba in d. l. quamquam. & probatur per illam rationem quam dixi supra: quia vna cõputatur in aliam. ¶Adduco etiam ad prædictam opi. quam posuit glo. in versic. auferri. in auth. de hęre. & fal. in §. si vero non implens. quę fuit opi. Azo. ibi in sum. vbi concludit quod in omnibus casibus cessat detractio legitimè & Trebellianicæ simul. præterquam quando filius grauatus esset institutus sub conditione vel ad diem. idẽ tenet Dyn. & Bart. in l. 1. §. interdum. ff. si cui plusquam. per l.
14 f Fal. & ibi post gl. videtur tenere ꝙ † inspecto iure ciuili f nullo casu possit detrahi legitima & Trebellianica. & idẽ tenet Iaco. But. & Bal. in auth. res quæ per illum tex. C. communia de leg. & Bal. in d. l. iubemus. & Odofr. Pet. & Bald. in l. filium quem habentem C. fam. ercis. & Bal. in l. scimus. in princ. C. de inof. testa. & Ange. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Fal. dicit qđ illa opi. quæ distinguit an eodem tempore: an diuersis fiat detractio est approbata, & de consuetudine seruatur. Et idem voluit ipse. in l. cohærede §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. vbi dicit hanc opi. esse approbatam in iudicijs & in scholis. ¶Et in hanc opi. vltimo loco residet gl. in d. c. Ray. & hoc sequitur Bal. in l. filij. C. fami. ercisc. in fi. idem in terminis nostris tenuit Ange. in l. 1. ff. de iure codi. vbi dicit quod quando quis virtute clausulæ codicillaris est grauatus restituere per fideicommissum
15 † nõ potest detrahere legitimam & Trebellianicam simul qñ dies vtriusque cedat simul vt no. Bart. in d. l. quamquam. & in dicto §. meminisse, sed ita est quod in casu nostro simul cessit: quia antequam testamentum morte testatoris confirmatum esset; & sic antequam legitima peti posset verificata erat cõditio codicillaris: quia dictum fuit si non valet vel valebit per natiuitatem filiorum dicti Sempronij, quorum agnatione testamẽtum amplius non potuit valere iure testamẽti: vt dixi in prin. primi dubij: ergo &c. ¶ Et hæc potissimè procedunt in causa quæstionis nostræ: quam verbo fertur determinari debere secundum dispositionem iuris ciuilis ex forma statutorum loci quo agitur. ¶Et per hoc patet responsio ad allegata in contrarium, videlicet ad allegata per Bald. in l. filius. & in §. meminisse. quia loquitur quando testamentum rumperetur agnatione posthumi præteriti: & nati post mortem testatoris. nã ille propriè dicitur posthumus, qui nascitur post mortẽ quasi posthumum natus. alij vero dicuntur impropriè posthumi: vt no. gl. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthumis. & ibi Barto. & gl. in l. 3. §. 1. & ibi Barto. ff. de iniu. testa. & in glo. in §. posthumorum. in versicu. viuo eo. instit. de exhære. libe. vnde in casu illo non cedebat simul dies detrahendæ legitimæ, & dies detrahendæ Trebellianicæ, seu restituendi fideicom. quia incontinenti post mortem cedebat dies detrahendæ legitimæ, saltem in potentia. sed dies Trebellianicæ, & restitutionis fideicommissi non cedebat nisi eueniente conditione clausulæ codicillaris per quam filius iam natus erat grauatus restituere sub illa conditione, videlicet si testamentum non valebit iure testamenti, &c. Quæ conditio eueniebat nato post mortem testatoris posthumo præterito: cuius agnatione testamentum non poterat valere iure testamenti. Sed in casu nostro filij dicti Sempronij nati sunt ante mortem testatoris: & sic eodem tempore cessit dies legitimæ & Trebellianicæ. non ob. etiam tex. in d. c. Raynutius. quia vt dixi supra negari non potest quin ille text. loquatur in rogato restituere sub conditione quæ suspendebat restitutionem fideicommissi: & sic diuersis temporibus cedebat dies legitimæ & dies Trebellianicæ. vnde cum reperiatur solum correcta per ius canonicum dispositio iuris ciuilis in casu isto: ergo etiam ex identitate rationis non debet fieri extensio ad alios casus, s. quando eodẽ tempore cedit dies vtriusque: per not. in auth. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. & in l. tam is. §. 1. ff. de donatio. causa mor. ¶ Attento quod inspecta dispositione iuris ciuilis nullo casu potest legitima & Trebellianica simul detrahi, vt supra ostensum est. Et sic non habet obstare ꝙ vbi de iure ciuili super aliquo vertitur probabile dubium, ꝙ stari debeat dispositioni iuris canonici clarè decidentis etiam in locis in quibus seruari deberet ius ciuile: quia vt dixi, ius canonicum nil noui prouidet circa casum de quo vertitur quæstio. ¶Præterea in illa opi. ꝙ de iure ciuili possit filius deducere legitimam & Trebellianicam, quarũ dies simul cederet erat Mar. Alij legistæ tenebant communiter cõtrarium:
16 vt refert glo. in d. c. Rayn. † vnde opi. singularis do. non est attendenda, sed communis opi. sequi debet: vt l. 1. & ibi Bald. ff. de senatori. & no. Ioan. And. in c. 1. de consti. & Host. post Inn. in c. ne innitaris eo. tit. Bar. & Bald. in l. fi. C. de pœna iudi. cũ concor. Et sic patet ꝙ non potest dici esse probabile dubium in casu nostro de iure ciuili. Et per consequens non videtur ꝙ seruari debeat decisio canonistarum in locis in quibus seruari debeat ius ciuile. ¶Non ob. d. l. tutor. ff. de his q̃bus vt indig. quia respondetur ei in d. l. quamquam. ꝙ illa procedit vbi est eadem ratio. Sed in casu nostro est secus: quia id quod percipitur pro Trebellianicam computabitur in legitimam, & cõtra respectu eorum quæ in vtraque imputatur: vt probaui supra. Item quia extraneus habet quartam Trebellianicam fauore vltimæ voluntatis implendæ: aliàs non adiret. Sed filius cũ vult habere legitimam necesse habet hæreditatem adire: quia illã nõ habet nisi iure hæreditario: vt dixi supra & sic cessat a modo ratio propter quam Trebellianica detrahi debeat per prædictorum confirmationem: facit quia cũ referant omnes hanc opinionem de consuetudine seruari, minimè mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerũt. l. minimè. de
17 legibus. ¶† Condescendo ad tertium dubiũ in quo quæritur, an data in præmiũ emancipationis Andreæ & alia relicta Sempronio iure institutionis. in d. testamento debeant computari in legitimam filiorum. d. Sempronij. Et vr̃ prima facie dicẽdum ꝙ data in præmium emancipationis non computentur in legitimam, nisi fuerit expresse dictum: vr̃ probari. in l. si qñ §. & generaliter. C. de inoffi. test. & ibi hoc not. Bart. & legitur & no. insti. eod. titu. in §. igitur. & no. Barto. in l. peto. in prin. ff. de lega. 2. per dicta iura, & per l. etiam. §. si debita. ff. de bo. lib. & l. si non mor. ff. de inoffi. testa. & no. Cyn. in l. scimus. in 3. q. C. de inoffi. testa. & no. Bar. & Ange. in l. in quartam. ff. ad
18 l. Falcidiam. ¶† Pro hoc facit: quia donatio facta filio in præ-
g miũ emancipationis dicitur libera & simplex g donatio. & nõ ob causam: vt est text. melior de corpore iuris in l. fi. ibi, liberalitatis

ralitatis tit.&c.C. de eman.lib. secundum Bal.ibi:& not.Cy.
& Bart.in l.liberis. in fi.C.de colla.& tangit Bal. in l. si depor
tatus.C.de bonis proscrip.& l.quamuis.C.de fideic.& in l.la-
te.C.de dona.& in auth.ex testamento.in ver.secundum &c.
C. de colla.& Bart.in l. 1.§. nec castrense. in pe.col.ff.eod.tit.
sed simplex donatio non computatur in legitimam,nisi sit ex
presse actũ quod imputatur: vt d.§.& generaliter.& d.l.etiã.
& no.gl.& doc.in l.illud. C. de colla.ergo &c. ¶ Alia ratione
videtur quòd non debeant in legitimam filiorum dicti Sem-
19 pronij imputari:quia vt dixit Ang.in l.in quartã.ad l. Fal.† φ
si pater donauit aliquid filio emancipato vt sibi in legitimam
imputaret; & filius decessit viuo patre filius eius succedens
auo sibi in quartam non imputabit; quia cum dicta donatio
sit facta sub modo, & propter casum contingentem in perso-
nam filij donatarij,& modus non possit impleri;habetur hoc
casu modus pro defecto.l.Titio centum.§.Titio genero.de cõ
di.& demon.secundum vnum modum legendi.s.quod loqua
tur in modo.Et hoc dicit sibi videri saluo meliori iudicio;li-
20 cet Bar.ibi indiscussum reliquerit. ¶ † Sed præmissis nõ ob.
contrarium verius videtur primò, quia secũdum Iac.de Are.
& Old.& Nicol.de Mat.de Mutina.in l. vt liberis. C.de coll.
& Bal.in l.illud.eo.tit.& Iac.Bu.in l. scimus.C.de offic.testa.
videtur quòd donatio facta in præmium emancipationis de-
beat in legitimam imputari.alleg. tex. in l. 1. §. si parens.ff.si
quis a paren.fue. manu. vbi datum a filio patri vt emancipet,
computatur patri in debitam portionem: ergo idem di cendũ
est cum correlatiuorum eadem debeat esse iuris dispositio.l.
fi.C.de indi.uid.l.fi.ff.de excep.l.1.C.de cupres.lib.11. ¶ Pro
hoc etiam adducebant: quia donatio facta filio in præmium
emancipationis videtur facta ob causam, s. vt patiatur se emã
21 cipari:† quia inuitus emancipari non poterat. in l.iubemus.
C.de eman. libe. & in auth.quibus mod.natu. effic.sui.in §.
& generaliter.& ita intelligebant tex.in d.l.vt liberis.vbi talis
donatio facta emancipatio vt fieri assolet, idest in præmium
emancipationis confertur: quia est donatio ob causam.secus
si fuisset simplex:vt in d.l.illud.Sed donatio ob causam com-
putatur in legitimam:in l. quoniam nouella. C.de inof.testa.
& ita refert Nico.de mat.se de facto vidisse.per sæpe iudicari,
& se pro ista parte consuluisse cum pluribus alijs iuris peritis.
¶ Et pro hoc etiam allegat: quia vbicunque pater diceret do-
no tibi centum in præmium emancipationis pro parte tua,
clarum esset quòd computaretur in legitimam d.l.scimus.in
princ. Et hoc ibi sequitur Cy.in 3.q.etiã Bar.& Bal.in l.peto.
in prin.per illum tex.de le.2.sed sensus horum verborum,do-
no tibi in præmium emancipationis. est quòd pro parte sua
intelligatur donatum: ergo perinde est ac si expressè actum
fuisset.l.cum quid.ff.si cer. pe.l.triticum.de verb. obl.¶ Non
tamen per prædicta ausus essem simpliciter in casu nostro pro
hac parte concludere,vnde principaliter moueor per ea quæ
notanter dixit Bart. in l. 1. §. si parens. ff. si quis a paren. fue.
22 ma. † vbi concludit quòd licet aliàs quando pater expressè
donat filio nõ computetur in legitima nisi hoc expresse actũ
sit: vt in d.§.generaliter.cum concor.superius allegat. tamen
secus quando pater non expresso titulo donationis simplici-
ter dat aliquid filio transferendo in eum dominium: vt in ca-
su nostro, quando datur filio emancipato, quoniam tunc in
dubio præsumitur datum vt in legitimam computetur. alle.
l.cum quo.§.fi.ff. ad l. Falc. & istud dictum reputat Imo. val-
de singulare in l.Titio centum.in §. Titio genero. de condi.
& demon.in vlt.col.facit quòd not.Bal.in l.quoniam nouel-
la.in fi. C. de inoffi.testa. sed ita est quod d.Pamphilus dando
dictam quantitatem dicto Andreæ, non est vsus verbo dona-
tionis, vt in themate patet: ergo &c. ¶ Et per prædicta patet
responsio ad iura allegata.per Bart.& sequaces in l.peto.cũ si.
quia iura allegata per eos loquũtur quando donatio fuit sim-
pliciter facta non ob causam prout est donatio in præmium
emancipationis,secundum opi.Ia.de Are.Ol.& Nic.de ma.in
d.l.vt liberis.& Bald.in d.l.illud. vel verius iura allegata per
Bar.& alios loquũtur quando pater in traditione vsus est ver-
bo donationis.secus si non dixit,dono.vt no.Bar.in d.§.si pa-
rens.& Imo.in d.§. Titio genero. ¶ Secundò non obstat quòd
dicebat Ang.in l.in quartam ad l.Fal.allegãdo.l. Titio centũ.
§.Titio genero.vt dixi supra, quia contrarium quo ad casum
nostrum tenent communiter doc. inter quos fuit Marti. fili.

Iac.But.& Bal.in d.l.scimus. in princi.C. de inoffic. testa.vbi
dicunt pater dedit filio emancipato in præmium emancipa-
tionis centum,decedit filius,uiuo patre suo superstite nepote
qui successit in locum patris : an nepos sibi imputabit dicta
centum in legitimam sibi debitam in bonis aui. & conclu-
dunt quod sic: qui nepos venit ex persona patris sui in cuius
locum successit.l.Gallus. §.nunc de lege. ff. de lib.& posthu-
23 mis,& instit. de exhæredat.li. §. posthumorum. ¶ † Pro hoc
faciunt ea quæ dici consueueruut in quæstione illa an dos da-
h ta matri computetur in legitimam ipsi filio [h] succedẽti auo,
& quamquam variæ sint sententiæ: tamen Bal.in l.illam. C.de
colla.& Saly.in l.scimus.§.repletionem.C.de inof.test.& Imo.
in l. in quartam.ad l.Fal.& in l.post dotem.ff.sol.matr.reducẽ
tes opin. ad concordiam sic concludunt,quod aut nepos suc-
cedit cum patruo, & tunc quia habet nepos necesse assumere
personam matris:quia si veniret nepos ex sua persona propria
excluderetur a patruo qui esset prior in gradu: instit. de hære.
quæ ab intest.§.cum filius.Ideo sibi imputabit in legitimam,
sicut imputaretur matri.argu. l. si viua matre. ver.nam licet.
C. de bo. ma. Si autem succederent cum alijs nepotibus sibi
paribus in gradu : & tunc quia posset venire ex persona pro-
pria.non teneretur imputare in legitimam ex quo ipse ab auo
nihil habuit.& ita consuluit Bal. vt refert ipse in d.l. illã.¶ Cũ
ergo filij dicti Sempronij concurrant in successione cum pa-
truis magnis anterioribus in gradu dictis filijs Sẽpronij ideo
ipsi habent necesse venire ex persona Andreæ eorum aui qui
erat par in gradu cũ istis patruis magnis. vnde sicut Andreæ
imputarentur dicta centum in legitimam, vt dixi. Ita videtur
quod imputetur filijs Sempronij ex eius persona succeden-
tibus.¶ Bene faciunt no. per Bar.in l.liberorum.ff.de verb.sig.
in ver. quæro quid si filia dotata decessit relicto filio &c. &
Ang.in §.neque illa. in auth. de trien.& se. ¶ Non ob.ea quæ
no.Ang.in l.in quartam. quia respondeo quod si bene inspi-
ciantur verba sua,concludit Ang.quod dicta centum debeat
24 computari filijs Sempronij in legitimam. † Nam dicit Ang.
quod si pater donauit filio emancipato, vt sibi in debitam iu-
re naturæ imputaret, & filius decessit patre uiuo,an nepotes
aui computabunt illud in quartam. Et dicit quòd cum dicta
donatio sit facta sub modo & propter casum contingentem
in persona filij donatarij. modus non possit impleri. modus
enim habebitur pro defecto: vt d.§. Titio genero.secundum
vnum modum legendi.inquantum intelligitur in dispositio-
ne facta sub modo licèt alius modus qualitercunque deficiẽs
non faciat dispositionem deficere.l.si fundum per fideicom-
mis.§. 1.de lega. 1.& l.pater.§. Tusculanus. de leg.3. Si igitur
defecit dicta donatio. si nepotes illud volunt directò habere
ab auo,ergo debet in legitimam imputare,Ita transit ibi Ang.
& sic patet quod Ang. tenet quod in legitimã debeat eis im-
putari.Et licèt Imo.in d.l.in quartam videatur reprehendere
dictam rationem Ang.per no. per Bar. in d.§.Titio genero.ta-
men Imo.non reprehendit decisionem Ang. nec quæstionem
decidit:imo indecisam relinquit: vnde remanet quod ex no.
per Mar.fili.Ia.Bu.& Bal.in d.l.scimus.& Ang.in d.l.in quar
tam.est communis conclusio quod in legitimam imputetur;
& maximè in casu nostro in quo pronepotes succedũt ex per-
25 sona dicti Andreæ. vt latius, supra est ostensum. ¶ † Quo autẽ
ad libros, relictos, breuiter dico quod non debent in legiti-
mam filijs Sempronij imputari, quia etiam ipsi Sempronio
imputari non debuissent: quia dictus Sempronius, vt verbo
fertur,post emptos & traditos sibi libros studium compleuit:
& doctor designatus extitit antequam Pãph.dictum testamẽ-
tum conderet,vnde secundum magis communem opi. dicti
libri censentur fuisse donati Sempronio, & illa donatio fuit
irreuocabiliter confirmata quam primum dictus Sempro-
nius insignia doctoratus adeptus est: sicut quãdo pater filio
donat equos & arma. talis donatio tenet. & conferri non de-
bet.l.1.§.nec castrense.ff.de colla.bon.& l.1. C. de castren.pe.
lib. 12.iuncta.l.fori.& lege aduocati.C.de aduoc.diuer.iudi.
coniuncta. l. secunda. C. si quis alteri vel sibi. Nec refert an a
prin.tempore traditionis fuerit doctor, vel post factum testa-
mentum creatus fuerit doctor:argu.l.siue emancipatus.C.de
dona.& l. donationes. §. pater. ff. de dona. Si ergo tales libri
non venirent conferendi quãtominus in legitimam imputã-
di.l.illud. C.de collationi. ¶ Bene facit l.si quando.§. genera-
liter

liter C.de inoffic.testam.¶Et hæc est in effectu conclusio Bar-
to. post Dyn. in de. §. nec Castrense. & Cyn.in l.filiæ licet.C.
de colla.& Bald.in l.si filiusfamilias. C. fami.ercis cu.licet se-
cundum opinionem Oldra. quam sequitur Bald. & Salic. in
l.filiæ. C.fami. erciscun. & Bald.in authen.ex testamento. C.
de colla.& in suo tracta. de duobus fratribus deberent atten-
di coniecturæ concurrentes, & verosimiliter inferentes ani-
mum donandi in patre: vt quando pater esset diues, & inspe-
cto numero filiorum & valore librorum esset verosimile pa-
trem dedisse animo donandi : argu.l.si filiæ.ff.de lega.3.& l.
vtrum.ff.de dona. inter virum & vxorem. & tangit Bald.in l.
26 1.ff.solu.matri.& in l.si donatione.C.de collatio. ¶†Quò au-
tem ad libras decem Bono. relictas dicto Sempronio in testa-
mento, non insisto an debeant eius filijs in legitimam imputa
ri: quia ex quo Sempronius legatarius decessit viuo testatore,
i relictum illud incidit in causam caduci[i] & remanere debet
apud vniuersales hęredes testatoris, a quibus legatum reli-
ctum fuerat, & sic non debetur.l.prima.§.pro secundo. C.de
27 cadu.tollen. ¶†Postremò venio ad quartum dubium, scilicet
an expensæ factæ per Titium tunc emancipatum in doctoran
do dictum Sempronium possint per dictum Titium in le-
gitima filijs Sempronij imputari. & videtur quòd non : vt l.
qui pater filio. & ibi not. ff.fami. ercis.& l.1.§.nec Castrense.
ibi. quòd dignitatis nomine &c.ff.de colla.bo.& ibi hoc no.
Bart.& Salic.in l.1. §.Neratius.ff.fami.ercis.& no.in l.omni-
modo.§.fin.de inoffic.testa. & Bald.in d.auth.ex testamento.
de colla.& in dicta l.omnimodo. Sed certè prędicta loquun-
tur in expensis factis a patre vel ab alio ascendente : in cuius
bonis filio debetur legitima. Sed nos loquimur in expensis fa
ctis a patre. vnde incongruè quæritur, an debeant dictæ ex-
pensæ in legitimam imputari : nisi per modum compensatio
nis si conueniretur Titius possessor hæreditatis Pamphili à fi-
lijs dicti Sempronij ratione dictæ legitimæ eis debitæ in bo-
nis Pamphili. si & inquantum debitum ex vna parte, credi-
tum ex alia adinuicem in genere suo functionem reciperent:
vnde dubitatio nostra propriè est an Titius ratione dictarum
expensarum sit creditor dictorum filiorum Sempronij. si &
in quantum eius hæredes sint. & pro eruenda veritate præ-
suppono quòd ad d.dispensam doctoratus non tenebatur nec
cogi poterat Pamphi. auus Sempronij, etiam posito quòd de
voluntate, ipsius aui studere cepisset. vt firmat Bart. in dicto
§.nec Castrense.in vlti.q. & Bald.eum sequitur in l.omnimo-
do.§.imputari.C.de inoffi.testa.& in l.filiæ. in 4.quæstio. C.
fami.ercis.& in tract.de duob.fra.ex hoc infertur quòd d.Ti-
tius non potest ad minuendam legitimam filiorum Sempro-
nij, allegare se debere consequi ab hæreditate Pamphili di-
ctas expensas : iuxta. l. si filius.& l.si ab eo. C. de nego. gest.
¶Vtrum autem Titius creditor sit dicti Sempronij,& eius fi-
liorum* & hæredum, difficultas consistit in hoc : vtrum di-
cta impensa præsumatur facta animo donandi vel repetendi.
Et breuiter puto hoc esse iudicis arbitrio commissum, qui
inspecta quantitate expensarum factarum pro dignitate per-
sonæ Sempronij & qualitate personæ, hoc habebit arbitrari:
vt probatur in l.ex duobus fra.§. Titium.cum glo.& ibi Bar.
& doct. ff.de nego. gest.bene facit. l.vtrum. ff.de dona. inter
vi.& vxo.& hoc idem videtur prabari in l. paterno.cum glo.
& ibi doct. maximè Bald.C.de nego.gest.nisi aliter appareret
vel mediante protestatione vel alio actu de animo repetendi :
quia tunc indistinctè repeti possent.l. Nesennius.ff. de nego.
gest. & not.in l.alimenta. C. eod. titu. Idem si in libris ratio-
num dicti Titij Titius descripsisset Sempronium pro debito-
re in dictis expensis, vt in dicta l.Nesennius.& not.etiam Bar
to.in l.si patrono.C.de nego.gest.& hoc cum ad d.impensam
non tenetur Titius patruus, cum nec ad illam tenebatur auus
quod est fortius: vt dixi supra. ¶Ita vt superius conclusum est
puto iuris esse. Alexan. Bononiæ, die 25.Aprilis 1454. Sub-
scripsit Gaspar. de Arengena. leg. doctor.

ADDITIONES.

a ¶Repetitur consi.50.lib.6.& consi.103.lib.3. Natta.
b ¶Bart.Idem supra lib.1.consi.41.nu.6.
c ¶Quantomagis. Idem infra eod. consi.161.nu.2.
* ¶Contra.Imo pro eo.per no.supra lib.1.consi.41.num.6.*Referens Ange. in l.idē erit dicendum,de testa.mili.tenere cum Bart.etiam si testator superuixisset tanto tempore post natiuitatem posthumi, ꝙ potuisset mutare testamentum: nisi coram quinque testibus declasset velle primam voluntatem manere. Quod etiam tenuit Ang. in l.1.C.de codicill.& in l.si filius in fin.ff.de mili.testa.Ias.autem tenet contra Ang.in l.3.col.1.C.de inoffi.testa.latè Dec.consi.490.per tot. Curt.Iun.consi.150. Sed cum Ang.tenet And. Siculus consi.60.lib.2.Soci.Iun. consi.153.lib.2. Natta.
d ¶Genere supra lib.1.consi.123.col.fi.
* Subdit etiam.] Adde quòd Alexand. d.consi.50.lib.6.col.4.versic. Sed ipsemet Paul. adducit Paul. de Cast.dicentem, quòd vbi testator post natiuitatem posthumi superuixisset tanto tempore, quòd potuisset commodè mutare testamentum: & illud non mutauit; ꝙ tunc indistinctè clausula codicillaris habebit effectum. Sed quòd, etiam si testator superuiuat, clausula non operetur, tenet Cur. iunio.in auct.ex causa. C.de libe.præte. vbi Ias.ambigit.& Ange.in locis de quibus per Alexan.d.consi.50.lib.6. Aret.in l.Titius. ff.de lib.& posthu.& cons.94. viso legato,& consil. vlti. Socin. latè consi.93.lib.4. Ripa in l.si vnquam. q.42. in fin.Bald.consi.239. Quia vltimus passus lib.3.Et an ex testamento rupto per agnationem posthumi legata debeantur si in eo institutus erat filius, Alexan.d.consil.50.lib.6.refert Pau.de Cast.tenentem quòd sic in l.sicut certi. C.de testam.mili.Sed quòd etiam filio instituto legata non debeantur, tenet Ripa.in l.si vnquam. quæst.20.vbi vult etiam. quòd non solum non debeantur a præterito, sed nec etiam ab instituto. cuius contrarium voluit Bald.in l.filio præterito. col.2. ff.de iniusto rup.& consi.127.incip. Quidam Petrus lib.2. dicens, pro portione institutorum legata deberi.Bart.distinguit in l.cum pater,§.cum æstimaret.ff.de lega.2. Natta.
e Pau.est consil.15. incipiendo lib.2. sed in hoc male consuluit. adde
* Pau.consil.200. clarum est lib.1.* Adde quòd in supradicto. consil.50.libr.6. citatur consil. Paulus de Castro. 56. incip. Pręclarus, & egregius doctor. Et ibidem subdit Alexan.quòd ipsemet Paulus de Castro. in consil.58. incip. Bart. de Perusio. dixit opinionem Bart. esse æquissimam, Quam tamen dicit d.Pau.limitare, vt non habeat locum in legatis, quæ verosimiliter testator fecisset in omnem casum, vt parua legata pro anima. Quam distinctionem facit etiam Paul.de Cast.in l.sicut certi.C.de testa.mili. Are.in l.Titius.ff.de lib.& posthu.Soc.consi.93.li.4.Bal.consi.239.quia vicimus,lib.3. Natta.
f ¶Ciuili. dixi supra, eod.consi.44.in fi.
g ¶Simplex infra, lib.3.consi.21.nu.9.
h ¶Auo, dicendum ꝙ sic: vt dixi supra, lib.1.consi.24.
i ¶Caduci. malè dicit ex quo erant legata in locum legitimæ seu portionis hæreditariæ & sic debent transmitti sicut portio hæreditaria vel legitima transmittitur vt nouiter dixi supra eod.consilio 109.
* Filiorum.] Istam opinionem in patruo faciente impensam doctoratus tenet Ias.in auct.quod locum.col.3.C.de colla. Natta.

CONSILIVM CXLIIII.

Habet allegationem contra dicta testium.

Quoniam abundè & rectè conclusum est per pręfatos celeberrimos dominos supra consulentes, paucis absoluam quæ in eandem sententiam concurrens dicturus sum. ¶ Constat in primis intentionem dominæ Ioannæ non esse probatam per dominum Franciscum & Pasquinum ex pluribus deductis in themate, & consilijs: ad quorum confirmationem adduco ea quæ inquit Bald. in l. si ex
1 cautione. in duodecima quæstione.C.de non nume.pec.†vbi dixit quòd vbi duo sunt testes quorum vnus deponit de visu tantum, alter de auditu : ideo dicuntur singulares quod non probant, nec iungi possunt, allegat not. per Cyn.in l.2. C. quæ sit long. consuet.dum tractat an testes singulares probent consuetudinem : & in proposito tractat idem Bald. in authen. nisi rogati. C. de testi. ¶ Sed ita est quòd Pasquinus deponit de visu tantum, cum dicat se nulla verba audiuisse nec intellexisse, quæ tamen erant substantialia in contractu matrimonij c. tuæ de spon. & not. glo.in l. cum notissimi. in prin.de præscrip. 30.anno. C.& Barto.in l.nuptias.ff. de reg.iur.& Bald.in l.ad recognoscendum.C.de inge.ma.& Io.de Imo.in l.1. §.si quis ita.ff.de verb.ob.& in l.ex facio. in princip.ff.de vulg.& pup.do. Francisca deponit de auditu ipsorum verborum quę non audiuit Pasquinus, ergo tales testes debent dici singulares : adeo quod dictum vnius non declaratur per dictum alterius secundum Bal. vbi supra. ¶Fortifico ex his quæ no. Bal.in l.vna.in 1.col. C.de confes.vbi dicit qđ in casu c. fi. de succes.ab intesta.Papa fidē non adhibet testi illi vnico qui deponat se vidisse archipresb. offerētem se & sua monasterio : quia testis incompetenter deponebat, scilicet se
* vidisse oblationem, quæ auditu percipitur:* ita ergo in proposito nostro non potest fieri fundamentum in Pasquino, qui de

ponit in effectu se vidisse contractum matrimonij, qui contra
ctus auditu percipitur propter verba in illo requisita, vt dixi.
2 ¶†Infringitur etiam dictum duorū testium istorū, quia vnus
detrahit alteri propter varietates & cōtrarietates annotatas in
puncto, & presertim dum vnus testis deponit ꝙ Christopho-
rus desponsauit d.Ioannam stantē, alius quod desponsauit eā
sedentem. Et vnus deponat ꝙ iurauit Christophorus sub ima
gine Crucifixi, alius super imagine beatę Mariæ, vnde per va-
rietates & contradictionem prædictam nedū ambo non pro-
bant, sed etiam nom remanet aliquis eorum integer testis ad
probandum semiplenè. ita voluit Bald. in repe.l.de quibus in
22.col.ff.de legi.dum tractat de singularitate testium, faciunt
no in l.testium. C.de testi.& in exemplo de Susanna. Et idem
not.Io.And.& Ant.de But.in c.in nostra.de testib. vbi dicunt
quod vbi duo testes inuicem contradicunt, neutrum dictum
3 valet. ¶†Accedit quia licèt dicatur ꝙ testes debent reduci ad
concordiam quandam vt probent: tamen illud est verū quan
do reperiuntur plures contestes saltem duo: vt in c. cum tu.
de testibus. sed vbi duo tantum sunt testes non contestes non
reducuntur ad concordiam: vt probent. ita dicit Io. And. in
addi. Spe.in tit.de teste.§.iam de interrogatorijs. in add.inci.
incautè posuerat &c. & Fed.de Senis in consilio 162.inci.do
mine Griffole.& Io.And. in c.in nostra.de test.& Ant.de But.
in d.c.cum tu.& sic non est tractandum de reducendo ad cō-
cordiam dictos duos testes vt probent. ¶ Et per hoc patet ꝙ
non est tractandum de supplendo probationem per famā plu
ribus rationibus. ¶Prima quia neuter dictorum testium, s.d.
Francisca, neq; Pasquinus probat: quia alter diminuit de fide
alterius, vt dixi: ergo frustra quæritur de supplendo per alias
non plenas probationes. ¶Secundò non est tractandum de fa-
ma: quia dico quòd etiam dato quòd sine fama esset semi-
plenè probatum de matrimonio, tamen per famam non sup-
plerent semiplenam probationem: adeo quòd esset integra
4 probatio, quod sic probatur. †Nam licet in ciuilibus suffi-
ciat semiplena probatio vna cum fama: tamen secus est in cau
sis criminalibus; vt est gloss. in cap. veniens. el 1. in versic.
cum altero illorum. extra de testi. quem ad hoc dicit esse sin-
gularem. Ioan.de Imol.in l.interesse. in fi.ff.de acquir.possess.
& sequitur Cyn.in l. fin.C.de quæstio.& Dyn. & Bald.in l.2.
in princ. de exc. tut. Paul.de Leaza.in repe.cap.grauis.in pe-
nult. colum.de deposi.& Bald.in l.si quis ex argentarijs. §. 1.
* ff.de eden. ergo idem debet esse in causa matrimoniali.* præ-
sertim quando tractatur de alio matrimonio infringendo,
prout in casu nostro hoc probatur ex notatis per glos. & do-
cto. in ca. mulieri. de iureiuran. & ex not. per docto. magis
communiter in c.fin. eod.titu. & per Bald.in l.in bonę fidei.
in secunda col. C.de reb.credi. vbi concludunt quòd quem-
admodum in causis criminalibus non est locus delationi iu-
ramenti in defectum semiplenæ probationis. l. maritus. cum
ibi not.ff.de quæstio.& not.in l.3. in prin.ff.de iureiuran. Ita
nec in causa matrimoniali in qua dicitur agi quasi de statu ho
5 minis: vt dicit glo.& doct. in dictis locis. ¶†Præterea etiam
non est probata fama quia vt in puncto dicitur, quidam testes
sunt consanguinei & affines mulieris qui stante disparitate
inter virū magis nobilem & mulierē minus nobilem non sunt
integri testes: not. Host.in titu.de teste. §. 2. ver. vbi autem.&
dom. Abbas in cap.super eo.de test.& præsertim vbi agitur de
infringendo aliud matrimonium: quo casu testes debent om-
ni exceptione esse maiores. c.1.& ibi not. Anto.de But.de con
6 san.& affi. ¶†Quidam etiam ex illis testibus sunt compatres.
a & licet Bald, in l.partes. C.de testi. dixit [a] quòd compater est
idoneus testis. eo quia non reperitur prohibitus, & edictum
d lam acceptare[d] & approbare, seu consentire : vt in clem. 1. de procura. & in l. si filius. ff. ad Macedo. & in l. cum tabernam. §. penul. & ibi.nota Barto.in fin.ff.de pigno.& Barto.in l. quo enim ff. rem rat. habe. & in l. Titius. ff. de consti. pe. & Bald. in rub. C.de fide instrumentorum in 19.col.in versic. quid de literis.per l.Publia. §. fina. cum glos.ff.manda.& not. Bald.in l.si literas. C.mandati.& in l.fin.ad Macedo.& in versic.quæro si contrahitur cum filio &c.nō potest dici quare nō idem dicendum sit in eo qui sua propria manu scripsit super dicto computo verba prædicta videlicet : conto de Rolandi-
13 no de Manfre.& frategli. ¶ † Nec puto in casu nostro referre ꝙ in dicta superscriptione non sit expressum nomen scribentis, attento ꝙ constat quòd est de manu Baptistæ ex comparatione vnius scripturę productę per Bapti.apparet qđ loquitur illa

illa scriptura de his quæ gesta sunt inter dictum Baptistam & Rolandinum. ad hoc facit. l.certum. ff. si cert.pet.& l.nominatim.cum si.ff.de condi.& demon.¶Optimè facit quod not. Inno.in c.2. de fide instru.& in glo.magna.in vers.sed in litera, & comprobabitur ex infra dictis. Nam per plures testes est probatum quod illa scriptura ratione competenti præcessisset de voluntate d.Bapt. de cuius voluntate transmissam do.Rolandino exceptis postis super additus manu dicti Rolandini vt deponunt plures testes recepti pro parte domini Rolandi.

14 Franciscus de graso. ¶ † Super tertio capitulo & sequentibus qui deponunt, quòd ita confessus fuit dictus Baptista præsente Roland. quæ confessio facta præsente parte est efficacissima probatio. C.de transac.l.cum te.& l.fin.C.de fideicom.l.generaliter.C.de non nu.pec.l.cum vulga. Ita etiam deponit Ioanninus de Arnulfis:& isti testes videntur esse contestes. tum quia deponunt de eodem loco dictæ factę confessionis: & etiam dictus Ioanninus vocat pro conteste Ioannem de graso prędictũ:

15 † & in dubio etiam nisi illud apparet præsumuntur contestes: vt not. Innoc.in c.qualiter & quando in 2.col.de accu.& Spec.in tit.de inquisitione.§.nunc tractemus.ver.super probatione autem infamiæ. & Bald. in l. de quibus. de legibus. in antepenul.col.& in l.1. C.de bon.poss. circa vlti.col.& Ioannes de Imola in c.cum oporteat.in 10.col.& do. Abb.moder. in c. cum Ioannes. circa secundam col. de fide instrumento.

16 ¶ † Nec obst. si dicatur quòd Ioanninus de Arnulfis deponit per verbum iudicio suo, testis autem non ita deponere debet sed per sensum corporeum.l.qui testamento. §.1.ff.de testam. in auth.de hęredi.& Falcid.§.si vero absunt.& in l.testium.C. de testi.& not. Bart. in l. quid tamen.§. si arbiter.ff.de arbi. & in l.1. in prin. ff.de vent. inspic. & Ioannes Andr. in additio. Spec.in titu. de teste.§.nunc. tractandum. in addit. incipiente.hic ergo &c.& Bald. in l.de quibus. ff.de legi.in 20.col.& Ange.in repeti.l.sciendum.de verb.obli. ibi propriè loquitur de teste deponente per illa verba scilicet iudicio meo: quia ad hęc respondeo quòd vbi alia verba adiecta non essent fortasse possent hæc stare. sed in proposito nostro plus est: quia iste testis deponit quod Rolãdi. dictam scripturam computi quam asserebat fuisse scriptam manu cuiusdam ministri domini Baptistæ & iudicio ipsius testis dicente & affirmante dictũ computum fuisse scriptum manu dicti sui ministri de mandato ipsius Baptistæ fuisse traditum dicto Rolandino.& quòd dictus testis cum pluribus alijs mercatoribus comparauit dictum computum debere haberi pro bono & vero. & in causa scientiæ dixit se scire prædicta quod pręsens fuit, vidit, audiuit, & terminauit vt supra. ¶Ex quibus dico quòd testis iste videtur bene probare : vt colligitur ex not. per Bart.in suo tractatu de teste.in 6.col.ver.testis super hoc deposuit dicens,quod sic si-

17 bi videtur &c.vbi dicit† quòd testis deponens per verbum,videtur:non probat, nisi hoc quod dicit sibi videri cõiunctum sit sensui corporis: vt si dixit vidisse vnum hominem & videtur sibi fuisse Titius,probauit illum esse Titium quem dicit se vidisse propter coniunctionem.vnius cum altero.sed iste testis deponit etiam audiuisse: & sic cum illo iudicio cõiunguntur illa verba denotantia sensum corporis scilicet qđ audiuit &c. ¶Pro hoc bene facit id quod not. Cyn. & alij, post eum maxi-

18 mè Sali. in l.testium.C.de testi.† vbi dicunt quòd licet testimonium non valeat de credulitate, tamen fallit quando testis iungit sensum corporis ex quo causatur illa credulitas, puta. sensum visus, auditus, & similia. per ea quæ habentur.in cap. literis. de pręsumptio. & ita not. etiam Ioannes Andreas in addi. Specu. in titu. de teste. §.1. super verbo item quod deposuit de credulitate. & Anto. de Butri.in c.quoties. de test. & Bald.in l secunda §. quod obseruari. C. de iura. calumnię. in 4. oppositione. & in l. testium in 5.quæstione. de testibus. ¶Et expressius ad propositum nostrum notat. Bald. in l.conuenticulam. in 6.col.C.de episcopis & clericis.vbi dixit quòd si testis deposuit per hęc verba credo quia vidi & præsens fui. probabit propter causam [e] scientiæ redditam per verbum vidi,& in validitate dicti probat,plus attendi debet ratio quàm dictum alleg. nota in l. solam C. de testi. & eò maximè : quia non videtur quòd intelligitur facta repetitio eius quod vitiaret.l.seruo alieno.§.si ab impubere.& l.si quis à filio. in princ. ff.de lega.1.l. Titia.§.penul.de verbo.ob. ¶Accidit etiam quia testis iste videtur deponere quod propter ea ipse & alij mercatores iudicauerunt standum esse illi computo : ergo hoc innuunt quod Bapt. fuerit confessus illud quod dictum est cum videatur testis iste se fundare in suprascriptione Bapti. de qua ipse testis nullam mentionem fecit.¶Corroborantur etiam depositiones ipsorum testium per alios testes, & maximè per id quod deponunt clarissimi doct. dominus Bar. de Compegio. & do.Iulianus pegenis, & etiam domi.Io.Franc.de Luchineo. & dicitur vacuis. & dominus de Azonibus & dominicus de

19 pistol. ¶†Quinimo posset iudex si dubitet de intellectu verborum dicti Ioannini testis repetere [f] ex officio eius: vt adhuc clarius habeatur dictum & intentio eius dato quod etiam attestationes essent publicatæ : iuxta c.cum clamor de testi.& c. cum Io.de fide instru.& not. glo. 1.§.quia vero.in auth.de testa.& glo. in ca. quoniam contra. de proba. & pro virili parte laborare debet iudex etiam post concursum in causa ad habendum veritatem, ad fundandam intentionem partis,iuxta l.generaliter.§.1.C.de reb.cred.3 0.q.vlt.iudicantem.l.vbicunq; de interro.ac.not.Inno.& alij in d.c.cum Io.& alij do. c.cum causam d.iure.calum.& in c.1.de iudi. ¶Et maximè vbi causa esset summaria iuxta ea quę voluit glo. multum not.in cle. sępe.in versi. interrogabit. de verb.signi. ¶Nec prędictis obsi dicatur quod attento quod postæ de quibus in scriptura computi non concordant, in summa debet præsumi diuersitas: quia ad hoc respondeo quòd non per hoc pręsumitur in casu isto diuersitas. patet per not.per Barr.in l.triticum. ff.de verb. oblig.in ver.eadem ratione puto.&c. & not.per Bald.in l.nostram. circa 4.col. C.de test.& per Ioan.de Imo.in l. plane.§.si eadem.ff.de leg. 1. & quia in puncto dicitur quod de hoc non est magna vis facienda, ideo latius super hoc me non extendo.Ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶Rata. nisi tacite appareret alterum ab altero præpositum. Petr. Peru.tract. de duobus fra.par.9.in prin. *Vide Alexa.& Ias.in l.si vnus in prin.ff.de pact. concludentes in societate priuata non posse agere vnum insolidum,secus in publica,vt in emptoribus gabellarum. Ad de etiam, quòd vnus socius vendit sine alio in mercibus, in quibus sunt socij,vt per Ale.consi.106.col.2.infrà eod.lib. Natta.

b ¶Subscribens supra lib. 1. consi.129. in fi.Alexan. Ias.d.§.Chrisogonus.Ias.d.§.Lucius de pac.l.cum antiquitas. col.fi. C.testa.in auth. si quis in aliquo documento.& ibi, ambo Decij.C.de eden.Anchar. consi.242.Geminia.c.si prote.col.1.de rescrip.in 6. Deci. c.quoniam contra.colum.23.de proba.consi.447.Matth.Afflic.Deci.Neapo 6.di xi in consu. pari. §.5. nu.42.in fi. * Vide Dec. in auth. si quis in aliquo.C.de eden. Natta.

* Testamentum.] Vide Felin.in c.vltra tertiam de testi. plenè. Natta.

c ¶Generalis Pau.d.consilio 216.in fi.lib.1.Dec.consil 442.in fi.

* In margine.] Ista opinio est periculosa, vt patet ex notatis per Feli. in c.1.col.fi.de fid.instr.& per Alex.in l.si vnus.C.de testa. Natta.

d ¶Acceptare dixi supra lib.1.consi.78.nu.1.

e ¶Causam supra lib.1.consi.169.nu.7.consi.133.nu.4.

f ¶Repetere infra lib.6.consi.238.

SVMMARIVM.

1 *Peritis paucis in eorũ arte plus creditur, quàm pluribus alijs.*

3 *Deponentes in specie præferuntur. nu. 5.*

4 *Testimonium sine ratione non valet in his quæ solo sensu non percipiuntur.*

7 *Testes non possunt produci post, publicationem etiam in peritia artis. licet produci possint in causa criminali.nu.8.*

9 *Equus morbosus ante venditionem talis postea præsumitur.*

CONSILIVM CXLVIII.

* Excellentissime domine Vicariæ in causa equi * empti per Franciscũ de bocca de ferris, a Iacobo de la Campana. Visis attestationibus vtriusque partis, & dubitationibus subtiliter formatis, Prçsuppono primò pro habenda veritate illius rei illud quod not. Specu. in titulo de homicid. §.1. versic. pone A. vulne-

1 rauit B.† vbi dicit quod si dubitatur an vulneratus perierit ex vulnere an ex alia causa standum est potius dicto medicorum quàm aliorum vulgarium quamuis medici essent pauciores : quia ipsi melius nouerunt factum. alleg.l. secunda§. exactis.ff.de origi.iur.& in auth.de non alienan.§. quod autẽ & l.se-

& l.semel.C.de re mil.lib.12.cum si. ¶ Et idem voluit Barto. in procemio florum.in 3.col.in versic. sed si discordant periti ab imperitis, peritioribus standum est propter eorũ bene fundatam scientiam l.diui fratres.ff.de iure patro. vnde refert Cy. ibi dixisse quod si quæritur an vulnus fuerit mortale, potius debet credi medicis. quàm illiteratis. per d.l.semel. ita etiam dicit Ange.in d.procemio ff.in prin.& quod creditur paucioribus peritis tenet Ant.de Bu.c.proposuisti.de prob. Ita etiam est de mente Spe. in tit.de proba.in ver.hoc quoque notandũ.
2 ¶† Item ꝙ cæteris paribus magis credendum est testibus affirmantibus, ꝗ̃ negantibus, vt est gl.no.in c.1.in gl.fi.de præscri. in 6.& no. Bal.in l.actor.C.de ꝓb.in l.2.in vlt.col.C.de resci. vend.& Io.Imo.in l.inter pares.ff.de re iud.& ita saluatur glo. in l.diem proferre.§. si plures.ff. de arbi. Itẽ ꝙ testes reddentes bonam rationem dicti sui etiam non interrogati præferuntur testibus non proferentibus bonam rationem dicti sui etiam si fuissent interrogati de ratione dicti sui vt concludit Ia.de Are. quem refert & sequitur Bal.in l.presbyteri.ad fi.C. de episco.
3 a & cle.& in c.1.§.sacrum.de consue.rec.feu. ¶† Item quod magis creditur duobus testibus in specie [a] deponẽtibus, quã pluribus in genere deponentibus. Ita inquit Nico. de Neap. in l. turpia.in prin.ff.de leg.1.per ea quæ no.Inno.& alij in c.audi tis.de præscrip. ¶ Item etiam ꝙ quando testes deponunt de eo
4 quod solo sensu non percipitur: † non sufficit dictũ testis, nisi etiam non interrogatus rationem dicti sui reddat.& no.Inno. in c.cum causam, quæ inter archiepiscopum.de test.& Barto. & omnes in l.3.C.de testi.in tractatu de testi. & Bald.& Ang. in l.cum hi.§.vult igitur.ff.de transac.cum concor.adeo ꝙ nõ sufficeret si diceretur vera esse cõtenta in c.q vidit & audiuit, nisi aliter declaret: vt no.Io.de Imo.in l.sciendum.ff. de verb. obli.in 10.col.per no.per Inn.in d.c.cum causam. ¶ Istis presuppositis reducendo ista ad rem nostram: dico ꝙ pro parte Francisci sunt examinati quatuor vel quinq; testes mareschalci, & periti qui cum expressione causarum & rationum depositionum suarum deponunt dictum equum fuisse bulsum: & ita cognouisse tam viuente equo quam eo mortuo, & schoriato, & aperto. Pro parte vero dicti Iacobi sunt examinati.14.testes, inter quos non est nisi vnus mareschalcus habens peritiam infirmitatum equorum: ergo pręferenda est probatio testiũ Francisci vt peritorũ, & si sunt pauciores: vt supra probaui. ¶ Sunt etiam præferendi dicti mareschalci quia deponunt de affirma
* tiua, & reddunt bonas causas scientiæ * & peritiæ: quod non faciunt testes partis aduersæ deponentes de negatiua.ergo præ
5 feruntur testes Francisci vt supra est ostensum in iure. ¶ † Item præferendi sunt testes Francisci quia deponunt de tẽpore quo dictus equus fuit venditus per dictum Iaco. dicto Francisco, vel postea: quo casu statutum præsumit equum fuisse morbosum tempore venditionis: vt no.Cy. & Bald.in l.1. C. de ædi. ac.& Io.And.in addi.Spe.in tit.de emp.& ven.§.sciendum.su per ver.& no.quod in venditionibus.& no.doc.post gl.in l. 1. C.de emen.ser.& Bal.in l.2.in 3.q.C.de resci.vend.& Ang.in l.sciendum.in fi.ff.de ver.ob.& Moder.in l.si quis cum aliter. ff.de verb.obli.in c.2.de cleri. percus. & statutum declarat in effectu quomodo accipiatur illud incontinẽti. ¶ Sed testes partis aduersæ aut non deponunt in specie de limitato tẽpore suæ mensæ, vel deponunt de tempore ante tempus venditionis factæ dicto Francisco. Vnde sicut ista simul tempore venditionis factæ Francisco apparet, & comprehẽdi posse equum esse bulsum: ante dictam venditionem tempore quo deponunt testes dicti Iacobi, non posset tunc ita apparere & deprehendi an esset bulsus & sic non deponant testes Iacobi de tempore contractus, vel post non concludunt contra Franciscũ.l. eum actũ cum ibi not.per Bar.ff.de neg.gest. ¶ Et in specie ostendo sigillatim iuxta prædicta testes partis aduersæ non probare. capio enim primò dictum Philip. testis dicti Iacobi, & iste est vnus non mareschalcus seu peritus ægritudinis equi. Item deponit de tempore quo tractauit mercatũ dicti equi cum capitaneo: & sic antea contractum venditionis factæ Francisco: & consequenter non probat, vt dixi. magister Antonius mareschalcus
6 testis est vnicus & singularis qa nullus alius peritus in ista arte deponit pro Iacobo & † vox vnius periti non sufficit: vt in §.ꝙ autem.in authen.de non alie.l. comparationes.C.de fi.instru. & ibi Bal.& Saly.in l.1.in prin.& ibi no.Bar.ff.de vẽtre inspi. & Bar.& alij in procemio florum.& Bald.in d.l.directas.C.de test.manu.& Bar.in l.fi.ff.de sica.& not. Bart.etiã in l.quoties. C.de ponderato.& auri.lib.11.& doc.in c.proposuisti de proba. ¶ Item iste testis non assignat aliquam specialem rationem dicti sui, nisi quod per ea quæ vidit ita iudicio suo videtur sibi ꝙ non sit bulsus: hoc autem non sufficit in his quæ non percipiuntur solo sensu corporis, vt declaraui supra. ¶ Item deponit ꝙ fuit de mense Februarij suo iudicio, & sic potuit esse ante tẽpus contractus venditionis factæ Francisco. Item testes periti cognouerũt etiam per inspectionem pulmonis marcidi quod quidem non vidit iste testis vt ipse dicit. ¶ Florianus Pelacanus tertius testis non probat quia licèt dicat quod vidit interiora equi sana; tamen non dicit se peritum in modum cognoscẽdi an essent sana, & ipse non cognouit vt contingit in Dominico Cosano teste.d. Iacobi, vt comprehendi potest ex depositione sua: vnde ei credendum non est: quia non est peritus. & ipsemet affirmat ꝙ magister Luchinus Mareschalcus & peritus iudicauit: equum esse bulsum. ¶ Petrus Stacarius quartus testis non probat eadem ratione quia non est peritus, & deponit de auditu ab alio quod testimonium non est sufficiens.l. testium. cum ibi nota.& plenè in c. cum literis.de testi. ¶ Dominus Antonius quintus testis probat potius cõtra Iacobum: quia dicit quod quando dictus Franciscus equitabat dictum equum, habebat anhelitũ grossum. ¶ Philippus Beccarius sextus testis nõ probat, licèt dicat quod vidit interiora equi sana quia potuisset esse ꝙ non cognouit ex eo quia non est peritus in talibus, vt ipsemet fatetur ergo &c.per iam dicta supra. Et idem est defectus in Iacobo Beccario septimo teste. ¶ Raynaldus Armiger octauus testis non probat quia deponit de statu equi de mense Ianuarij, vt colligitur ex dicto suo dum dicit ꝙ licèt sint tres menses &c. Venditio autem facta fuit Franc.die 13.mensis Februarij. item deponit de equo baio & claro, & quæstio est de equo baio scuro, & dicit ꝙ mag. Luchinus etiam de mense illo dixit: questo cauallo arpino de bonchadel catino el pretio acconciara ogni cosa. Item nõ est peritus. ¶ Dominicus Cuzarus testis nonus non probat: quia non est peritus tum quia est sibi contrarius.l.qui falsa.ff.de testi.l.eos.ff. de fal. nam primò dicit ꝙ interiora equi erant sana.postea dicit ꝙ vna pars pulmonis erat marcida: vt sibi fuit ostensum per peritos. ¶ Melchior notarius decimus testis deponit potius contra Iaco.quia dicit quod qñ Franc.equitabat equum, vix poterat habere anhelitũ. ¶ Ser Iacobus notarius non probat, tum quia non potest dici peritus arte Mareschalci deponentis pro nobis. Item quia dicit quod non vidit equitari dictum equum, nec currere, nec interiora equi: & sic non potuit ista bene perpendere, sicut testes Francisci qui prædicta viderũt. ¶ Duodecimus testis est dominus capitaneus qui nihil probat: quia dicit ꝙ nescit iudicare an esset bulsus. Item deponit de auditu alterius. Item non recordatur de tempore, nec de signis equi, & sic non concludit de tempore post venditionem, nec de equo de quo est quæstio. ¶ Peregrinus 13.testis probat potius contra Iac. quia dicit ꝙ quando Franciscus equitauit equum, arbitratus est ipse testis ipsum equum fuisse bulsum aut refrigidatum. ¶ Iulianus Armiger vltimus testis non probat quia fatetur se non habere notitiam ac peritiam infirmitatum equorum. item deponit de tempore post venditionem. ¶ Per prędicta patet non obstare qđ
b sententia lata ex dicto peritorum in arte nunquam [b] transeat in rem iudicatam, & super publicatis etiã attestationibus posse duo testes produci: quia posito ꝙ ita esset veruntamen non sunt producti tales testes quia reprobant testes Francisci, vt pa
7 tet per prædicta. ¶ † Omitto quod dici posset non posse [c] post
c publicatas attestationes produci testes. etiam in casu quo producuntur periti in arte, vt expresè voluit do. Abb.in d.c.proposuisti.per regulam.c.fraternitatis.de testi.& in cle. 2. eo.tit. nec si bene inspiciatur contrarium dicit ibi Ant.de But. ¶ Nec Io.And. dicit aliquid de probatione testium quæ non est necessaria seu non est de substantia quo ad validitatem sententię, iuxta no.per glo.in c.fi.de hæreticis.in 6.per Barto.in l.prolatam.C.de sen. ¶ Præterea Ioan.An.loquitur in causa criminali
8 † in qua etiam post publicatas attestationes possunt produci testes.l.diui fratres, & ita no.Bar.ff.de pœnis cũ concor. ¶ Nec ob.quod aliqui testes dicti Iacobi ex prędictis deponant quod viderunt interiora equi sana, quia supra responsum est tales q dicũt se vidisse interiora sana sunt quatuor scilicet Florianus, Petrus, Phili. & Iacobus omnes imperiti: nostri vero quinque periti.

periti. Ex quibus saltem tres dicunt se vidisse interiora non sana: & tūc hic deponit Dominus Cuzonus testis Iacobi si bene totum eius dictum legatur, ergo per superius dicta pręferendi sunt testes Francisci maximè quia periti seu peritiores in talibus sunt etiam vltra prædictos testes Francisci quatuor testes
6 Ferrarienses inter quos aliqui sunt periti deponentes qđ † ante venditionem erat bulsus, vnde præsumitur postea etiam bulsus, nisi contrarium probetur, vt no. glo. & docto. in c. cum inter canonicos. in versi. recusentur. de elect. & no. glo. q. 9. indicas. & gl. in c. fin. in versi. competen. de succes. ab intestato. cū simi. ¶Ex quibus omnibus concluditur probatam esse optimè intentionem dicti Francisci. Reliqua suppleat præstantia celeberima domini vicarij. Et si quid contra prædicta occurrat, non pigeat obsecro aut me vocare aut duo verba rescribere, vt res bene discutiatur & veritas habeatur. Ego Alexan.

ADDITIONES.

* Equi.] De equo commodato, qui dicitur fuisse redditus infirmus, & propterea mortuus, habes Alex. consi. 184. li. 7. aliàs 183. Natta.

a ¶Specie supra. consi. 77. nu. 6. lib. 1.

* Scientiæ.] Adde Bal. in terminis in auc. Omnes peregrini in fi. C. cōmu. de success. ꝙ duo testes dicentes equum bulsum præferuntur duobus dicentibus non bulsum. Natta.

b Nunquam. Ro. consi. 228. col. 10. Iason. l. si conuenerit. col. fi. de reiu. in l. admonendi. de iureiu. sed contra tenet Marius Sa. instit. de iure natu. gen. & ci. §. respōsa prudentū per l. diui fratres. ff. de iure patro.

c ¶Non posse. & placet licèt Franc. Are. d. c. fraternitatis col. 14. nu. 53. sequatur communem sententiam: quam non puto veram nisi ex magna ratione & iudicis offi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis sicut prodest fideiussori: ita correis.*
3 *Debitor suijpsius quis esse non potest.*
4 *Fictio non potest induci ab homine.*
6 *Cedere vel statuere contra seipsum nemo præsumitur.*
11 *Testes duo sufficiunt contra præsumptionem instrumenti.*

CONSILIVM CXLIX.

Viso processu causæ inter Pe. ser Nicolai agentem & Aldroandinum & Iacobum de Fallopijs reos conuentos: & Ioannem & Perdonum de Nicola pro interesse suo comparentes, & visis his quę subtiliter & eleganter scripta & in iure allegata sunt per clarissimos dominos aduocatos Petri. ¶Videretur in prima cōsideratione dicendum instrumentū cuius executio pro parte dicti Petri petita est, non esse exequendum stante maximè exceptione compēsationis opposita per dictos Ioannem, & Perdonum pro interesse suo comparentes. ¶Nam cum in dicto instrumento Aldroandinus, Iacobus, Ioannes, & Perdonus prædicti sunt plures correi exceptio compēsationis & regulariter quælibet alia exceptio opposita ab vno ex correis ad quem peruenit res vel quantitas propter quā creata est alia obligatio correorū prodest omnibus illis correis. hanc generalem doctrinā tradidit Bar. l. ex duobus. in 14. q. ff. de duo. reis per l. sed iul. §. idem alle. l. si duos ff. ad mace. ¶Et probatur.
1 in l. verum & in l. seq. ff. de compen. † vbi exceptio compensationis ex persona debitoris principalis prodest fideiussori, ergo idem debet esse in pluribus correis quando res vel quantitas propter quam obligati sunt peruenit ad aliquā ex eis quia tunc dicuntur adinuicem fideiubere. l. vir vxori. §. 2. & ibi no. ff. ad velle. & l. si pro parte. §. fi. ff. de in rem verso. plenè not. Bart. & alij. in l. reos. in princ. ff. de duo. reis. ¶Quod autem dicti Io. & perdonus sint creditores in quantitate de qua compensatio opposita est liquet ex liberis manu dicti Petri productis in actis & recognitis per dictum Petrum & per consequens contra eū fidem faciunt. l. scripturas & ibi plenè Bar. & alij. C. qui pot. in pig. hab. & in auth. de instr. cau. & fid. §. si quis igitur. cum ibi no. Attento ꝙ omnia debita & credita de qbus in dictis libris spectant ad præfatos Io. & Perdonum vt luculenter sonare videntur verba instrumēti diuisionis apud acta producta, & maximè colligitur ex illis verbis instrumenti versi. cum omnibus & singulis libris rationum, instrumentis & iuribus ipsorū fratrum & inter eos communibus, nec non in omnibus & singulis debitis & creditis actiuè & passiuè ipsorum fratrum &c. ¶Et idem fortificatur ex verbis alijs sequentibus videlicet: & generaliter cum omnibus & singulis debitis actiuè & passiuè quaruncunque quantitatum, quacunque causa &c. ¶Accedit quia in eodem instrumento dictus Petrus promisit omni studio & diligentia pro posse suo arbitrio boni viri procurare, & exigere omnia & singula credita ac omnes & singulas denariorum quantitates & bona ipsius Ioannis & Perdoni vigore dictæ diuisionis debitas & debita, descriptas & descripta in & super quolibet libro alterius inter eos fratres omnes communi signato A. prout latius in d. instrumento continetur. sed ita
2 est quod † ille qui tenetur pro aliquo ab alijs exigere, tenetur
* etiam a seipso exigere.* l. tutor. ff. de fideiu. l. si pupilli. §. fi. ff. de neg. ge. l. si negatio. ff. man. ergo Petrus a se exigere tenebatur id in quo est debitor secundum quod apparet ex inspectione dictorum librorum. ¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure proculdubio probabiliorem ex infrascriptis puto esse. ¶Et in primis moueor quia licèt regulariter quando vnus est creditor creditoris sui non fiat ipso iure compensatio sed requiratur ꝙ a parte opponatur compēsatio. l. verum in ver. malè peto. & ibi no. l. quod Labeo. ff. de cōpen. & plenè legitur & no. in l. si constat. C. eo. ¶Tamen quando poneremus qđ vnus esset debitor ipsiusmet, & sic vnus esset debitor & creditor, tunc ipso iure fit compensatio seu extinguitur actio: quia est impossibile debitum & creditum esse in eodem subiecto. l. hæres a debitore. §. quod si stipulator. & ibi glo. in ver. perinde. & l. Vranius. in prin. ff. de fideius. l. Stichum. §. ad
3 ditio. ff. de sol. ¶Vnde videmus† quod quādo debitor succedit creditori ipso iure extinguitur actio: quia in persona hæredis simpliciter adeuntis non potest consistere debitum & creditū i. quod ipse sit debitor. ff. de fideiuss. & d. §. ꝙ si stipulator. & ibi no. cum concor. ¶Ex hoc infertur quod cum in dictis libris Petrus & fratres sint descripti debitores ipsorummet fratrū illud tale debitum fuit etiam ipso iure extinctum & per consequens dici non potest quod exactio quæ competebat contra dictum Petrum sit cassa & translata in dictos eius fratres vigore instrumenti diuisionis: quia vt dixi nulla actio competebat. ¶Et si diceretur ꝙ ipsimet fratres dum erant in communione fingebant trafficum seu mensam suam esse creditorem, & fratres ipsos esse debitores mensæ & traffici, vt frequenter faciūt mercatores vt facilius rationem mensę & traffici intelligere & conspicere possint. Respōdeo dupliciter ad hoc. ¶Primò quod talis fictio nō possit habere iuris affectum adeo quod illud qđ de iure impossibile est efficiatur possibile: cum impossibile sit aliquos esse debitores & creditores ipsorummet iuribus pro-
4 ximè alle. † Nam licèt lex fingere possit: tamen homo fictioné habentem iuris effectum inducere non potest. l. si forte. ff. de castren. pecu. l. si quis in fundi vocabulo de le. 1. no. Bart. l. si is qui pro empto. in 1. q. prin. in versi. item dubitatur, nam videtur &c. ff. de vsusc. ¶Secundo respondeo. nam si dicamus ꝙ mensura & trafficum fingatur esse creditor dictorum fratrum & per consequens dicti Petri necesse est quod repræsentantes dictum trafficum agant. sed ita est ꝙ dicti Io. & Perdonus promiserunt facere & curare cum effectu ꝙ creditores ipsorū fratrum vel alicuius eorum nullam litem aut molestiá eidem Petró siue in eius bonis præsentib. vel futuris mouebunt nec mouenti consentient & quod nullum damnum prædictorum occasione incurreret Petrus a quo promisserunt eum indemnem cōseruare: ergo si trafficum est creditor oportet trafficum aut præsentantes ipsum agere ad dictum debitū ex quo fit vt tunc succedat obligatio de qua proximè dixi. s. ꝙ Io. & Perdonus teneantur curare cum effectu ne talis lis aut molestia inferatur Petro & eum indemnem conseruare. si ergo tenētur Io. & Perdonus ad defendendum & conseruandum indemnem Petrū, quantomagis si ipsi agerent repellendi sunt. l. vendicantem. cū
5 l. seq. ff. de euic. l. 1. §. ꝙ autem. ff. de superfi. † & ille qui compensationem opponit agere dicitur. l. amplius non peti. ff. rem ra. hab. no. in c. cum inter. de excep. ¶Deniq; videtur vltra prędicta casus in indiuiduo decisus per ea quæ no. Bald. in l. 2. C.
6 an seruus ex suo facto. † ꝙ nemo cedēdo actiones præsumitur
* cedere actiones contra seipsum* per l. si peculium. §. sicut. de pec. leg. quod dicit Bald. esse not. ¶Ex quo infert Bald. in d. l. 2. post Iaco. de Are. ꝙ statutum ciuitatis nunquam interpretatur contra rem publicam in eo quod potest tangere alios. pro hoc est etiam glo. no. in l. emptor in ver. actiones vtiles. C. de hære.
7 vel act. vendi. † quæ vult ꝙ venditor hæreditatis transferendo iura in emptoré non possit vigore translationis conueniri posita

8 stea ab emptore si ipse venditor erat debitor hæreditatis. Et ideo dicit Bal. † q; si communitas vendit gabellam ᵃ salis Titio &
a postea emat sal. non tenebitur soluere gabellam; quia communis non intelligitur transtulisse in emptorem ius exigendi gabellam ab ipsamet communitate vendente. ¶ Ad hoc l. licitatio. §. fiscus. & ibi hoc etiam not. Barto. ff. de pube. ergo in illa translatione nominum debitorum facta in dicto instrumento diuisionis non videtur Petro concessisse quòd comprehenditur cessio aliqua contra ipsum tanquam contra debitorem. ¶Bene faciunt no. per Bald. in l. consulari. ff. de sena. per l. frater a fratre. in fi. cum concor. ff. de condi. indeb. Rursus videtur per testes tam actorum quàm reorum esse satis aperte probatum quod ante confectionem dicti instrumenti, & etiā post, fuit de intentione ipsarum partium q; Petrus esset immunis a
9 debitis. † illud verbum immunis importat idem quod indemnis. in auth. item prædium. & ibi glo. in versi. immunitatis. de sacrosan. eccl. ¶Si ergo debet seruari immunis, importat idem quod indemnis a debitis: sequitur de necessitate qd dicti Ioannes & Perdonus non possunt allegare eū teneri ad aliquod debitum persoluendum. Et in hoc concordat sine dubio maior pars testium, hic productorum, quibus standum est l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. c. in nostra. cū ibi not. de testi. & præsertim quia etiam de testibus scriptis in instrumento diuisionis quia examinati sunt in causa, maior pars examinatorum concordat in eo quod dixi, videlicet q; fuit actū quod Petrus esset immunis a debitis &c. nam hoc deponit Antonius ser columbi, Philippus de la melza. Hieronimus de Lignazano, & magister. C. super interrogatorijs. ¶Vnde dato q; in aliquo repugnarēt duo testes, ex discriptis in instrumento præferrentur dicti quatuor testes, glo. in §. item verborum. insti. de inuti. stip. & no. Bar. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. test. ape. & no. doct. in c. cū Ioannes. de fide instru. in l. in exercendis. eo. titu. † & tunc quando plures testes de numero descriptorum deponunt affirmatiuè super effectu instrumenti aliter quam dicit instrumētum, prævalent pauciori numero testium examinatorum & descriptorum in instrumento, non obstāte authoritate tabellionis: quia propter testes illos instrumentarios est confusa. secūdum Ang. & Imo. in d. §. si quis neget. ¶Et hoc maximè verum est in casu nostro in quo cum testibus instrumentarijs deponentibus pro actore concurrunt plures alij testes, qui non sunt instrumentarij, Ioannes Serini de Mongardino, & Ange. & Geminianus. ¶Attento quod etiam testes, qui non fuerūt descripti in instrumento, admittentur ad probandum instrumētum sicut descripti: vt no. glo. in d. §. item verborum. & plenè probat Inno. & Io. An. & Io. Cal. in præalle. c. cum Ioannes. & hęc vera etiā dato q; isti testes dicerentur contradicere formalibus descriptis in instrumento, vt no. in dictis locis. quanto magis in casu nostro in quo si bene inspiciantur testes non contradicunt instru
11 mento, sed addunt siue declarant. † & certum est q; vbi testes non repugnant directò his quæ descripta sunt in instrumento, sufficiunt duo testes etiam si deponerent contra præsumptionem resultantem in instrumento: vt no. Ang. in l. iurisgentium
b §. qd fere ᵇ & ibi etiā Bal. in lec. antiq. ff. de pac. per id quod ibi no. gl. & Cy. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. ¶Et per hoc patet instrumentum predictum exequendū prout est petitum. & dato q; dicti Ioannes & Perdonius possint exceptionem compensationis opponere pro interesse suo: tamē dico quod illud de quo opponunt exceptionem non est eis debitum adeo quod possint compēsari, vt suprà probatum est. per consequens etiam nō ob. id quod dicebatur videlicet qood Petrus debet ista exigere: quia respondeo q; Petrus promisit exigere credita quæ ad Ioannem & Perdonum spectabant vigore diuisionis. sed illud creditum in persona Petri nunquam fuit saltem ipso iure a prin. extinctum, vt est ostensum: ergo virtute dictæ diuisionis non est translatum in eos &c.

ADDITIONES.

Exigere.] Concor. tex. in l. quoties. §. item si temporali. ff. de administra. tuto. Natta.

Contra seipsum.] Vide quæ scribit Alexand. in l. fratre à fratre. col. 2. ff. de condict. inde. ibidem Iaso. 14. notab. Barb. in l. cum acutissimi car. 13. Gramma. consi. 2. col. 3. posito post decisiones. Natta.

a ¶Gabellam. idem Albericus. Bar. d. l. licitatio. §. fiscus. Ang. l. vniuersi. C. de vect. & con. An. Bal. Io. de Pla. l. 1. de naui. libr. 11. Bertachinus tra. gabel. 7. parte princi. col. 6. Fran. Luca. trac. priui. fisci. 4. q. prin. q. 16. licèt Bar. sibi contrarius contra velit in d. l. 1. & consi. 226.

b §. quod fere. & ibi Alex. Ias. Fely. c. translato. de consti.

SVMMARIVM.

3 *Statutis subijci & forum sortiri a pari procedunt.*
6 *Spurius iure communi non succedit patri, & econuerso.*
7 *Lucrum non hæreditarium sine cognitione transmittitur.*

CONSILIVM CL.

Viso themate suprascripto & tenore dicti statuti, & his quę subtiliter & elegāter deducta sunt per celeberrimos dominos supradictos consulentes in eadem sententia cō
1 currens. ¶Puto esse verum † quod dictus Petrus pater dictæ d. Antoniæ fuerit de personis vocatis per dictum statutum ad dictam partem dotis, & illam transmiserit ad dictos eius filios & hæredes. nam in dicto Petro & in dicta Antonia concurrebāt omnia requisita a dicto statuto deferente dictam tertiam partē dotis proximioribus in gradu: quia dicta Antonia potest dici de terra Prati origine paterna, eo quia in instrumento dotis celebrato cum dicto Michaele denominatur & renunciatur dictum Petrum esse de Prato, vt patet ex illis verbis, confessus est habuisse pro dote dominæ Anto. filiæ Torelli de Torellis de Prato &c. Nam illa qualitas loci postposita refert ad omnes illos comprehensos sub illa oratione. l. doli. in prin. & ibi Barto. ff. de seruo cor. iuncta. l. in prin. eo. tit. & l. mulier. §. Titio. cum ibi not. per Bar. in prin. ff. de condi. & demon. & quod no. Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. ob. & l. 4. §. erit
2 quæ differentia. ff. vi bon. rap. ¶†Et illa verba enunciatiua prolata in instrumēto faciunt fidem inter easdem personas. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. l. quidam. ff. de prob. not. doct. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & in l. ex his. C. de testa. mili. cum concor. ¶De Prato, iste locus denotat originē. l. 1. in fi. & ibi not. Bald. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. sed & reprobari. §. amplius. in verbo, remanens. cum glo. & iunctis ibi no. per Bal. ff. de excu. tut. & expresse Bal. in l. prouinciales. in fi. ff. de verb. sig. & Bal. in auth. vt omnino. in 8. col. C. ne vxor pro marito. ¶Quinimo dato quod nō esset Petrus nec domina Anto. origine Pratenses, tamen attento quod in instrumēto dotis prout per dominum consultorem primum refertur cautū est quod dicta restitutio dictę dotis debeat fieri, ac si quęlibet pars esset de terra Prati in origine: vt d. l. 1. in fi. ff. de tut. & curat. da. ab his quæ proximè dixi. & in fine dubij potuerunt par
3 tes se subijcere dictis legibus: † quia subijci & forum sortiri a
a pari ᵃ procedunt, vt in c. animarum de consti. in 6. & not. Ioan. Cal. in sua disputatione incip. clericus quidam Florentinus. & Ant. in c. quod clericis. de foro compe. ¶Sed ita est quod pacto potest quis se subijcere foro alieno. l. 2. & 3. in prin. ff. de iud. l. conuenerit. & l. est receptum. ff. de iurisf. om. iud. c. cum olim Abb. de offic. deleg. ergo potuerūt se per pactum subijcere sta-
4 tutis eorū. ¶† Nec ob. qd mater est par in gradu cū patre, vt in auth. de hæred. ab intest. §. consequens. quia ad hoc potest responderi primò quod ista exceptio non excluderet Petrum in totum, sed solum in parte. ¶Denique fortius videtur dici posse quod etiam ex parte aliqua per matrem non fuerit exclusus dictus Petrus: vt ex dicto themate colligitur, patet quia ex forma statutorum in successione est proximior & potior matri etiam quando tractatur de succedendo spurio. ¶Fortificatur quia statutum debeat interpretari secundum ius commune. l. si serui vestri. C. de noxa. c. cum dilectus de consue. l. fi. §. In computa-
5 tione. C. de iure delib. ¶† Præterea iuri consonum est, q; cum iure communi dos profecta mortua filia in matrimonio sine liberis ad patrem potius quàm ad alios reuertatur. l. dos a patre. C. solu. mat. & l. si ab hostibus. in prin. ff. solu. matri. l. 2. C. de bo. quæ lib. & in bonis prouentis a linea paterna potiores sint ascedentes a linea paterna quàm materna: & est tex. secundum magis communem intellectum. in l. quod scitis. C. de bo.
6 quæ libe. quod præferatur dictus pater matri. ¶ † Nec insuper ob. quod dicta domina esset filia spuria, & sicut non potuisset succedere patri: vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. l. 1. C. de nat. lib. ita nec contra pater potest succedere filiæ spuriæ, vt no. Azo in sum. C. de legi. hęr. & Bar. in l. fi. in 1. col. ff. de his quib. vt indi. & in l. 1. in fi. prin. ff. de bo. pos. contra. & l. si quis sub cōditione prope medium. ff. de test. tute. & Dy. in tractatu de

de ſucceſſ.ab inte.& Bal.in auth.licèt.C.de na.lib. & in repe.
l.1.in 16.col. in verſi.ſuper ſexta &c.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.
Gallus.§.1.in 6.col.ff.de lib.& poſthu.¶Quia ad hoc reſponde
tur quia vt in themate præſupponitur quod ſtatuto cauetur
quod talibus filijs ſuccedatur quemadmodum ſi eſſent legiti-
mè nati: ergo bene apparet de mente ſtatuentium fuiſſe : quia
in hoc non differat legitimè natus ab illegitimè nato. ¶ Et ſic
verificatur id quod inter cæteros dicit.d. Abb.in c.in præſen-
tia.de proba.in 8.col. vbi concludit ꝙ vbi poteſt apparere de
tacita voluntate ſtatuentis, vel alicuius diſponentis ſiue ex ver
bis poſitis in ipſa diſpoſitione, ſiue ex eo: quia ſit eadem ratio
ſemper appellatione filiorum veniet filius etiã non legitimus,
maximè per no. per Cy.in l.quiſquis.C.ad l.iul.maie.& l.qui-
cunque.C.de ſerui.fugi.¶Bene faciunt not.per Bar.in l.ius ci-
7 uile.ff.de iuſti.& iur.¶† Nec etiam obſtat ſi dicatur quod de-
ceſſerit Petrus ſine aliqua agnitione lucri : qa dico quod tale
lucrũ quod non defertur vt hęreditas vel pars hęreditatis trãſ-
mittitur etiam ſine agnitione, vt probatur in l.ſi arrogator. in
prin.ff.de adop.vbi filius arrogatus trãſmittit ad hæredes ſuos
quartam partem bonorum non agnitam, & ſibi debitã in bo-
nis arrogatoris ex conſtitutione diui Pij , & illum text.ad hoc
ibi ponderat Bart.in no.repe. ſua quæ hodiernis temporibus,
& a non multum longo tempore citra inſeritur in lecturis Bar.
¶Idem voluit ipſe Bald.in 2.col.vbi dicit idem in lucro dotis
quod defertur marito ex forma ſtatuti. & ponderanda eſt vna
* ratio quam idẽ ponit.ſ.quia defertur titulo ſingulari: * & illa
eſt melior ratio ibi reddita per eum dum dicit quod virtus ſti
pulationis & contractus hoc operatur . ¶Nã alia non eſt bona
8 ratio, vt patet ex no.ibi per gl.in ver.4.¶† Idem videmus in le-
gitima filio debita in bonis cuiuſcunq; vel in iure petendi ſup
plemẽtum legitimæ: quia tranſmittitur etiam ſine agnitione*
* ad quoſcunque, vt probat Sali.in l.ſcimus.in princ. in 1.q.C.
de inof.teſt.bene faciunt no.per Bal.in l.2.in prin.in vlt.q.ver.
ſi.C.de lib.præte. quia legitima non eſt quota hæreditatis, ſed
bonorum.l.pap.§.quarta.ff.de inof.teſt.bene facit tex.in auth.
hæc res.C.de ſecund.nup.& quod no.Bar.in l.generaliter.§.in
his.C.de ſecun.nup.quem alle.vltimus dominus conſultor.
¶Nec ad hoc ob.quod plenè ſcribit Ang. in conſi.81.inci.do.
Maria. de Baſtardis contraxit &c. Vbi videtur per aliquas ra-
tiones, tenere cõtrarium, quia reſpondeo quod Ang. ibi malè
dicit p dictas rationes, & authoritates: & certe rationes Ange.
non videntur efficaces, moueor enim quia dos eſt ius vniuerſa
le.l.quod dicitur.ff.de impen.in rep.do.fac.l.1.poſt.prin.ff.de
dote.præle.no.per Bar.& doc.in rub.ff.de pet.hæ.vnde verbũ
commune relatum ad vniuerſitatem trahitur ad ſucceſſionẽ
directam ſeu ad hæreditarium titulum, vt not.in l.his verbis.
ff.de hære.inſtit. Nam hæc ratio non videtur bona & eam per
b plura impugnat [b] Ioan. de Imo.in c.Rayn.in 6. colu. de teſta.
¶Nam ſequeretur ſecundum eum quod ſi teſtator diceret & re
linquo Titio peculium, cum peculium dicatur ius vniuerſale.
l.peculium naſcitur.ff.de pec.& no.Bar.in d.rub.& in d.l.itẽ
veniunt.quod videretur inſtitutus hæres quod non eſt dicen-
dum. Nec reperitur iure cautum : & alio caſu loquentur ea
quæ habentur in d.l.his verbis ſcilicet quando relinquerentur
omnia bona vel quota omnium bonorum. Adducit etiã Ang.
quaſdam alias rationes quę quantum ad propoſitum noſtrum
ſunt ſatis debiles & faciles eſt reſponſio.vel dicamus ꝙ Ange.
loquitur quando lucrum dotis a ſtatuto deferebatur filijs iure
hæreditario, vna cum hæreditate.ſecus eſt in caſu noſtro.vt in
d.l.ſi arrogatori.cum ſi.ſupra allega. ¶ Nec vltimò obſt.quod
domina Antonia de illa tertia parte illud diſpoſuerit in vita
donando alijs. Quia reſpondeo per id quod dicit tex. in c. 1.
in prin.ibi, nulla ordinatione &c.de ſucceſſione feudi.& quia
hoc non videtur habere probabile dubium , vlterius non in-
ſiſto &c. Ego Alex.Bononiæ.

ADDITIONES.

a ¶ A pari.infra eod.conſi.211.col.1.
* Singulari.]Iſta etiam ponit Iaſ.conſi.59.lib.1.Alexan.in l. cum anti-
quioribus. col.2.C.de iure delibe.Iaſo. latè in l. ſi arrogator.col.2.
ff.de adopt. Natta.
* Agnitione.]Idem tradit Alex.conſi.188.in prin lib.6. Natta.
b ¶ Impugnat.& bene licèt Alexan.eadem abutatur. infra lib.3. con-
ſilio 17.ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Filia debet eſſe dotata tempore mortis patris vt excludatur.*
3 *Filia non cenſetur excludi niſi ab hæreditate dotantis.*
4 *Statutum quod filia nupta extra terrritorium non ſuccedat, valet.*
5 *Caſtrum exemptum retinet eadem vetera ſtatuta.*
6 *Fides ex longiſſimo tempore bona præſumitur.*
7 *Reſtitutio ex clauſula generali non datur contra præſcriptionem 40. annorum.*

CONSILIVM CLI.

Viſo themate ſupraſcripto, & allegationibus elegantiſſi-
mis ſuper eodem factis. ¶ Et his quæ deinceps co-
* pioſè deducta ſunt per celeberrimũ dominum conſulentem*
in fauorem dictorum nobilium de Canatijs. ¶ Ego in eadem
ſententia concurrens quam breui ter aliqua ad confirmationẽ
factæ concluſionis, & in primo & ſecundo dubio ſubiungam.
1 ¶ † Vnde circa primum quæſitum videtur eſſe concluſionem
ꝙ ambo illa duo ſtatuta teneant. Nam ꝙ valeat ſtatutum quod
filia vel ſoror dotata vel à patre vel a fratre ſecundum vires pa
tris vel fratris ſit , & debeat eſſe contenta dote ſua nec venire
poſſit ad ſucceſſionem cum fratribus in bonis paternis vel fra
ternis, per id quod habetur in c.Ray.& ibi no. doc.de teſta.&
Dy.in regula indultum.& ibi Io.An.in merc.& Cy.in l.ſanci-
mus.C.de nup. & Old. in conſi. 13. & domini de rota in con-
cluſione 18.& Ia.But.in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.
& Bar.& Dy.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff. de condi.&
demon.& Bal.in l.fi.§.ſin autem æs alienum.C.de bo.lib.& in
l.filium.in 3.col.ver.ſed adhuc quæro, C.fa.erc.& in l.fi.in 2.
col.de fruc.& litium expen.& in l.1.C.de do.promi.& Sal.in
auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſt. cum infinitis concordantijs.
de quibus ẽt in dictis allegationibus & in conſilio. Tamen qa
dubium reuocari poſſet quo ad hoc vt per primum ſtatutum
excluderetur dña Paula a ſucceſſione patris ab inteſtato dece-
dentis requiratur eam fuiſſe dotatam tempore delatæ ſucceſ-
a ſionis & ſic tempore mortis [a] patris, vt per Bar.conſi. 31.inci.
quidam deceſſit inteſtatus.per Bald.in l.ſi plures. in antepen.
col.in ver.iuxta prædicta formatur talis quæſt.ſtatuto. &c. C.
de condi.inſer.& Pet.de Anch.in repet.ſua in c.canonum ſta-
tuta.de conſtit.in verſi.pone ſtatuto cauetur quod filia dotata
&c.& eſt de mente Bart. & aliorum in d.l.Titio centũ.§.Titio
genero.& l.qui puellam.ff.de adult.& Bal.in l.non ſine. C.de
bo.quæ lib.& Ang.in conſi.91.incip. in Dei nomine viſo the-
mate prædicto, dico ſine dubio &c. Et firmat etiam in ſpecie.
Pau.conſ.7.lib.2.incipiente ſuper primo dubio ſeu q̃ſito &c.
2 † quia qualitas iuncta verbo , debet intelligi ſecundùm tẽpus
verbi cui adiungitur.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.ſi
Titius.ff.de teſta.mil.l.Mella.in princ.ff.de alim.& cib.leg.&
plenè in l.ex facto.ff.de vulg.& pup. ¶Et actus dotandi ſuper-
ueniens poſt mortem patris non habet excludere eam a ſucceſ
ſione ſibi delata tempore mortis : quia illud tempus , ſcilicet
mortis defuncti inſpicitur in ſuis hæredibus.l.ſi alienum.§.in
extraneis. ff.de hære.inſtit.& inſtit.de hęred.quali.& diff.§.in
3 extraneis . ¶†Et dum ſtatutum prædictum loquitur de dotata
a fratre, diſponit quò ad excludendum eam a ſucceſſione fra-
tris patet in verbo ſubſtantiæ fratris . ibi dum dicit in bonis
fraternis.¶Facit quod not.Bal.in l.1.C.de leg.hæred.poſt glo.
ibi.Ange.in conſi.129.incip. in Chriſti nomine teſtamenti ſu-
ctio &c.& Pet.de Anch.in conſi.80.incip.retento ordine.vbi
concludunt, quia ſi ſtatutum dicit quod ſoror dotata nõ ſuc-
b cedat intelligitur in hæreditate dotantis [b] non in hæreditate
* alterius.* ¶†Præterea eſt videndum de validitate ſequentis ſta
4 tuti ſub rubrica de pœna mulieris nubentis cum hæreditate
extra iuriſdictionem &c. vbi ſtatutũ prouidet quod nulla mu-
lier ſe nubat extra iuriſdictionem communis aliàs non ſucce-
detet alicui de iuriſdictione communis Laudæ , ſed illa hære-
ditas perueniat ad agnatos proximos vel alios propinquos &
hoc ſiue perueniant ex teſtamento ſiue abinteſtato, & certè ſta
tutum videtur velle quod mulier quæ nubit extra territoriũ
communis Laudæ perdit ſucceſſionem etiam ſibi delatam vel
acquiſitam aliàs nihil operarentur illa verba ſtatuti dum in eo
dicitur nulla mulier ſe nubat extra territoriũ communis Lau-
dæ & verba debent interpretari vt aliquid operentur. ca.ſi Pa-
pa.

pa.de priuile. in 6.l.si quando in prin.ff.de lega.1.& quod de statuto.not.Bar.in l.4.§.prætor.ff.de dam.inse. & in l.2.ff.de vsusc.c.pastoralis.in prin. & quod ibi doct. maximè Abb. de appell. & Ant. de But.in c.1.de rescri.& in c.causam.de dolo & contu.& quod no.Bal.in rub.C.de contrahen. emp.in 9.q. cum simi.¶Quòd autem istud statutum valeat, videtur suppo nere Pet.de Ancha.in repe.d.c. canonum statuta. de consti.in versic. sed pone per statutum vbi transit cum decisione quam ponit Bal.in l.si matre.C.de suis & leg. Ra. Cu.& Lud.de Ro. in l.hæres per seruum.ff.de acqui.hæred.¶Idem tenet Bald.in l.ipsis.C.vt in pos.leg.vbi quæri.quod si statutum dicat ꝙ filię nuptę extra territorium * non possit relinqui an valeat.adeo ꝙ non possit ei relinqui.& concludit statutum valere & concludere filiam nuptam extra territorium & illi reliqui nó posse & sic videtur tenere ibi Bal.contrarium eius quod ipse tenuit.in l.1.4.colu.C.de pact.& melior videtur opi. Bal.in d.l.ipsis. ꝓ qua bene facit tex.in c.1.de filijs natis ex matri. contra. in vsibus feudorum.& l.hac edictali.C.de secun.nup. ¶Et ita videtur etiam esse de mente Bal.in l.cunctos populos.in 6.col.ver. dixi de statutis &c.Vnde Ludo.de Ro.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obl.in 6.col. damnat opi. Bal.in d.l.si. C.de pac.non per prædicta, sed per l.cum ita legatũ.ff.de cõd. & demon.quod valet etiam dictum statutum &c.quo ad successionem est de mente Ang.in l.1.§.ius naturale.ff.de iusti.& iur.in ver.item facit ad quæstionem aliam scilicet an valeat statutum &c. ¶ Præsupposita ergo validitate dicti statuti, videamus an illud sit seruandum in casu nostro stante quod ante tẽpus mortis patris dictæ dominæ Paulæ fuerat facta concessio * dictis nobilibus de Canatijs * immunitatis & exẽptionis pro sesuisque liberis & descendentibus masculis in infinitum liberando dictos de canatijs & eorum successores, & præfatum castrum & bona de la serualia vniuersalia & eorũ bona existentia in diocesi Laudẽsi ab oĩ potestate, iurisdictione, obediẽtia, & subiectione seruitutis ciuitatis communis Laudę & officialiũ eorum, vt latius in dicto priuilegio continetur.¶† Et dico tale statutum esse obseruandum quia quantumcunque castrum illud sit exemptum & separatum ab omni potestate iurisdictione & obedientia communis Laudæ, tamen non fuit vnitum alteri territorio accessoriè: sequitur quod dictum castrũ retinet statuta quæ primo habebat ar.l. quoniam adduci.C.de appel. no.in c.1.de sede vacan.Gui.de Cu.& Bart.in l.si conuenerit. §.si nuda.ff.de pig.act.cum concor.alle.per prædictum dominum allegantem, & dominos consulentes, & Ant.de But. in c. fi.de consu.in pe.col.in ver.sed est dubium si castrum &c.vbi per hoc plura allegat & no.dicit quod castrum Releuaui, Nonantulæ & Basiliani quæ sunt comita. Bonon. & quæ fuerunt concessa Nicolao Marchioni Ferrariæ non debent viuere secũdum leges ciuitatis Ferrariæ sed secũdum suas quibus ante regebantur.Et idem tenet Ange.in l.de quib.in pe.col.ff.de leg. & quidam libri istud habẽt in l.beneficium.ff.de consti. prin. & aliquid per Barto. in repet.l.consuetudinis in 36.q.quæ sit long.consue.¶Nec ob.Io.An.& alij in c.2.de consti.in 6.& qđ no.Fed.in consi.2.& Io.Calde.in disputa.sua inci.quæritur an subditus episcopi.& Pet.de Ancha.in repe.c.postulasti.in 4.q. de foro comp.& per Ang.in disp.inci.Bononiensis &c.in primo dubio dũ voluit † quod si quis commiserit delictum * in loco diocesis exempto non possit puniri secũdum statuta episcopi illius diœcesis: vt tenet simpliciciter Io.An.& Io.Cal.in dictis locis.Alij vero non simpliciter. sed cum aliquali distinctione hoc tenent, ¶ Quia posito quod sit vera opi.tenentium quod non possit puniri secundum statuta episcopi illius diœcesis, illud procedit ex eo quia leges & statuta loci exẽpti erant aliæ & alia quã leges & statuta diœcesis. vt si verbi gratia postquam locus fuerit exemptus factum fuit statutum ab episcopo puniens certa pœna delinquentes.¶Nam tale statutum non ligabit locum exemptum a iurisdictione episcopi, cum statutũ non liget extra locum iurisdictionis. d.c.2.de consti. in 6.c.a nobis.de sen.excom.l.fi.* & ibi no.ff.de iuris.om.iudic.& plenè in l.cũctos populos.C.de sum.Tri.& fide catho.Sed in quęstione nostra dico quod statutum ciuitatis Laudensis.& statuta dicti castri erant eadem statuta: quia licet concessio dictæ immunitatis & exemptio a dicto castro, tamen propter hoc nõ est quin regi debeat statutis, quibus vt prius regi debebat, vt paulo ante dixi & probaui.¶Non omitto etiam quod illa præ-

scriptio q̃ in themate præsupponitur anno. quadragi. & vltra
deducto etiã tempore pupillaris ætatis habet excludere dictos
agentes petitione hæreditatis quæ tollitur spacio 30. anno.
7 † & spacio longissimi temporis præsupponitur bona fides [c] eo
c rum, qui tanto tempore possiderunt.l.fi.& ibi Barto.& Sal.C.
vnde vi.& in l.3.§.si seruus.ff.de acq.pos.& no.Io.An.in addi.
Specu.in titu.de teste.§.nunc videndum in additio.magna in
versi. item si opponunt.& Bald.in repeti. l.1.in 4.col.C.vnde
vi.& Ang.in l.pe.C.quibus obijcitur longi temporis præscriptio.Ant.de But.in c.cum eccle.circa vlt.col.de causa poss.&
proprie.in repe.c.peruenit de censi.& firmant doc. in c.2.de
resti.in integ.vbi etiam hoc tenet Inno.quem ibi inter alios sequitur Ioan.de Imo. & d. Abbas in c. si diligenti de præscrip.
¶Nec ob.impedimenta hostilitatis & pestis: quia est sufficien-
8 ter responsum in dictis alleg.& consi.s.ꝙ † requirebatur probari per dictos agentes, quod nisi fuissent dicta impedimenta
ipsi tunc egissent petitione hæreditatis: vnde debuerunt protestari: vt dicit Inn.& alij in c.ex transmissa de præscr. & clare
Ant.de But.in c.cum non liceat.eo.ti. ¶ Et posito etiam ꝙ aduersus præscriptionem decursam ignoranti possit ignorans petere restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa iuxta not. per glo.in l.si patrẽ.§.1. in verbo, non
vtendo.ff.quemad.ser.amit.& in l.1.C.de pa.po.& no.Specu.
in tit.de præscri.in §.1.in ver.pone colonus.& Bart.in l.1.§.si
quis autem.ff. de iti. actuque pri. cum suis concor. quamuis
9 Bald. & quidam alij teneant contrarium † attamen [d] quando
d præscriptio est mutata cursu.40.annorum, non videtur ꝙ possit concedi restitutio in integrum aduersus eam: quia tex.in l.
sicut.in fi.C.de præscri.30.anno.dicit ꝙ talis præscriptio prębet plenissimam securitatem,* & plenissima securitas dicitur
esse quando non potest peti restitutio in integrum, vt not.glo.
in l.ait prætor in §.permittitur.in versi.inputandum.ff.de mi.
& ita in quibusdam lecturis reperitur Ang.tenere in l.sicut.ad
fi.C.de præscr.30.anno.¶Et idem probari videtur in l.fi.C.de
fun.patrimo.lib.11.in verbo nullam molestiam vel inquietu-
10 dinem. † & molestia [e] dicitur inferri etiam ꝙ quando quis iu
e dicialiter vexatᷣ vt probatur in auth.de fideius.in prin. in ver.
molestus.& in l.1.cum ibi no.per Bal.C.de nundinis.ergo nõ
potest per illum contra quem decursa est talis præscriptio peti
restitutio contra eum qui præscripsit: quia ille qui præscripsit
diceretur hoc modo molestari: quod esse nõ debet d.l.fi. & d.
l. sicut. & sic videtur quod irrecuperabiliter obstet exceptio
præscriptionis.

ADDITIONES.

* Consulentem.]Iste fuit Andreas Barbatius, qui ita in hoc casu consuluit, vt patet eius consi.4.lib.1. Natta.

* Successionis.]Idẽ tenet Pau.de Ca.consi.6.incip.Super eo, de quo quæritur.lib.2.Vide Curt.iunio.consil.10.col.pen.post tracta.feuda. D.Georg.in c.quamuis.19.q.2.q.principalis.Bal. consil.197.quædam mulier leonata circa fi.lib.3.Et Dec.consi.589.Soci.consil.684.Soci. consi.42.li.4.Curt.iun.consi.10. Ruinum consil.65.lib.3.Rip.in l.ex facto.ff.de vulg. Natta.

a ¶Mortis.infra lib.6.consi.127.colum.3.Cor.consi.96.col. pen.lib.2. consi.60.lib.3.consi.300.lib.4.Cur.senior consil.27.in fi. Deci.consi. 24.consil.589.col.fina.684.licẽt aliud dicat Corne.consi.123. lib.2.* Tenet Ro.consi.442.Vt decisionem.Abb.consi.107.in fi.lib. 2.quod incipit, quatuor sunt.quia tunc statutum excludit a iure hæreditatis quærendo, cui facilius derogatur, Vide Dec.consil.105.j. dub.& sequitur Alex.consi.134.col.5.lib.6.& consi.83.col.pen.lib.3. Natta.

b ¶Dotantis.dixi suprà li.j.consi.29.ad fin.* Sequitur latè Ias.in auct. quoniam nouella. C.de inoffi.testa.col.pe.& vide, etiam Alex.consi. 196.col.j.lib.7.& consil.29.col.2.lib.j.Et limita, nisi statutum loquatur in rem, dicendo simpliciter de filia dotata, Ias. consil.205.col.3. lib.2.& in l.vt liberis in 1.not.C.de colla.& ibidem latè Dec. Et ponit latissimè Brun.in tracta. Statu. exclud. fœm. arti.8.q.16. Et vide Dec.vbi magis explicitè declarat, consil.346.vlt.dub.Et aliquid scribit consi.379.col.3.& latè consi.484.primo dub.Et vide Alex.consil. 29.col.3.lib.j.vbi limitat, nisi statutum nominet successionem, à qua excludatur.Et pulchre Cur.iun.consi.65.tangit Dec.consi.589.col.j. Et ibi vide omnino secundum fundamentum, in quo vult, ꝙ sit dotata de bonis dotantis.Et de prædictis Dec.consi.625.in prin.& cõs. 634.in prin. Natta.

* Alterius.]Sequitur Alex.consi.134.col.2.lib.6.Vide Curt.iun.consil. 65.per totum & consi.10.vbi dicit opi.communiter improbari, quã tenuit Petr.de Anch. Natta.

* Extra territorium.] Idem tenet Ruin.consi.39.lib.j.nu.16.& consil. 49.lib.3. Natta.

* De Canatijs.] Nunquid Castra exempta regantur statutis ciuitatis, ponit Soci.consi.271.col.3.l.2. Natta.

* Delictum.] Idem tradit Soci.consi.271.colum.3.lib.2.

* L.fi.] Vide ibi plenè Ias.& Dec.ponentes an statuta episcopi trahantur ad locum exemptum Pau.de Cast.consi.187. Notandum,col.pe. lib.2. Natta.

c ¶Bona fides.Cur.Senior.consil.182.colum.2.Deci.consil.558.in fin. Matth.Afflic.Dec.Nea.40.nu.12.Anto.rub.consi.75.

d ¶Attamen infra eo.consil.163.col.2. Soci.consil.164.consi.194.lib.2. Cur.senior.consi.82.col.2.in fi.Phil.Fra.c.fi.in fi.de præscri.in 6.Decius.l.2 C.qui admit.consi,29.consi.554.Anto.rub.consi.12.in fi.consi. 4.in fi.Bertr. consil.15.ex thema.col.12.in 6.quæsito. & idem fortius etiam in præscr.triginta annorum.Cur.l.cum filius.§.in hac. de ver. obli.Bald.l.j.24.opp.C.qui admit.l.j.ad fi.C.de præscrip.long.temp. Ang.l.si infanti.C.de iure delibe.Bertran.consi.139.cum supponitur. lib.2.& quid Alexan.suprà lib.j.consil.71. vera eius opinio est quam tenet hic vt etiam legendo tradidit in l.3.§.labeo. ad fi.ff.de acquir. pos.& nouissimè sequitur Ludo.Gozadi.consi.8.in fi.dixi in consue. Paris.§.68.& ita tandem vol.An.Tiraq.in consue. Pi.§.35. glo.4.nu. 14.nisi cum ignorantia.concurrant aliæ iustæ causæ vt in consue.infra lib.5.consi.3.in fi.

* Securitatem.] Istam opinio.Alexan.in hoc consi. ꝙ in præscriptione 40.annorum non detur restitutio,approbat Soci.consi.2.col.pen.lib. 3.Et latè istam opi.post arg.amplectitur Dec.consil.29.incip.Et pro tenui.Cuius oppositum tenet Matth.de Afflict.decis.329.Et vide Ias. consi.209.lib.2.vbi ponit,quid in præscriptione centenaria.Itē Mod. Taurin.in tracta.præscrip.vbi dicunt communem,ꝙ detur restitutio. Et vide Rui.consi.103.col.2.& fin.lib.5. Natta.

c ¶Molestia.supra eo.consi.52.

CASVS Consi. sequ.qui errore numeratur pro consilio.

Nigrosolus suum, vt dicitur,condidit testamentum in quo inter alia, plura legata fecit cum clausula codicillari: cui asserto testamento dicitur adhibitos fuisse certos assertos testes,quorum prænomina,cognomina,seu agnomina deficiūt,& descripta non reperiuntur, & modo & forma infra descriptis videlicet,actum Bononiæ in capella sancti Nicolai,in domo habitationis dicti testatoris pręsentibus d.Marco Antonio de Aquila capellano, & qui publicè habetur & reputatur sacerdos,& capellanus ī dictis capella & vicinia, nec nō Mulosi Beccario, qui ambo dixerunt dictum testatorem cognoscere,ipsum sanę mentis & intellectus esse: nam similiter ꝙ Marcus capellæ sancti Nicolai ser Antonio quondam Antonij Perigrino quondā domini capellæ prædictæ. Et aduertendum est ꝙ in originali nota manu B.notarij,vt dicitur,rogati & prædefuncti,non est subscriptio notarij.nec eius nomen nec signum:nec aliter constat ꝙ fuerit notarius de dicto testamento rogatus,nisi ꝙ dicta nota est manu dicti notarij : & fuit vt dicitur reperta in quadam filcia,in qua erant rogationes aliquæ eiusdem notarij,demum authenticatum fuit per alium notarium cui generaliter fuit commissum: vt extenderet rogationes dicti notarij defuncti.¶Modo rebus sic stantibus quæritur vtrum de iure & forma dicti statuti tale testamētum valeat.seu valere possit: & an ex ipso peti possint asserta legata ad causas non pias in eo facta, maximè quia non videtur adhibitus legitimus numerus testium & maximè ex quo non apparent prænomina,cognomina,& agnomina testium: propter quod comprehendi non potest qui fuerunt tales asserti testes,& an fuerint omni exceptione maiores.

SVMMARIVM.

2 *Tabellio an computetur in numero testium.nu. 17.*
4 *Testes debent exprimi cum duabus qualitatibus.*
6 *Testamentum vel instrumentum non valet per abbreuiaturas insolitas.*
9 *Notarius non præsumitur rogatus nec testes. nu. 10.*
12 *Protocollum debet habere substantialia instrumenti,alias non valeat : nec potest per alium iudicis mandato ostendi.nu.13.*
18 *Confessio facta in testamento non valet nisi in vim legati.*

CONSILIVM CLIII.

Videtur prima consideratione dicendum legata prædicta etiā ad non pias causas relicta peti pos
1 se.† Nam cum in testamento præsupponitur insertam fuisse clausulam codicillarem, illa operatur vt dato ꝙ testamentum non valeret vt testamentum ratione defectus numeri testium, tamen si legitimè descripti sunt testes quinque vltima voluntas valet iure codicillorum,adeo ꝙ legata debentur.l.eam quā & l.ex testamento.C.de fideicom.& l.1.ff. de iure codicil.l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.l.ex ea.§.1.ff.de testam.iuncta.l.fin.C. de codicil. ¶Nec maior solennitas requiritur ex forma statutorum. quando venientes ab intestato sunt scripti in testamento prout in proposito nostro,vt expresè cautū est in statuto prædicto sub rub. de testa. & vltimis voluntatibus in memorialibus.in versi.& si aliqua vltima voluntas &c. ¶Quinimo dato quod quatuor testes tantum forent legitimè in testamento de-
2 scripti.tamen sufficere videtur † cum tabellio debeat in testiū numero computari.l.Domitius.ff.de test.l.hac consultissima. C.qui testamenta facere possunt.in authent.de fide instru.§.cū oportet.cum ibi not.¶Et potissimè vera sunt prædicta quo ad dispositionem testatoris in parte illa, dum dicit se relinquere aureos quinquaginta Titio in quibus tenetur idem in secreto. & quos sibi solui voluit vt in testamento continetur. Nam in parte illa dispositio seu confessio talis non videtur censeri legatum.sed debitum inter viuos: in quo actu inter viuos tanta solennitas numeri testium non requiritur.ita voluit Pet.& Cyn.
3 in l.generaliter.in 7.q.C.de nō numerata pecu.¶† Nam etiam in testamento potest expediri contractus seu actus inter viuos. l.hæredes palam.§.fina.ff.de testamentis.& ibi no.l.assignare. ff.de assigna.liber.l.cum antiquitas.C.de testamētis, & ibi doctor.¶Istis autem non obstantibus puto partem contrariam probabiliorem esse de iure, & dicta legata non deberi rationibus infrascriptis.¶Et primo indubitatum est nullam vltimam voluntatem valere, si testes pauciores quinque interuenerint.l.fi.
4 C.de dona.causa mortis.l.fi.C.de codici.† & oportet nomina
a propria testium cum duabus [a] qualitatibus seu accidentibus exprimi vel demonstrari : aliàs non dicuntur legitimè descripti & certitudinariè demonstrari.l.hac consultissima.in prin. C.qui testa.facere pos.per quā Bart.ita allegat.in l.demonstratio falsa in princ.in 7.q. ff.de condit. & demon. nam debet exprimi secundum eum nomen proprium sub istis demonstrationibus, videlicet Petrus Martini de Perusio: sicut ad demonstrandum fundum deberet exprimi nomen loci cum duobus confinibus.l.forma.ff.de censi.§.Ad idem quod decidit Ioannes And.in additio.Specu. in titu. de instru.edi.§. breuiter.& in additione quę incipit, Accursi.vltra prędicta &c.vbi inquit quod in instrumento requiritur expressio testium describendo nomina testium,& cognomina si sine illis possit esse dubiū in nomine,alleg.l.ad testium.§.si quis ex testibus.ff.de testa.& d.l.hac consultissima in prin.¶His consonat quod no.Bar.in l. libellorum.in 6.col.ff.de accu.in versi.circa personam quæro
5 qualiter &c. † Vbi inquit qualiter in accusatione debeat exprimi persona, & concludit quod debet taliter exprimi quod reddatur certa per duas demōstrationes vt Petrus Titij de tali loco nisi ita singulare esset nomen quod expressione solius nominis proprij.redderetur certa persona alleg.d.l.hac consultissima.cum ibi no.¶Ad idem tex. notabilis in l.testamento quidam.ff.de condi.& demon.vbi si duo cōueniunt in aliquibus demonstrationibus, & in vna demonstratione disconueniunt oritur incertitudo: sed ita est quod saltem quatuor ex dictis testibus non sunt in dicto testamento specificatè descripti, cum expressione proprij nominis, & duabus alijs demonstrationibus.ergo non fuit facta solenniter descriptio testium cum non remaneant saltem quinque testes,quorum nomina sunt solenniter descripta & specificata : hoc patet in denominatione infrascriptorum testium videlicet in ser Tonio quondam Antonij,in Peregrino,in Dominico capellæ prædictæ sanctæ Marię de Moradellis,& maximè cum verbo feratur reperiri quod tēpore dicti conditi testamenti plures erant in dicta capella qui nominabantur Antonius: Dominicus, & Peregrinus,& sic data ista pluralitate res dicitur esse incerta.l.duo sunt Titij.ff.de test.tute.l.si fuerit.ff.de rebus dub.d.l.in testamēto.¶Item fuit defectus in denominatione vltimi testis hoc modo descripti, videlicet Iac. Larij capellæ prædictæ. nam hæc dispositio non
6 est intelligibilis,† imò facta per cifras inconsuetas habet vitiare instrumentum: vt in auth.quod sine.& ibi Bart.& alij doc. C.de testa.l.sed cum patrono.§.fi.ff.de bo.pol.& ibi Barto. in l.2.C.de veteri iur.enu.& C.de emen.insti.cod.circa fi.& no. Spec.in titu.de instru.edi.§.instrumentum.vers.item opponitur quod instrumentum est factum per notas.& Car.& alij in l.quoties.§.1.ff.de hæred.insti.& Ang.in l.Lucius.in princ.ff. de

testa.mil. An.de But.in c.1.in 7.col.de fide instru.¶Facit quod
not.Bar.in l.quicquid astringendæ.in 1.col.ff.de verb.obl.vbi
p illũ tex.secundum vnum intellectum dicit quod instrumen
tum factum per verba non intelligibilia, non valet. Et ideo in
proposito dicit Spec.in tit.de instr.edi.§. ostenso.versi.quid si
abbreuiatura notarij scripta per verba obscura. de quorum in
terpretatione & intellectu non potest constare, non etiam de-
bet publicari per notarium. ¶Insuper ad inualidandum di-
ctam scripturam vltimæ voluntatis & legata, fortius moueor
7 ratione vrgẽtiori.† Nam ad hoc vt scriptura tabellionis faciat
fidem necesse est ipsum de actu fuisse rogatum. in auth.de ta-
bel.§.nos autem.col.4.& ibi not. & in cap.cum p.tabellio.de
8 fide instru.† Item requiritur subscriptio ipsius notarij.l.2. C.
de conuen.fisci debito. lib. 10. quem ad hoc ibi not. Bald.in
auth. de tabel. in princ.l.contractus.C.de fide instru.in auth.
de instru.cau.& fide.§.sed si in instrumenta.& ibi no. gl.& c.
inter dilectos.versic. instrumentum de fide instru.generaliter
no.gl.in l.1.C.de tab.lib.10.& Spec.in titu.de instru.edi.§.in
strumentum.ver.item quod non est a tabellione,& in versi.itẽ
quod non est signatum.& Bal.post Ia.de Are.in d.l.ad testium
§.si quis.per illum tex.ff.de testa. nam & de substãtia est quod
apponatur nomen tabellionis.vt no.Spe.& Io.An.in dicto tit.
de instru.edi.§.breuiter ver.1.& glo.in d.§.sed & si instrumen
ta.vnde cauti notarij in fine suæ originalis notæ apponunt hęc
verba vel equipolentia videlicet, nota est & rogatio mei Titij
notarij &c. Sed in dicta nota omnia prædicta deficiunt. non
enim apparet quis notarius de ea fuerit rogatus,nec ibi est sub
scriptio aliqua aut nomẽ tabellio. ¶Non ob.si diceretur quod
tabellio præsumitur esse rogatus:licet aliter de rogatu non ap
9 pareat: vt not.glo.in præalleg.§. nos autem. † quia respondeo
b primo quod imo magis communiter tenetur contrarium [b] vt
no.Inno.& alij post eum in c.1.de fide instr.vbi dicit Inn.vtile
esse quod notarius in instrumento attestetur se fuisse rogatum
aliàs autem si hoc non faceret, & decederet notarius vel aliter
constare non posset derogatu instrumentum pro nihilo esset.
& idem no.Spe.& Io.An.in tit.de instr.edict.§.breuiter.versi.
& no.in titu.de test.§.1.ver.quid ergo si dicatur. in fi.& Bart.
10 & alij in l.sciendum.ff.de verb.obli. † & idem dicimus in te-
stibus quod non præsumuntur rogati vt requiritur.l.hæredes
palam.§.in testamẽtis.& no.Dy.Bart.& communiter alij.ff.de
test.& Cy.& Bal.in l.hac consultissima.in prin.C.eo.tit.& in
l.1.post prin.ff.de hære.insti.& Spe.in tit.de test.§.1.ver.quid
ergo si dicitur.& Bart.in l.sciendum.præalle.& in l.Domitius.
ff.de test.¶Secundò respondeo quod dato quod notarius præ-
sumeretur rogatus illud potest procedere quãdo constat quis
fuerit ille notarius qui coram testatore & testibus scripturam
testamenti scripsisset seu publicasset. ¶ Sed in casu nostro non
constat aliquo modo quis fuerit ille notarius qui testamentũ
publicauerit: cũ vt dixi, nulla fit subscriptio in dicta nota vel
nomine notarij,nec aliter per testes constare possit: quia licèt
dicatur scriptura manu B.tabellionis non sequitur ergo quod
ipse B.fuerit ille qui vltimam voluntatẽ coram testatore & te-
stibus publicauit. Nam potuit dicta scriptura esse copia quæ-
dam absque eo quod dictus B.dictæ vltimæ volũtati interfue-
rit;& de eo rogatus extiterit. oportet enim probationes de ve-
ritate concludere.c.in præsentia.de proba.l.non hoc.vnde co-
gnati.l.neque natales.C.de proba. ¶Et maximè procedunt prę
dicta,attento ꝙ dicta scriptura non reperitur in quaterno seu
* in libro protocolli rogationum * ipsius B. sed est in quodã fo-
lio de per se:& quod folium dicitur fuisse repertum in quadã
filcia ipsius B.in qua dicitur esse nõnullas aliàs rationes ipsius
* notarij.* † nam si in quinterno & protocollo reperta scriptura
11 fuisset,in quo in prin.esset nomen notarij, vel in fine esset sub
scriptio satis esset,per id quod legitur in l.si quis ex argẽtarijs.
§.si initium.ff.de eden.cum ibi no.per Bart.Bal.& Ange.bene
facit quod not.Bart.in l.sciendum.ff.de verb.obl.in versi.sed
quid dicit.ergo talis notarius scripsit &c. & Ant.de But.in c.
1.de fide instr.in 4.col.in ver.ad primum &c.secus quãdo scri
ptura est in filcia vel in aliquo folio de per se, vt no.Bar. Bald.
& Ang.in d.§.si inicium.& hoc expresse no.Io.de Imo.in d.l.
sciendum.in vlti. col. dum tractat an tabellio præsumatur ro-
12 gatus. ¶ † Confirmantur prædicta quia rogatio & protocol-
c lum.* debet habere omnia quę habere debet instrumentum.vt
no.Io.An.in addi.Spe.in tit.de instru.edi.§. videndum restat.
super uer. & not. quod tabellio &c. in addi.incip. vbi hoc
no. &c. ¶ Nam notarius qui redigit instrumentum in publi-
cam formam,non habet addere vel minuere nisi prout in pro
tocollo continetur:in auth.de tabel.§.pe.& no.in c.cum p.
de fide instru. Et idem no.Ange.in l.Lucius.in prin.ff.de test.
mili.vbi per illum tex.dicit. ¶ Nota tertio quod non est stan-
dum imbreuiaturæ notarij si non est in publica forma scri-
pta. caueant igitur notarij ne eorum imbreuiaturas non pu-
blicatas dimittant quas publicare possunt, apponendo signũ
in prin.eorum vel in medio,vel in fi.alleg.§.si initium.Et no.
per Spec.in tit.de instr.edi.§.instrumentũ. ver. item opponi-
tur,quod res aliter fuit gesta &c.& in §.ostensum.ver.quid si
imbreuiatura.¶ Dicit Bal.etiam in d.l.Lucius.in princ.quod
imbreuiatura notarij non facit fidem si ibi non est signum ta
bellionis allegat in auth. de fide instr.§. oportet. & l.nemo.
C.de asses.& l.decernimus.C.de aquæduc. lib. 11. cum con-
cor.ibi alleg.per eum & not.Bal.in rub.C.de fide instr.in 12.
col.in ver. sed tertio quæritur nunquid imbreuiatura &c. &
Canonum.in c.cum p.tabellio.de fide instr. ¶ Nec prædictis
obstat.id quod no.Cy.in l.contractus. in.fi. C. de fide instru-
men. cum quo ibi concordat Bal. & Sal. vbi videntur velle
quod dato quod in rogatione vel imbreuiatura non sit sub-
scriptio notarij. vel signum eius: tamen potest publicari no-
tario mortuo interueniente authoritate iudicis, vel authorita
13 te statuti,vel consuetudinis d.c.cum p.† quia respondeo ꝙ
ipsi loquuntur quando constaret per testes vel per expressio-
nem nominis tabellionis in scriptura quod talis tabellio, cu-
ius manu erat dicta scriptura, tanquam rogatus illam scrip-
serat seu coram partibus publicauerat.aliàs enim impossibi-
le esset illud procedere si non appareret in scriptura quod ip
se B.fuit rogatus. quod vltra prædicta probatur. ¶ Nã ad hoc
vt alius notarius, cui committitur quòd in publicam formã
redigat notas notarij prædefuncti, possit illas in publicã for-
mam redigere, requiritur inter cætera ad exemplationem &
publicationẽ quod reperiatur in nota defuncti scriptura no-
tarij.ita colligit Anto.de Bu.in d.c.cum p.In primo notabi-
li per illum tex. & idem ibi dicit Abb.ergo si ex inspectione
notæ notarij defuncti,quæ non requiritur in libro seu quater
no rogationum, sed in quodam folio distincto, vt dixi supra.
non apparet quod B.notarius fuerit de dicta voluntate roga-
tus:quia de hoc in nota non fit mentio,impossibile est nota-
rium redigentem in publicam formam posse illam authenti-
care,& attestari quod dictus B.fuerit de illo rogatus.¶ Ad idẽ
quod no.Io.And.in addit.Specul.in tit.de instru.edi.§.osten-
so super ver.quid si abbreuiatur.in addi.quæ incipit, in ver-
14 si.sequen.ad materiam huius &c. † Vbi concludit quòd nota
rius cui commissum est vt authẽticet & publicet rogationes
alterius notarij,non potest circa substantialia supplere aliquẽ
defectum : quia cũ talis defectus a principio reddiderit actũ
nullum.l.cum hi.§.si prætor. ff. de transact.7.q.1. nihil. non
15 potest tabellio supplere.† cum solus princeps validet inuali-
dum. 3.q.6.hoc quippe.cum concordantijs allegatis per gl.
in c.quanto.in ver.puri hominis.de transla.episc.& ita refert
Ioannes Andr.fuisse disputando conclusum per quendam do
minum Octauantem de Floren. Et sequuntur docto. in d. c.
cum p.¶ Sed de solennitate actus & instrumenti est quod no-
tarius sit rogatus,& nomen eius in instrumento exprimatur,
vt dictum est superius, ergo per alium notarium non potest
iste defunctus supplere. ¶ Quod etiam voluit in effectu Bal.
in rubr.C.de fide instrumentorũ. 12. col. in ver.quæro nun-
quid imbreuiaturam &c.& Bal.& expressius Ang.& Ioan.de
Imo.in l. Gallus §. idem credendum. ff. de lib. & posthu.vbi
hoc maximè dicunt procedere quando originalis nota in pu-
blicam formam redigitur per alium notarium quàm per cũ,
qui fuit de ipsa rogatus.arg.no.per glo.in l. Pompo.scribit si
frumentum.§.fi.ff de rei vendi.& l. inter stipulantem.§.1.ff.
16 de verb. obliga. ¶ † Sit cautus reus conuentus vt petat per
* hæredes notarij defuncti* exhiberi dictam originalem notam,
quam quidem exhibere tenentur: vt no.Iac. de Belu.in auth.
de tabell.in pe.q.alleg.no.in l.argentarius.in prin.& in l.præ
tor. §.1.ff.de eden.& §.illud in auth. de tabel. & Spec.de in-
strumen.edi.§.videndum restat.ver.& no.Bal.in l.fi.in 6.col.
C.de eden.in cuius notæ exhibitione euidenter constabat de
defectib. & imperfectionibus dictæ scripturæ & vltimæ vo-
luntatis

luntatis prædictæ. ¶Ex prædictis patet euidens responsio ad
allegata per clausulã codicillarẽ: quia rñdetur quod non sunt
descripti testes quinque solemniter cum expressione nominis
proprij. cum alijs demonstrationibus ad hoc requisitis, vt di
17 ctum est supra. ¶†Nec obstat quod Tabellio debeat compu
tari in numero testium quia communiter tenetur quod vbi
agitur de probando actum per testes, & non per instrumen-
tum est verum quod Tabellio computatur in numero testiũ
dicta l. Domitius. & ibi not. glo. & doct. sed vbi agitur de pro
bando actum per instrumentum, vt in proposito nostro: tunc
non computatur Tabellio in numero testium, dicta. l. hac
consultissima. cum glo. & ibi docto. in auth. de fide instrum.
§. sed infrascriptam. cum gloss. & not. Bald. in auth. sed nouo.
C. si certum peta. & in rubri. C. de fide instru. in 11. col. & in
l. 1. §. fi. C. de fideiuss. & in titu. de pace constan. in ver. sicut.
¶Prẹterea, vt dictum est non constat quis fuerit Tabellio, qui
de dicta scriptura rogatus fuerit. ¶Postremò non obst. quòd
dicta dispositio quo ad dictos 40. aureos censeatur actus in-
ter viuos, in quibus non requiritur tanta solemnitas & tan-
18 tus numerus testium: quia respondeo † quod secundum ve-
ram & communem opi. dicta dispositio in vltima voluntate
d facta valet solum in vim vltimæ[d] voluntatis licet testator di-
xerit se debere summam quam in testamento reliquit: vt l. Lu
cius. §. quisquis. el 2. & ibi Bart. ff. de lega. 2. & l. Aurelius. §.
1. ff. de lib. lega. & l. Lucius. §. 1. ff. de leg. 3. nisi iuramentum
interuenisset. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. &
latè Barto. in l. qui vxori. per illum text. ff. de auro & arg. leg.
& Bald. in l. rationes. C. de proba. & dicta l. generaliter. & Ca
nonistæ in c. fi. de succes. ab intest. ¶Et maximè in casu nostro
in quo præsupponitur Titium, cui dicta quantitas aureorũ
quinquaginta relicta fuit, non fuisse præsentem testamento.
& sic non potuit talis confessio in vim contractus cum effe-
ctu operari. l. fi. de interro. l. certum. §. si quis absente. ff. de cõ
fes. ita dicit Iaco. de Bel. in auth. de iureiuran. a mor. præst. in
10. quæst. & not. per Bar. l. 1. ff. de Fal. cau. adie. leg. sed si inter
e uenisset præsentia[e] dicti Titij potuisset procedere opin. con-
traria quam tenebat Pet. & Cyn. in pallega. l. generaliter. ¶Vel
potest ad omnia allegata in contrarium responderi, quod pro
pter defectus & imperfectiones dictæ originalis notæ in qua
non apparet quis notarius fuit de eo rogatus, & quis eum co
ram testatore & testibus publicauerit redditur illa voluntas
& scriptura penitus inutilis, vt in authoritatibus & rationi-
bus superius comprobatum est. Ego Alexander.

ADDITIONES.

a ¶Duabus. nullus text. hoc dicit ideo omissio non vitiat dummodo aliàs testes sint noti & de corpore constet quia hæc certitudo est mente iuris vt dixi in consu. Parisi. §. 96.

b ¶Contrarium. Ant. consi. 220. ad hoc in princ. Alex. l. 1. col. 3. C. de eden. Boni. de vitali. cle. vnica. §. dudum. col. fi. de sepul. Corn. consi. 308. lib. 3. consi. 70. col. 2. libro 4. Bertr. consi. 2. col. 2. lib. 2. Ias. l. hac consultissima col. 1. C. de testa. & tam de testibus quàm de notario etiam inter libe. Ias. consi. 68. col. 2. lib. 1. Bene repeti. c. Ray. ver. testamentum infra nu. 9. de test. Sed veritas est quod eo ipso quod notarius scribit & subscribit præsumitur rogatus vt tenet Ant. de pra. ver. supra lib. 1. consi. 73. ad fi. Alex. infra lib. 5. consi. 48. Bal. in rub. C. de fide instru. col. 3. c. cum in iure peritus. in fi. de offi. deleg. consi. 22. in fin. lib. 1. consi. 157. lib. 2. Saly. auth. nisi rogati. C. de test. Imo. l. hæredes. §. in testamentis. ff. de testa. Egi. bellamera. deci. 267. notarius glos. Bart. in auth. de ta. §. nos autem deci. Tholo. 182. Ia. l. sciendum. post Are. col. 12. ff. de verb. ob. & est communis. adde Cor. consil. 191. lib. 1. An. rub. consi. 45. in fi. Lanfr. repe. c. quoniam contra falsam. ver. testium depositiones. nu. 40. vbi aliud dicit in testibus sed idem puto quando fit probatio per instrumentum in quo sunt descripti secus si probatio solennitatis fieret per testes.

* Rogationum.] Debet reperiri inter abbreuiaturas notarij; Alex. consil. 14. in 6. arg. col. 4. lib. 6. & Alex. sequitur Cagno. in l. si librarius num. 36. ff. de reg. iur. Natta.

* Notarij.] Consuetudo non ponendi in prothocollo, sed in folio separato non excusat: quia notarij consuetudinem inducere non possunt, Abb. consi. 53. lib. 2. Natta.

c ¶Protocollum. Iaco. de Aren. l. contractus. C. de fide instrum. Ange. consi. 220. An. rub. consi. 94. consi. 95. nu. 6. Cæpol. consil. 23. in ciuilibus.

* Defuncti.] Alex. hic sentit, quòd, qui allegat defectum instrumenti publici, ipse habeat exhibere originalem notam. de quo eleganter scribit Cor. consi. 224. lib. 2. Natta.

d ¶Vltim. Corn. consi. 132. lib. 3.

e ¶Præsentia. Roma. consi. 171. pro decisione. col. fi.

SVMMARIVM.

1 *Filia vnius ex socijs non est dotanda de communi.*

CONSILIVM. CLIIII.

Videretur circa consultationem præmissam prima consideratione dicendum quod tã
dotes datæ filiabus d. M. quã filiab. d. R. debuerint dari, & da-
tæ esse intelligantur de communibus facultatibus dictorum
M & O. & filiorum & hæredem R. pro rata facultatum, cum
videantur fuisse in commune omnium bonorum, prout in
1 themate. ¶†Videtur quod etiam onus dotandi filias alterius
ipsorum debeat esse commune: hoc videtur decidere Bald. in
additio. quas fecit ad tractatum de duobus fratribus editum
per Bar. vbi refert dictum Specu. in titu. de iud. in quarta par-
te. in §. sequitur videre in ver. quid si vnus ex fratribus cohę-
redibus habet filium, nunquid dotanda est de communi. ¶Et
refert Spec. ibi quod si auus puellæ pater dictorum cohære-
dum viuit ipse haberet neptem dotare. ff. de iure do. l. profe-
ctitia. §. si filij. & l. si filius. ff. ad Mace. & l. & ideo in fi. cum l.
seq. ff. de in rem verso. l. dedi dotem. ff. de colla. bo. ¶Si autem
non viuit auus concludit Specu. quòd de bonis patris sui do-
tanda est, nisi fratres cohæredes inter se specialiter aliter pa-
cti fuerint: quia pactum seruandum est. ff. pro socio. l. si so-
2 cius pro filia. ¶†Bald. in dictis addi. relato ad hoc dicto Spec.
quærit an sumptus qui fiunt in persona vnius fratris vel filij
aut filiæ, de communi fieri debeant. Responde quod non nisi
sint socij omnium bonorum. alleg. dictam l. si socius. & sub-
dit etiam quod ille qui ducit vxorem, debet facere expensas
de suo proprio non de communi, nisi sint socij omnium bo-
norum allegat text. ff. de mune. & hono. at qui originem. §. fi.
3 ¶Subiungit etiam in loco præallegato, † quòd si vnus ex fra-
tribus soluit condemnationem suam, quòd alter non tenetur
contribuere iure societatis si fuit licitè condemnatus ex suo
delicto. secus si per iniuriam iudicis, quia tunc debebat sol-
ui de communi si erant socij generales: aliàs non allegat. l. cũ
duobus. §. Pap. & §. fi. ff. pro soc. ¶Hoc idem videtur velle Bal.
in l. si patruus. C. communia vtriusque vbi refert illud dictũ
Spec. in d. §. sequitur. Et postea subdit quòd prædicta proce-
dunt vbi non apparet inter fratres fuisse societatem omnium
bonorum. Sed si apparet eos fuisse socios omnium bonorum:
tunc dicendum est de duobus fratribus idem quòd de duo-
bus socijs: quia essent participanda prospera & aduersa, quę
ius & natura societatis participari iubet: allegat. d. l. cũ duo-
bus. §. danda. & §. quidam sagrariam. & §. fi. cum concor. ibi
allegatis per eum. ¶Et idem Bald. in l. si societatem vniuerso-
rum. per illum text. ff. pro socio. in lectura antiqua. Addit etiã
4 Bald. in d. l. si patruus. in vlt. col. † quod quando ex eorum
actibus apparet fratres esse socios omnium bonorum confe-
rendo omnia vndecunque obuenientia, debent omnia æqua-
liter diuidi, non cõsiderato an vnus plus lucretur quàm alius
vel plus expendat quàm alius: quia hoc in societate generali
non attenditur, sed sunt omnia æqualiter distribuenda. alle-
gat præfatam l. si socius pro filia. quod etiam sequitur Pet. de
Ancha. consi. 302. inci. materia de qua quæritur &c. ¶Et sic vi-
detur concludẽdum ex prædictis quod generalis communio
& societas operetur quod dotes filiarum vnius fratris debeát
percipi de communi & sic videtur quòd maximè quo ad di-
ctum O. & M. qui omnia conferebant adinuicem dotes præ-
dictę intelligantur datæ de communi. ¶Fortificantur ex ti. li-
brorum & ex his quæ in libris descripta sunt ibi. M. & O. &
filij dicti R. constituunt se debitores dictarum dotium, sci-
licet quòd de communi soluantur dictæ dotes l. Nesennius.
ff. de nego. gest. not. Bart. in præallegata. l. si patruus. ¶Et idem
videtur dicendum in dotibus datis filiabus dicti R. vt intel-
ligantur datæ esse de communi nec dębeant imputari hęre-
dibus duntaxat dicti R. in portione eorum rationibus prę́al-
legatis. & quia in instrumentis dotium continetur quod M.
O. dant dotes suis proprijs nominibus & vice, & nomine di-
ctorum filiorum & hæredum dicti R. ¶Sed pręmissis non ob
stantibus contrarium videtur profectò de iure, scilicet quòd
dictæ filiæ M. debuerant dotari de bonis patris tantũ. & idẽ
in filiabus dic. R. Hoc primo voluit Spec. in d. §. sequitur vi-
dere. in ver. quid si vnus ex fratribus. hoc idem tenet Bald. in
l. fi.

l.fi.in 5. col.C.de dot.promiſ. ¶ Et idem Bal. in auth.ex teſta-
5 mento.in pe.col. C.de colla.vbi dicit † ꝙ vnus ex fratrib.do-
tando filiam * non poteſt præiudicium facere fratribus ſuis eis non conſentientibus, niſi eſſent adeo ſocij ꝙ hoc liceret ei per expreſſa capitula ſocietatis. alle. d.l.ſi ſocius pro filia. requiritur ergo[a] ꝙ ſit expreſsè contracta ſocietas per communionem omnium bonorum cum hoc ꝙ onus dotandi ſit commune, vt ibi, ſecus ſi tacitè & ſimpliciter ſit contracta ſocietas p communionem omnium bonorum non per hoc tenebitur a-
6 lius frater conferre ad onus dotandi filias fratris † quia ſocietas tacitè contracta intelligitur tantũ inita ſuper actibus quæſtuarijs.* tex.eſt in l.coiri.cum ſeq.vſque ad l.ſi conuenerit. ff. pro ſocio.& eſt tex.cum gl.in l.ſi duobus. aliàs eſt in l.Papi.§. ſocium.in ver.omnium.& in l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſoc.

¶ Sed ita eſt ꝙ actus dotandi non eſt actus quæſtuarius vt no. Bal.in l.legatis. in prin. ff.de leg. 3.nec etiam legatum relictũ dictis filiabus dicitur actus quæſtuarius, vt no.Bar.& omnes in l.cætera.§.ſed ſi quis. ff.de leg. 1. ergo communio omnium bonorum ſeu ſocietas tacitè vel ſimpliciter contracta non cõprehendit. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad omnia allegata in contrarium quia procedunt quando erat inter eos contracta ſocietas,& expreſsè,& talis quæ comprehenderet actus etiam non quæſtuarios, patet per iura.alle.ad hoc ſcilicet per d.l.ſi ſocius.& per d.l.cum duobus.§.ſi ſocium. cum glo.in verſic. omnium.& per alia, ſupra allegata quæ hoc modo loquuntur. ¶ Præterea vt in themate præſupponitur.* d.filij. R.non erant ſocij omnium bonorum: quia bona eis obuenta ex hæreditate materna nunquam contulerunt: ergo ceſſat præſumptio generalis ſocietatis, vt not. Bart.in l.Titium.§.altero. ff.de admi. tu.& l. 1.§.ſi quis hoc interdicto. ff.de iti.actuq; priua.& l.cũ duobus.§.Papi.ff.pro ſocio. & Bal.in ca. 1.§.ſi duo fratres. de fratribus, de no.benefi.inueſti. & Bald. poſt Old.in l. 1.C.qui
7 teſta.fa.poſ.& Bal.in c. 1.de benificio fratris. ¶ † Accedat quia plures erant minores 25.annis. filij d.R.cum quibus non poteſt videri contracta ſocietas.l.vt in conductionibus.ff.pro ſocio.& Bart.in d.§.altero. & in d.l.patruus. dicta diſpoſitione ſtatuti dicti loci diſponentis, ꝙ nullus pupillus vel adultus poſſit obligari vel contrahere niſi ſeruata ſolẽnitate ſiue adultus curatorem habebat ſiue non, quod eſt contra ius commune.l.ſi curatorem habens.ff.de in integ.reſti.mi. ¶ Non obſtat titulus librorum,& illud quod in eis deſcribitur: quia reſpondeo pluribus modis & primò ꝙ dicta ſcriptura non potuit obligare filios d. R. minores ſine authoritate legitimi adminiſtratoris de iure communi.l.obligari.in prin.ff.de admi.tut.l. cum qui.C. eo.tit.Et apertius cauetur in ſtatuto præallegato. ¶ Secundò reſpondetur quòd verum eſt ꝙ libri probant conſenſum contra ſcribentes.l.quidem nummularios. ff.de eden. Et ita loquitur Bart.in præallegata.l.ſi patruus ſed contra aliũ maximè in fauorem ſcribentis non faciunt fidem. l.exemplo. C.de proba.& in c. 1.de iureiu.cum ſi.Sed dictę poſtę librorũ facientes mentionem de dictis dotibus non fuerunt ſcriptę manibus dicti O. aut filiorum dicti R. ſed per filios dicti M. ergo cum de conſenſu & voluntate dictorum O. & filiorum R.non conſtet: ſequitur quod onus dotandi filias prædictas non aſcribitur niſi patri dictarum filiarum. ¶ Tertio reſpondeo ꝙ cum in dictis poſtis librorum fiat mentio de inſtrumentis dictarum dotium factis ea die qua ſcriptæ fuerunt dictæ poſtæ videntur dictæ poſtę intelligi & interpretari ſecundum formam dictorum inſtrumentorum prius factorum, ſed in inſtrumentis dotium filiarum dicti magiſtri M.conſtat ꝙ ſolus M.dotes dedit ergo, eodem modo debet interpretari,& intelligi debet dicta ſcriptura per hoc quod not. Bal.in l. 2.in verſi. vlterius not.arg.&c.C.de erro.aduo.& Bart.in l.triticum. ff. de verb.oblig. ¶ Item attendi debet probatio inſtrumenti tanquam validior * quæ pręferri debet probationi, non tam efficaci per ſcripturam priuatam.l.inſtrumenta. C.de proba.c. 2.de fide inſtr.c.licet cauſam.de prob.cum ſimi. ¶ Succeſſiuè non obſtat ꝙ in inſtrumentis dotium dictarum filiarum B.dicatur M.& O. ſuis nominibus & vice & nomine filiorum dicti R.dederunt dotes. &c.quia reſpondeo primo quòd in vltimo inſtrumento dotis datæ poſteriori filiæ d.T.non interuenerit conſenſus nec præſentia d. O. ergo non poteſt dici ꝙ ipſi
8 O.pręiudicatum fuerit per factum alterius fratris, ex quo nõ erãt in tali ſocietate quę ad hoc eos arctet.vt ſupra dixi. † Nec ſocius aut frater cenſetur habere mandatum ad præiudicandum ſocio vel fratri.l.nemo ex ſocijs. in princ.ff.pro ſo.l. 1.C. quibus res iudi.non noc. vel aliter poteſt reſponderi prout ſtatim dicam, quo ad aliud inſtrumentum dotis quod nunc attingo. ¶ Poſtremò non ob.aliud inſtrumentum do. traditæ. B. filię dicti R.in quo continetur ꝙ M. & O. dederũt dotem per d.B.animo conſequendi liberationem legati relicti eidem B. in teſtamento dicti R. pro dote. quia ad hoc reſpondeo ꝙ cũ ad hoc dictum legatum non erant obligati niſi hęredes d.R. ꝙ merito d. M.& O.dantes dotem pro conſecutione liberationis legati, videntur feciſſe animo gerendi negotium dictorum hęredum R.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.& l.ſoluere.& l.ſolutio. ff.ſolu. ¶ Secundo reſpondeo quòd cum d. M.& O.gererent tunc negotia dictorum hæredum & eorum tanquam minorum bona adminiſtrarent, videntur dediſſe dotem de bonis ſpectantibus ad dictos hæredes obligatos ad dictam dotem: vt no.gl.& doct.in l.ſi.C.de dotis promiſ. & l. Neſennius. ff. de neg.geſt.& doc.in l.vxorem.§.pater naturalis. ff.de lega.3. in l. 1.§.nec caſtrenſe.de col.bono.& omnes in l. 1.ff. ſol.mat. & probatur in l.fin.ff.de pe.hære.& in pręalle.l.Neſennius. Ex quibus concluditur quòd impenſæ dotium & aliarum rerum factæ pro maritando dictas filias M. debent imputari in portione d.M.duntaxat & dictæ dotes datæ dictis filiabus d. R.debeant computari in portione debita dictis hæredibus dũtaxat, ex quibus etiam infertur quòd impenſæ legatorum teſtamenti d.R.cum non ſit actus quæſtuarius vt not. Bartol.in l.cætera. §.ſed & ſi quis.de legat. 1.& impenſa funeris eadem ratione tanquam ęs alienum. l.fina.§.in computatione.C.de iur.delib. & l.Papi. §. quarta. de inoffic. teſtamen. debet imputari in portione dictorum hęredum per ſuperius dicta: & eo maximè quia dicti hęredes non erant ſocij omnium bonorum cum dictis M.& O. vt ex pluribus fuit oſtenſum. Ego Alexan.Bon.

ADDITIONES.

Hoc conſi. repetitum eſt in lib. 3.conſi. 104. Natta.

* Filiam.] Quòd ſocius omnium bonorum teneatur, latè Rui.conſilio 104.lib. 1. Et ibi in 2.dub. dicit, ꝙ is, qui habet pauciores filias non poteſt in plus dotare quam ille, qui plures. Amplia vt per Rui.conſ. 101.col. 16.lib. 1. Natta.

a ¶ Ergo.hoc eſt veriſſimum.idem ſentit Alex. ſ.eo.conſil. 133.nu.2.& infra lib.4. conſi.77. Sed in his conſilijs non loquitur apertè de ſocijs omnium bonorum prout j.lib.5.conſi.70.in primo dubio. vbi diſertè tenet filiam vnius ex ſocijs omnium bonorum dotãdam de communi, ita vt non debeat poſtea finita ſocietate imputari vel deduci.idem ſentit infra libr.4.conſil.77.idem tenuit Paul.conſi.358. libr.2. nec obſtat ꝙ aliter tenere viſus eſt in conſil.369. Dico quod iſta. lib. 1. & conſi.366. viſo dicto.lib.2.quia ibi non loquitur, in ſocijs omnium bonorum. idem ſcilicet dotandam de communi tenet Anto. Bu.conſi.7.idem Soci.conſi.291.lib.2.cõſi.4.cum ſequen. lib.4. vbi pleniſsimè diſcutit. nec obſtat ꝙ contrarium tenuit Sozi. in conſil.192. col.4. lib.2.& conſi.66.col ſi.libr. 1.quod duplatur in conſi.213.lib.2.quia in iſtis conſilijs non ita plenè examinat ibi. doc. videntur inſequi vacillationem Petri Peru. tra. de duobus fra.part. 6.q.9.vbi poſtquam latè vtrinque diſputauit & replicauit dicit vtrãuis opinionem ſine peccato teneri poſſe, quod eſt valde pudendum. cæterum prædictam affirmatiuam ſententiam firmat Deci.conſi.66. & conſil.68.deinde in authen.quòd locum.colum.2.C.de colla.Sed hi multum errant & cecutiunt in re clariſsima cum dos ſit in locũ legitimæ ſeu totius vel partis portionis hæreditariæ: & ſic filia videtur dotem percipere tanquam partem ſuam de bonis patris: igitur licet quamdiu durat ſocietas, dos ſit danda de communi tamen ſocietate ſoluta debet reputari in partem patris ſuæ dotantis in diuiſione ſocietatis & omnium bonorum.& ita tenet Pet.de Ferra.in for.li. in cauſa ſocietatis.verſi.vndecumque quæſita.Cor.vbique conſulendo vt in conſi.286.col.fin.lib. 1.conſi.52.lib.3. conſi.58.col.pe.lib.4. Lud.Rom.conſi.145.conſi.413.col.2.Iaſ.d.authen.quod locum.colum.3.& plures doc.infra.lib.4.conſi.76.cum ſubſcriptionibus: excepta vltima ſubſcriptione quæ eſt Alex. qui in ſua ſententia perſeuerat pluries. alij citari poſſunt ſed non loquuntur expreſsè in ſocijs omnium bonorum in quibus duntaxat do.controuertunt: ſed tenendum eſt vt dixi: niſi aliter expreſsim pactum ſit.& adhuc pactum ſimpliciter factum non intelligitur niſi de prima dote, inquit text.in l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio.

* Queſtuariis.] Intellige quando actus ſunt limitati, Sed ſi.difformes, videtur contracta ſocietas omnium bonorum, in qua veniunt etiam

queſtuaria,& non quæſtuaria. Ita declarat Dec.conſil.548.columna
fina. Natta.

* Præſupponitur.] Nota φ ſocius particularis non tenetur dotare.
quod etiam voluit Anto.de Butr. conſi.7.dubium primum reduci-
tur. Facit ratio.quia hæc impenſa non concernit ſocietatem, ideò
non aſcribitur ſocietati l.ſocium,qui in eo.§.ſocius. ff.pro ſoc l.ſi v-
nus ex ſocijs,§.1.eo.titi Natta.

* Validior.] Adde tex.in l.ſcripturas.C.qui pot.in pigno hab.& in hoc
articulo, quomodo priuata ſcriptura cedat publicæ, vide gloſſ.&
ibi plenè Docto.in c.2.de fi.inſtr. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio teſtatoris non impedit in teſtamento diſponere.*

6 *Statutum, ne mulier ſine conſenſu viri teſtari, an valeat.*

7 *Alienare prohibitus ob imbecillitatem non prohibetur teſtari.*

CONSILIVM CLV.

Viſis & accuratè conſideratis his quæ in themate & his
quæ copioſè ſcriptæ ſunt per d.conſulentem. ¶Pu
to in primis circa primum dubium eſſe cōcludendum quòd
non obſtante diſpoſitione & prohibitione alienationis facta
d. Petro Fran. ipſe poterit teſtari vt potuiſſet, ſi teſtator illam
expreſſam prohibitionē alienationis non feciſſet. ¶Hoc enim
vltra alios decidit Ang.in conſi.57.in ci.Domina Andrea con
1 didit teſtamentum. vbi dicit † quòd ſi teſtator reliquit alicui
bona & prohibuit eum vel eius hæredes vel deſcendentes vſ-
que in quartum gradum alienare quoquomodo, volens quòd
non liceat quoquo modo dicta bona alienare vel pignorare,
permutare, vel quouis alio titulo in alium transferre: & ſi ſe-
cus fecerit voluit bona illa deuenire ad alium, quærebatur an
ille cui dicta bona relicta ſunt dicatur contra prohibitionem
feciſſe ſi in eis inſtituit hæredem extraneum. & concludit φ
a non [a] quia conditio & prohibitio alienationis prędictę intelli
gitur de alienatione voluntaria non neceſſaria: & p cōſequens
non trahatur ad hęredis inſtitutionem.allegat.l.1.ff.de fundo
dotali.& l.ex hoc edicto. §. alienare. ff.de alie.iud.mu.cauſa.
fa. ¶Nec ſecundum eum debet imputari ei cui dicta prohibi-
2 tio facta eſt ſi inſtituit hæredem quē vult † qa libera debet eſſe
ſtandi facultas, & teſtamentum non debet reſtringi per metū
pœnarum vel amiſſionis iuris l.ille autē.ff.de hære.inſtituen.
l.ſtipulatio hoc modo. ff.de verb.obl.plus dicit quod ſi teſta-
tor voluiſſet relictum dictorum bonorum dicto hæredi vel le
gatario adimere ei vel eius hęredibus in iſtum caſum, ſcilicet
inſtitutionis hęredis non valet: quia fideicommiſſum relictū
in defectum conditionis, quę iure reijcitur vel reprobatur.nō
debetur.l.1.C.de his quę pœnę nomine. l.quoties ſub condi-
3 tione.ff.de conditionibus & demonſtr. ¶ † Ad prędicta etiam
allegat ipſe no.Bart.in l.peto.§.fratrem.ff. de lega.2.dum cō-
cludit quod vbi prohibitio alienationis eſt facta ſimpliciter
etiam in vltima voluntate non intelligitur prohibita tranſ-
miſſio ad hęredem teſtantium. ¶ Ecce quòd valde generalia
erant verba dicti teſtamenti ſcilicet quod ei quoquo modo
non liceat vendere, alienare, permutare, vel pignorare, vel quo
uis alio titulo in alium transferre. Et tamen intelligitur exce-
pta alienatio quòad hæredis inſtitutionem, etiam ſi inſtituat
extraneos. Nam illa verba quouis alio titulo in alium tranſ-
ferre: important plus quo ad propoſitum noſtrum quàm alie
natio: tamen tranſlatio permiſſa eſt l.diffinimus.& ibi not.in
glo.in verſi.tranſlatio. C.de agri.& cenſi.libr.11. Et quod ſit
generale patet in l.tranſlatio. & in l. nam & ſi transferram. ff.
de adi.leg.& in l.j.§.fina.& quod ibi not.ff.de iuriſdic.omn.
iudic.& in l. fi. cum gl. C.de legi. ¶Accednnt illa verba quo-
uis alio tit.&c. quę trahuntur etiam ad improprium titulum
alienationis. & differentia ab expreſſis probatur ex not. per
glo.iuncto tex.l.2.C.de quadri.prę́ſcr.in verſi.quaſlibet alias.
quę iuncto text. vult quod illa verba qnęlibet alia actio &c.
comprehendant etiam officium iudicis quod eſt impropriè
actio.l.actionis.verſi.cum ibi not.ff.de actio.& oblig.l.pecu-
nię.§.perſecutionis. ff. de verbo. ſignifi.not.plenè Bart.& alij
in l.1.ff.de iuriſd.omn.iud.cum concor.& tamen Ange.vult
quod ſub dictis verbis non poſſit comprehendi hæredis in-
ſtitutio. ¶Imo fortius vult Angelus vt dixi quod dato quod
teſtator hoc expreſsè dixiſſet, tamē non valeret fideicommiſ.
iniunctum in caſu talis contrauentionis vel alienationis: poſi
to quòd hæredis inſtitutio dicatur alienatio, vt in dicta l.ex
hoc edicto. §. alienare,& l.ſi quis prioris.§.1.cum ſequen.C.
4 de ſecun.nup. dicto §.fratrem. ¶ † Comprobantur prædicta,
quia per vnam clauſulam teſtamenti datur declaratio ad aliā.
l.qui filiabus.in princ.& l.ſi ſeruus plurium. §. fin.ff.de lega.
1. ¶ Sed dominus Maſeus teſtator in primo capitulo incip.
Item ſaluis ſupradictis & infraſcriptis idem teſtator manda-
uit, iuſſit, & ordinauit quòd dictus Petrus Franciſcus non
obſtantibus ſcriptis & ſubſtitutionibus ſibi factis poſſit libe-
rè ſine contradictione alicuius vendere, donare permutare,
alienare, legare, ac quaſcunque alienationes, vendicationes,
quouis alienationis modo etiam largo ſumpto vocabulo, fa-
cere & teſtari & codicillari pro libito voluntatis ſaluis infra-
ſcriptis. & poſtea in ſequ.ca.diſpoſuit quod ſupraſcriptus Pe
trus Fran. non debeat vendere, donare, permutare, neć alie-
nare alienationis largo ſumpto vocabulo aliqnid de bonis &
reb. ipſius teſtatoris donec peruenerit ad ætatem 25. anno.
nec ad aliquem actum permutationis vel alienationis perue-
nire ſine ſpeciali licentia, & voluntate dominę Catharinæ
ſuę matris, & quorundam aliorum ibi nominatorum, & ſi
contrafecerit vult quod illud alienatum vel tranſlatum deue
niat in nonnullos ſubſtitutos, vt ibi latius habetur. Ecce φ
teſtator in 1. cap. pręcedenti permiſſiuo fecit mentionem de
omni alienatione largo ſumpto vocabulo: tamen poſtea etiā
ſubiunxit & permiſit. do. Petro Fran. poſſe legare, teſtari, &
codicillari. in ſequenti autem titulo non fecit mentionem de
actu teſtandi, legandi, & codicillandi. ¶ Dedit ergo nobis
intelligere teſtator quod ſub illa alienatione largo ſumpto vo
cabulo non intendebat comprehendere actus teſtandi. & ſi
in ſeq. ca. prohibitiuo voluiſſet Petrum Franc. non poſſe te-
ſtari ante 25.anno. Ita de actu teſtandi feciſſet mentionem ſi-
cut in præcedenti, in quo alienationem permiſit. c.inter cor-
poralia. de tranſla. vbi dum text.dicit vnde circa tranſlatio-
nem idem fieri voluiſſet quod de ceſſione dixerat, idem &
de tranſactione exprimere potuiſſet &c. facit.l.1. §.ſi nautem
ad deficientis.C.de cadu.tol.& c.ad audientiam.de deci. ¶Ad
5 idem: † quia vbi conceditur alicui poſſe diſponere ſolum
cum conſenſu alterius, non intelligitur de actu teſtādi: quia
talis actus non poteſt pendere ab arbitrio & poteſtate alte-
rius. l. captatorias. l. iſta inſtitutio. ff. de hęred. inſti.& not.
in l. tam his. §. 1. ff. de donat. cauſa mort.& in l.Senium.C.
qui teſtamen. fac. poſ. ¶In tantum quod dicit Paulus de Ca-
6 ſtro in l. ex facto. in princ. ff. de vulga.& pup. † quod ſtatu-
tum diſponens quod mulier non poſſit teſtamentum facere
b ſine conſenſu viri, non valet [b] & reſcriptum principis aufe-
rens facultatem teſtandi non valet: ideo multo minus priua-
tus poſſe debet diſponere contra l. quod quis non poſſit te-
ſtari ſine conſenſu alterius. l. nemo poteſt. ff.de lega. 1. l. for-
ma. C. de offic. prę.prætò. ¶ Pręterea aduertendum prouide-
re, quod quis poſſit diſponere cum erit ętatis anno.25. & nō
ante: nam talis prouiſio non intelligitur de actu & diſpoſitio-
ne teſtandi, ſed de alijs diſpoſitionibus factis aliter quàm te-
ſtando vel codicillando. hoc probatur in auth. vt liceat ma-
tri & auię, iuxta. 1. colum.& etiam in verſi. perfectę ætatis.
iuncta gloſ. in verſi. diſponere. nam ibi dicitur quod filius-
fa. cum fuerit perfectę ętatis, ideſt 25.annorum. l.fina. C.de
his qui ve. ęta. impe. poſſit in rebus aduentitijs in quibus &
nullus acquiritur vſusfructus patri, quę voluerit diſponere:
& tamen illa verba non intelliguntur nec referuntur ad actū
teſtandi, vt ibi in gloſſ. in verſi. diſponere. quę eſt communi-
ter approbata: nam ſi intellexiſſet comprehendere actum te-
ſtandi non dixiſſet ibi cum fuerit perfectę ętatis, id eſt 25.an-
norum. quia in actu teſtandi non attendimus illam ętatem.
Sed ętatem 14. annorum. l. qua ætate. ff. de teſtamen. ¶ Er-
go in propoſito illud capitulum teſtamenti in quo dicitur
quod cum licentia dominę Catharinę & aliorum ibi nomi-
natorum. poſſit Petrus Franciſcus alienare & diſponere cum
fuerit ætatis 25. annorum: & non aliter non debet referri
7 ad actum teſtandi. ¶ † Bene facit quod not. Bald. in l. ea le-
ge. C. de condi. ob cauſam. circa. 6. colum. vbi in ſecunda
quęſtione concludit quod vbi prohibetur alienatio vt con-
tra alienantis imbecillitatem prouideatur, & tunc non vi-
detur

detur prohibita hęredis institutio: vnde secundum eum ille qui est vt minor ab alienando prohibitus potest testari, vt ff.de libe.lega.l.Aurelio.§.finali. Et idem in effectu de mente Saly.in dicta.l.ea lege.circa antepe.col.faciunt no.per Bart.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de ver.obli.¶Ex quibus omnibus concludo quod nõ obstante dicta prohibitione potuit dictus Petrus Franciscus in dictis bonis hæredem instituere per prædicta, patet responsio si allegatur glos. in l.statuliberum a cæteris.ff.de statulib. quæ dicit quod translatio quæ fit instituendo hæredem, dicitur alienatio licet impropriè & largè. Alexander Bononiæ.

ADDITIONES.

4 intercessisse & promisisse vt fideiuss. sequitur ꝙ primo debet fieri excussio in bonis debitoris principalis,qui vt dicitur habet bona antequam procedatur contra fideiussorē vt in auth. præsente.& in corpore vnde sumitur.C.de fideiusso. ¶Nec ad hoc ob.si dicitur ꝙ ille propriè non est fideiussor seu intercessor pro alio quia videtur in rem propriam intercessisse vt probari videtur in l.2. C.ad Vell.cum concord.ibi alle. in glo.& facit.l.si mulier dederit.ff.ad Vell.nam vt habetur in dictis locis si mulier se obligauit alteri pro suo creditore : tunc non gaudet priuilegio seu beneficio senatusconsulti Velleiani. per quod succurrebatur mulieribus intercedentibus : † quia re-

5 spondeo ꝙ beneficium senatusconsulti Velleia.nunquam prodest mulieribus intercedentibus & fideiubentibus quando ex tali fideiussione non patiuntur damnum. vt d. l. si mulieri.& ibi Bart.& in l.debitrix.in prin.eo.tit.nimirum ergo si mulier in casibus positis vel similibus damnum non pateretur quando mandato creditoris sui fideiubet pro creditore delegati. ¶Sed aliud consideratur quò ad beneficium excussionis quod competit fideiussoribus, quia consideramus quis fuerit ille qui pecuniam receperit ab ipso principali creditore & debitum cum ipso contraxerit, vt semper ille talis debeat primo exequi.ita vult textus in authen.de fideiuss.circa prin. glo.1. ergo si præsupponamus ꝙ dictus qui erat obligatus dicto mercatori: vt dixi, ipse Thomas erat ille qui accepisset rem vel pecuniam & per consequens primò excutiendus fuisset. ¶Et ꝙ alia habeatur consideratio intercessoris quò ad beneficium excussionis patet:quia mulier intercedendo vel per viam mandati fideiussionis, vel constituendo vel promittendo ab initio vt expromissor gaudet semper beneficio Velleia. ¶Et idem si promitteret animo nouandi.l.1.cum glo.1.& 2.C. ad Velle.

6 † & tamen constat ꝙ ille qui promittit animo nouandi non habet beneficium excussionis, vt not. in authen.de fideius.in prin.per glo.per Barto.& alios in l.in persona.§.1.ff.de pac.& per alios in l.hi qui cessionis. ff.de fideiuss. ¶Vel potest dici ꝙ id quod habetur in d.l.2.suprà alle. procedit quando quis intercedit pro obligato & eius promissio non potest dici valida vt probaui suprà. Ex quibus apparet ꝙ sicut dictæ exceptiones impediuissent processum ordinarium contra dictum Dionysium: ita debent causare reuocationem capturæ: vt not.Io. And.in addit.Specu.in titu.de cessione act.§.fin.in vlti.addit.

7 ¶ † Quantum vero ad secundum dubium dico Dion. ibi non potuisse recommendari die feriata in honorem Dei, vt recommendatus & sequestratus fuit:quia tales capturæ & executiones non possunt fieri die feriata in honorem Dei.l.fi.& ibi nodo.C.de fer.& in ca.fin.extra eo.titu.¶Et licet propter causam suspicionis quæ superuenisset post debitum contractum posset capi debitor tempore feriato in honorem Dei, vt not.gl.fi. in d.l.fin.& ibi Barto.& alij. C.de fer.& Barto.in l.ait prætor. §.fi

§.si debitorem.ff.quæ in frau.cred.& Ange.in l.2.ff.de fer. & Bald.in l.1. C.qui bo.ced. pos.& in l.fina.C.de exhiben.reis. ¶Tamen non potest tali die feriato fieri recommendatio & sequestratio personæ * iam carceratæ vt singulariter voluit Bal.in auth.ei qui.C.de bo.auth.iud.pos.in 4. col.in versicu. quæro. dictat statutum &c. quia non est aptus fugere & potest * creditor qui recommendare vellet carceratum prouidere & diligenter curare q si die feriata relaxaretur carceratus, faciat eum de nouo capere ratione nouæ suspicionis fugæ, vt

8 est de mente Bald.in loco præallegato.† Alia ratione ostenditur q dicta recommendatio fieri non potuit: quia communis est conclusio q vbicunque captura facta non est legitimè facta interueniente defectu iudicis: vt quia iudici constabat non esse capiendum reum: tunc non potest talis captus recommendari.hæc est conclusio Bar. rectè intuenti in sua disputatione incipiente, Lapus captus. per plures rationes ibi positas per eum.& Bart.& Ange.in l.cum vnus.in prin.per illum text.ff. de bon.auth.iud.pos.& in authen.ei qui iurat.in 4.col.& Sal. in l.fi.in prin.eo.tit.& Bal.in l.legata inutiliter. ff.de leg.1. & in l.quicunque. in prin. ff.de in ius.vo. ¶Sed iudici constabat de iusta petitione dictæ capturæ quia antiqua promissio Dio. erat facta pro non obligato: & tunc videbatur facta fideiussorio noie: tunc et non facta excussione debebat grauari Dion.

9 ¶† Quod vltra prædicta probatur in simili, quia videmus q quando de iure communi proceditur pro aliqua executione ad capturam personæ debitorum, talis captura committi non debet nisi prius excussione a facta in bonis eiusdem debitoris. & sic dato q aliter non fuerit opposita coram iudice exceptio executionis: tamen non debet procedi ad dictam capturam: vt no.gl.singularis.l.3.§.tutores.& ibi no.etiam Bar. ff.de suspe.tu.& no.Bar. & Bal.in l. 1. C.qui bo.ce.pos.& Bal.in l.ordo.in vlt.co.et in 3.& 4.col.C.de execu.rei iu.& Bar.& Ang. in l.debitoribus.ff.de re iudi.& Bar.& Ange.in l.nemo carcerem.C.de exac.tribu.lib.10.& Bald.in addi. Specu.in titu.de execu.sen.in prin.& in l.fi.ff.de in ius voc.per illum tex.& Io. de Imo.in c.Odoardus.in 6.col.de solu.& Abb. * in ca. quod ad consultationem.circa tertiam chartam, de re iudica.ita ergo in proposito non facta executione necessaria contra principalem, non debuit nec potuit deueniri contra fideiussorem ad capturam, quando ante capturã non fuit opposita exceptio excussionis, quæ etiam opponi nõ potuit cum fuerit ab initio captus.facit.l.pure.in fi.in ratione sui.ff.de doli excep.Ex quibus omnibus infertur conclusio, q dictus Dio.est de carceribus relaxandus. ego Alexand.

ADDITIONES.

Personæ.] Vtrum, si captura est nulla, possit fieri recommendatio, Hippo.in practi.cri.in §.attingam,nu.32.vbi plura in materia. Natt.

Et potest.] Eadem ratione non potest debitor fugitiuus capi in loco sacro ex quo locus sacer custodiri potest. Ita inquit notabiliter Dec. contra Ias.in l.vinum.ff.si cer.peta. Natta.

¶Excussione. Io.Ana.cons.21.Maso.tract.de cit.art.20.num.61. Fel. c.ad consultationem.col.7.de re iudi. tamen in obligato ex contractu ad carceres non seruatur sed inualuit vsus vt liceat etiam bona & personã simul capere vt dixi consu.Par. §.166. * Quòd si pactũ sit, q debitor possit personaliter arrestari. vel statutũ ita se habeat? Dic q non est necessaria excussio. Ita sollenniter consuluit Abba. consi.92.lib.2.Intelligens glo.in d.l.3.§.tutores, in terminis iuris cõmunis. Tamen oppositum dixit Roma.consil.241. col.2.per dictam glo. Natta.

Abb.] Vide de hoc ibi Feli. col. 8. Et q dicta glo. non procedat de consuetudine, & secundum statuta, tenet Pau.de Cast.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iudica.Et glo.sequitur Ias.consi 20.col.3.lib.3.Et veritas est, q damnatus carceri possit absque excussione, nisi bonis cesserit. Are.in §.fin.col.1.institu.de actio. Et quòd valeat statutum Alexan. consi.145.colum.2.lib.5.Et glo.sequitur Dec.consi.669.col.1.& ibidem col.2.Et glo. sequitur Alexand. & Aret.in l.alia.§.eleganter.ff. solu.matri. Natta.

EPITOME.

Concessio facta alicui & descendentibus extenditur ad fœminas.

CONSILIVM CLX.

Viso themate suprascripto omisso omni verborum apparatu. ¶Videretur prima consideratione, dicendũ dictam concessionem seu donationem factam ser Zachariæ pro se & descendentibus suis non comprehendere dictam Iudith, descendentem dicti ser Zachariæ per fœminam, vt pro-

1 batur.in l.1.in fi.ff.de iur. immun. † vbi priuilegium immunitatis concessum alicui pro se & posteris, * seu his qui essent de genere suo, non compræhendit natos ex fœminis. & ita videtur voluisse glo.in l. si ita sit scriptum filiabus.ff.de lega.2. quam glo.sequitur Dy.in l.cognoscere.§.liberorum. ff.de ver. sign.& idem videtur tenere Pet.& Cy.in l.fi.ff. de consti.prin. in 4.q.& refert etiam Bart.in l.quia tale.ff.solu.mat. ¶Sed his non obst.contrariam sentẽtiam de iure probabiliorem esse pu

2 to ad quod ostendendum præsuppono † q appellatione descẽdentium comprehenduntur omnes in infinitum * cuiuscunque gradus sexus sint. & siue sint nati ex fœmina siue ex masculo dicuntur descendentes: vt probatur in authen.de hære. ab intest.post prin.col.9. & in l.fi.C.de suis & legi. ¶ Bene facit text.in d.l.cognoscere.§.liberorum.& in l.1. C.de condit.

3 inser.¶ † Secũdo præsuppono q in donationibus & beneficijs latissima fit interpretatio: in priuilegijs vero stricta.l.fi. de cõsti.prin.l.quando. C.de bono.vacan.lib.10.c.cum dilecti. de dona.l.si quando.in prin.C.de inoffi.testa. ¶Sed ita est, q nos loquimur in donatione & beneficio.ergo in ea latissima faciẽda est interpretatio. Et q in beneficijs seu donationibus non habeat locum, tex.est in d.l.1.ff.de iure immu.Sed in priuilegijs colligitur ex not.per glo.in l.sordidorum.C.de excu. munerum.lib.10.& ita allegatur per Pet. & Cyn. in d.l. fin.ff.de consti.prin.& per Barto.& Nico.de Neap.in d. l.quia tale est. & hoc etiam expressius & clarius dicit Io. de Imo. in d.l.si ita scriptum. ¶Fortius voluerunt Pet. & Cyn.in præalle.l.fi.ff.de

4 consti.in princ.in 4.q. † q illud quod dicitur in d.l.1.in fi.ff. de iur.immu. procedat ex eo quia * cõcessio immunitatis fuit facta pro se & posteris: & ratio est secundum eos quia posteritas refertur ad nomen familiæ, & familia consistit in his qui per sexum masculinum tantum procedunt.l.familiæ. in fine. ff.de verb.sig.& institu.qui.mo.ius pat.potest.solui.§.fi.secundum eos. & q posteritas referatur ad nomen familiæ probatur, licet ipsi nõ allegent in l.vacatio.ff.de mu.& hono. & no. Dy.in proposito in regula, priuilegium.de reg.iur.in 6.sed cõcessio de qua quæritur non fuit facta sub nomine posteritatis: sed descendentium.& non potest negari quin etiam nati ex filia vel nepte vel pronepte dicantur descendentes ab illo a quo filia neptis vel proneptis processit, vt probant iura superius allegata. ¶Et sic patet responsum esse ad allegata in cõtrarium. quia vel loquuntur quando concessio fuit facta alicui pro se & posteritate sua vel loquuntur in priuilegijs concessis circa ea quæ erant contra ius commune: in quibus fit stricta interpretatio. Nos autem in donatione & beneficio propriè loqui-

5 mur.* ¶ † Quia beneficium est quando aliquid præter ius cõmune conceditur, vel quando aliquid donatur, vt no.per glo. in c.1.in verbo, noscatur.de consti.in 6.& no.in l.quod fauore.C.de legi.& clarius Cy.in d.l.fi.& ibi etiam Bar.ff.de constit.prin.& Ioan.And.& alij in ca.olim tibi.de verbo.signi.& Bart.in l.si quando.in prin.ff.de inoffi.testa.& Cyn.in l.rescripta.C.de preci.impe.offe.sed beneficium largè accipiẽdo potest tanquam genus comprehendere etiam priuilegium: vt declarant doct.in dictis locis.& Arch. in c. gratia. de rescrip.in

6 6.† & in beneficijs ac donationibus latissimè fieri debet interpretatio contra concedentem, & in fauorem eius cui conceditur, vt iam dixi. Ergo non mirum si aliud est in casu d.l.j.ff.de iur.immu. & aliud in casu nostro. ¶ Accedit etiam q illa donatio remuneratoria non est contra ius commune, nec prohibita fieri etiam per solos decuriones ciuitatis: vt latè probat Bart.in l.ambitiosa.circa.2.col.ff.de decre.ab or.faci.& Bald. in l.præses.C.de transact. ¶Ex quibus cõcludo dictam Iudith, debere comprehendi sub prima concessione facta ser Zachariæ, & per consequens eam esse de illis personis quæ de iure tenere potest dictam rem concessam: & in consequentiam ius esse reseruatum in posteriori concessione, in qua etiam in dubio non intelligitur comprehensum ius tertij ca. super eo. de of.deleg.c.quamuis.de rescri.in 6.l.impuberi. ff.de admi.tuto.& l.nec auus. C.de emanc.liber. cum simi. & tanto magis in casu nostro, in quo videtur fuisse expresse reseruatum & exceptum ius tertij. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse. ideo ita dico & consulo ego Alexander Bononiæ.

ADDI-

ADDITIONES.

* Posteris.] Immunitas concessa pro se & filijs, includit omnes descendentes, si habetur ex causa onerosa, quia stipulatio videtur facta filio vt hæredi, Bal.consi. 112. incipien. Quæritur qui intelligatur. 2. dub. lib. 1. Natta.

* In infinitum.] Vide Soc. consil. 51. col. 1. lib. 4. vbi dicit appellatione descendentium venire omnes in infinitum. Et idem dic in verbo, Successor; ideò Papa appellat se successorem Petri. Iason. in l. si quis filium ff. de acquirend. hæredita. Natta.

* Ex eo quia.] Vide Dec. in c. nouit in 6. not. de iudi. Vide etiam Alex. latè in l. quia tale, ff. solu. matrimo. & latè Dec. consi. 223. incip. In casu proposito. & And. Sicul. consi. 57. col. 5. & latissimè col. penul. lib. 2. & Decium latè in l. fœminæ. ff. de regu. iur. & declarat consil. 32. Adde quod vbi fœmina facit concessionem appellatione posterorum includuntur fœminæ, ne videatur proprium sexum odio habuisse, Anch. consi. 336. incip. Pro maiori intelligentia. refert Soc. in repe. l. cum auus col. 11. vbi confirmat. Ias. in notabili proposito consi. 117. col. 2. lib. 4. inferens in feudis ecclesiasticis clericos succedere: cum non sit versimile ecclesiã velle suum genus excludere. Et istud comprobari potest ex quadam decisione Sali. quam Alexan. ponit consi. 85. circa fin. lib. 4. Et istud de fœmina tradit expressè Dec. in d. l. fœminæ, dum tractat vtrum masculinum concipiat fœmininum. 4. limitatione. Natta.

* Loquimur.] Sequitur Dec. consi. 468. col. pen. Natta.

EPITOME.

Clausula codicillaris facit valere institutiones iure fideicommissi & codicillos ante vel post factos etiam si testamentum annulletur præteritione nepotum ex filio instituto præmortuo: nec possunt deducere duas quartas quando restitutio fienda est incontinẽti. h. d.

CONSILIVM CLXI.

Examinatis viribus testamenti & codicillorum dicti Begnamini hebræi, & de quibus in themate fit mentio, Circa primum dubium quo quæritur an dictum testamentum rumpatur, saltem quò ad institutiones hæredum, ita quod sit locus successioni ab intestato nõ obstante quod d. Zacharias esset emancipatus, breuiter respondeo quòd res reducta intelligitur ad causam intestati: quia cum dictus Zacharias vnus ex filijs dicti Begnamini fuerit institutus, & decesserit postea dictus Zacharias viuente adhuc testatore, & superstitibus ex dicto Zacharia quinque filijs masculis nepotibus dicti testatoris,† quorum notitiam habuit testator prædictus ante mortem, & de dictis nepotibus nulla facta est mentio in testamento, testamentum rumpitur. l. Gallus. §. ille casus etiam. §. nunc. de leg. ff. de libe. & posthum. & l. posthumorum. ff. de iniu. rupto. & irri. fa. testa. ¶ Nec curandum est quo ad effectum an dicti nepotes essent in potestate aui vel non. Si enim concepti fuerunt dicti nepotes antequam Zacharias esset emancipatus: constat quod erant & remanserant semper in potestate aui: l. nam ciuium. & l. seq. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. illud. & tunc clarè procedit illud quod dixi. Si autem fuerunt concepti post emancipationem. & tunc non fuerunt in potestate aui. vt in d. §. illud. & tamen adhuc verum est dicere quod nihilominus rũpatur testamentum si sunt præteriti: cum tenerent tempore mortis testatoris primum locum sicut tenuisset Zacharias si vixisset tempore mortis testatoris, merito eorum præteritio rumpit testamentum etiam ipso iure: attento quod non sunt præteriti cum expressione causæ in testamento, vt no. gl. cõiter approbata & reputata singularis in §. exhæredatos. * in auth. de hęre. & falci. & no. Dy. in d. l. Gallus. in distin. mag. & Bart. ibi in §. in omnibus. & Cyn. & omnes in auth. ex causa. C. de libe. præte. & Bart. & alij in l. filio præterito. cum simi. de iniust. testa. & est communis conclusio per ea quæ habentur in authẽ. vt cum de appel. cog. §. aliud. iuncto §. sin autem hæc obseruata non fuerunt. & idem sentit glo. in l. si filius emancipatus. in glo. fi. ff. de mino. ¶ † Quò ad secundum dubium, quo quæritur an clausula codicillaris * operetur quò ad hoc vt saltẽ per viam restitutionis fideicommissi seruari debeat testamẽtum, & an sit locus detractioni Trebellianicæ. Respondeo quod dictũ testamentum ruptum quò ad institutiones hæredum ex causa dictæ præteritionis, recipit robur ex dicta clausula codicillari: vnde ab intestato succedunt dicti nepotes in quarta parte hæreditatis dicti Bignamini. l. vt in testato. C. de suis & legi. & in §. cum filius. instit. de hære. quæ ab intesta. defe. vigore autẽ dictæ clausulæ codicillaris, censentur grauati dicti nepotes restituere eorum patruis quatenus abintestato caperent dicti nepotes de eo in quo fuerant instituti dicti eorum patrui: non autem intelliguntur grauati restituere dictis patruis quatenus abintestato caperent de eo in quo specificè fuerat institutus Zacharias, scilicet in rebus quæ erant Parmæ † quia clausula codicillaris operatur solum vt succedens abintestato restituat iure fideicommissi hæredi instituto illud in quo directò erat institutus ipse cui restitutio fit. l. quærebatur. §. vtrum. ff. de testa. milit. & l. posthu. §. si paganus. ff. de iniusto testa. & l. ex ea. §. 1. cum ibi not. ff. de testa. hoc est quod decidit in proposito Bar. in l. 1. in 11. q. ff. de iure codicillo. ¶ Et ponderandum est quod mens Barto. ibi quod etiam in casu prædicto illud quod caperent dicti patrui ab intestato, & ea portione in qua fuerat specifice institutus Zacharias restituunt dictis filiis Zacharię. patet ibi dum dicit, quia tantum debet vnus alteri quantum alter alteri. ¶ Et nemo doctorum contradicit ibi decisioni Bar. imo specificè Rapha. Cum. ibi dicit quod licet quando extranei essent instituti aliter dici posset: tamen in casu in quo loquitur Bart. qui est casus noster putat veram esse decisionem Bar. propter præsumptam coniecturam mẽtis testatoris: quia non est verosimile quod voluerit priuare nepotes succedentes in locum patris: & illud applicare filiis dicti testatoris, qui sunt patrui dictorum nepotum. facit licet ipse non alleget. l. cum auus. ff. de condi. & demon. quæ in simili casu loquitur quasi plus dictum a testatore & minus scriptum fuerit, vt ibi dixit illa litera. & illa distributio ferè totius hæreditatis particulariter facta per testatorem inter dictos quatuor filios de rebus hæreditatis habet vim institutionis vniuersalis, seu quotæ in personam vniuscuisq; filiorum. ita est singularis casus in l. qd ergo. & ibi no. doc. ff. de leg. 1. & no. doc. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Treb. & Bald. in l. cum virum. C. de fideicõ.

4 ¶ † Quantum ad Trebellianicam respondeo quod non erit locus detractioni Trebellianicæ per aliquem ex prędictis qui habeant restituere alteri vigore dictæ clausulæ codicillaris. vt dixi, si penes illum qui vellet detrahere Trebellianicam reperiatur legitima debita sibi in bonis dicti testatoris. & attento quod d. testamentum ruptum fuit tempore mortis testatoris & ante quia vtrunque scilicet & legitima & Trebellianica deduci nõ potest eodem tempore iuxta ea quæ habentur in ca. Ray. & in 6. Raynal. de test. & no. in l. quanquam. C. ad l. Fal. per doc. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pupil. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & ibi in specie no. doc. & Bald. in l. filium quem habentem. in 13. col. C. fami. ercis. Fuit enim inuenta detractio Trebellianicæ quando penes hæredem succedentem ex testamento vel abintestato & habentem restituere fideicommissum non remaneret quarta, iuxta. l. 1. §. fi. ff. ad

5 Treb. & l. & sine scriptura. C. ad Treb. ¶ † Circa tertium quo quæritur an posito quod testamentum rumpatur firmi remaneãt codicilli, facti post testamentum per quos onus æris alieni aliter diuiditur inter hæredes quam diuisum esset in testamento. Et quamuis prima consideratione videretur dicendum quod nõ valerent codicilli rupto testamento. l. si quis cum nullum. §. fi. & l. abintestato. ff. de iure codicil. tamen in proposito contrarium est verius: quia si testamentum rumpitur ex causa præteritionis quo ad hæredis institutionem: tamen cum non rumpatur quò ad cætera, vt in authen. ex causa. C. de libe. præte. non rumpuntur etiam codicilli conditi facto dicto testamento, vt est glo. not. quam ibi sequitur Barto. & etiam alij ibi sequuntur in l. 1. in verbo, literas. iuncto tex. C. de codicil. ¶ Secundò potest responderi ad allegata in contrarium. quod codicilli facti condito testamento possint subsistere licẽt testamẽtum deficiat, dummodo tales codicilli fuerint abintestato confirmati: vt quia appareat quod voluit etiam dictos codicillos seruari per superuenientes abintestato. l. qui filio. §. seruus. C. de codi. Sed in dictis codicillis est adiecta clausula quæ vult illã suam voluntatem valere etiam iure codicillorum. Et si non valeret iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis vel prout melius valere & tenere potest, & sic vel videatur disponens voluisse illos codicillos valere etiam abintestato vel saltem importabunt illa verba, vt videatur disponens voluisse quod eo casu quæ in vim codicillorum subsistere non possit valeat iura alterius vltimæ voluntatis imperfectæ inter liberos. l. hac consultissima.

tissima.§.ex imperfecto. C.de testa.secundum Barto. in l.1.in
17.q.ff. de iure codi.& Bald.insti.de codi.§.fi. & quantum ad
casum nostrum idem tenet Bal.& Ant.in l.fi. C.de codic.per
quæ apparet responsum ad allegata in contrarium.¶Quantum
ad quartum quæsitum.s.an præsupposito ꝙ testamẽtum rum-
patur an ex dicta scriptura hebraica in qua fit mentio de di-
ctis nepotibus testatoris videatur ipsum testamentum conua-
lidatum,quamuis hæc dubitatio non videatur necessaria attẽ
to eo quod supradictum est de effectuali conualidatione ex
6 virtute clausulæ codicillaris:† tamen dico ꝙ illa scriptura cũ
sit priuata & etiam scripta manu alterius quam testatoris &
non habens subscriptionem testatoris nec filiorum non pro-
bar,vt l.fi.iuncta auth.si modo. C.fami.ercis.& in auth.quod
sine.C.de testa.vbi autem per dictos testes legitimè deponen-
tes probaretur veritas eorum quæ continentur in præallegata
scriptura, videtur si bene considerentur verba ibi contenta ꝙ
intentio dicti testatoris fuerit ꝙ quatenus fuerat institutus di-
ctus Zacharias, eatenus succedant filij.d. Zachariæ excepto
Liallo filio dicti Zachariæ qui succedere debeat cum certa di-
minutione si non acquiescat ordinationi, aliàs factæ de illis.
150. ducatis.& sic inter filios & descendentes esset seruanda
illa voluntas testatoris probata per duos vel tres idoneos, per
ea quæ leguntur & nota.in d.l.fi.C.fami.erci.& in l. hac con-
sultissima. §.ex imperfecto. C.de testa. Facit quod not. glo.&
doc.in l.quoties.C.fami.erci. ¶Attento ꝙ testamentum antea
factum voluit valere & ꝙ nichilominus dicti sui nepotes &
Zacharias ipsi testatori succederent vt manifestè colligitur ex
verbis de quibus in dicta scriptura hebraica.¶Circa aliud du-
bium quo quæritur an ex eo ꝙ d. Zacharias erat primo geni-
tus dicti Begnamini possint dicti filij Zachariæ petere in dicta
hæreditate Begnamini id quod Zachariæ eorum patri ratione
primogenituræ debebatur.attento quòd iuxta dispositionem
legis Moysaicæ seu Hebraicæ filius primogenitus ratione pri-
mogenituræ debet habere in hæreditate paterna duplum eius
quod habent seu habere debent vnusquisque aliorum filiorũ
in ipsa hæreditate. & an d.Begnaminus, posito ꝙ eius testi-
monium valeret potuisset prohibere vel minuere dictam par-
tem debitam ratione primogenituræ.Ego Alexan.de Tarta.de
Imo. iuris vtri. doct. ac iura ciuilia legens in almo & inclyto
studio Bono.sic dico & consulo.

ADDITIONES.

* In §.exhæredatos.] De hac glo.vide plura per Alex. in auct. non li-
cet.C.de lib.præteri. Natta.
a ¶Codicillaris.vt supra.eo.consi.112.nu.7.

SVMMARIVM.

1 Compendiosa etiam per verbum commune continet vulgarem.
2 Substitutio in parte vsusfructus trahitur etiam ad proprietatẽ totius alio non dato hærede vel substituto.
6 Institutus vnus si sit ad vitam, & post eius mortem alius primus censetur hæres sed grauatus per fideicommissum. secundo. nume.8.
7 Pertinere, verbum est commune.
9 Dictio taxatiua,non excludit ius accrescendi:nec potest probiberi in hæreditatibus, nisi a milite.num.10.

CONSILIVM CLXII.

Circa primum dubium in quo quæritur an quo ad di-
midiam in qua fuit institutus Lucas & dicto Lu
cæ facta fuit substitutio de vxore & filia testatoris sit locus sub
stitutioni: attento quod dictus Lucas decesserit viuo testatore
1 †& breuiter dico ꝙ sic: quia illa substitutio facta dicto Lucæ
fuit compendiosa facta per verbum cõmune, substituo.l.pre-
cibus. C.de impube. lege Centurio. ff.de vulgari & pupillari.
& ca.Raynu.de testamentis.in qua compendiosa substitutio-
ne comprehenditur etiam vulgaris substitutio secundum om-
nes,vt probat Cy.Ray.Bal.& Sali.in d.l.precibus.& Barto.in
d.l.centurio.in versi. vtrum substitutio compẽdiosa facta per
verbum commune contineat vulgarem.vbi dicit talem substi
tutionem compendiosam ex capite vulgaris substitutionis ha
bere locum si hæres institutus cui facta est dicta substitutio,
decedat viuo testatore.l.Imperator.§.1. ff.de alimen.lega.l.ab
omnibus.§.cum quidam.ff.de leg.1.l.vnica.§.pro secundo.C.
de cad.tol.cum sim. ¶Et tantò magis comprehenditur in casu
nostro vulgaris cum facta fuit dicta substitutio per hęc verba,
quandocunque decederet in pupillari ætate, per quæ verba si
dictus Lucas erat nepos ex filio,& in potestate dicti testatoris
intelligitur facta substitutio pupillaris: vt no.glo.& omnes in
d.l.precibus.Bar.& alij in d.l.Centurio. in qua pupillari con-
tinetur tacita vulgaris.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pup.quæ
vulgaris locum habet quandocunque contigit ꝙ non sit hęres
vel quia nolit vel quia non possit, vt quia viuo testatore dece-
dat.l.cum proponas.& ibi no.docto.C.de hære.insti.l.3.§.fin.
& ibi no.Bar.ff.de libe.& posthu.& per Bart.in l.1. de vulga.
2 & pupil.¶† Circa secundum dubium, an ipsis substitutis.s.fi-
liæ & vxori testatoris accreuit proprietas dictæ medietatis in
qua fuerunt substitutæ quò ad vsumfructum tantum.Et simi-
liter,an proprietas alterius dimidiæ in qua fuerunt institutæ
quò ad vsumfructum tantum durante vltima earum, accre-
uerit eisdem, & sic videantur esse hæredes vel hæres dicti te-
statoris,& grauatę de restituenda hęreditate per fideicommis.
illis qui sunt substituti post eius mortem & respondeo ꝙ sic:
maximè attento quod d. Lucas decesserit viuo testatore,& sic
non fuit hæres, & sic euenit casus substitutionis vt dixi. sub-
a stitutio facta de parte. L. de vsufru.trahitur ad totam [a] quan-
do nullus alius interim est datus substitutus:vt est casus singu
laris secundum docto.in l.cohæredi.§.cum filiæ.aliàs.§.fin.ff.
de vulg.& pupil.facit.l.1.§.si ex fundo.& l.ex facto.la 2.cum
mate.ff.de hære.instit. ¶Et similiter dico ꝙ etiam in parte di-
midia in qua ipsæ mulieres fuerunt institutæ quò ad vsumfru-
ctum, obuenit eis proprietas siue ex persona earũ siue ex per-
sona Lucæ:quia cum mortuo Luca viuo testatore nullus alius
interim inueniatur hæres institutus vel substitutus:tunc si nõ
vocantur ad hæreditatem nisi dictæ mulieres:necesse est dice-
re ꝙ interim totum accreuit ipsis mulieribus per viam supra
allegatam.¶Et dato post mortem dictarum mulierum sit facta
alia substitutio vniuersalis ad pias causas, vt not. in terminis
Salice.in l.extraneum.in fi. C.de hære. instit.vbi dixit quod si
testator instituat vxorem suam ad vitam in vsufru.& post mor
* tem eius * hæreditas relinquatur alteri, quod tunc vxor dum
viuit intelligitur hæres vniuersalis, etiam in proprietate cum
interim neminem sibi cohęredem inueniat.allegat.l.siquis ita
hęres instituatur.excepto fundo.ff.de hęredi.insti.& post mor
tem vxoris intelligetur ille alius vocatus per fideicom. etiam
3 si substitutio facta esset ad pias causas: † quia paganus non po
test directo substituere alteri quàm pupillo in eius potestate
constituto & pupillari ætate durante d.l.Centurio.& l.verbis.
& ibi no.eo.titu.& in d.c.Ray.ita etiam tenet Ange.in termi-
nis in l.filius a patre.in prin.ff.de liberis & posthu.idem vide-
tur velle Bal.in l.id quod pauperibus.in versi.14.quęro etiam.
C.de episco.& cleri.& idem etiam vult Ange,in l.miles ita.in
prin.ff.de testa.mili.licèt ipse ibi ponit aliam opi.dicens quod
si vxor instituatur in vsufru. ad vitam & post eius mortem in-
stituatur alius potest dici ꝙ vxor sit merè legataria vsusfructus
& ille qui est institutus sub conditione poterit petere bonorũ
possessionem, vt l. siquis instituatur. ff.de hære. institu.& per
agnitionem talis bonorum possessionis cedet dies vsusfructus
sicut si hęreditas fuisset adita de iure ciuili per pręallegatam.
l.siquis instituatur.quia dico quod illa opi. non potest esse ve-
b ra,& eam reprehendit Pau.de Cast.in consi. [b] 399.incip.visis
dubijs prępositis.& ibi inquit quod Ange.in hoc malè dixit:
quia per bonorum possessionem quæ petitur ex forma.d.l.si-
quis instituatur.quis efficitur hęres nisi quo ad habendam ad-
ministrationem bonorum & satisfaciendum creditoribus, vt
ibi habetur.etiam ibi not.Bal.in prin.& legitur & no.in l.2.§.
si sub conditione.ff.de bono.posse.secundum tabu. ergo talis
agnitio bonorũ possessionis non potest operari illud qd dicit
4 Ange.† & dependentia a testamento requirunt confirmationẽ
per aditionem hęreditatis.l.eam quam.C.de fideicom.l.filiũ.
ff.de contratab. l.si patronus. §.ex testamento. ff.de bo. liber.
quę aditio non inducitur in casu nostro effectualiter per An-
ge.in d.l.miles. ita ineueniente conditione, vt notat.in d.§.si
sub condi. ¶Nec etiam prędictis obstat quod Io.de Imo.dicit,
maximè in l.filius a patre.in prin.pręallega. vbi licet videatur
impugnare dictam opin. Ange. ibi positam dicens quod illa
opin. videtur esse contra mentem testatoris qui vult vxorem
solummodo habere vsumfructum & non proprietatem, nec
velit

velit etiam ꝙ ipsa posset detrahere quartam Treb. & ideo di-
cit ꝙ si aliter non potest seruari mens testantis.l.in conditioni-
bus primum locum.de condi.& demonst.& l.cum virum.C.
de fideicom.putat saluari posse mentem testatoris hoc modo,
videlicet ꝙ vxor testatoris instituta in vsufructu tanquam in
re certa instituta possit ipsa authoritate propria apprehendere
rem in qua est instituta quasi videtur sibi data licentia, vt te-
net Bar.& communiter docto.in l.ex facto.la 2.de hæred.inst.
Et poterit adire hæreditatem per quam aditionem factam ab
ipsa vxore instituta in re certa.s.in vsufructu confirmatur testa
mentum: quia si non sequatur aditio alterius remanebit hęres
insolidũ.arg.d §.si ex fundo.vnde si ille qui erat institutus post
mortẽ vxoris,repudiet post mortẽ vxoris testatoris hęreditatẽ,
apparebit eũ hæredẽ vniuersalẽ. Si verò post mortẽ vxoris ille
q fuit post mortẽ vxoris institutus adeat hæreditatẽ,apparebit
eũ retro fuisse hæredem ex re certa cum secuta aditione retro-
fingatur.l.hæres qñque.ff.de acq.hæred.attenta dicta fictione
apparebit vsumfructum perceptum fuisse post aditam hære-
ditatem,saltem iuris fictione, & ideo fuisse validum relictum
vsusfructus, vt non cedat nisi a die aditæ hæreditatis. l.vnica.
5 §.in nouissimo.C.de cad.tol. ¶† Quia respondeo ꝙ in hoc ve-
rior est opi. Bal.in d.l.id quod pauperibus.& Ang.in d.l.filius
a patre.& Sal.in d.l.extraneum. quia licet quando vnus est si-
bi datus hæres sub conditione in aliqua parte,est verum quod
iste institutus purè interim non efficiatur hęres cum effectu in
totum: & sic non efficiatur hæres pro parte cohæredis secun-
dum veras & magis communes conclusiones, vt plenè nota.
per glo.& doct. in l.2.ff.si pars hære. pet. per iura ibi allegata
per glo.& latè probat Barto.& alij in l.planè.la 1.§.si coniun-
ctum.ff.de lega.1.no.Iaco.de Are.& alij. in l.si marito.§.pen.
ff.sol.mat. & Bal. in d.l.si extraneum.& in l. vni.§.vbi autem.
C.de cadu.tol.in fin.& Dy. & alij in l. siquis ita scripserit Ti-
6 tius.ff.de hæred.insti.¶† Tamẽ secus est vbi totum illud quod
datum est instituto purè datur ei qui est in locum eius substi-
tutus in euentum alicuius conditionis, vt est in casu quæstio-
nis nostræ: quia post mortem filiæ & vxoris testatoris facta
fuit substitutio de tota hæreditatem ad pias causas: & sic etiã
de eo in quo specialiter fuerunt institutæ dictæ mulieres: quia
post mortem earum intelliguntur grauatæ de restituendo per
fideicom. illi qui est eis substitutus post mortem earum : non
autem potest venire iure directò ille qui est substitutus eis
post mortem: quia secuta aditione facta per eas mulieres insti-
tutas non potest illud quod eis acquisitum est acquiri directo
iure alteri,sed solum per fideicom. vt d.l.verbis.& §.extraneo.
insti.de pup.sub.& d.l.Centurio.& ille qui semel est hęres nõ
potest directè desinere esse hæres. l.ei qui soluendo. C. de hæ-
red.insti.vnde quando est datus cohæres conditionalis illi in-
stituto, verum est dicere quod portio assignata illi instituto
sub conditione non accrescit interim pendente conditione il-
li purè instituto : quia sequeretur inconueniens ꝙ postquam
semel fuisset hæres ille qui vocatus & institutus est desierit po
stea recta via esse hæres absque restitutione fienda fideicom. ꝙ
esse non potest vt iuribus proximè alleg. ¶ Et quando testator
dat cohæredem conditionalem ostendit ꝙ intentio sua est ꝙ
ille hæres conditionalis eueniente conditione partem suam ca
pit iure directo,prout capere debet cohæres. dicta l.verbis ci-
uilibus.ideo seruari debet eius dispositio vt mens eius. ¶Sed
quando testator non dat cohæredem, sed dat substitutum in
eo in quo vocatus est primus institutus purè vt in casu nostro,
l. non repugnat. quod interim pendente conditione substitu-
tionis prima sit hæres insolidum,iuxta d.l.1. §.si ex fundo.qa
in illa non est datus cohæres: quia illi qui sunt vocati post mor
tem dictarum mulierum institutarum vsque ad vitam in vsu-
fructu non sunt vocati cum ipsis mulieribus inspecta mente ,
& verbis testantis: sed bene possunt esse substituti illis mulie-
ribus , quo casu ex dispositione testatoris cum verba substitu-
tionis communia fuerunt vel obliqua trahuntur ad fideicom.
post aditam hęreditatem.d.c.Ray. & l.cohæredi.§.cum filiæ.
de vulga.& pupilla.& no.in d.l.precibus.& in d. l.Centurio.
¶Et sic tunc cessat inconueniens quod testator videtur voluis
se totum accrescere illis mulieribus,ex eo quia si totum eis ac
cresceret,& sic in totum essent hęredes, & non possent postea
desinere esse hæredes : quia dico quod imò possunt desinere
per fideicommissum prout fuit de mente testatoris substituen

do per verba communia vel obliqua ipsis mulieribus post adi-
tam hæreditatem.d.c.Ray. & substitutio cum sit facta in tota
hæreditate pariformiter & non sit facta substitutio separatim
in vsufructu & separatim in residuo hæreditatis, debet intelli-
gi facta eo modo quo potest pariter conuenire vtrique. l. iam
hoc iure.ff.de vulg.& pupil.cum concordan.ne vna & eadem
substitutio diuerso iure censeatur.l.eum qui.in fi.ff.de his qui
bus vt indig.l.eum qui ædes.de vsu cap.¶Quod autem substi-
tutio fuerit facta per verba communia seu obliqua patet: quia
testator disponit post mortem dictarum mulierum mediera-
tem bonorum dictæ hęreditatis peruenire debere ad ecclesiã
7 sancti Laurentij.† nam verbum peruenire,dicitur verbum cõ
mune aptum ad fideicommissariam substitutionem, sicut ad
directam,probatur in l.hæredes mei.in prin.iuncto.§.cum ita
in l.hęredibus.§.fi.ff.ad Treb.& firmat Bar.& alij in l.Centu-
rio.& in l.Lucius.ff.de vulg.& pupi.& Bar.in consi.incip.pa-
ter filio impuberi.& Bal.in l.iam hoc iure.§.2.de vul.& pup.
& Bal.in l.fi.C.de sacrosan.eccle.& Bal.in c.si pater. de testa.
in 6.& Ange.in d.l.precibus. ¶ Et subiunxit postea testator ꝙ
reliquam dimidiam bonorum hæreditatis mandabat, & vo-
lebat per cõmissarios suos dari & erogari pro anima illis pau-
peribus quibus videbitur, & placebit dictis cõmissarijs: quæ
verba sunt obliqua.l.fundi Trebatiani.cum glo.ff.de vsufruc.
lega.licet Bar.d.l.Centurio.videatur dicere ꝙ talis substitutio
c sit directa.tamen magis communis c opi.est in contrarium: vt
tenet Bal.& Sali.in l.precibus. & Bal.in d.c.si pater.in mate-
ria compendiosę substitutionis.& d.Card.in c.cum tibi. de te-
stam.referens ita fuisse consultum Paduę: ita etiam consuluit
Cal.in consi. 10. in rub. de testa. personæ quæ sunt substitutæ
vel pauperes Christi sunt vocati per verba obliqua, vt dixi.ipsi
autem executores non sunt hęredes, quia alij scripti fuerunt
hæredes: vt etiam latè probat Ioan.de Imol.in d.c.cum tibi.&
in d.c.Ray.& in d.l.Centurio.referens se ita consuluisse apud
Forliuium.¶Et dicit Io.de Imo.in d.c.Ray.quod etiam Barto.
in dispu.sua incipiente, filium adultum. tenuit istam partem
ꝙ substitutio facta modo prædicto sit fideicommissaria,quan-
do est facta illi cui nõ potest fieri substitutio pupillaris: vt fuit
in casu nostro : quia fuit facta vxori & filiæ pariter, & dato ꝙ
illa filia fuisset impubes tamen non potest iudicari ꝙ testator
pupillariter substitueret attento ꝙ eam coniunxit cum vxore
& eis pariter substituit d.l.iam hoc iure.& l.quamuis.& l.hę-
reditatem.C.de impu.& in l.testamento.& ibi expresse Bald.
in q.in fi.C.de testa.mili. ¶Quinimò etiam, vt dicit Sal.in d.l.
precibus.quando substitutio facta de pauperibus.modo præ-
dicto [illegible] filio impubere, & fiat solum de bonis &
hæreditate [illegible] non de bonis pupilli. vel indefinite
non potest dici quòd testator voluerit substituere pupillari-
ter & rectò : sed solum per fideicommissar. quia per substitu-
tionem fideicommissariam succeditur testatori . d.l.cohære-
di.§.cum filio . per pupillarem verò succeditur pupillo, & e-
tiam dato quod essent verba directa : tamen quia facta fuit
substitutio dictis mulieribus post aditionem earum: & de eo
in quo fuerunt ipsæ institutæ, non potest dicta substitutio va-
lere nisi iure fidei.l.ex facto.in princip.& l.Scęuola.ff.ad Tre-
bel.l.filius. §.vt quis hæres. ff.de legat. 1: & not.in d.l.verbis.
¶ Ad prædictorum confirmationem facit quod not. Bartol.
& alij in l.hęreditas ex die.ff.de hęred.insti.& Saliç.in d.l.ex-
8 traneum. ubi dicunt † ꝙ si testator dicit instituo Titium in
semisse usque ad mensem, & Seium in eodem semisse post pa-
scha, & Caium in alio semisse simpliciter tempus subducitur
de medio,& quilibet intelligetur institutus per illam.l.quam-
uis uerba & mens testantis repugnet. & sic uidemus quod ibi
ut satisfiat regulę positę in d. l. hęreditas ex die. recedimus &
a uerbis & mente testantis,& Seius institutus ex certo tempo-
re habetur pro purè instituto. ita in casu nostro non est incon-
ueniens discedere a uerbis testatoris ut satisfiat regulis posi-
tis in d.l.ei qui soluendo. & in d.l.uerbis.& in d.l. Centurio.
cum ibi not. & in d. §.si ex fundo.cum alijs supra alleg. & sic
patet defensatam esse opi.Bal.Ang. & Saly. quę tanquam ma-
gis cõis est in iudicando sequenda , ut habetur in locis uulga.
9 ¶† Nec etiam prędictis obstat si dicatur quod non potest dici
quòd dictis mulieribus accreuerit propieras: eo quia testator
videtur prohibuisse ius accrescendi,quod facere potest.l.quo-
ties. §.si duo.cum ibi not.ff.de hære.insti.ff.de vsufruct.l.do-
minus.

minus. cum glo. quia respondeo ꝙ secundum Ang.& Ioan. de Imo. in d.§. si duo. & Ioan. de Imo. in l. hæreditas ex die. in 12. col. per illam dictionem taxatiuam non videtur testator prohibuisse ius accrescendi: quia testator videtur se referre ad tempus præsens. non autem ad tempus futurum. alleg. l. si quis ita. ff. de auro & arg. leg. vnde dicit ꝙ si testator dicat instituo Titium in tali fundo tantum non videtur euidentissimè constare testatorem velle prohibere ius accrescendi, prout requiritur ꝙ euidentissimè constet in pagano testante: vt dicto §. si duo. & istud latius probat Ioan. de Imo. in d.l. hæreditas. per illam. l.& per no. per Bald. in l.4.§. cum Titio. de alimen. lega.

10 ¶ † Posset etiam responderi non esse verum ꝙ in hæreditatibus testator potest prohibere ius accrescendi, [d] vt probatur in d.l. si quis ita hæres excepto fundo. ff. de hære. insti. quia speciale est hoc in milite vt posset prohibere. l. miles vnum ex fundo. ff. de hære. instit. l.j.& 2. C. de testam. mili.& ita tenet Bald. & Dyn. in l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hære. insti. & Bal.& Salyc. in d.l. extraneum. alij etiam variè locuti sunt in hoc diffuso articulo. & propter varietatem opinionum faciam fundamentum principaliter in prima responsione. s. data referendo Ang.& Ioan. de Imo. in §. si duo.

11 ¶ † Circa vltimum dubium an filia possit detrahere legitimā de dictis omnibus bonis breuiter concludo quod sic, quia cū dicta substitutio facta fuerit fideicommissaria vt probaui: ergo sequitur ꝙ per fideicomm. filia non potuit grauari in legitima. l. quoniam in prioribus. cum ibi no. C. de inoffi. testa.& Bar. & doct. in l.j. §. fi.& l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg.& pup.& Cyn.& Bald. in l. cum virum. C. de fideicomm. cum si. saltem si dicta filia excessit pupillarem ætatem tempore mortis ipsius filię. & sic tempore euentus casus substitutionis: vt not. per docto. in d. locis. quantum autem ad Treb. an possit detrahi non scribo: quia non consueui in hoc consulere contra piam causam, licet plures magnæ authoritatis viri teneant quartam Treb. detrahi posse de fideicomm. vniuersali ad pias causas relicto. Et ita consulo ego Alexan. Bononiæ.

ADDITIONES.

a ¶ Totam. Ias. consi. 22. col. 2. lib. 3.

* Et post mortem eius.] Vide de hoc articulo Ruin. consi. vlt. dub. 4. lib. 2. & consil. 54. per totum lib. 2. vbi consuluit multum subtiliter contra Alexand. hic. Sed opinionem Alexand. idem sequitur vt magis communem consil. 36. colum. 2. eod. lib. Et idem, quod Alexand. hic, tenet Pau. de Cast. in l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. Natta.

b ¶ In consilio. Alexan.& omnes attribuunt istud con. Pau. sed non est consilium Paul. sed illud. Ro. vt patet inter eius consilia. consil. 71. vbi tamen habetur truncatè ad fin. sed integrè cum subscriptione Ludo. Ro. habetur inter consil. Paul. lib. 1. consi. 180.& quia hæc materia est frequens sed valde perplexa & controuersa inter docto. vt paucis decisiuè habeas quantum temporis & marginis fert breuitas. Duo casus præcipuè exagitantur. primus quando testator reliquit vxori vsumfructum omnium bonorum suorum: & post vxoris mortem instituit Titium. secundus quando instituit vxorem in dicto vsufr. & post eius mortem instituit Titium. Primo casu Dyn. consi. 3. quidam condidit testamentum. Io. Andr. in addi. Specul. de pign. §. fin. Alexan. in l. extraneum. col. fi. C. de hære. inst.& in l. filius à patre cum pluribus quos allegat. ff. de libe.& posth. tenēt legatum vsusfructus non valere. Contrarium tenet Ro. d. consi. 71. vbi tamen non bene loquitur. veritas est ꝙ Titius statim est hæres, adire potest etiam transmittere tanquam purè institutus. tempus enim mortis non est adiectum institutioni ad infringēdam institutionem vel ne Titius statim mero iure succedat vel trāsmittat: sed quominus vxor turbari possit in vsufructu sibi legato. non ergo hæc verba suspendunt, vel in plus limitāt institutionem, sed ostendunt enixam testatoris voluntatem super efficacia legati.& ita tenent Bal. Paul. Christopho. de Castel. Ias. in d.l. filius à patre. Bal. in l. id quod pauperibus. q. 14. C. de episco.& cleri. Philip. Cor. in d.l. extraneum. col. pe. vbi dicit ꝙ ita vidit iudicari.& ibi Ias. C. de hære. insti. ideo dico ꝙ quocunque modo finietur ille vsusfructus viua vxore Titius pleno iure fruetur. præcedens autem opinio est iniqua contra naturam materię subiectæ mentemq; testatoris Benedi. autem in repe. c. Raynutius. de testa. verbo reliquit. nu. 7. multa verba effudit & plures alij quos omitto. Secundo casu verbosam & intricatam sententiam suam tradit Matthe. Matesi. no. 4. quam non curo referre. Ego idem dico ꝙ in primo casu vt verba intelligantur secundum subiectam materiam & verisimilem mentem:& sic institutio vxoris non censetur nisi legatum, prout dicitur de quolibet instituto in re certa, alio dato hærede vniuersali.& teneo quòd statim potest Titius adire & hæreditatem aditam vel non aditam prout aliàs de iure transmittere.& inuenio quòd ita tenet Pau. Picus. in l. Titia. repe. §. Titia cum nuberet.

q. 26. & q. 59. charta. 20. Si vero aliquis esset institutus in totum vel certa parte hæreditatis. & post eius mortem alius in eadem re substitutus tunc secunda institutio obliquatur in fideicommissum vt communiter tenent. Quare in hoc vltimo non est insistendum. Adde Alex. supra eo. consi. 11. infra. lib. 3. consil. 68.& quæ dixi in consue. Pari. tit. 7. in rub.& §. 120.

c ¶ Communis. vide infra lib. 3. consi. 3. num. 11.

d ¶ Accrescendi. idem tenet Alex. in l. quoties. in fi. C. de hær. inst.& est communis. Sed veritas est indistinctè quòd tenet prohibitio vt probatur in consu. Par. §. 120.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans non transmittit hæreditatem non aditam.*

5 *Iudex non potest supplere vltra petita.*

7 *Restitutio non datur ex clausula generali contra præscriptionem 40. annorum.*

CONSILIVM CLXIII.

Viso processu inter do. Franciscam vxorem d. Anto. Ludouici agentem:& filios & hæredes quondam ser Gasparis Budi de Rauenna se defendentem: deueniēs ad ea in quibus difficultas & rei substantia consistat.
1 † Dico breuiter videri mihi partes iudicantis esse in absoluendo dictos filios & hęredes ser Gasparis, & ser Anton. de monte maiori actorē tutricis & dictorum filiorum, & hæredem ser Gasparis à contentis in petitione prædicta ex infrascriptis. ¶ Et primò, quia principaliter fundata est petitio dominæ Franciscæ in eo ꝙ attento ꝙ domina Bernardina quondam eius mater, ignorauit tempore suæ vitæ & mortis sibi esse delatas ex testamento hęreditates dictarum duarum Gnexiæ eius proauiæ, & Luciæ eius auiæ, decessit. d. d. Bern. non aditis per eam hęreditatibus prædictę. G. & non debet talis probabilis ignorantia subsecuta morte dominę Bernardinæ, nocere dictæ dominę Franciscę eius hæredi. maxime circa ius deliberandi ad dictam do. Franciscam. Et propterea petit procurator dictę dominę Franciscę eam restitui in integrum:& sic valet ipsa do. Francisca hæreditates dictarum dominarum Gnexiæ & Luciæ adire.
2 † Nam de iure si hęres cui dilata fuit hęreditas ignorans eam sibi delatam decessit, constat quod non transmisit ius deliberandi in hęredem suum. l. cum antiquioribus. in versi. scien.& in versi. cognitum. C. de iure delib. ¶ Nec occasione talis ignorantiæ potest concedi restitutio in integrum: ita in indiuiduo decidit Bald. in l. 1. in 24. opposi. C. qui admitt. vbi dicit quod si in actu de quo queritur non consideratur mora, sed aliud accidens, vt transmittendo ius deliberandi vbi scientia est de substantia, & iuris authoritas requirit scientiam:& tunc excluso vigore talis ignorantię non datˀ aliqua restitutio * in integrū:
3 quia hoc contingit, quia in l. ita disponitur. † vnde non videtur circunscriptus qui iure communi est vsus. l. fin. C. de in integ. resti. l. si verum. §. sciendum. cum simil. ff. de mino. & idē etiam tenet Rapha. Cu. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. oblig.& idem tenet Per. de Ancha. in consi. 170. incip. principaliter contra istos legatarios siue ipsorum successores etiam & in hoc non reperio [a] inspectis terminis inter scribentes nostros authenticos quipiam contradicere. ¶ Et si diceretur ꝙ dato quòd non possit peti restitutio in integ. ad transmissionem iur. deliber. saltem debet concedi restitutio in integ. ex clausula. si qua mihi iusta causa aduersus lęsionem secutam: ex eo quod domina Bernardina probabiliter ignorans dictas hęreditates esse delatas morte pręuenta, non potuit eas adire mediante dicta ignorantia per illam singularitatem. l. Pantonius. cum ibi no. maximè per Barto. ff. de restitu. mili. ¶ Quia ad hoc potest multipliciter responderi. Primò, quia illa lex Pantonius procedit solum quando illa lęsio causata est absentia probabili, secuta postea morte. Secus [c] vbi lęsio a sola ignorantia, secuta postea morte: vt probat Ioan. de Imo. in l. ventre. in 16. colum. de acquir. hęre. subtiliter ad hoc inducens. l.j. C. de his qui ante apertas tabul.& d.l. cum antiquioribus. circa vlti. colum.& tenet expressè Rapha. Cu. in d. l. cum filius. §. in hac. de verbo. oblig. tamen in hac responsione non persisto. ¶ Vnde & secundò respondeo quòd attento quod in libello dictæ dominæ Franciscæ asserit quod dictæ dominæ Gnexia & Lucia erant ascendentes dictæ dominæ B.& quod dicta domina Francis. est de descendentibus d. dom. B. ꝙ licet.

B. igno-

B. ignorans dictas hæreditates. s.dictarum suarum ascendentium sibi esse delatas decesserit illis non aditis ex testamento: tamen ipsas hæreditates etiam nō aditas iure communi transmitteret ad d.Fran.eius filiā.per l.vnicā. C.de his q ante aper. tabu. si vel iure substitutionis, vel alio obstaculo non erat exclusa do.B. a iure adeundi. ergo sequitur quod cum beneficiū restitutionis in integrum intentatum & imploratum non possit habere locum vbi potest quis via iur.communis absque restitutione sibi succurrere: vt in l.causæ. la 2.ff.de mino. ergo non potest obtinere dicta dom.Fran. præsertim cum in libello suo neque sit deductum quod ipsa d.B.vel filia sit exclusa præscriptione aliqua a iure adeundi, nec petita est restitutio aduersus præscriptione aliquam: sed solum aduersus læsionem causatam ab ignorantia: & mors excluserit d.do.B.per d.l.1.C.de his qui ante aper.tabu.¶Vtrum autem per testes probauerit q d.dom.Gnexia & Lucia fuerunt ascendentes suæ vel non.puto verum q non sit sufficienter probatum: tamen satis est q libellus suus in quo ipsa hoc asserit eam excludat.l.2.C.de insti.& substir.sub condi.fac.l.cum pretium.C.de lib.cau. ¶Non fortasse etiam in testibus ipsis productis in iudicio, non tamen modo exhibitis apparet quod ista Bernardina est instituta vt de descentibus dictarum mulierum testantium, & procura-

4 tor d.d.Franciscæ † producendo illa testamenta videtur fateri verba illa quæ in eis continentur.l.1.§.1.ff.de eden.l.siquis testibus.cum ibi not.per Bal.in 1.col.C.de testi.no. Inn.in cap. cum olim.de censi.& in c.venerabili.de excep.& Bar.in l.post legatum.ff.de his quibus vt indig.& no.Bal.in l.1.C.de eden. & in l.2.C.de fideicom.lib.& in l.alia.C.de his quib.vt indig.

5 ¶† Cum ergo non sit deducta in libello præscriptio, nec petita aduersus præscriptionem restit. in integ. non potest iudex super non petito pronunciare.l.fi. C.de fideicom.li.l.vt fundus. communi diui.c.licèt Hely.de simo.& si vna causa deducta in libello & probatur alia, non potest obtinere agens.l. habebat. in prin.ff.de instit.not.Inn.in c.ex parte abbatissæ.de priuileg. & Bart.in l.1.in prin.ff.de eden.& Specu.in titu. de teste.§.14. versi.sed pone egi.& Bar.in l.certi condictio. §. si nummos.ff. si cert.peta.no.cano.in c.examinata.& in c.dilecti.de iudi.cū concor.¶Vnde inquit Bald.in c.1.de mili.vasal. qui contu.est q iudex non supplet si plus est probatum quàm petitur. allegat no.per glo.in l.verbum oportere. aliàs est in l.præcedenti. ff. de verb.sig. ¶Vnde etiam dato quod ex processu appareret probatum de præscriptione decursa aduersus dictam aditionem hæreditatis,non posset iudex concedere restitutionem in integrum aduersus talem prescriptionem cum non sit in libello deducta restitutio ex tali.¶Fortius videtur quod etiam si deducta esset in libello ipsa præscriptio & læsio tanta a præscriptione longissimi temporis.30.& 40.an.& vltra iuxta contenta in positionibus actoris per quæ tempora secundum veras & magis communes conclusiones præscribitur iuri adeundi hereditatem.l.licet.cum ibi not.per glo.& doc.C.de iure delib. per glo.& doc.in l.quandiu.la 1.de acqui.here.per Bar.in l.1. & legitur & probatur in l.3.in ver.iu.C.de institu.& substitu.

6 † vbi apparet q potestas adeundi hereditatem dicitur ius [c] nō
c facultas, merito tollitur spatio longissimi temporis sicut alia iura.l.sicut.& l.omnes. C.de præscri.30.an. tamen non deberet concedi.d.Fran. restitutio in integ.aduersus præscriptionē & exclusionem ex pluribus. & primò per ea quæ dixit Petr.de Ancha.in d. consi. 170. vbi in casu suæ conclusionis quæstio vertebatur an certis legatarijs quibus obstabat præscriptio lōgissi mi temporis esset concedenda restitutio in integ. ex clausula generali, si qua mihi iusta causa ex capite allegatæ ignorantiæ: iuxta no. per Barto.in l.1.§.siquis autem propter.ff.de iti. ac. priua. cum multis concor. & concludit ex pluribus q non tamen propter text l.fi. C.de præscri.lon.temp.quem pluribus modis ponderat:& per no.per Bald.in d.l.1.in 24.opp. C. qui admit. Et etiam ex præsumpta scientia coniunctorum cum dicti legatarij essent coniuncti testatoris.Et sic præsumātur habere facilius eorum notitiam quæ à coniunctis suis gesta sunt.l.octaui.ff.vnde cog.l.de tutela. C.de in integ.restitu. mi. Vnde secundum eum posito q illud quod not. Bart.in d.§. siquis autem.potest esse verum:tamen non procederet in casu

7 prædicto: vt latius per eum. ¶† Secundo non deberet concedi dicta restitutio aduersus præscriptionem: quia attento q lap-
d psum est tempus. 40.anno. [d] & vt deprehenditur ex contentis in positione secunda & tertia pro parte agentis: vnde dato q aliàs aduersus ignorantiam posset concedi resti. in integ. ex clausula generali si qua mihi iusta causa.& hoc ratione probabilis ignorantiæ vt probatur in d.§.siquis autem propter. cum concor. tamen illud non videtur militare in præscriptione. 40.ann.quia tex.in d.l.sicut.in fi. de præscrip.30.ann.dicit q talis præscriptio parit plenissimam munitionem & securitatem.& plenissima securitas dicitur esse quando non potest peti restitutio in integ.vt glo.in l.ait prætor. in §. permittitur.in versi.imputandum.ff.de mino.Et ita in quibusdam lecturis repetitur Ange. tenere in l. sicut.ad fi. C.de præscrip. 30.anno. ¶Idem probari videtur in l.fi.C.de fun.patrimo.lib. 11.versi. nullam molestiam vel inquietudinem formidari.vt illi qui tuti sunt præscriptione.40.anno. non habent timere vllam mo-

8 lestiam vel inquietudinem.† Et molestia dicitur inferri etiam quando quis iudicialiter vexatur personaliter in l. 1. cum ibi nota.per Bal.C.de nundinis.& probatur in authen.de fideiuss. in prin.versicu.molestus sit. col.1.ergo non potest peti contra cum restitutio aduersus præscriptionem talem, quia molestaret. ¶Ex quibus infertur quod etiam dato quod.B.non fuisset de descendentibus dictarum dominarum Gnexiæ & Luciæ,& sic non essemus in casu.l.vnicę. C.de his qui ante aper.tab.tamen non posset obtinere d.do.Franci.quia cum in libello suo ipsa deducat læsionem procedentem ab ignorantia & morte d.d.B.aduersus lęsionem prędictam petit restitutionem in integ. & appareat q ex alio capite quàm ignorantię & morte fuit exclusa d.B.à dictis hereditatibus,qa fuit exclusa pręscriptione longissimi temporis, qua pręcluditur via iuri adeundi tam scienti quàm ignoranti d.l.licet.cum ibi not.& l.fi. C.de pręscrip.lon. temp. de qua pręscriptione est oppositum pro parte reorum & aduersus quam pręscriptionem nōn est petita restitutio in integ. ¶Et dato quod esset petita, non esset concedenda vt probaui:ergo nullo modo potest dicta Francis.obtinere. ¶Vltra prędicta etiam aduertatur quia in actis mihi transmissis non reperio talia esse gesta, quę probent quod dicta Franc. adiuit hęreditatem d.Bern.& licèt in libello & in alijs scriptis curator ipsius d. Francis. dicat se gerere pro herede d. Ber. &

9 per d.Fran.† tamen solus curator sine adulto non potuit adire hæreditatem.l.potuit. C.de iure delibe. l.cum quidam. C.de admi. tuto. & d. Fran. per procuratorem etiam non potuisset adire l.Paulus. aliàs incipit per procuratorem. cum ibi plenè not.ff.de acqui.hæred.& plenè in l.1.C.qui admitti.ita quod si alibi quàm in actis mihi transmissis nō appareat aliter quod d. B. adiuerit hæreditatem d.B. constat & ex illo capite debet succumbere quia ius intentatum non potest competere nisi vt hæredi d.B.¶Insuper etiam aduertatur quod nō videtur quod sit legitimè probatum per duos testes & contestes dictas dominas Gnexiam, & Luciā decessisse superstite d.B.maximè quia testes agentis non deponunt concludenter. nec assignarunt rationem quam in tali casu assignare debent: secundum no. plenè per Cyn.in l.siquidem.C.sol.mat.Bart.& omnes in l.2.§.si dubitem.ff.quemad.test.aper.& in suo tract.de teste. Et cano. in c.præsentia. de proba.& Guil. de Cug.l. cum debitores.C. de iudi.& Bald.in l.conuenticulam.C.de epi.& cleri.¶Et etiā quia dicti testes videntur iurati parte absente, & non citata.l. si quando.C. de testi.& ca.2. de testi. hoc vltimum tamen non pono pro constanti nisi per extensum exhibeantur omnia acta. hoc dico propter quædam verba posita in actis, dum dicitur quod statutus fuit terminus partibus ad probādum cum monitione generali.Ex quibus concluditur quod ex multiplici capite constat dictam do. Franciscam obtinere non posse in ipsa petitione restitutionis in integrum, propterea dico reos conuentos esse absoluendos. Alex.

ADDITIONES.

* Restitutio.] Iaso.tenet oppositum in l.cum antiquioribus. C.de iu. delibe. Natta.

a ¶Non reperio. imò quos allegat Ias. d.l.cum antiquioribus. col.2. Ale.supra.lib.1.consi.70.& quæ ibi no.

b ¶Secus.hæc vera concordia de iure: & sic Alex. non contradicit sibi in locis allegatis.supra li.1. consi.20.Sed hæc scrupulositates cessant apud nos vt dixi.infra lib.3.consi.86.

c ¶Ius.vide supra eo.consi.88.nu.5.

d ¶XI.ann.supra eo.consi.151.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio incerta non valet.*
Opinio vltima videtur approbari.
2 *Diligentia quæ requiritur in appellante.*
6 *Incredulus non excusatur nisi protestetur.*

CONSILIVM CLXIIII.

Viso processu causarum versatarum inter R. do. Bonauē
turam quondam magistri Dominici de Cesena, ex
vna parte, & Alexandrum de la Mancula ex altera: visisque al-
legationibus subtiliter factis per clarissimum dominum ad-
1 uocatum d.R.& d.B.¶†Dico breuiter appellationem d.a sen-
tentia lata per dom. Anto. de Plantaporis esse desertam ex mul
tis causis, & maximè quia appellatum fuit copulatiuè ad do-
minum Malatestam de Malatestis, & ad quemlibet iudicem
competentem.& intra terminum 10. dierum ad appellandū:
* & aliter nō declarauit appellans * coram quo iudice intende-
ret prosequi causam appellati. hoc enim decidit Specu. in titu.
de app.§.nunc tractemus. in versicu. sed pone aliquis quærit.
an si quis dicat appello ad Archiepiscopum & ad Papam ad
quem omnibus omissis appellatur. c. cum dilecti. cum ibi no.
de app. 2. q. 6. ad Romanam. pro hoc allegat in argumentum.
l. per fundum. ff. communia prædi. & c. si duo. de app. cum si.
postea finaliter subdit ꝙ quidam tenent talem appellationem
a non valere propter incertitudinem.[a] arg. l. de ætate. §. nihil. ff.
de inter. ac. & l. prætor, edixit. in prin. ff. de iniur. & ca. indem-
nitatibus. extra de ele. & istam opi. videtur expresse approba-
re attento † ꝙ ipse vltimo loco recitat istam: & opin. vltimò[b]
b recitata videtur in dubio approbata: vt no. glo. in l. qui filium.
§. sabinus. ff. ad Treb. & l. bona fides: & ibi Bart. ff. deposi. Inn.
Io. An. in c. 1. de sen. exc. in 6. in nota. & in c. 1. de pœ. in 6. &
Bald. in auth. ex testamento. in princ. C. de col. & in l. si mater.
C. ne de sta. defun. facit l. 3. §. Neratius. ff. de acqui. poss. & l. si
idem cum eodem. in fin. ff. de iur. om. iudi. ¶Et istam partem
etiam clarè approbat Ioan. And. in addi. Spe. super d. versi. sed
pone aliquis nisi intra tempus datum ad appellandum alterū
elegerit: & hoc vbi probabilem causam habuerit sic appellās:
vt quando probabiliter esset incertus appellās an possit appel-
lare ad subdelegantem: vt quia subdelegans fuisset post dele-
gationem excommunicatus: & dubitaretur an tempore dato
ad appellandum esset absolutus. nam tunc poterit appellari co
pulatiuè vel alternatiuè ad subdelegantem, & ad Papam, qui
tamen subdelegasset dicto subdeleganti ita inquit glo. in ca. si
is cui. in vers. durante. de offi. deleg. in 6. ¶Hanc opin. ꝙ dicta
1 appellatio copulatiuè interposita non procedat † nisi intra de-
cennium elegerit vnum certum coram quo prosequi velle di-
xerit. tenet Io. And. in c. in alternatiuis. de re iud. in 6. in mer.
quia iudex ad quem appellatur debet esse certus: & appellans
in casu nostro appellauit ad magnificum dom. Malatestam, &
etiam legatum. c. 1. de offi. leg. & ibi no. & etiam Papam. in d.
c. ad Romanam. & c. cum dilecti. præallega. attento ꝙ de iure
canonico potest appellari ad eos etiam omisso medio: vt ibi
habetur. sequitur ꝙ ad plures dicitur appellatum & non ad
vnum certum. ¶Idem etiam tenet Ang. in l. 1. §. siquis. ff. de ap-
pel. allegat no. per Spe. & Ioan. And. in d. ver. sed pone aliquis.
Et sic apparet ꝙ Ange. intelligit quod Spec. approbat illam vl-
timam opi. ¶Idem tenet Ioan. de Imo. in d. l. 1. §. siquis volens.
quod cum de iure canonico possit appellari ad proximum ne-
dum ad superiorem: vt erat in casu nostro magni. dominus
Malatesta; sed etiam ad legatum & Papam, vt dixi, ideo ratio-
ne incertitudinis vitiatur appellatio. sed secundum eum aliud
esset de iure ciuili vbi omisso medio nō potest ad alium supe-
riorem appellari. l. Imperatores. ff. de appella. quia tunc ad pro-
ximum superiorem tantum censetur appellatum: quia vtile
per inutile vitiari non debet. l. sancimus. C. de donat. l. 1. §. si
stipulanti. ff. de verb. ob. & in casu ista seruari debet ius cano-
nicum quia sumus in terris ecclesiæ: vt not. in c. 2. de regu. iu.
in 6. & in ca. 2. eo. lib. de arbi. & per legistas in l. priuilegia. C.
de sac. sanc. ecc. ¶Ad prædictorum confirmationem bene facit
quod not. glo. in d. c. si cui. quæ concludit ꝙ quando alterna-
tiuè est appellatum ad duos, ad quorum quemlibet potest ap-
pellari: non valet appellatio, nisi in tempus quo durabat facul-
tas appellationis & declarauit coram quo iudice velit prose-
qui. Et idem tenet Archi. 2. q. 6. §. post actum. & Io. de Ligna.
in c. si duobus. de appe. remittit se ad not. per Spe. in d. §. nunc
tractemus. & Ioan. de Imo. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo.
ob. etiam simpliciter sequuntur illam opi. quam tenet glo. d.
§. is cui. & licèt dixerit illam appellationem alternatiuam va-
lere. argu. l. 1. §. siquis. ff. de ap. & l. si eius. ff. de app. recipi. ta-
men illud potest procedere vbi seruanda essent iura ciuilia,
quæ allegat Bald. vel vbi ad vnum tantum ex illis potuisset ap-
pellari, vel vbi intra tempus appellationis declarasset coram
quo velit prosequi. ¶Nec istis ob. id quod habetur in c. consti-
tutus. de resti. in integ. vbi etiam admittitur libellus alternati-
uus & incertus: quia respondeo vt ibi not. Innoc. & alij, ꝙ ibi
intelligitur quando actor dubitabat probabiliter quod reme-
dium sibi competeret, aliàs secus. l. 1. §. ꝙ autem. ff. quorum
leg. iuncta l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verb. ob.
& l. prætor. §. qui autem. & quod vtrobique no. Bart. de iniur.
ff. & quod not. glo. in ca. abbate. de re iud. in 6. & etiam ita est
4 de mente Abb. de appel. in c. 2. ¶† Confirmantur prædicta: qa
non incontinenti post appellationem est in potestate appellati
& prosequi & agere in causa appellationis. l. fi. §. in his. versic.
nulla licentia. C. de temp. appe. c. Abb. de app. & per Specu. in
titu. de appel. §. nunc breuiter. ver. licet autem. no. Iaco. But. &
Bar. in auth. ei qui. ad fi. C. de temp. appel. & d. Abb. in c. ex in-
sinuatione. de appel. sed si diceremus d. appel. valere absque
eo quod intra tempus datum ad appellandum declaretur per
appellantem coram quo velit prosequi, fieret præiudicium ap
pellato: quia nesciret coram quo velit prosequi appellationē,
& oportet expectare quod appellans prosequatur coram vno
ex illis. Est etiam deserta dicta appellatio alia ratione: quia aut
consideramus ius commune lapso anno, & ex causa impedi-
menti statuitur biennium, quo elapso sententia est executioni
mandanda. in auth. ei qui. C. de temp. appel. & in c. ex ratione.
de appel. sed nunc sumus prope finem triennij a tempore ap-
pellationis: ergo dicta appellatio est deserta. ¶Aut considera-
mus dispositonem statuti: & tunc prout in themate narratur
statutum vult ꝙ appellans debet intra mensem fecisse causam
appellationis expediri, aliàs eo elapso appellatio est deserta ꝙ
talis mensis currat a die commissionis quando pro habendo
iudice opus est supplicari, vt erat in casu nostro: sed ita est ꝙ
causa ista non est terminata intra mensem: ergo &c. & si dice-
retur ꝙ dictus mensis non currit nisi a die commissionis, &
5 quod causa cōmissa adhuc non est, † dico quod appellans de-
bet facere diligentiam suā, petēdo causam committi instanter
& instantissimè. l. fi. §. illud. in versi. in summa. C. de tēp. appel.
& in auth. sed lis. eo. titu. iuncta prima opinione ibi posita in
glo. quæ est communiter approbata. dicit gl. ibidem quod spe
ctat ad appellantem notificare Principi ad quem appellatum
est, vt causam committat proceribus dirimendam: & illam
opin. approbat ibi Saly. Cal. Ang. Ray. & dicit ibi Saly. ꝙ doc.
communiter ibi tenent. & pro hoc allegat legem quoniā non-
nulli. C. de appell. & l. 2. in fi. C. de temp. ap. & quia ipse appel
lans est huius rei causa & origo. arg. in l. tribus. ff. de iudi. ¶Ita
etiam tenet Anto. de But. in c. ex insinuatione. in 1. colum. de
app. & neminem inuenio contrarium tenentem. ¶Vnde dicit
Ang. in d. auth. sed lis. quod dum tex. ibi dicit ꝙ causa intacta
quando deuoluerit ad consistorium principis, donec causam
dirimendam commiserit etiam debet intelligi si appellatus
fuit solicitus in traducendo causam: sed non potuit: quia non
habuit aditum ad principem. & ideo secundum eum est in-
troductum quod appellantes vadunt ad cameram Principis
& solicitant portarium, & pulsant ad cameram pro inducen-
da appellationis causa, & faciunt rogatum notarium coram
testibus quod non possunt habere aditum. ¶Bene facit quod
no. glo. in ca. cupientes. §. quod si per viginti. de elec. in 6. in
versic. propositam. & glo. in ca. 1. & in c. plerunque. de rescri.
6 † quæ volunt quod vbi quis est impeditus facere actum in ter
mino sibi statuto, non excusatur nisi protestetur de impedi-
mento. ¶Vnde dicit Io. de Imo.* in d. §. si per 20. vbi refert Do
mini. de sancto Gemi. quod semel obtinuit causam appellatio
nis in qua appellans non poterat habere copiam iudicis, &
transiuit sibi tempus sine protestatione: quia per illam negli-
gentiam in non protestando succubuit: & no. Bar. in l. j. §. dies
quando appellandum sit. & Ant. de Butr. in d. c. ex ratione. &
in c. fi. de app. ¶Et in proposito nostro consuluit Ang. in con-
sil. 140.

fil. 140. incip. quidam Matthæus etiam vbi dicit ꝙ quidam appellauit ad dominos priores, qui domini debent committere appellationem vni iudici ciuitatis neutri parti suspecto intra tres dies, ex forma statuti ciuitatis Castelli. & quod iudex terminare debet causam intra decem dies commissionis, aliàs sit deserta. & si contingat quod dictam appellationem priores non commiserunt non solicitati, an appellatio sit deserta. consuluit quod sic: quia secundum eum deberent dicti priores requiri per appellantem. & cum opportunitate. ¶ Et sicut dicimus in iudice qui requiritur vt det Apostolos. l. 1. ff. de lib. d. ca. ab eo. de appel. in 6. ¶ Quibus Apostolis assimilatur talis commissio. nam sicut per Apostolos appellans dimittitur a iurisdictione prioris, & sumit iurisdictionem iudicis ad quē ita hic transmittitur ad iudicem cui fit commissio: nisi dicatur in casu nostro, ꝙ non sit præfixum tempus in quo fieri debeat dicta commissio: quia dico quod si ad faciendum terminare causam appellationis non habet appellans nisi vnum mēsem. non habemus dicere quod ad faciendam suam indulgentiam faciendo causam committi debet habere plus: quia sequeretur absurdum quod in eo in quo minor exigeretur dilatio, maius spatium haberet, quod non est dicendum vt l. 1. C. de dila. ¶ † Et statutum debeat interpretari ne contineat absur-
7 ditatem. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. l. nam absurdum. ff. de bo. libe. not. Bald. in l. quicunque. in 7. colum. C. de ser. fug. & in l. omnes populi. in 14. colum. ff. de iusti. & iur. & bene facit quod ibi not. Barto. in 6. q. princip. & l. non dubium. C. de legib. & quod ibi not. glo. in l. damni. §. is. ff. de dam. infec. & gl. quæ incipit, quidam iudaizare. ¶ Et etiam non videtur quod sufficiat quòd semel tentauit adire superiorem pro impetranda commissione, quamuis impeditus fuerit appellans, nisi impedimentum* perseuerauerit: quo casu narra-
* ri debet per appellantem. ita colligitur ex not. per glo. in d. §. quod si per viginti. in ver. proposita. ibi dum glo. dicit, donec Papa sui copiam faciat. & ibi hoc expresse volunt omnes doc. & Anto. de Butr. in ca. ex ratione. circa 5. vel 6. col. in versi. ex his etiam. & in cap. fi. in 3. col. de appel. ¶ Bene facit tex. in d. l. fina. §. illud. in versi. summa ope. & text. in authen. de his qui ingred. ad appel. §. 1. in versicu. neuter. ¶ Si ergo prædicta non sunt seruata: ergo &c. ¶ Hoc alio effectu appellatio est deserta si etiam consideremus constitutiones prouinciales, quibus prouisum est quod causa appellationis intra tres menses à die appellationis connumerandos expediatur: certum est quod appellatio sit deserta: quia indistinctè dictæ constitutiones siue sit opus impetrare commissionem, siue non, volunt quod causa terminetur intra tres menses a die appellationis. & sic etiam in dictum tempus expediri debeat appellatio, sine qua causa appellationis terminari non potest. l. 2. ff. de iuris. om. iudic. c. præterea. de offi. deleg. Alex.

ADDITIONES.

* Appellans.] Vide quæ addit infra eod. lib. consilio 167. Et omnino consi. 12. colum. 1. lib. 6. & ibidem latius colum. penulti. vbi declarat. Natta.

a ¶ Incertitudinem. idem Phi. Franci. d. capitu. in alternatiuis. Panor. c. 2. de appel. Alex. infra eod. consi. 167. consil. 185. & lib. 7. consi. 79. colum. 2.

b ¶ Vltimò. Cur. Senior. consil. 1. col. 3. consil. 44. colum. 7. Anto. Cor. in rep. versi. opi. Ias. l. pacta nouissima. C. de pactis. limitat. Ias. l. si seruum. l. sequitur. col. 1. de verbo. ob. l. si idem cum eodem. & ibi Dec. de iur. om. iudi. Ias. l. filio pater. col. 1. de leg. 1.

* Io. de Imo.] Vide Alexan. & Mod. in d. l. properandum. §. sin autem vtraque. C. de iudi. & Alexan. consil. 69. colum. 2. lib. 7. & infra hoc eod. lib. consi. 167. Et vide Dec. consi. 356. colum. 2. vbi limitat in tempore vtili, quod præfigitur a statuto. Item nisi impedimentum esset notorium. Item nisi statutum diceret, quòd impedito facto iudicis non currat tempus, quia vt protestatio operetur, videtur remissa protestatio. Natta.

* Impedimentum.] Idem dicit Alexand. supra consilio 19. lib. 1. colum. 2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad modicum tempus cum pacto de renouando. est alienatio.*

2 *Emphyteuta non potest locare ad longum tempus etiam cum pacto quòd non transeat vtile dominium ne fiat fraus. numero 4.*

CONSILIVM CLXV.

* Visis duobus elegantissimis cōsilijs* celeberrimorum iurisconsultorum domini Fran. Aretini, & domini Andreę Siculi concludentiū quod locatio facta de nouennio
a in nouennium cum pacto de renouando, a dicatur esse alienatio: adeo quod in illa vendicet sibi locum bulla Bonifacij Romani Pontificis in eà parte in qua loquitur de solutione sextæ partis, vel capsoldi, & de inuestitura recipienda per eum in quem alienatio facta: adeo compendiosè ac subtiliter ac rectè per eos allegatum ac consultum. vt nullus fere dicendi locus
1 cæteris relictus videatur. ¶ † Confirmò itaque eandem conclusionem in primis per text. not. in §. neque. in auth. de non alien. col. 2. iuncto. §. emphyteusim, in eo. tit. nam text. in d. §. emphyteusim. prohibebat concedi posse rem ecclesiasticam in emphyteusim perpetuam: sed solum pro recipiente pro filijs & nepotib. & sic vsque ad tertiam generationem. inclusiuè. modo dicit tex. in §. neque. quod si in prædicta concessione facta recipienti pro se, filijs, & nepotibus fuerit actum qđ post secundam generationem factam debet concedi tertię, vel quartæ, non valet talis cōuentio allegata quia si hoc fieri permitteretur nihil aliud esset quam per reuelationem & machinationes concessiones réddere & efficere perpetuas. & priuationes rerum ecclesiasticarum inducere. ¶ Et ideo in proposito refert Ange. in d. §. neque. per illum text. quod ibi videtur esse casus expressus. & sicut tutor vel curator minoris alienare non potest sine decreto, ita nec locare alicui pro vno vel duob. annis hoc acto quòd finientib. istis duob. annis debet eidem conductori pro se & successorib. suis locari: quia hæc est species alienationis, sed vbi esset talis persona quæ posset alienare & locare cum d. pacto, pactum tenet: vt est de mente glo. fin. ibi secundum Ang. ibidem. ¶ Secundo adducitur id quod not. Car. in clem. 1. in §. fi. in pen. q. de reb. ec. non alien. vbi quærit quid si prælatus qui prohibetur locare ad longum tempus. i. ad decem annos: vt in d. cle. 1. cum ibi not. locauerit ad nouem annos, & finito vlt. anno locauit ad alios nouem annos inchoandos a die finitæ primæ locationis: an valeat. & videtur quòd non: quia istud dictum de locatione concludi videtur in fraudem legis prohibentis prælatò posse locare ad longum tempus. alleg. not. in cap. quanto. de priuil.
2 ¶ † Sed ita est in proposito quòd prædicti emphyteutæ habentes vtile dominium, non possunt nec de iure communi loca-
* re* ad longum tempus, nisi consentiente domino & soluta
b quadragesima: iuxta. l. fi. C. de iure emph. hoc voluit Spe. b in tit. loca. §. nec aliqua. versi. 123. cum duob. versi. seq. & expressius Io. de Imo. in ca. potuit. de locato. in 14. col. in versi. item quæri potest an emphyteutæ possit locare &c. nisi ex forma bullę possunt alienare quin teneatur acquirens ad solutionem dictæ sextæ partis. & ad inuestituram petendam: ergo de tali locatione facta de nouennio in nouennium debet iudicari táquam de locatione ad longum tempus: quia videretur illa reiteratio temporis locationis & renouationis apposita in fraudem, vt dicit do. Card. quia vtrobique est eadem ratio, scilicet
3 tam in casu suo, quàm in casu nostro. ¶ † Tertiò bene facit qđ no. Cyn. in l. j. in 3. quæstio. C. de iure. emph. vbi vult ꝙ si conceditur res in perpetuum, vel ad longissimum tempus ad renouandū de quinquennio in quinquennium dicitur propriè concessio quæ de iure vocatur precaria: iuxta. ca. 1. de preca. quæ non differt ab emp. vt no. Bar. in l. 1. C. de iu. emph. accedunt concor. de quibus in 1. consil. ¶ Sed ita est ꝙ vbi habens vtile dominium concessisset in emphyteusim, & haberet locum dispositio bullæ, quæ vult ꝙ pro translatione vtilis dominij facta ab ipso habēte vtile dominiū, debet solui d. sexta pars & peti inuestitura per concessionem oīum in emphyteusim factam ab emphyteuta, vel ab alio habente vtile dominiū in ipsum secundum conducentem: & nihil amplius remaneret penes illum qui huic secundo concessit: vt in gl. & doc. in l. fi. in verb. alijs vendere. C. de iu. emph. no. Bar. post glo. in l. 1. §. econtrario. & in vlt. col. C. de acq. poss. & gl. & Bar. in l. 1. ad fi. C. vti possi. expressius Bart. in l. ex asse. per ibi no. per glo. ff. ad Treb. & Ioan. And. in ca. potuit. de locato. & Ange. in l. si quis vi. §. differentia. ff. acq. poss. ¶ Et idem dicendum in locatore ad longum tempus, qui quantum ad materiam non vr̄ differre ab emphyteusi cū in vtrumq; tam in emphyteutá quam in conducto-

conductorem in longus tempus transferatur vtile dominium. l.1.in fin.cum l.seq. Et ibi not.ff. si ager vectig.& in proposito no.Ange.in §.quia vero Leonis in auth.de reb.eccl.non alien. ergo idem dicendum est in casu nostro qui æquipollet locatio-
4 hi ad longum tempus, vt est s. probatum. ¶† Nec prædictis obstat si diceretur quod per illam numerationem temporis, vide licet de nouennio in nouennium videtur tacitè actum q; vtile dominium non transferatur prout agi potuit.l.cum manu sata.§.fi.de contrah.empt.& no. Saly.& Ioan.de Imo.in l.si domus.§.fi.ff.de leg.1.& Bal.in c.1.§. aut si libellario.in fi.in tit. quibus mo.feu.amit.vbi dicunt quòd si res locatur ad lógum tempus, & agatur quòd non transferatur dominium vtile: tunc talis locatio non dicitur alienatio,& ita saluetur gl.in d. §.institutio. & circa responsionem huius articuli satis laborauit secundus consultor. ¶Sed vera responsio esse videtur quia aut si per illam dinumerationem temporis videatur actum qd non transferatur vtile dominium, nulla committitur fraus in alterius præiudicium: & tunc procedat argumentum, aut si tunc diceremus tacite actum videri quod nó transferatur vtile dominium resultare posset fraus legi in alterius præiudiciú: vt in proposito nostro quo ad euitandam solutionem sextę partis seu capsoldi.& in illo casu non procedit argu. vt no. Bald.in c.1.in prin.10.col.in ver.extra quæro quid de locationib.&c. in ti.qui feu.dare possunt. & in c.1.in prin.in 3.vel 4.col.eo.
5 titu.de prohi.feu. alie. per Federi. ¶† Bene faciunt notata per Bart. in l.Modestinus.in fi.ff. de donatio. vbi dicit quòd si instrumento agatur quod tot sint donationes quot sunt iugera terræ donatæ, vel quòd tot sunt donationes quot sunt res donatæ:& tamen omnes res coadunatæ excedunt summam vltra quam sine insinuatione donari non potest: per hoc non valebit donatio sine insinuatione: quia intelligitur facta in fraudem: vt in simili habetur in l. quemad.C.de agri.& censi.lib. 11.& in l.sancimus.§.si quis autem. & ibi no.doc.C.de don. & idem no.Io.And.in addi.Spec.in tit.de instr.edi.§.porro,in vlt.addi. magna.& Old.in consi.254.incip.factum tale est do mina Sa.&c.& Bald.in l.illud. C.de sacr.san.eccl.Io.de Imol. in regula. c.cum contingat in antepe. char. de iureiur.& per Ang.& melius per Pau.de Cast.in l.scire debemus in princ.ff. de verb.ob. ¶Et per istud etiam patet non obstare id quod no.
6 Bal.in l.voluntas. C.de fideicom. † vbi dicit q; vasallus potest vendere fructus feudi ad modicum tempus irrequisito domino:quia non est alienatio.& idem putat si ad integrandum de modico tempore in modicum tempus:quia tot sunt venditiones quot apparent tépora distributa, & non apparet vnus con tractus perpetuus, argu.d.l.scire debemus.in prin.secundum eum.Nam respondeo q; dictum Bal.posset saluari vbi licet intelligeremus plures esse contractus ad modicum tempus nulla fieret fraus legi: vt in proposito nostro tunc dictum Bal.nó procederet,vt ipsemet declarat.in d.c.1.in princ.in 10.col.in ti.qui feu.da.pos.& in c.1.in prin.in 2.col.de prohi. feu.alie.
7 per Feder.& dictum est supra. ¶† Per prædicta etiam patet responsio ad id q; cóluluit Ang.in cons.suo in ordine meo.191.
a incipien.Ex forma & serie dictorum instrumentorú: vbi concludit q; si Abbas * locauit ad libellum pro tempore.28.ann. Titio pro se, & suis filijs masculis, & vna fœmina tantum,ad renouandum vni ex eis si finitis dictis. 28. annis non renouabit dictę filię superstanti,sed concessit cuidam extraneo,quod iste extraneus erit potior iure prædicto quàm sit dicta filia, quæ non fuit renouata ante concessionem factá extraneo:quia per illam promissionem de renouando non fuit acquisitú aliquod ius reale illis,qui debebant renouari: sed sola actio personalis sic vt dicimus in eo cui facta est promissio de vendendo: quia ei nullum ius quæritur iur. sed sola actio in persona contra talem promissorem: vt teneatur ad interesse si non ven dat.l.si sterilis.§.si fundum.de acti.empt.¶Et circa responsionem huius obiecti insudauit secundus consultor forte plusquam oporteret. nam vera responsio videtur & quando concessio fuit facta de nouennio in nouennium cum pacto de renouando: tunc est species alienationis: quemadmodum precaria & emphy.vt no. Bart.in d.l.si finita.§.si de vectigalibus.in 4.q.ff.de dam.infe.& Cy.in l.1.C.de iur.emph. cum concor. sed in casu quo consuluit. Ang.non fuit facta ab initio cócessio de.20.annis cum promissione de renouando: & sic a prin cipio cóceslio non fuit facta nisi pro vno tempore.secus in casu nostro. ¶Secundo respódeo q; in casu in quo cósuluit Ange. cessabat suspicio fraudis: non enim ibi poterat dici quod illud pactum de renouando esset adiectú, ne prima concessio transcenderet longum temporis: & sic ne esset alienatio: & nó debetur capsoldius ipsa prima concessione: quia constabat q; in casu in quo consuluit Ang. illa concessio erat facta ad lógum temporis.s.ad vigintiocto annos: & sic erat alienatio & translatio totalis dominij facta ab habente directum dominiú nomine ecclesiæ: quo casu etiam nullus capsoldus venit soluendus: sed nos loquimur quando habens vtile dominiú vult facere plures locationes per dinumerationem temporum, quorum quodlibet erat modicum. & sic euitaretur solutio sextæ partis seu capsoldi. quo casu præsumitur facta illa dinumeratio illorum temporum in fraudem,& non releuat: vt superius est ostensum. Ego Alex.

ADDITIONES.

* Idem etiam consi.68. supra li.1. Nat.

* Consil.js.] Adde,q; istud, quod consuluit hic D.Alex.tenuit etiam Fel.in c.quæ in ecclesiarum.col.34.de consti. Et vide omnino Alex. in l.si filio.§.si vir.còl.fi.ff.sol.mat.vbi eadem ponit quæ hic Ias.cósl. 94.lib.1.per totum,& in l.manumissiones colum.2.ff.de iusti.& iur. M.A. Nat.

a ¶Renouando.j. lib.3. consi.104.col.1.& lib.5.consi.117. plenè dixi in consu.paris.§.41.q.8.

* Locare.] Quòd emphyteusis non possit locari ad longum tempus, ponit etiam Alex.consi.105.li.3.& consi.117.col.2.lib.4. Nat.

b ¶Spec.Imo.Spec.ibi contrarium sentit & est verius vt dixi.infra lib. 3.consi.119.

* Quòd si Abb.] De hoc consi.meminit Rui.consi.168.col.2.lib.j.vbi declarat in pen.col.

EPITOME.

TRACTAT de intellectu statuti de compromittendo inter coniunctos nisi appareat de instrumento liquido.

CONSILIVM CLXVI.

Viso puncto mihi trasmisso & statutis & alijs scripturis, de quibus in eo fit mentio, resecatis superfluis.
1 ¶† Circa primum dubium quo quæritur an licitum fuerit d. Io.reconuenire dictam matrem eius & auunculú non obstante q; veniá non petierit,& dico q; de iure dicta reconuentio & processus tenuit: quia nó est de substantia ad validitaté pcessus scdm Guil.de Cu.Bar.Fel.in l.fin.de in ius vocan.& per l. quæuis.ff.eo.tit.& ibi ponit Guil.vbi pót remitti per parté, & si esset de substátia lib.iudicijs non posset per parté remitti: vt no.gl.in c.de causis.de off.dele.& in c.fi.de re.iu.in 6. & in c. 1.de lib.obla.& in cle.sæpe de ver. sig.& in auth.offeratur.de litis contest.¶Et hoc saltē procedit in casu nro: quia psupponitur q; mater nó fuit in ius vocata,sed spóte venit: quo casu cessat prohibitio,vt in d.l.quæuis.¶Et ét in prima cóparatione & oppositione facta per matré ɔ reconuentoré vel eius procuratoré non fuit oppositú de venia nó petita, vnde cú a principio non opposuerit, vr consensisse scdm Bar. in d.l.quis.per l.finalé.C.de exce.l.sed si susceperit.in prin.C.de iu.Præterea ét iudex postea veniá cócessit.¶Super scdo principali quæsito, quo quærit an dictú assertú instrm dotale dicatur publicú instrm liquidú: adeo qd ea quæ petita fuerunt per do.Thadeam occasione dicti instri non debeat fieri cópromissum stante statuto sub rubrica, qd causæ vertétes inter coiúctos debeát cópromitti,maximè in ver.inci. hęc oia sunt verba &c.& stantib.exceptionib.positis in parte dicti Io. Et dico q; nó debet iudex pnunciare sup dicta cá principali inchoata sup dote vel nó esse faciédú cópromissum put pronúciauit: qa statutú ponit regulá, qd qlibet causa, lis, vel cótrouersia vertens inter coniúctos debeat cópromitti nisi de debito, de quo esset lis,& qó, vel có-
2 trouersia, appareret publicú instrm & liquidú: † & instrm dr esse publicú qñ est publica manu factú, in forma soléni auth. c.2.de fid.instr.cú ibi no.per doc. No.plenè Spe.in ti.de instr. edi.§.núc dicendú restat.in prin.& ita ét habetur in repe.quæ ascribitur.Bar.in l.si quis ex argentarijs.§. si initiú.ff.de eden. vbi ad hoc all.tex.in §.sed si sic instra.cú.§.seq.in auth.de inst. cau.& fi. ¶ Sed ita est q; cótra dictú assertú instrm fuit oppositú: quia non erat confectú & rogatú per publicam personá, neque in authenticam formam redactum: & antequam constaret de istis pefecté,& esset facta plena fides quod pro parte do.

 mine.

minæ F. fuit pronunciatum per iudicem illam causam non esse compromittendam quod fieri non debuit: quia & antequã pronunciatio talis fieret, oportebat constare illud instrumentum esse solenne & publicum & liquidum, cum statutum de tali loquatur & intelligatur. l. non putauit. §. non quæuis. de contratab.& ibi hoc not. Bart. circa fi. de re iudi. l. diuus Traianus cum ibi no. per Bar. ff. de testa. mili. l. non ignorat. C. qui accu. non poss. l. 2. §. prætor. cum ibi not. per Bar. ff. qui satisda. cog. & est doctrina Bar. in l. 1. §. 1. quod vi aut clam. Et not. Io. And. in addi. Spec. in titu. de sen. prola. §. vt autem. in additione quæ incipit: cum hæc. & Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iudi. & Saly. in l. ita pudor. C. de adul. ¶ † Et de iure si pro-
3 ducitur scriptura tanquam publicum instrumentum, potest opponi quod non est instrumentum seu quod non fuit rogatum a persona publica, seu ab eo cuius manu diceretur esse scriptum vt latè Spe. in ti. de instr. edi. §. ergo. ver. & postquam de ipsius & versi. seq. & not. plenè in c. 1. de fide instr. Et maximè cum personæ dicti ser Andreæ & ser Lud. non essent notæ in loco, quia erant instrumenta de longinquo: vt alibi dicunt doc. & maximè Cy. in l. comparationes. C. de fide instru. & ibi etiam Bald. & Spe. in titu. de instru. edi. §. refert. versi. sed quid si procedit. & ver. & scias. & ver. si illud autem. ¶ Vnde quando prædicta negant oportet q͂ probetur instrumentum esse scriptum manu illius qui est ibi scriptus: & de hoc statuit dicto illius si viuit. Et si non viuit deuenitur ad comparationem literarum. l. siquis decurio. & ibi no. C. de fal. in authen. si contractus. cum glo. in versi. solo. circa fi. C. de fide instru. & in auth. de instr. cau. & fi. §. sed si moriãtur. cum §. seq. & ibi no. Bar. in l. 1. §. siquis neget. ff. quemad. testa. aper. per Bart. in l. computationes in 5. col. & in l. in exercendis. in 6. colum. C. de fide instru. ¶ Et sic oportebat probari per comparationem q͂ scriptura ex qua sumptum fuerat dictum instrumentum erat scripta manu dicti ser Andreæ, & similiter quod illud instrumentum authenticum erat scriptum manu dicti ser Ludo. & ser Andreæ. ¶ Et quod erant tabelliones: vt no. Spe. in §. instrumentum. versi. item quod tabellio non fuit. & etiam per doct. in c. 1. de fide instru. Cy. & Bal. in d. l. comparationes. & Spe. in d. §. restat. in versi. supra allegato. vbi concludunt q͂ onus probandi incumbit producenti instrumentum. ¶ Nec prædictis obstat si diceretur q͂ satis est probatum per licentiam datam dicto ser Lud. de authenticando instrumenta ex rogationibus & protocollis ser Andreæ defuncti, iuxta id quod habetur. in ca. cum P. tabellio. extra de fide instru. & constat de dicta licentia
4 scripta per ser Fede. Quia respondeo primo † quod per supradictam licentiam non probatur q͂ dictum instrumentum dotis sit de rogationib. & protocollis d. ser Andreę defuncti: imò illud erat opus probare per comparationem: vt iam supra est ostensum. ¶ Et etiam per d. licentiam non est probatum quod dictum instrumentum authẽticum sit scriptum manu ser Ludouici: quinimo nec etiam per illam licentiam probatur d. ser Andream fuisse notarium publicum: quia dato q͂ in d. licentia fieret mentio expressa vel tacita quòd d. ser And. & ser Lud. fuerint tabelliones, adhuc non sufficerent: quia oporteret quòd incontinenti ser Ludo. eo tempore quo vt dicitur, fuit rogatus de dicto contractu dotis esset notarius: quia aliàs non concluderet illa probatio: vt l. matrem. C. de proba. l. eum actum. ff. de nego. gest. cle. fi. cum ibi not. de rescrip. ca. in præsentia. de prob. tamen etiam quia illa verba enunciata iudicis non probant, saltem quo ad eos qui d. licentię non fuerunt pręsentes. vt in auth. siquis in aliquo. & ibi not. Barto. C. de eden. not. Innocen. in c. cum in iure. de offic. deleg. & in c. quoniam contra. de proba. & Ioan. And. in ca. post cessionem. eo. titu. & not. Barto. & doc. in l. sciendum. de verbo. oblig. cum concor. ¶ Alia ratione etiam non debuit pronunciare iudex causam non esse compromittendam: quia requirit statutum quòd res sit liquidata per instrumentum. Sed ita non erat. nam dato q͂ Io. confessus fuerit respondendo interrogatorijs partis aduersæ se esse hæredem patris, tamen per hoc non constabat quo tempore mortuus esset pater dicti Io. adeo quòd cõstaret euenisse diem quo potest cum effectu peti & exigi dos consistens in quantitate, quæ quidem dos exigi non potest cum effectu post annum a die mortis mariti. l. vnica. §. exactio. C. de rei
5 vxo. acti. ¶ † Opponebatur & insuper contra instrumentum dotis ex simulatione. quo casu instrumentum non retinet amplius nomen instrumenti: vt vult Bald. in l. cum precib. per illum text. C. de proba. & in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. j. C. plus valere quod agitur. & in l. si non sortem. §. 1. ff. de condi. inde. & Io. de Imo. in l. fi. ff. a quibus appel. non li. & in cap. cum contingat. de iureiuran. in septimo membro. ¶ Et præsertim quia statutum prædictum loquens de instrumento puro & liquido, videtur accipere instrumentum purum & liquidum pro debito puro & liquido de quo constat per instrumentum: sic accipitur ibi continens pro contento: vt etiam accipitur in l. solent. in princ. cum glo. in versicu. custodiarum. ff. de offic. proconsul. cum concodan. ibi allegatis, iuncta. l. fi. ver. causali. quidam. cum ibi not. C. de compen. & in c. fi. de po. & l. pure. in prin. ff. de doli excep. l. cedere diem. in ver. pu. de verbo. signifi. & ita est mens statuti. ¶ Accedit ad prædictorum confirmationem id quod not. Bald. & Salyce. in l. neque. C. de compen. vbi per ibi not. dicunt quod licet debitum sit liquidum, tamen non potest fieri reconuentio, nec debet procedi ad executionem ante reconuentionem. quod in-
* telligitur verum * si de facili & cito posset liquidari. per id quod habetur. in l. fina. eo. titu. & per nota. per Innocen. in ca.
6 2. de ordi. cog. ¶ † Et quando intelligatur potuisse de facili vel cito liquidari, committitur iudicantis arbitrio: vt not. Cyn. in
a l. fin. in 4. q. C. de compensa. post glo. & ibi etiam Bald. & ibi not. in glo. & Barto. in l. si is a quo. ff. vt in pos. lega. & Innocen. & alij in c. veniens. el 2. de testi. & Bald. in l. 2. C. de edic. diui Adri. toll. & in l. fi. C. de ordi. cogni. ¶ Et satis videtur potuisse cito liquidari, si intra tempus instãtiæ causæ dotis circa quod erat determinata causa dotis potuisset expediri & liquidari causa reconuentionis per not. per Bart. in dicta l. si is a quo. & expressius hoc vult Ange. in l. ille a quo. §. si de testamento. ff.
7 ad Trebel. vbi dixit † quòd quoties opponitur in causa aliqua
* exceptio * quæ potest liquidari intra tempus intra quod instantia ipsius causæ debet sopiri ita quòd in illud tempus iudex potest deliberare maturè qualiter sententiam ferre debeat, talis exceptio dicitur requirere altiorem indaginem: allegat d. l. si is a quo. cum ibi not. ergo cum dicta causa dotis ageretur ordinariè & nõ executiuè, vt patet in processu, eadem erat in instantia causæ reconuentionis & princi. ¶ Et sic apparet ex his quæ not. Bald. & Salyc. in d. l. neque. quod propter dictam conuentionem illud debitum dato q͂ fuisset liquidum non habetur pro liquido, nec eius fieri debet exactio stante reconuentione facta super eo q͂ poterat cito liquidari, & intra eandem instantiam. aliud dicerem si do. Thadea intentasset viam executiuam petendo executionem instrumenti, quæ via habet breuem & celerem expeditionem ex forma statuti, & hanc differentiam an petita sit executio instrumenti, * an vero sit via
* ordinaria ad debitum de quo apparet instrumẽtum. facit Bal. in d. l. si non sortem. §. 1. in fi. ff. de condi. indebi. & istud bene attendendum. Ex quibus concludo fuisse minus bene iudicatum per dominum iudicem. & bene appellatum per dictum Ioannem. Ego Alexander.

ADDITIONES.

* Repetitum incipiendo a 2. dub. consi. 101. li. 4. Natta.
a ¶ Intra Pau. l. 2. C. de compensa.
* Verum.] Vide de hoc Alexan. in apostil. Bar. in auth. consequentur. C. de sen. & interlo. om. iudi.
* Exceptio.] Ponit de hoc quando dicatur fieri probatio incontinenti, Alexand. in l. 4. §. condemnatum. col. fi. ff. de re iudi. Fel. in c. veniens, il secundo. col. 6. de testi. Et istam opinionem, q͂ sufficiat opponenti compensationem, si liquidari possit infra instantiam; tenet Pau. de Cast. in l. in ea. C. de compensatio.
* Instrumento.] Quid in causa executiua, an procedat reconuentio. Vide Soc. consi. 167. vlt. dub. lib. 2. vbi etiam habes, quid vbi imploratur officium iudicis. Natta.

EPITOME.

NON valet appellatio incerta nisi intra tempus appellandi declaretur.

CONSILIVM CLXVII.

Viso processu inter Iacobum de Spinellis ex vna, Antonium ex alia: & visa appellatione interposita per dominũ Antonium ad Serenissimum dñm Legatum Bononię. Et ad Vicarium Reuerẽdissimi domini

domini archiepiſcopi de Rauenna, & ad quemlibet alium
1 iudicem competentem. ¶ † Dico breuiter quòd cum non
appareat intra decem dies datos ad appellandum, quòd d.ap
pellans declarauerit coram quo iudice intendebat dictam ap
pellationem proſequi, quod appellatio non procedit per iura
* & rationes quæ ſunt ſupra in alio conſil.incip., Viſo proceſſu *
cauſarum verſarum &c. ¶ Cui adde quod non eſt curandum
in dicto caſu, an iudex a quo appellationi detulerit, & termi-
num appellanti pręfixerit. Nam illam differentiam non curat
Archi.2.q.6.c.ſi quis in diem. Et colligitur ex verbis.Ioan.An
2 dre.in d.ca.in alternatiuis.dum dicit † ꝙ ad vnam centum &
non ad plures eſt appellandum, aliàs nec certi apoſtoli, nec da
ri nec peti poſſunt. ¶ Et etiam tenebat Gui. naſo. vt refert Ar-
chi.in d.c.ſi quis.aliàs ſi is cui.de offi.deleg.lib.6.Nam illa ra
tio quod apoſtoli ſeu literę dimiſſorię ad certum iudicem ad
quem petendi ſunt oſtendit quòd non attendatur an iudex a
quo receperit appellationem & pręfixerit appellanti terminũ
vel non. ¶ Et quod dicta differentia non ſit bona tenet. Spec.
& Io. And.in tit.de appel.§. nunc tractemus.verſi.quid ſi ap-
3 pellatio ad legatum. † vbi volunt quòd ſi dico, appello ad le-
gatum vel Papam mihi optione ſeruata coram quo velim pro
ſequi, non valet appellatio non facta diſtinctione an talis ap-
pellatio fuerat recepta a iudice, vel approbata a parte vel nõ.
¶ Bene facit quòd ibi Spec.ſubdit, & Ioan. Andr. in verſi.ſed
quid ſi quis dicit etiam do.Abb.Sic.in ca.2.de appel.vbi con
4 cludunt † quòd ſi quis dicat ſimpliciter, appello, niſi dicat
ad quem non valet appellatio propter incertitudinem quan-
a do ad plures poterat appellare, niſi intra [a] tempus datum ad
appellandum declarauit coram quo velit proſequi appellat.
¶ Hoc vltimum tamen habet fortaſſe aliquid dubij magis quã
caſus noſter. per ea quæ not. Io. An.in c.vt debitus.de appel.
& Bal.in l.apertiſſimi. C. de iudi.& Io.de Imo.in d.§.ſi quis.
¶ Item non obſt.ſi dicatur quod videtur ap.ad legatum: quia
fuit primo nominatus in appellatione.arg.l.quoties.in princ.
ff.de vſufr.& l.qui ſoluendo non erat ſeruum.ff.de hære.inſt.
quia reſponderi poteſt quòd illa iura loquuntur in diſpoſitio
ne vltimæ voluntatis purę in relicto qđ pręſumitur fieri pro-
pter affectionem vel meritum. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. l.ſi
fuerit.ff.de reb.dub.vnde refertur ibi ad primum nominatũ,
& expreſsè. Ioan.An.in d.§.nunc tractemus.in additione quę
incipit, ideo. ¶ Nec obſt. quòd ad ſupplicationem illorum di
ctorum de Spinellis in dicta cauſa appellationis fuit aſſocia-
tus alius iudex, quia ex quo appellatio non valet, non facta di
cta declaratione intra tempus datum ad appellandum, non
potuit conſenſu partium poſtea validari: vt in cle. ſi appel-
lationem. cum gloſſ. de appellatio.& not.Bald.in authent. ei
qui. C.de tempo.appellatio.& in l.Centurio.ad fin.cum ſimi.
ff.de vulga.& pupilla. ¶ Non obſt.prædictis quod not.Ioan.de
Imol.in l. 1. §.ſi quis. ff.de appel.vbi concludit quòd de iure
ciuili talis appellatio valet per rationes ibi per eum poſitas.
Et in alio conſilio alleg.quia reſpondeo quod in cauſa iſta ap
pellationis ſeruandum eſt ius canonicum: quia eſt cauſa de-
nunciationis euangelicę ſeu iudicialis quę ſpectat ad eccle-
ſiam.c.nouit.de iud. cum ſit materia in qua ſeruari debet ius
canonicum, & non ciuile: vt in c.cleri.de iud. Et ibi per dict.
5 doct.maximè Ant. de But. † quod etiam quando materia eſ-
ſet miſta non mere eccleſiaſtica & non merè ciuilis: tunc in
foro eccleſiaſtico ſeruari debet lex canonum & non lex ciui-
lis diſcrepans à canone. vt not.in c.cum eſſes, & in c.relatum.
de teſta. ¶ Bene facit quod voluit glo.notabilis in c. quod cle-
ricis. de foro compe. & quod no. glo.in clem. diſpendioſam.
in verſi.vſuram de iud.& in c.2.de reg.iur.in 6. ¶ Fortius di-
6 xit Anto.de But.in c.quod clerici.circa medium. † quod vbi-
cunque contingat coram eccleſiaſtico iudice tractari cauſam
laici, de qua potuiſſet cognoſci iure ordinario a iudice ſæcu-
lari: tamen quò ad appellandum & an appellatio procedat at
tendetur ius canonicum, & non ius ciuile: quia iſtud videtur
concernere ordinem iudiciorum: ideo attendi debet ius lo-
ci in quo cauſa tractatur, iuxta id quod habetur in l. 1. in
princ.ff.de vſur.& l.3.§.fi.ff.de teſtib.not. l. 1. C.de emanci.
libe.& in l. 1. C. quæ ſit lon.conſue.& in l.cunctos populos.
C. de ſum. tri. & per Inno. & alios in rub.extra de conſue. &
Spec.in tit.de fer. §.j.verſi.ſed pone.cum ſuis multis concor.
¶ Sed hæc cauſa agitur coram iudice eccleſiaſtico: ergo &c.

¶ Ex prædictis concludo pronunciandum eſſe dictam appel-
lationem non procedere & non valuiſſe. Alexander Bononiæ.

ADDITIO.

* Proceſſu.] Quod conſi.habes ſupra.164.hoc eo.li.

EPITOME.

REMISSIO damnorum, intereſſe, & iniuria-
rum etiam in tractatu pacis, non extenditur ad terras
quæ vendicari poſſunt, quibus alter alterum tempo-
re belli ſeu diſcordiæ ſpoliauit.

CONSILIVM. CLXVIII.

Requiſitus vt breuibus dicam quid ſentio ſuper
illo articulo quo conſuluerunt ſupra
ſcripti celeberrimi patres do.Marianus & do. Bal. An per illa
verba de quibus in d.conſil.quòd magnificus dominus Ray-
nutius de Farneſio ex vna parte. Et magnificus dominus Ilde-
brandinus de Vrſinis ex altera ex certa ſcientia & non per erro
rem: vel dolo, vel metu ducti per ſe & ſuos hæredes fecerunt
vnus alteri: & alter alteri finem, refutationem, & quietationẽ,
& pactum de vlterius aliquid non petendo vel exigendo per
ſe vel alterum eorum nomine de, & pro omnibus & ſingulis
damnis & intereſſe: & expenſis & iniurijs factis: & receptis in
ter d. partes tam tempore guerræ quã tempore pacis. tam per
ſe & eorum ſubditos: q̃ per quoſcunq; magnificos eorum an-
teceſſores vſque ad præſentem diem &c. Intelligatur eſſe dero
gatum iurib. quæ d. comes Ildebrandinus vigore maximè cu
iuſdam imperialis conceſſionis feudalis habere prætendit in
nonnullis caſtris, terris, & locis quæ nunc tenentur per filios
& hæredes d.domini Raynutij, & quæ tẽpore tenebantur per
1 d. domi. R. ¶ † Puto concludendum quòd non: quia per illud
verbum, damnis.non videtur facta remiſſio iuris vendicandi
dictas res occaſione vtilis dominij acquiſiti dicto comiti, &
ſuis hæredibus occaſione conceſſionis feudalis: iuxta ca.1.§.j.
de inueſti.de re alien.fac.c.j.cum ibi no.de ca.cor. ¶ Hoc pro-
batur quia quando res non deſijt eſſe in dominio d. comitis
Ilde.licet ſit capta vel occupata, aut furto ſubtracta non dici-
tur damnum datum d.comiti.Ilde. quia aliud eſt damnum da
re in re, puta rem deteriorare, vel deuaſtare, vel diſrumpere:
aliud eſt furto vel rapina ſubtrahere. l. 2. in princ.& §.ſi quis
non homines. ff. vi bo. rapto. ibi dum dicit, aut rapuerit aut
damnum detulerit. l.ſi quando. C.vnde vi ibi, de rebus abre-
ptis vel inuaſis, vel damnis datis. & illa aduerſatiua poni de-
bet inter diuerſa.l.hęc verba ille.ff.de verb.ſignif. ¶ Etiam pro
batur in l.nauta.in fi. ff. nau.caupo.ſtabu.ibi dum dicit text.
quæcunque de furto diximus eadem & de damno debent in-
* telligi. * vnde per illum text.dicit ibi Bald.quòd cum furtum
2 & damnum ſint ſpecies ſeparatæ. vt ibi patet: ſequitur † ꝙ ſi
ſtatutum dicit ꝙ pro damno dato credatur ſacramento accu-
* ſatoris non habet locum in furto, niſi * quatenus ius cõmune
diſponeret. ideo dicit ꝙ ſi quis de vinea exportauit frumenta,
cum in ea non inciderit ipſe ſic quẽ non dedit damnum ſed
commiſit furtum non ſtabitur ſacramento accuſatoris. Et idẽ
dicit Bal.in l.ait prætor.in prin.ff.de iureiu.vbi dicit ꝙ ſi ſta-
tutum diſponit quod de damno ſtetur ſacramento accuſato-
ris: aliquis accuſat aliquem de exportatione lignorum, an de-
beat credi ſacramento ſuo cõcludit quod non quia damnum
eſt deterioratio rei. Sed hic non allegabatur lęſio circa res: prę
terea: ſecundũ eum iſtud factum cadit in ſpeciem furti: alleg.
l.j.§.1.ff.de incen.rui.& naufra.& l.ſi quis rem.cum ibi no.ff.
ſi ce. pe. ¶ Probatur etiã vltra all. per eum in l.ſi ſeruus ſeruũ.
§.ſi quis in manu.& §. ſi oliuam. cum §.ſeq.ff.ad l.Aquil.vbi
act.leg. Aqui.quæ locum habet pro damno dato. inſt.ad l.A-
qui.in prin.& quaſi per totum.& d.l.ſi ſeruus ſeruum. §.3.au
tem capite.non habet locum pro furto. ¶ Pro hoc allego glo.
in l. prętor. §. hoc edictum.in verſ.alijs. ff.de dam.infec.quę
3 dicit † ꝙ furtum non eſt propriè damnum ſed impropriè. [a]
a Et conſtat, ꝙ ſtatuta & contractus intelliguntur in caſu pro-
prio.l.quicquid aſtringendę.ff.de ver.obl.l.conſtitutionibus.
ff.ad municip.l.veterib.ff.de pac.& quod not. Bar.in l.libero
rum. ff.de verbo.ſignif.dum tractat an appellatione filiorum

in contractib. veniant nepotes.& Arch. 17.q.4.ca. si quis suadente. dum tractat an in contractibus masculinum cõcipiat
fœmininum cum suis pluribus concor. ¶ Facit etiam ad prędicta l.3.cum ibi notatis.ff.de peti.hęre. Et quod aliud sit ip-
* sa res principalis: *aliud eius pretium, & aliud sit damnum
est text.in l.1.& ibi ponderat Cy.de edic.ac.¶Cum ergo intendat d.Comes terras prędictas seu earum possessionem vendi-
care seu recuperare quibus aliàs ipse vel sui pdecessores p vim
& inuasionem spoliati fuerunt: sequitur quod non intelligi-
tur tali iuri renunciatum licet sit promissum non petere damna.¶Non etiam obst. quòd sub illo verbo, interesse. comprehē-
datur renunciatio d. iuris vendicandi rem ipsam seu substan-
4 tiam ipsius rei principalis:† quia interesse, est propriè damnũ
* emergens *& lucrum cessans propter factum, vel omissum
quod fieri vel omitti non debuit. not. glo. & doct. in l.1. C. de
sen. quę pro eo quod interest. Ex eo enim quod dicitur quod
est damnum emergens, patet quòd non comprehendit rem ip-
sam principalem extantem: vt probaui supra & minus etiam
in casu nostro castra ipsa quę sunt d. Comitis posiunt dici lu-
crum cessans:& etiam secundum diffinitionem Barto. in l.1.
C.de sen.quę pro eo quod interest. in 1.q. interesse propriè &
strictè sumptum, prout accipiuntur verba in contractibus: vt
supra dixi. differt ab ipsa re principali quę mihi restituenda,
vel debita est. ¶ Nec etiam super verbo expensarum compre-
henditur ipsum principale pretium: vt est text. singularis secundum Barto.& doct.in l.quibus diebus.§.1. ff.de condi.&
demon. facit. capitu.in nostris.de iur. & damno dato. & not.
Bald.in l.alimenta.C.de nego.gest. ¶ Nec etiam per remissio-
nem iniurię videtur derogare d. iuri vendicandi castra & d.
5 dominio quia † remittens iniuriam non videtur remittere ius
consequendi damnum quod ex iniuria passus est: vt decidit
Dyn. quem etiam sequitur Bald.in l.si pro fure.in princi.ff. de
condi. fur. per l. sed si vnius.§.si a me. ff.de iniurijs. etiam ibi
Dyn.& not. Bald.in l.si tibi.§.1. ff.de pact. ¶ Ideo dicit Bald.
quòd debeas esse cautus vt facias tibi remitti non solum iniu-
riam: sed damna & interesse. ¶ Et idem Bald. in l.domus.ff.
de ser.vrb.pręd. vbi dicit plus quòd si remitto iniurias, & ex-
pulsiones, & deuastationes, non videor remittere damna &
interesse: secundum Dy.quod etiam not. secundum Bald. est
de mente Specu. in titu. de accu.§.1.ver. Sed quid si vulnera-
tus. eadem ratione non videbitur remisisse dominium & ius
6 vendicandi rem ipsam principalem. ¶ † Fortificatur prędicta:
b quia in obligatione vel alienatione generali non veniunt [b] ea
* quę quis sub pœna est prohibitus obligare vel alienare:* vt no
tanter inquit Bar.& alij in l.codicillis.§.instituto. ff.de leg.2.
per l.obligatione generali.ff.de pig. & not. Spec.in titu.de pi-
gn.§.1.ad fi.ver.si quid.& etiam Bald.in l.1.per illum text.C.
quę res pig.obliga.pos.& in l.voluntas.C.de fideicom.& in c.
Imperialem.in 1.col.de prohi.feu.alie.per Fed.& Ange.in au-
then.de resti.& ea quę parit.in princ.& est in proposito nostro
casus in ca.in generali. in titu.si de feu.fue.contro.inter do.&
agna. vbi in generali alienatione facta per vasallum non venit
c feudum [c] nisi exprimatur vt ibi.& in c.2.de capi.qui cur.ven.
quia talis alienatio est prohibita.vt in d.ca.Imperialem. cum
7 vul.¶† Et pactum de non petendo seu per quod remittitur res
vel actio, dicitur esse datio:& sic alienatio: vt inquit Bald.in
l.1.in 1.colum.C.de bo.ma.allegat no.per glo.in l.apud acta.
C.de transactio.in glo.in versicu.pendente.iuncta glo. in ver-
* sicu.pacto.licet aliud sit in remittente * lit.seu transigente su-
per lite. & propterea dimittendo secundum eum per l. fidei-
commis.C.de transactio. Et not.etiam in proposito Bal.in l.si
inter vos.C.communia vtriusque iudi.& in c.1.ad fi. de con-
trouersia inter vasallum & alium de beneficio. ¶ Bene facit ꝙ
no.glo.in l.siquis obligationem.ff.de reg.iur.& quod in varijs
locis per illam glo. tradunt scribentes maximè Bald. in l. pa-
ctum.in 18.q.C.de colla.& Ange.in l.contra iur.§. fina.& in
l.si vnus.§.pactus. ff.de pactis. & in l. pacta quę contra. C. de
pac.& l.1.in l.Modestinus & in l.Aquilius.& ibi not. moder.
8 ff. de dona. ¶† Vltimò inquantum quęritur quid de expensis
per ipsum Comitem pro recuperando Castrum Victoccie de
manibus dominorum Senensium quod Castrum erat Commu
ne dicti Comitis & dicti R. Et occupatum fuerat per dictum
Commune Senarum, dico illas reficiendas pro rata per hęre-
des d. R. attento quòd cum effectu fuit manu armata recu-
* peratum * per dictum Comitem. Et hoc si expensam fecit di-
ctus Comes Communi nomine suo: & socij secus si suo tan-
tum. l. si is contra quem. C. de edi. pri. l. si quis putans. §. si-
ue autem. ff. communi diui. facit. l. qui aliena. §. fina. ff. de
neg.gest.cum si.& in dubio pręsumitur communi nomine fe
cisse, cum res pro qua fiebat expensa spectabat ad vtrunque,
nec possit pro parte comitis expediri quin etiam expediretur
a parte consocij.ad hoc l.post mortem.§.j.& l.fin. ff. quando
ex fac.tut. ¶Et probatur, quia aliàs sequeretur ꝙ comes voluis
set donare partem expensæ, quod in dubio non præsumitur
9 † quia vbi potest capi coniectura non donationis, non debet
capi coniectura donationis. l.cum de indebito.in princip. ff.
de prob.l.si cum aurum.ff.de solu.& l.eleganter. §.qui repro-
bos. ff. de pign.actio. ¶ Vel oporteret ꝙ præsumeremus quod
comes habuit animum vsurpandi partem consocij: vt d. l. si
is contra quem. quod non est pręsumendum in dubio. l. me-
rito.ff.pro socio.ca.fi.de præsum. Et ideo si comes habuit in
expendendo animum expendendi pro communi vtilitate, &
repetendi expensam non asserat contrarium, quia sibi præiu-
dicaret. ¶Nec obst. si diceretur quòd dictũ castrum fuit abla-
tum hostiliter per commune Senarum in odium & propter
odium quod habebat commune erga dictum comitem tan-
tum: & sic debuit ascribi dictum damnum culpæ ipsius co-
mitis tantum, etiam si odium illud esset iniustũ: per no. p gl.
sing.in l.si merces.§.culpæ.ff.loca.& ibi doc.& per ea quæ ha
bentur in l.pen.in prin.ff.solu.matrim.& in l.comitem. §.qui
maximos. ff.de publ. Et quod Bald. in l.si ea lege. C. de vsur.
quia responderi potest dupliciter.primò quòd vbi non appa-
ret comitem sua culpa dedisse causam inimicitiæ & odij di-
* cti communi * Senarum non debet ascribi sibi: vt tenet Bald.
in dicta l. pen. in princi. ff. solu. matrimo.& refert ipse quod
ita tenet Dy.& etiam ita tenet Bald.in l.2.§.item si in facto.de
verbo.obligatio.per l.si per in prudentiam. ff.de euic.& l.itẽ
10 quæritur.§.exercitu.ff.loca. ¶ †Vel secundo respondeo quod
vbi commune Senatum non rationabiliter habuit odium &
d inimicitiam cum dicto comite. imo absque culpa [d] comitis,
& probetur quòd comes propter odium habuit diligentio-
rem custodiam ad castrum dictum quàm esset solitus habere
ante dictum odium & inimicitiam:& sic quod diligenter cu-
stodierit castrum ipsum: tunc dictum odium non ascribitur
culpæ.d.comitis.ita est de mente illius singularis. glo. in d.§.
culpæ.& ita tenet Ioan.de Imo. Rap.Cu.& Paulus de Castro,
in d.l.pen.in princ.ff.sol.mat. Ioan.de Imo. & Ro.in d.l.2.§.
item si in facto. ff. de verbor.obligatio.& Raph. Fulg.in prę-
dicto.§.culpæ.& ita etiam sentit ibi Saly. facit lex de damno.
ff.locati.& l.ad eos.ff.commo. & ideo sit diligens aduocatus
comitis circa probationem prędictorum, secundum quod vi
derit expedire inspectis ipsis quæ per partem aduersam pro-
babuntur vel capitulabuntur. Alexander.

ADDITIONES.

Istud consilium est duplicatum infra consil. 20. lib. 5. Natta.
In hoc casu contrarium consuluit And.sicul.vt refert Dec. in Ru
bri.C.de senten.quæ pro eo quod inter.prof. Natt.
* Intelligi.] Hæc eadem ponit Ias.in l. si familia. col.2. ff.de iur.om.
iudi. Natta.
* Nisi.] Sequitur in his terminis Dec.consi.83.col.3. Natta.
a ¶Damnum Alberi. 2. statu.q.63. Bald. Alex. Ia.l.1.§.fi.si quis ius di.
non obten.Alexand.l.si tibi decẽ §.1.de pac.Bald.d.§.si oliuam.& in
marga.ver.damnum deci.c.cognoscentes lib.2. de constitutio.
* Principalis.] Vide Soci.in l.quibus diebus.§.quidam in 1.not. ff.de
condi.& demon.
* Emergens.] Nunquid petens interesse, videatur petere fructus. Et
quid etiam si quis petat damnum, an veniant fructus, vide Phil.De-
cium in rubri.C.de sent.quæ pro eo, quod interest.in fi. Et an appel
latione damni,& interesse.veniat rei precium.Alex.cons.107.col.2.
supra hoc eod.lib.2.Et vtrum veniant expensæ, vide tex.in ca.in no
stra, de iniur.Roma.sing.342.Et quòd veniat rei precium Gramm.
decisi.58.col.3. Natta.
b ¶Non veniunt supra eod.consi.16.num.3.
* Alienare.] Hinc in generali hypotheca facta per maritum, non ve-
niunt bona dotalia, quæ prohibetur alienare, Bald.& Alex.in l.si con
stante.§.si maritus.ff.sol.mat. Natta.
c ¶Feudum.consi.2.in princ.Cor.consi.124.col.3.infra lib.4.consil.41.
colum.1.lib.6.Bald.lauden.præpo d. l.Imperialem in princ.Roma.
l.si constante.in princ.solu.ma.Paul.l.tutor.§.fi.de pigno.ac.Ias.con
sil.6.col.8.lib.3.

si

In remittente.] De hoc eſt melior tex.de vire in l.ſi profundo.C.de tranſac.quem allegat Alex.conſi.41.col.1.infra lib.6.

Recuperatum.] Io.de Ana.conſi.32.ponit quæſtionem de quodam, qui fecerat expenſas pro recuperando caſtrum non nullis nobilibus, tenens quòd non teneatur reſtituere caſtrum, niſi refectis expenſis,refert,& ſequitur Iaſ.in l.diuortio.§.interdum in 1.notab.ff.ſol.mat.& de prædictis vide pulchrè Bal. conſil.8.incip.Erant quinque lib.1.Et prædo perdit meliorationes rei, Dec. in l.nemo prædo, ff. de reg.iur. Et ſi dominus aufert caſtrum de manibus vaſalli tempore belli, vaſallus non tenetur ad melioramenta. Iacob.in ſua inueſtitu.in verbo,de Caſtro,col.2.& repeti.impenſas caſtro defenſo Maria.conſil.26.lib.1. Natta.

Communis.] Facit,quia licet propter inimicitias ſuperuenientes intelligatur ſtatim reuocatum legatum l. ex parte. ff.de adimen.lega. tamen hoc verum eſt, ſi inimicitiæ ſuperueniant cauſa legatarij alias ſecus. Bart.in l.cum tabulis.§.quoniam,per illum text.ff.de his quib.vt indig.& plene Iaſ.in l.hæreditas.col.2.C.eod.tit. Natta.

d ¶Abſque culpa. Bal.conſi.227.in fi.lib.2.l.nam & ſeruus.nego.geſt. Alex.l.in his.in princi.ſolu.mat.Are.d.§.item ſi in facto . Hiero.Cagno.rep.l.diem functo num.86.de offi.aſſeſſo.adde no.per Alex.in l. ſi Stichus.de verb.obli.in l.quod te.ſi cer.pet.

SVMMARIVM.

1 *Statuta breuiantia præſcriptiones non valent contra eccleſiã.*

2 *Poſſidendum eſt formaliter : vt præſcribatur in feudo. numero 7.*

4 *Præſcriptum licet ſit contra vaſallum,non tamen contra patronum.*

8 *Patronus non tenetur mutare vaſallum.*

9 *Ignorantia probabili attenta, reſtituitur contra præſcriptionẽ 40. annorum.*

11 *Reſtitutio datur aduerſus ſententiam ei qui prius ſoluerat.*

14 *Lucrum radicatum perdere damnum eſt.*

CONSILIVM CLXIX.

Viſo themate ſupraſcripto, videretur prima conſideratione dicendum dicto A. nullo remedio poſſe ſuccurri,primo ex virtute ſtatuti diſponentis, quod qui poſſedit vel quaſi per annos 20. reliquam decimam vel ius decimandi,iuſtam habet præſcriptionem & defenſionem. ¶Et ſi diceretur quod tale ſtatutum non debet extendi ad præiudicium eorum qui iure feudi acquiſiuiſſent ab eccleſia ius decimandi,cum tale ſtatutum laicorum dicatur tendere in præiudiciũ eccleſiæ, ex eo quia fateri oportebit quod aut talis præſcribẽs virtute ſtatuti intelligitur præſcripſiſſe aduerſus eccleſiã ſpatio 20. anno.& tunc tale ſtatutum valere non debet tanquam contra priuilegia conceſſa de iure communi eccleſijs aduerſum ipſas. c. de quarta.& c.illud.de præſcri.& in auth. quas actiones. C. de ſacroſan.eccl.Et præterea ſtatutum contra eccleſiam non valet per ea quæ habentur in c.eccleſia S.Mariæ. de conſti.& c.nouerint.de ſent.excom.& ca.fi.de reb.eccl.nõ alien.& in auth.caſſa.& ibi per legiſtas.C.de ſacroſan.eccl.& in l.cunctos populos. in 5.quæſt. per Bart. C. de ſumma trin. ¶Aut fateri oportebit quòd ſatis præſcribens oportebit ſubintrare in locum eius cui eccleſia in feudum conceſſerit,& etiã ſtatutum ad hunc caſum trahi non poteſt:quia etiam diceretur præiudicium inferri eccleſiæ, quæ hoc modo alium cogeretur habere in vaſallum quàm eum quem vellet eccleſia & alium quam ſibi expediret : vt in ca. ad audientiam. cum ibi not. per Hoſtien. de præſcrip. & Ioan. Andr. vbi volunt † ꝙ aduerſus vaſallum eccleſiæ non poſſit alius illud ius præſcribere niſi legitimo tempore contra eccleſiam præſcribat: quia diceretur inferri præiudicium eccleſiæ, quæ aliàs cogeretur habere vaſallum alium quam eum quem ſibi eligit. Nam ad hoc argu.poteſt reſponderi ꝙ poſitò quòd poſſidens non poſſet ſe tueri præſcriptione 30. anno. ſecundum formam ſtatuti : ſaltem videtur quod de iure communi poſſit ſe tueri præſcriptione 40.anno.quæ ſufficit contra eccleſiam regulariter, excepta eccleſia Romana.contra quam currit tantum præſcriptio.100.ann.vt in d.ca.ad audientiam.cum concor.ſupra alleg. ¶Vel excepta aliqua eccleſia cui eſſet a ſede apoſtolica cõceſſum priuilegium centenariæ pręſcriptionis . Nam vt mihi relatum eſt poteſt contingere quod fortè probatur d. A.& auctores ſuos poſſediſſe per annos 60. & circa. ¶ Vel etiam poteſt dici ꝙ poſſeſſores ſe tueri poterunt vigore illius conuentionis initæ inter ipſum epiſcopum & clerũ Paduanũ ex parte vna,& communitatem Paduæ ex parte altera: per quam cõuentionem videntur eſſe tuti qui 20.annorum ſpatio dicta iura poſſederunt.

3 ¶ † Ex quibus infertur quod ſi prædicta præſcriptio 30. annorum & vltra decurſa eſt, quæ currit etiam etiam ignoranti. vt l.fi.C.de præſcri.lon.temp.non eſt tractandum de reſtitutione aliqua in integrum : quia reſtitutio in integrum non videtur concedi ad præſcriptionem 40. annorũ: vt not.glo.in clem.1.de reſtitu.in integ.& glo.in c.ad audientiam.de reſtitu.in integ. ¶ Præterea poſito quòd reſtitutio aliqua peti potuiſſet,tamen nõ videtur peti poſſe in prędentiarũ: quia à tempore quo lapſum eſt tempus completę pręſcriptionis annorum 40.decurſum eſt tempus quadriennij præfixi ad petendum & obtinendum in integ. reſtitu. ergo vlterius peti non poteſt.l.fina.C.de temp.in integ. reſtitu.cap.1.de reſtitu. in integ.lib.6. ¶Sed præmiſſis non obſtan.contrariam ſententiam de iure probabiliorem eſſe puto.¶Et præſuppono primò quòd ſtatutum laicorum de quo ſupra mentio facta eſt, diſponens de præſcriptione 20.annorum, non porrigit vires ad pręiudicium eccleſiæ pręallegatis iuribus ſuperius.¶Et ideo poſſeſſores non poſſunt allegare quod ipſi ſunt feudatarij eccleſię in dicto iure decimando, & quòd tale ius in feudum acquiſiuerunt iure præſcriptionis 20.annorum ex forma ſtatuti allegati : tum quia talę ſtatutum non habet vires ad præiudicium eccleſiæ : vt dixi.

4 ¶ † Tum etiam quia ad hoc vt aliquis præſcribat in feudum, non ſufficit quòd ſimpliciter poſſederit rem feudalem,ſed requiritur quòd appareat quod poſſederit illam rem formaliter, [a] tanquam feudalem, & tanquam vaſallus, vt ſi apparet ex aliqua feudali præſtatione ſeruitij facta domino feudi ab ipſo poſſidente tanquam à vaſallo, vel per alios ſimiles actus. text.eſt in capi.ſiquis per 30.in verbo, vt feudum. & ibi ad hoc illũ text.ponderat Bal.in 2.col.in tit. ſi de feu.fue.controu.inter do.& agna.& in c.fi.& ibi no.Bal. poſt glo.de feu.dato, in vicem legis commiſſo. ¶ Nam per talem poſſeſſionem formaliter habitam continuo ſpatio 30. annorum præſcriberetur ius feudi aduerſus d. laicum, vt dicto capitu. ſi quis per 30. aduerſus eccleſiam præſcribitur ſpatio 40.annorum, per iura ſupra allegata. ¶ Et in propoſito dicebat Bald.in d.capitu.fina.de feud.da.in 6.legis commiſſo. vbi loqueretur in eccleſia Romana vel alia habente ſpeciale priuilegium à Sede Apoſtolica, quod præſcriptio 30. annorum, non currat : quia tunc requireretur tempus annor. capitu. prout ſupra fuit deductum. ¶ Et dato quod fortè poſſeſſor dictæ decimæ prætenderet potuiſſe præſcripſiſſe contra d. A. ad eius tantum excluſionem ſpatio annorum 20.ex forma dicti ſtatuti.vel ſaltem ſpatio annorum 30. de iure communi. licèt d. A. haberet titulum & cauſam ab eccleſia per l.cum ſpõſus.§.in vectigalibus.cum ibi not.per Barto.ff.de publi.& no. Ange.in l.ſi cui.in vltima.colum.C.de præſcrip.30.annorum & Ange. & Ioan. de Imol. in l. vſucapionem.& l.quamuis.ff. de vſucapio.

b ¶ Tamen [b] eccleſia contradicente & volente in vaſallum habere dictum A. & non dictum poſſeſſorem, non poſſet dictus poſſeſſor ſe tueri aduerſus eccleſiam pati volentem eum poſſidere, niſi dictus poſſeſſor per annos 40.probaſſet ſe poſſediſſe non ſimpliciter ſed formaliter, ſcilicet quòd tanquam vaſallus eccleſiæ poſſederit dictum ius decimandi, præſtando ſeruitium eccleſiæ tanquam vaſallus, vel alium ſimilem actum faciendo, ex quo diſcerni poſſit eum poſſediſſe tanquam vaſallum. iſta probantur in dicto cap.ad audientiam cum ibi not. per Hoſt.Ioan.And. & alios de præſcrip.iuncto. d.capitu.ſiquis per triginta. cum ibi not.per Bald.

5 ¶ † Vnde dicit in propoſito.Ioan.And.in addit. Specu.in titu.de feu.in rubr.1.colum. quod ſi tertius præſcripſit contra vaſallum ſpatio 30. annorum poſtea vaſallus recuperare voluerit feudum contra illum qui præſcripſerat vt vaſallus, & fuerit exceptione præſcriptionis excluſus dominus feudi, cui vaſallus continuò ſeruierat, litem motam inter vaſallum & illum poſſeſſorem ignorauit, ſi velit excludere illum poſſeſſorem & agere contra eum: certè poterit, vt ibi per eum probatur : vt in dicto capitu.ſiquis per triginta. ver. vt feudum, vt dixi. Vnde conſulo d. Andreæ ꝙ ſi dictus non poſſedit formaliter ab eccleſia ſecundum quod ſupra declaraui potius curet ꝙ intentat eccleſia iudicium contra poſſeſſorem & rem aduocet, quàm quod ipſe agat : quia promptiora ſunt iura eccleſiæ. Tum quia dictum ſtatutum ſibi non ob. vt probaui. Tum etiam, quia aduerſus eccleſiam requiritur longius tempus. Tum quia oportebit

tebit quòd poſſeſſor ſi vult dicere ſe præſcripſiſſe in feudum
probetur ſe poſſediſſe non ſimpliciter, ſed formaliter, vt dictũ
eſt. ¶Si autem poſſeſſor velit dicere ſe præſcripſiſſe, & interim
excluſiſſe à iure decimandi, non poſſit: quia ius non eſt pręſcri
ptibile. ca. cauſam. de præſcriptio. ¶Et per hoc non obſtat glo.
in c. 1. in verſi. præſcriptione. de capel. mona. quia loquitur in
iure præſcriptibili ſpatio 30. anno. vel 40. Sed illud ius totale
eſt impreſcriptibile per laicum, vt eccleſia: in caſu quo aliqua
præſcriptio contra eam decurſa eſſet, poſſet ex apparenti læ-
ſione faciliter petere reſti. in integ. per infra dicenda. & cum
eccleſia rem aduocaſſet aduerſus poſſeſſorem peteret dictus
ab eccleſia ſe in poſſeſſionem induci vigore ſuarum inueſtitu-
rarum. ¶Secundò præſuppono quòd illa conuentio habita in-
ter Epiſcopum & clericum ex parte vna, & communitatem
Paduæ ex parte altera non ſuffragatur in aliquo poſſeſſori: imò
potius facit contra eum: quia illa conuentio militat in his qui
poſſident iuſto titulo. & modo legitimo. Sed in themate præ-
6 ſupponitur quòd poſſeſſor titulo caret, ergo &c. † Et allegatio
tituli cum illo ſpatio 20. anno. de quo loquitur dicta conuen-
tio, non ſufficeret ad inducendam præſumptionem tituli, ſed
oportet de titulo probari, quoniam agitur de præſcriptione
* iur. quod ſit magni præiudicij: * vt in l. ſuper longi. & per ti-
tulum. C. de præſcrip. long. tempo. & nota Barto. in d. l. cum
de rem verſo. ff. de vſur. & per alios in d. l. ſi certis annis. C. de
pac. & per doc. in ca. peruenit. de cenſi. ¶Iſtis duobus ſic præ-
ſuppoſitis, dico quod aut nos quærimus vtrum dictus poſſeſ-
ſor poſſit excludi ab eccleſia, dato quòd ipſe poſſediſſet ſpatio
40. anno. Et in hoc deciſio clara colligitur ex præmiſſis: quia
aut poſſidens dicit ſe præſcripſiſſe totale ius decimandi, &
non recognoſcere eccleſiam: & non poteſt d. capitu. cauſam.
7 † aut vult dicere ſe præſcripſiſſe dictam rem in feudum, &
non poteſt obtinere poſſeſſor niſi probet ſe poſſediſſe formali-
ter, ideſt tanquam vaſallus eccleſiæ poſſedit dictum ius deci-
mandi, tanquam feudum: probando præſtitiſſe ſeruitium tan-
quam vaſallus, vel actus ſimiles feciſſe. ſi autem poſſeſſor hæc
omnia probaret, tunc obtineret niſi eccleſia probaret ſe læſam
ex tali præſcriptione, & reſti. in integ. peteret vt patebit ex in-
fra dicendis. ¶ Aut quærimus vtrum poſſeſſor prædictus poſ-
ſit excludi à d. cap. præſcriptione tantum non obſtante. Et in
hoc eſt aduertendum primò quòd tempus pupillaris ætatis d.
A. & etiam tempus in quo pater eius fuit pupillus ſi tunc in-
ceperat pręſcriptio debet de illa pręſcriptione deduci & quod
habuiſſent tutores. & ſic tali tempore vſque ad ætatem 14. an-
norum dormiebat, & non currebat dicta præſcriptio. l. ſicut.
& ibi not. C. de præſcrip. 30. annorum. & l. fina. C. in quibus
cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſa. ſi ergo deductis tempori-
bus pupillaris ætatis dicti A. & eius patris adhuc apparet poſ-
ſeſſorem poſſediſſe per annos quadraginta præſcripſiſſet ſine
dubio, per d. ca. ad audientiam. Et an tunc ſit dare remedium
dicetur ſtatim. ¶ Si autem deducto tempore pupillaris ætatis
d. A. & eius patris non apparet poſſeſſorem poſſediſſe per an-
nos quadraginta, ſed per tringinta & vltra & tunc aut poſſeſ-
ſor negaret ex toto competere aliquod ius eccleſiæ à qua d. A.
eſt legitimè inueſtitus; & ſic poſſeſſor recognoſceret. Et con-
ſtat quod minori ſpatio quadraginta annorum non præſcribe
ret per d. c. ad audientiam. cum ibi not. per Inno. ¶Aut poſſeſ-
ſor affirmaret ius d. competere eccleſiæ prædictæ: & ſic reco-
gnoſceret eccleſiam in dominam. Et tunc eccleſia non contra-
* dicente videretur ſufficere tempus anno. 30. * vt per Inno. &
glo. in d. §. in vectigalib. cum ibi notatis per Bar. ¶Vnde ſi d. A.
intentaret iudicium contra poſſeſſorem, & poſſeſſor opponen
do exceptionem præſcriptionis affirmaret ius directum eſſe
eccleſiæ, & ſi recognoſceret eccleſiam cautè faceret d. A. ſi cu-
rabit ꝙ prælatus eccleſiæ compareat modo in iudicio pro in-
tereſſe ſuo, & contradicat ac recuſet velle poſſeſſorem habere
in vaſallum. Quo caſu ad excludendum d. A. agentem pro iu-
re quod habebat ab eccleſia, oportet ꝙ dictus poſſeſſor probet
de præſcriptione 30. anno. ſicut oporteret quando allegaret
præſcriptionem contra eccleſiam: & hoc propter connexita-
tem iuris quod habet ius eccleſiæ cum iur. d. A. arg. l. ſi com-
8 munem. ff. quẽadmodum ſerui. amit. ¶† Et etiam propter prę-
iudicium quod peti poſſet etiam ex mutatione vaſalli, quia
non debet cogi quis inuitus alium vaſallum accipere. ¶Et illa
* eſt opin. Hoſt. & Ioan. And. * in c. ad audientiam. quam etiam
ibi ſequitur Antõ. de But. Et probatur hoc ex illo tex. non vio-
lando, nec etiam obſt. text. in d. ca. ſi quis per triginta. quia lo-
quitur quando poſſeſſor formaliter poſſedit: & ſic fuit à do-
mino feudi receptus. Et loquitur de dicto laico in cuius præ-
iudicium ſufficit præſcriptio 30. anno. Et ſecundum iſtam pię
ſcriptionem quæ videtur eſſe de mente iur. & doc. reducun-
tur ad conſonantiam. ¶Et in hoc eſt aduertendum: quia ſecun
dum quòd concipere poſſum ex computo temporis iam tran-
ſcurſi, facta deductione temporum pupillaris ętatis d. A & pa
tris ſui apparebit dictum poſſeſſore non poſſediſſe annis qua-
draginta completis. Et ſic non erat completa præſcriptio ec-
cleſiæ, contradicente poſſeſſore: propter cuius præſcriptio-
nem & præiudicium conſequeretur d. A. ex perſona & iur. ec-
cleſiæ id quod ex ſua propria perſona conſequi non poſſet, vt
dicit text. in d. ca. ad audientiam. & pari ratione apparet quod
eccleſia tunc propter præiudicium eccleſiæ & ſtatutum lai-
corum ceſſabi poſito ſine præiudicio veritatis per allegata ſu
perius. ¶ Plus dico quòd poſito quòd ſine præiudicio veritatis
omnis præſcriptio completa eſſet per dictum poſſeſſorem cõ-
9 tra d. A. † tamen attenta probabili ignorantia quam habuit d.
A. ſuccedens in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. &
cum quis in ius. eo. titu. lib. 6. poterit d. A. petere reſtitu. in in-
teg. aduerſus curſum dictæ præſcrip. Siue velimus dicere prę-
ſcriptionem eſſe decurſam ex virtute ſtatuti, ſiue ex virtute ſui
iuris communis: & hoc ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa eſſe videbitur. Nam reſtitutio talis conceditur etiam
maioribus, vbicunque æquitas dictauit concedendam l. 1. in
fi. & l. ſed ſi per prætorem. §. hæc autem. ff. ex quib. cau. maio.
Quòd autem ignorantia ſit æqua & probabilis cauſa ad con-
cedendam reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptioné
decurſam eſt glo. not. in l. ſi partem. §. 1. verſi. vtendo ff. quem-
admo ſer. amit. & glo. in l. 1. C. de pa. pot. & firmat Specu. in
titu. de præſcri. §. 1. verſicu. pone colonum. & Barto. & Ange.
in l. 1. §. ſiquis autem propter. per illum text. cum glo. ff. de iti.
actu. priua. & Ange. in l. hæredem. aliàs eſt in l. auus. ff. de ca-
lum. & in l. fin. C. de præſcri. long. tempo. & in l. fina. ff. ſiquis
teſt. liber. eſſe iuſſ. fue. & Io. de Imo. in l. Pantonius. ff. de acqui.
hære. dum allegat not. in l. cum filius §. in hac. de verbo. obli.
& plenius hoc tenuit Ioan. de Imo. in repe. c. fi. de præſcrip. in
12. char. vbi etiam dicit idem in præſcriptione ſtatutaria. Item
etiam tenet d. Abbas Sicu. in c. vigilanti. de præſcrip. & Lud.
Ro. in l. qui vniuerſas. §. fi. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. ſi vero. §.
10 de viro in 40. fal. ff. ſolu. matri. ¶ † Iſta etiam fuerunt de men-
te glo. fina. in l. 2. C. de iure emph. quæ volunt quòd ſi hæres
emphyteutæ non ſoluit canonem intra biennium iuxta dictá.
l. 2. C. de iure emphyt. quod licet mero iure cadat a iure ſuo,
vt ibi: poterit tamen ex dicta clauſula generali vigore proba-
bilis ignorantiæ reſtitui in integ. & idem tenet Specu. in titu.
de loca. §. aliqua. verſi. 28. & Cyn. & Barr. in d §. in hac. & in
d. c. cum quis in ius. & Barr. in l. ad diem. ff. de verb. obli. & in
l. Aemilius. ff. de min. & Ange. in l. ſi inſulam. in 6. fal. regulæ
negatiuæ. de verbo. obli. & in l. ſed ſi conditione. § ſeruus alie-
nos. ff. de hæred. initit. & Bald. in l. fina. in fin. C. ſi pen. appel.
mor. interue. & Pet. de Ancha. & Ioan. de Imol. in cap. potuit.
11 de loca. ¶ † Pro qua concluſione etiam facit: quia vbicunque
præſcriptio currit contra aliquem impeditum iuſto impedi-
mento facti ſemper conceditur reſtitutio. l. Attilicinus. ff. de
ſerui. ruſtico. prædi. & in d. §. ſiquis autem propter. ibi, cum
glo. & not. Cyn. in l. quoties. in 4. q. C. de precibus impe. offe.
& per Guil. de Cun. in l. ſenatus. ff. de officio. præſiden. Sed
impedimentum probabilis ignorantiæ dicitur eſſe iuſtum
impedimentum propter quod alicui ſubueniatur. l. qui alte-
rius. ff. de regu. iur. cum ibi not. capi. 1 de conſtitu. ca. cum il-
lorum. ad fi. de ſenten. excommu. ¶ Ad prædictorum etiam cõ-
firmationem accedit id quod not. Cyn. & alij in l. 1. C. de con-
di. indebit. & Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de execu. ſen.
12 §. fina. ſuper verſicu. illud autem quęritur. † quid ſiquis con-
uentus à creditore, cui ſolutum erat, fuit condemnatus: &
ſententia tranſiuerit in rem iudicatam: quæritur, an ſi ite-
c rum ſoluerit, vel ſi antequam ſoluat c habeat aliquod reme-
dium aduerſus ignorantiam: & concluditur per dictos do-
ctores quod poterat excluſa generali peti reſtitutio in inte-
grum aduerſus dictam ſententiam: vt probatur in dicta l. ſi
mater. in princip. vide ibi not. per Barto. ff. de exceptio. rei
iudi.

iudi.& probatur per Cyn.& Ray.in l.qui testamento. ff.de ex cu.tuto.per Ang.& Io.de Imo.in l.imperatores. ff.de re iudi. & in l.si is ad quem ff.de acqui.hæred.& in l.3.§.item. ff.ad l. Falc.& no.doc.in c.suborta. de re iud.& Bal.in l.argentarius. §.cum autem.de eden.¶Et per hoc patet non obstare. l.fi.in fi. C.de præscri.lon.temp.quia fateor quòd ignorantia non impedit cursum præscriptionis, vt ibi: tamen præbet iustam causam petendi restitutionem in integrum per superius dicta.

13 ¶†Nec etiam ad hoc obstat. l.cum antiquioribus. in versi.& si quidem is qui sciens &c. C.de iure delibe.vbi si quis nõ adita hæreditate sciens eam sibi delatam decedit intra annum, transmittit ius deliberandi ad heredem suum. Si autem decedens ignorabat hæreditatem sibi esse delatam,ibi tex.innuit q nullum ius transmittit, nec aliquo modo succurritur hæredi etiam ex personam defuncti qui ignorauit: quia potest responderi q ibi loquitur quando tractatur de lucro captando id est de acquir.hæred.Sed in casu nostro tractatur de damno vitando,id est de non perdendo ius acquisitum: inter quæ est maxi

14 ma differentia.l.fi.C.de codi.† Et quando tractatur de perdẽdo ius iam radicatum, [d] dicitur tractari de damno vitando etiam si illa acquisitio habuit originem a lucro. vt no.glo.& do.in l.non amplius.§.si certum. ff.de lega.1.& glo. in d.§.si quis autem propter & Cy.& Bal.in l.cum te sponsæ. C.de dona.ante nupt.& probatur. in l.1.§.fi.cum l.seq.& ibi no.mode.ff.qui satisda.cog.& in l.2.§.numeratio. ff.ne quid in loco pub. & no. Io.de Imo.in l.Pau.ff.de dam.infect. ¶Vel respondeo q in d.l. cum antiquioribus. de esse & substantia illius transmissionis erat scientia, nimirum si ignorantia excludatur,quod non est in casu nostro. ¶Vel tertiò potest responderi secundum Ange.& Pau.de Cast.in l.ventre. ff.de acq.hære.& Io.de Imo.& Pau.de Cast. in l.Pantonius. co.ti.quod etiam in casu d.l.cum antiquioribus, & etiam in omnibus casibus in quibus ignorans hæreditatem sibi esse delatam decessit hæreditate non adita poterit hæres eius ex persona defuncti ex generali clausula petere rest. [e] in inte. per d.l.Pantonius, cũ ibi

15 no. per Bar. ¶† Non ob.q aduersus præscriptionem quadraginta annorum non possit concedi restitu. in integ.per not.in d.cle.de restit.in integ.cum si.quia communis opi.est in contrarium, vt tenent doct.in c.1.de resti.in integ. & Host.in ca. contingit. de transf.& Host.in summa de resti.in integ. §.vtrũ præscriptiones autem. & Pau.de Leaza. Zenzelinus. Stephanus & do. Card. in cle.1.de resti.in integ.per tex.illius cle.1. vbi generaliter dicitur quod etiam aduersus lapsum temporis restituitur.& ista opi.est verior de iure. secundum Ant.de But.in c.audit. ¶Et istam opi. tenebat etiam Io.An.vltimo loco in d. cle. 1. in quibusdam additionibus quas fecit ad glo. cle.quæ additiones tamen communiter non habentur. ita refert Io.de Imo.in d.c.fi.de præsc.circa.12.char.¶Et quod aduersus tales præscriptiones longissimi temporis cõcedatur restitutio in integ. vigore probabilis ignorantiæ facti, tenet expresse Ang.in d.l.hæredem,aliàs est lex annus.ff.de calum. & Io.de Imo.in regula.d.c.fi.post Bart.in d.§.si quis propter. & Abbas in d.c.vigilanti.vbi vult q in terminis illius. c.loquentis de præscri.40.annorum concedatur resti.in integ.probabiliter ignoranti: aduersus quem decursa erat præscriptio.¶Nec ob.si dicatur q in tali præscrip. lon.temp.præscribens debeat habere plenissimam: & tantam securitatem fauore litium dirimendarum: quia respondeo quod est verum, vbi præscri.est decursa contra scientem: sed contra probabiliter ignorantem non: vt patet per prædicta.¶Nã ẽt videmus quod licèt sententia quæ transiuit in rem iudicatam non possit retractari prætextu instrumentorũ nouiter repertorum, & hoc fauore litiũ dirimendarum.l.sub specie. C.de iud. tñ propter probabiliorem ignorantiam retractaretur per restitutionẽ in inte. pretextu instrumenti nouiter reperti,vt no.Cyn.& alij. in l.1.C.de cond.indeb.cum ꝯcord.supra alle.¶Præterea si conceditur restitutio in inte.aduersus præscriptionem longi temp. quantò magis concedi debet aduersus præscriptionem longissimi temporis,attento quod præscriptio longissimi temporis est magis odiosa quàm præscriptio lõgi temporis, iuxta no.in l.fi.C.de edi.edic.Et in præscriptione lõgi tẽporis præscribens præscri-

16 bit cũ ti. Sed in præscr.longissimi temporis nullus requiritur titulus. ¶†Postremo nõ obst.quod decursum sit quadrienniũ præfixum ad petendum resti.in integrum. Quia respondeo qd tale tempus quadriennij nunquam incipit currere, nisi a die scientiæ quo ad sui initium d.tempus est vtile: licet postquam incepit currere sit continuum, vt probatur in l.fi.C.de temp. in integ. restit. pe. Et ideo si læsus staret per centum annos qd non peteret se restitui in integrum, nunquam sibi ignoranti factum & læsionem curreret tempus petendi resti. in integ. Ita decidit Bal.in l.falsi.C.si ex fal.instru.& Zenze.& do.Card.in d.cle.j.in 25.q.¶Cum ergo d.Andreas: non habuerit scientiã prædictorum.nisi a sex mensibus citra: ergo nõ est decursum sibi tempus quadriennij.Ex quibus stat breuis conclusio, qd aut dicta præscriptio non est completa,aut si completa est, dẽt concedi restitutio in inte. secundum distinctionẽ superius traditam,quã repetere superuacuum est. Et ita cõsulo Ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶Formaliter. infra lib.4.consi.113.dixi in consue.Paris.§.7.nu.9.

b ¶Tamen. aduerte istud potest procedere in terminis vsuum feudorum vbi nullo modo potest feudum in alium transferri sine consensu patroni, sed supposita consuetudine quæ fere vbique inualuit q feuda saluo iure patroni liberè alienari possent sequitur q eodem modo præscribi,& tenebitur patronus habere præscribentem in vasallum etiam si nunquam aliàs ab eo recognitus sit nec consenserit in eum vt dixi in consue.Paris.§.7.nu.10.

* Iudicij.] Adde Bar.in l.si maior.C.commu.diui. Natta.

* Tempus annorum 30.]Ista tamen præscriptio non currit cõtra agnatos,vt per Dec.consi.445.col.10. Natta.

* Host.& Io.And.] De prædictis etiam Alexan.scribit consi.92.dub.8. lib.6. Natta.

c ¶Soluat j.lib.3.consi.69.

d ¶Radicatum.s.eod.consi.89.num.13.

e ¶Resti.vide s.eod.consi.163.num.3.

SVMMARIVM.

1 *Causa legatorum ad pias causas agi potest in vtroque foro. & quorum executores habent ius agendi. nu.2.*

6 *Legatum liberationis quantumcunque generale non extenditur ad ea quæ vendicari possunt nec ad incognita testatori.nu.8*

CONSILIVM CLXX.

1 Circa primum dubium præsuppono primò q † causa legati relicti ad pias causas potest tractari tã coram iudice ecclesiastico quàm laico, vt est tex.& ibi no.gl.maximè Bal.& do.in l.hæreditas.§.si defunctus. ff.de petitio.hæred.in c.relatum el 1.& ibi gl.& doc.de test. iuncta. l.solent. & ibi no.Bart.de ali.& cib.leg. Et no Io.And.& alij in c.Ioãnes.& in c.si heredes. de testa. & Arch.11.q.1.in c.Siluester. & no.doc.in c.significantibus.de offi.deleg.etiam si cõueniatur

2 tur laicus,vt no.doct.in locis præallegatis.¶†Secundò præsup

* pono quod executoribus ad pias causas* competit ius agendi pro legato pio: licet regulariter pro alijs legatis non competit.l.nulli.& l.si quis ad declinãdam. C.de epis.& cle.iuncta. l.Lucius.§.1.& ibi plenè no.ff.ad Trebel. & no.in l.si quis Titio.ff.de leg.2.& c.Ioan.& ibi plenè no. doct. de testa. Et Specu.de instr.edi.§.nunc vero aliqua. versi.& scias. ¶Tertiò præsuppono quod vbicumque ex dispositione testatoris res peruenit ad Titium legatarium, & testator disponat q postea de illa re certum quid fiat, videtur datus Titius legatarius execu

* tor ad illud onus dato quod expresse testator non retulerit* verba grauaminis ad ipsum Titium legatarium.tex.in l.codici.in prin.ff.de vsufr.leg. Et ibi no. Bart.in fi.in prin.vbi per illum tex.limitat.l.si seruus legatus.§.qui margaritam. ff.de lega.1. vbi habetur expressius quàm alibi secundum doc.ibi,q onus impersonaliter a testatore iniunctum, videtur hæredi iniunctum. ¶Ex prædictis infero concludendo circa primum dubium quod corã iudice tam laico quàm ecclesiastico potuerunt comparere dicti duo executores,& agendo contra d.Iac. potuerunt narrare legatum vsusfructus cum dicto onere relictum d.Iac.a testatore,& testatorẽ fuisse mortuũ & aditã fuisse hæreditatem: legitimè & elapsos esse dictos 10.annos a tempore mortis testatoris: & quod d.Iaco. habuit vsumfructum & oẽs fructus percepit secundum formã dicti testamẽti & qd deductis deducendis apud d.Iacob.superest, & verosimiliter & rationabiliter superesse debet tantũ ex dictis fructibus & indumentis quod ascendat ad tantã summã: videlicet & plus & minus,prout probatur: & ẽt prout apparebit ex redditione rationis & administrationis dictorum bonorum fructuũ ac

3 ac indumentorum. ¶ † Nam etiam quantitas certa potest peti
contra illum qui tenetur reddere rationem administrationis,
vt est text.cum glo.& ibi not.Bar.in l.1.C.si aduersus re iudi-
ca. Et quod illud totum quod superest debeat erogari in pau-
peres amore Dei pro anima testatoris, quod facere volunt &
intendunt dicti executores: ideo vt prædicta fieri possint pe-
tit d.Iaco.condemnari in c.&c. Et attento quod dicti fructus
& emolumentum peruenerunt ad dictum Iac. ex dispositione
testatoris, ideo quamquam testator non grauauerit expresse di-
ctum Iac.ad dandum illis executoribus illud quod superesset
ex dictis fructibus, sed simpliciter iusserit & disposuerit illud
dispensari per executores, sequitur quod videtur grauasse di-
ctum Iaco. ad illud quod superest assignandum dictis execu-
toribus, vt d.l.codicil.in princi. & per consequens executori-
bus prædictis competat ex testamento prædicto contra Iacobi.
4 per prædicta, vt iam dixi & superius est ostensum. ¶ † Circa se-
cundum dubium videretur prima consideratione dicendum
d.Iaco. conueniri non posse ad restitutionem dictarum pecu-
niarum exactarum per eum ex pecunijs montis Ianuæ, stan-
te generali legato facto per verba de quibus in themate, vbi ap-
paret testatorem vltra certum capitale legasse quicquid Iaco.
potuisset, poterat, & posset dicto testatori teneri occasione re-
giminis & administrationis: tam de liberatis quàm de receptis
per istum Iacobum pro dicto testatore, & eius nomine, & de
eius bonis si in aliquo sibi teneri possit, vel in futurum appa-
reat toto tempore præterito vsque in diem præsentem. per quę
verba videtur nihil omnino peti posse. l. si quis rationes. & l.
quid de lib.leg.& insti.de leg.§.si quis debitori, vbi glo.ordi-
na.quæ faciunt differentiam an testator dicat, a Titio peti nolo
vel quod Titius debet, ei relinquo, vel acti.mihi. contra Titiũ
competentem remitto. quibus casibus liberandus est legata-
rius ab omni debito, vt in iuribus, præallega. Si vero testator
dicat, rationes à Titio reddi nolo. seu, lego liberationem Titio
à redditione rationis. ¶ Nam tunc non venit in legato liberatio
à consignatione reliquorum, & ab his quæ dolo gessit. l. Au-
relio.§.Caius.& ibi alia glo.magna. & per Barto. ibidem.& l.
procurator.& l.fi.§.inter cætera.& §.Titia.ff.de lib.lega. ¶ Ac-
cedit quod not. Barto. in d.§.Caius. dum voluit quòd libera-
tio generalis refertur ad omnia de quibus est cogitandum. l.
5 pluribus.ff.de accepti. ¶ † Et etiam refertur ad ea quæ liberans
ignorat si appareat testatorem voluisse relinquere liberationē
ab illis debitis quæ ignorabat, vt quia dicit, volo quod omnis
causa quæ esse possit sit remissa, alle.l.cum Aquil.ff.de transa-
ctio.iuncta.l.qui iure militari.ff.de testa.mil.& do.Cy.& Bar.
& alij.in l. sub prætextu specierum.in prin. C.de transac. Sed
similia seu æquipollentia verba fuerunt apposita in dicto le-
gato, ergo videtur quòd trahantur ad omnia etiam incogni-
ta. ¶ Vltimo confirmantur prædicta per illa verba de bonis suis
apposita in dicto legato. Nam illa verba videntur referri etiã
ad bona quæ fuissent in domo testatoris: quia gentiuus impor
tat dominium.l.2.§.in locum.ff.de reli.& sum.fune.l.seruum
Titij.ff.mand.cum simil. ¶ Sed præmissis non obstantibus con
trariam sententiam veriorem & probabiliorem esse puto. ¶ Ad
quod ostendendum puto & præsuppono quòd pecuniæ præ-
dictæ exactæ per d.Iac.habentem speciale mandatum fuerunt
acquisitæ quo ad dominium d. testatori. l. si procurator.ff.de
acqui.re.do.l.si rem.ff.de vsucap.& plenè not.in l.si ego.ff.de
6 neg.gest.& l.qui mihi donatum.ff.de dona. ¶ Sed ita est quòd
testator liberauit Iacobum dicto testamento ab omni eo quo
teneri possit occasione regiminis & administrationis &c. vt
plenius in dicto legato continetur, cuius verba supra retuli:
ergo per verba illa prolata in generali liberatione istius qui fue
rat suus generalis administrator, vt in themate non videntur
a remissæ pecuniæ testatoris & alia quæ poterant vendicari.[a] Ita
videtur esse in proposito tex.apertus & ibi glo. in l. Aurelius.
§.Meuia.de libe. lega. vbi legator dixit rationem tutelæ quam
egit Pau.peti ab eo nolo, eo quod nomine & causa omni libe-
ratum esse volo: & tamen in tali legato non veniunt pecuniæ
testatoris, quæ tunc erant apud eum, & ab eo vendicari pote-
rant. ¶ Et ibi ratio redditur per glo. quia illæ pecuniæ pote-
rant peti ab eo tanquam à quocunque extraneo possidente,
non dico tanquam administratore: ergo ista liberatio quæ re-
linquitur isti Iacobo ratione regiminis vel administrationis
non extenditur ad illas pecunias, quæ tunc potuissent per
testatorem vendicari a Iac. tanquam a quolibet extraneo. Et
ideo Bal.in l.cum necessitatem. C. de fideicom. dicit ꝙ ei qui
tenetur rei vendi. vel fur.actione, non videtur per verbũ vni-
uersale vel indefinitum relicta liberatio. & dicit ꝙ de hoc est
tex.sing.& glo.in d.§.Meuia. ¶ Et similiter Bald.in l.pactum.
in 2. q. C. de col. ꝙ ille qui facit generalem refutationem de
omni eo quod sibi debetur, non videtur sentire de rebus quas
vendicare possit, per d.§.Meuia, & per d.l.ab Aurelio.§.fi. ¶ Se
cundò pro hoc videtur text.in l.si cui fundum. cum l.seq.cũ
ibi no.per Bar.ff.de lib.leg.& plenius no.Bar.in l.non solum.
7 §.fi.eod. titu. † vbi si ei qui tenebatur testatori actione perso-
nali puta locati relictum factum fuerit per hæc verba, lego
quicquid dare facere oportet. intelligitur sibi relicta libera-
tio ab illa personali actione: non autem importat relictum
quod intelligatur hæres exclusus a petenda re locata, pro qua
competebat testatori rei vendicatio. Secus si dominium illius
rei fuit translatum in ipsum debitorem cui relicta erat libe-
ratio. Et ita procedit quod not. Barto. in d.l.non solum.§.fi.
dum dicit de pecunia deposita per numerum. ¶ Ergo cum in
proposito nostro legatum factum fuerit illi qui tenebatur
actione personali negotiorum gestorum, seu man. quatenus
mandatum intercessisset, non extenditur ad dictas pecunias
quæ poterant vendicori, vt probaui. ¶ Ad istud etiam fa-
ciunt not. per Bart. post glo. in l.sub prætextu specierum.in
fi. post gloss. C.de transact. ¶ Istud idem voluit Angel.in con-
sil.194. incip. Brunellus notarius. Vbi duo dicit primum ꝙ
generalis liberatio nunquam trahitur ad ea quæ possunt ven-
dicari per d.§.Meuia.nisi de eis specialis mentio facta sit.alle-
8 gat.l.& vno.§.eius rei.ff.de accep. ¶ † Secundò dicit quod illa
generalis liberatio relicta nunquam impedit exactionem reli-
quorum, quæ erat incognita testatori. allegat. l.Lucius. ff. de
libe.leg.& l.tres fratres.ff.de pac. ¶ Hoc etiam concludit Bart.
in d. l.ab Aurel. §. Caius.maximè in 2.q.dum decidit ꝙ si le-
getur liberatio ei qui tenetur aliqua actione speciali ex cõtra-
ctu in quo venit dolus & culpa leuis & leuissima: vel saltem
leuis quòd legatum habet effectũ quò ad ea ad quæ teneban-
tur legatarij ratione doli vel culpæ, vel reliquorum: ad rem ta-
men testatoris restituendam tenetur per d.l.si cui. ¶ Et subdit
Bar.hoc esse verum: nisi dolus fuit commissus ratione illius li
berationis: vt quia fortè dixit, volo aliquid subtrahere quia
habeo liberationē. arg.d. l.tres fratres. Sed Iacobus prædictus
teneri poterat ex contractu mandati suscepti pro illis pecu-
nijs exigendis: & creditori soluendis tam de dolo quam lata
& leui culpa: quæ venit in cõtractu mandati, vt plenè in l.pro-
curatore.& in l.in re mandata. C. mandati.& in l.si procura-
tor. ff. mandati, ergo dictæ pecuniæ quæ erant in dominio te-
statoris non veniunt in legato. ¶ Tertiò hoc colligi potest ex
verbis testatoris. nam testator in alio sequenti legato asserit se
de legalitate & probitate Iacobi sepius approbata confidere.
Ex quo apparet ꝙ testator existimauit Iacobum data sibi in
manibus fideliter adimpleuisse, seu adimplere debere dando
300.aureos Io.creditori.ad cuius creditoris satisfactionem di-
ctæ pecuniæ erant destinatæ. Non autem existimabat Iaco-
bum pecuniam quam exigeret debere apud se infideliter re-
9 tinere. † Nam ex causis assertis a testatore restringitur legatũ
l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega.2. l.1.in fi.cum glo. ff.de
fonte. & vnum legatum recipit interpretationem & declara-
tionem ab his quę continentur in alia parte testamenti. l. qui
filiabus.in princ.ff.de leg.1.& l.seruus plurium. §.fin. eo.tit.
¶ Nec possit excusari dictus Iacobus si allegaret quòd non sol
uit pecunias d. Io. ra. creditori: eò quia mandatum ipsius Ia.
expirauit morte mandantis: quia ad hoc potest responderi,
vel quòd dictus Iacobus potuisset ante mortem mandatum
10 complere, vel quod mandatum non expirauit morte: † quia
mandatum factum circa id ad quod de necessitate tenebatur
b mandans non expirat morte[b] l.fundi.ff.de acqui.poss.& in c.
si super gratia. de offi. deleg.in 6. Et licet creditor haberet pi-
gnora: non tamen per hoc impediebatur creditor agere ad
quantitatem debitam. l. 4. §.si ex conuentione. versi.quippe.
ff.de re iudi. & l.quamuis.in principio.inducendo vt ibi per
11 Bald.ff.de pigno.act. ¶ † Quarto probatur in simili: nam de
ista pecunia ad quam exigendam erat transmissus Iacobus, vt
de ea satisfaceret Io. ra. creditori ad cuius creditoris solutio-
nem erat distinata, vñ iudicandum esse prout si pecunia ipsa
fuisset

fuisset conuersa in vsum ad quem destinata erat. Et sic perinde ac si de ea fuisset satisfactum creditori prædicto, quantum ad interpretationem dicti legati, vt in simili probatur in l.cũ quidam.ff.de auro & argen.lega.secundum intellectum quẽ
12 ad hoc dat Pet.& Cyn.in l.grege.ff.de lega.j. † vbi dicunt, q̃ licet etiam legatum factum per illa verba seu indefinita non comprehendat nisi res quæ erant testatoris tempore testamenti.l.si ita. & l.medico.ff.de auro & argen.leg.tamen fallit nisi acquisitio vnius rei esset parata tempore testamenti:quia illa res comprehendetur in legato, vt est text.in d.l. cum quidam.ff.de aur.& argen.leg.Nam si testator legauit lanam purpuream vxori. & tunc miserat testator Masiam seruũ ad emẽdas purpureas lanas, certè comprehendentur illę quæ post testamentum emptæ per seruum fuerunt: quia illa acquisitio fuerat præparata transmittendo seruum ad eas emẽdas:quantum enim ad interpretationem legati res destinata & cepta habetur pro completa.l.& non sint.§.quid ergo.ff.de aur.& argen.leg.ergo sicut si facta fuisset satisfactio dicto creditori ex dicta pecunia exacta non comprehenderetur in dicto legato: ita etiam videtur in casu isto. ¶ Et prædicta dico procedere attento quod verbo fertur quod dictum capitale legatum. d.Iacob.longè excedebat summam ccc. aureorum in quibus
13 idem testator asseruit se teneri d.Ias. ¶ † Non obstant allegata in contrarium videlicet.l.si quis rationes. & l.quid mihi. & d.§.si debitori. quia respondeo quòd in d.l.si quis rationes, alia fuit forma legati. nam testator ibi grauauit hæredem: vt quicquid ab illo qui administrauit exigeret, reddere deberet, vel actiones remitteret ei, sed in casu nostro testator legauit Iacob.quicquid potuisset &c.per quæ verba non videntur relicta ea quæ erant in domo testatoris. & vendicare poterant aduersus Iacob.& videtur probari in d.l.si cui fundum. cum ibi nota.per Bartol.in d.l.Aurelius.§.Meuia. cum alijs.s̃.allega.aliud est quando testator grauat hæredem, vt debitori actionem remittat: & sic inter viuos liberet eum hæres. & aliud quando simpliciter testator in testamento liberet debitorem, vt declarat Bartol.in d.§.Caius, in versicul. quæro quando fit
14 liberatio &c. ¶ Præterea text.in d.l.si quis rationes. loquitur respectu obligationis reliquorum.nos autem quærimus de eo pro quo competebat rei vendicatio. quæ duo in hac materia longè differunt, vt per Bartol.in d.§.Caius.in ij.q. ¶ Ad text. in d.l.quod mihi, & d.§.si quis debitori, cum ibi not.respondeo prout respondet Bartol.in dicto.§.Caius. in j.& ij. quæstione.vbi dixi,& illa iura intelliguntur in eo qui esset obligatus tantum ad pecuniam, vel aliam rem in genere. Ita quod ibi non poterat in plus obligari ratione doli vel culpæ. Nam tunc legatum liberationis relictum debitori,importat vt hæres eum perfectè liberet. ¶ Secus quando legatum relictum est ei qui tenetur ex contractu in quo veniebat dolus, vel culpa leuis vel lata: quia tunc videtur sibi relicta liberatio pro eo quod peti possit ratione doli,vel culpæ,vel reliquorum:nõ autem a restitutione rerum testatoris, quæ vendicari potetant, secundum eum, per l.si cui. ¶ Sed ita est quod ipse Iac. erat debitor ex contractu mandati in quo veniebat dolus lata culpa & leuis: vt dixi, ergo non videtur sibi relicta liberatio prædictæ pecuniæ exactæ,quæ erat in domo testatoris, & ven
15 dicari poterat d.l.si ego.cum ibi notatis. ¶ † Prȩterea glo.in d.§.Caius,& d.§.si quis debitori. æquiparat illa duo, scilicet relinquo tibi quod mihi debes. & peti nolo a Titio quod mihi debet. & tamen quando dixit, peti nolo a Titio & similia verba. non comprehenditur quod poterat vendicari.l.si cui. præallegata, & quod ibi not.Bart.ergo eodem modo quando dixit,relinquo tibi quod mihi debes &c. ¶ Et quòd dicta iura,scilicet text.in d.l.quod mihi, & in d.§. si quis debitori, cum glo.non comprehendat casum: scilicet quando legatarius poterat conueniri rei vendic.patet quia loquuntur quando legat creditor debitori id quod sibi debet.Sed ille qui potest conueniri rei vendicatione, non dicitur propriè debere, quia non est obligatus. instit.de actio.§.j.ergo &c. ¶ Nec obstant dicta verba de bonis eius &c.quia respondeo, quòd illa non denotant quod relinquat sibi res testatoris quæ vendicari possent. Sed quod relinquit sibi id in quo posit iure teneri occasione regiminis & administrationis, tã de liberatis,quàm de recept.fact.per d.Iacob.pro dicto testatore. & eius nomine,& de eius bonis: etiam non videtur relinquere id in quo tenetur pro eo quod administrasset non autem bona. ¶ Præterea illa verba recipiunt intellectum, quòd si possit teneri de bonis ipsius testatoris, videtur permissum: & ista verba verificarentur, si ad ipsum Iacob.bona peruenisset quamuis ante tempus testamenti distraxisset, vel consumpsisset: adeo quod ab eo vendicari non possent. Et quod dictum legatum non comprehendat ea pro quibus competebat in illis verbis, scilicet si posit teneri dicto testatori. Nam ille qui conueniri potest rei vendicatione non tenetur domino tanquam obligatus ad restituendum, vt d.§.j.instit.de actio. Aliæ responsiones ad prædicta colliguntur ex tertio, & quarto fundamento supra deducto. Ego Alexander.

ADDITIONES.

* Ad pias causas.] Idem in legatis ad non pias causas, Alex.cõsi.239. circa fin.lib.6. Natta.
* Non retulerit.] Sequitur simpliciter Ruin.consi.32.col.1.lib.2.
a ¶Vendicari.s.lib.j.consi.16.num.4. * Vide Ruin.consi.25.nu.17.
* lib.1.Ias.consi.171.lib.2. Natta.
b ¶Morte. Hyp.Marsi.no.xliiij.vide dom.Pet.Stellam in l.Papi.de publi.in rem act.

SVMMARIVM.

1 *Deueniat, verbum, est commune.*
3 *Relictum cognatis intelligitur de his qui sunt tẽpore testamẽti.*
4 *Legatum alimentorum futuræ vxori alicuius intelligitur de omnibus.*
5 *Indefinita circa personas æquipollet vniuersali in fauorabilibus.*
7 *Vxor si tempore testamenti adsit, tunc illi soli debetur legatum.*
9 *Agens tempore actus necesse est quod habeat legitimam personam.*

CONSILIVM CLXXI.

Viso processu inter dominam Antoniam vxorem Ioan. de Verona,& eius filios agentes, & Syndicum hospitalium Crucifixi & Scorzatorum se defendentem. Est primò videndum vtrum actio intentata, sit rite intentata contra dicta hospitalia per hæredes dominæ Nitæ quondam Iacobi, carmoli, prout actum est contra capellam testatoris, seu etiam sancti Augustini. ¶ Et videtur quòd sic: quia dato quod per fideicommissum fuit substituta dicta capella hæres.d.l.post morem.d.N.vt colligitur ex verbis testamenti, vbi apparet illam capellam fuisse compendiose substitutam.d.Nitæ per ver
1 bum, † deueniat, quòd est verbum commune aptum comprȩhendere substitutionem fideicommissariam, vt in cap.Rayn. de test.no.Bar.in l.Centurio, circa pen.colum.& in l.Lucius. in ij.q.princ.ff.de vulg.& pupil. Et expressius ponit Bart. in consil.incip. pater filio suo impuberi.&c.& in l.fin.C.de sac. sanc.eccl.& in l.iam hoc iure.§.sed si aliter.ff.de vulg.& pup. ¶ Quæ compendiosa substitutio facta per verbum commune, comprehendit fideicommissariam substitutionem post aditam hæreditatem: vt in c.Rayn.de testa.& in l.præcibus. & ibi plenè not.C.de impub.& alijs subst. ¶ Si autem fuisset verbum directum, tunc est locus dubitationi de qua per Bald.& Ang.in l.miles ita.ff.de testamen.milit.& per Bal. & Ioan.de Imol.in hȩreditas ex die.ff.de hæred.instit. & Bald.& Ang.in l.ij.ff.si pars hȩreditatis pet.& Ang.in l.si ita, in fin.ff.de hȩr. instit.& Pet.de Anchar.in c.fin.de pign. & Ioan.de Imo.in l. filius a patre. in princ.ff.de liber.& posth. quia quidam dixerunt, quòd tunc reijcitur tempus mortis de medio, & etiam substitutio venit statim iure directo. ¶ Quȩ disputatio hic nõ est necessaria postquam, vt dixi communis cõclusio est, quòd verbum deueniat, sit verbum commune. ¶ Cum ergo non apparet restitutam per fideicommissum ipsam hȩreditatem Iac. dictȩ ecclesiȩ seu capellȩ, non possunt actiones intentari nisi contra hȩredes directo d.Iaco.mediante persona d.N.non autem possunt intentari actiones contra dictam capellam inquam non transeunt actiones actiuȩ & pasiuȩ nisi post restitutionem hȩreditatis.l.j.in princip.& l.facta.§.j.ff.ad Trebel. Constat autem quod per contractum seu transactionem factam inter dictam ecclesiam S.August.& inter d.N.non fuit facta restitutio hȩreditatis dictȩ capellȩ seu ecclesiȩ, vt testa-
2 tor rogauit: † sed solum fuerunt assignata certa bona particularia pro omni eo, quòd occasione hȩreditatis petere posit.

Vnde non transiuerunt actiones & actiuæ & passiuæ in ecclesiam.l.sed si alio.§.fi.cum l.seq.cum vtrobique notatis,iuncta d.l.facta.§.1.ff.ad Treb.¶Facit l.j.§.si hæres.in ratione sui.co. ti.quamuis solum pactum adiectum in instrumento, q domina Nita,alias rata debitrix satisfaceret debita hæreditatis.non sufficiens per se intentari debuisset: aliàs potuisset contra hęredes dictæ Nitæ vbi verè facta fuisset restitutio hęreditatis dictæ capellæ, vbi dicta capella esset hæres.vt patet ex l.2.C.de hæred.vel act.ven.l.pacto successorum. C.de pact. ¶Hoc igitur præsupposito q actio sit rite intentata contra pręedicta hospitalia. Est videndū primò an ius petendi dicta aliméta competat eius filijs : circa primum dico breuiter actionem competere d. A.nam quia per verba de quibus in testō Ia.intelligūtur relicta alimenta nedū Io.de Verona, sed ēt vxori.l.illi cum illo.ff.de vsufr.le.cum suis cōcor. Et intelligitur tale legatum referri nedū ad psonā primæ vxoris d.Io.pdefunctę,sed ēt ad personā d.A.secundæ vxoris,qđ ōnditur sic. Nam præsuppono qđ non apparet quod tpe testaméti d.I.haberet aliquā vxorem: imo potius appareat quod Io. contraxit matrimoniū cū prima vxore ann.1446.de mense Nouembri: testamentū autē fuit conditum ante de eodem anno & mense Augu. ¶Vnde licet fortè potuisset dici quod si tempore testamenti Io. habuit illam primam vxorem,verba testamenti debuissent de illa tm̄ intelligi,per no.per Bart.in l.si cognatis.ff.de reb.du.in pe.q.
3 † vbi voluit q si testator legat cognatis alicuius tertij,intelligitur solū de illis qui erant tempore conditi testa.ar.l.si ita.ff. de aur.& arg.leg. ¶Et sequitur Pet. de Anch.& Ioan.de Imol. in c.indicante.de test. tamen ex quo non apparet quòd habebat aliquam vxorem tempore testamenti Iaco. oportet quod intelligatur de futura vxore: vt etiam dicit Bar.in præallegata.l.si cognatis.in verbo venio ad secundam lec.&c. l.ei quoque ff.de peculio leg.¶ † Superest modo videre, vtrum quan
4 do legauit alimenta futurę vxori alicuius intelligitur de vna seu de prima tantum an de omnibus. ¶Et dico quod de omnibus:quia legatum alimentorum est valde fauorabile.l.1. C. de fideicomm.l.cum hi.quasi per totam.l.ff. de transactioni. etiam si diuiti relinquatur.vt in d.l.cum hi.§.nihil. ¶Sed ita est quòd quando quis posthumum sibi nasciturum instituit, intelligitur non solum de primo,sed de omnibus etiam posthumis fauore testamenti.l.placet.cum l.seq.ff.de lib.& posth.
* ita etiam in quacunque dispositione fauorabili *. Ita dicit Oldr. in consi.202. inci. quidam in suo testamento. pro quo dicit esse casum in l.inter veteres. in ver.maximè. C.de fideicom.lib.Et facit secundum eum in l.si quis ita dederit.§.1.ff. de test.& l.dementes.ff.de hęred.insti.Et dicit quod probatur in d.l.seq.¶Idem est de mente Fede.de Senis in consi.40.inci. testator instituit &c. Io.An.in tit.de testa.in addi.Spe.in rub. in pe.col. ¶Bene facit.l.qui filiabus.§.1.cum glo. ff.de leg.1. Et fortificatur per id quod Bart. concludit & alij in l.si pluribus.in princip.ff.de leg.2.dum per illum tex. & d.l.si quis ita
5 concludit † quòd indefinita apposita circa personas, ęquipollet vniuersali si sumus in fauorabilibus ergo si testator disposuisset omnem vxorem Ioan.habere alimenta, comprehenderetur nedum prima vxor : sed etiam secunda. Ergo eadem ratione idem esse debet quando indefinitè eadē facta est men-
6 tio de vxore. ¶ † Pro hoc bene facit:quia in fauorabilibus fit extensio de vna causa fauorabili ad aliam causam etiam quan do sumus in exorbitantibus: vt no.in l.illud.C.de sac.san.ec. & in l.si constante.in prin.ff.sol.ma.& no.Bar.& alij in auth. res quę.ad fi.cum si.C.communia de le.ergo sicut in fauorem testamenti conseruādi instituo posthumū intelligitur de quocunque non solum de primo vel nato ex prima vxore,sed nato ex quacunque vxore. Ergo idem dici debet in quacunq; dispositione fauorabili: prout est illud legatum alimentorum, vt dixi.¶Nec ad hoc ob.l.item si in legato.§. fin.ff.de leg.3.&
7 l.2.& 3.de aur.& arg.leg. cum si. † vbi apparet q quando legatur vxori oportet eam esse vxorem tempore mortis testatoris.Sed illa domina erat vxor tempore mortis testatoris: quia respondeo q ibi legabatur vxori testatoris, eo quia erat vxor habendo respectum ad coniugium : vnde cessante illo respectu,quia diuortium fecerit,nō datur legatum illi mulieri quę desineret esse vxor Io. Sed d.A.est vxor. Alię responsiones faciliter colliguntur ex no.in d.ll.¶Nō ob.etiam id quod no.Bal. in l.fin.C.de indi.vid.tollen. vbi dixit q si testator legat vxori

suę tale legatum, non debetur secundę vxori etiam si factum fuerit sub nomine appellatiuo.allegat.l. si quid earum.§.fi.ff. de leg.3. quia respondeo primo q Bald.hoc non firmat, imo vltimo loco dicit quod in contrarium facit tex.in l.placet. Ex quo etiam faciunt alia quę adduxit. Item contra illa decisionem videtur tex.in l. cognatis.ff.de reb.dub.& in l.cum ita.§. fin.de leg.ij.vbi si testator legat cognatis suis compręhenduntur etiam illi qui tempore testamenti non erant cognati : sed ex post facto effecti sunt cognati tempore mortis testatoris. ¶ Nec ob.text.in d.l.si quid earum.§.fin. de lega.iij.quoniam cum supportatione d.Bald.ille text.non videtur aliquo modo probare illam opinio. quia solum ibi dicitur,quòd si testator aliqua pręmia parauerat causa prioris vxoris,& postea acceperat secundam vxorem, & dixerat in testamento lego vxori, & ea quę eius causa paraui, certè non debentur secundę vxori illa quę fuerunt parata primę vxori, nisi etiam secundę vxori fuissent assignata. & sic text. ibi loquitur in casu certo : scilicet quando constabat,quòd illa fuerunt parata non pro secunda vxore, sed pro priore. Sed in q.quam firmat Bald.testator non dixit,lego primę vxori quam nunc habeo, sed dixit simpliciter lego vxori. non mirum ergo si Bald.noluit affirmare
a illam opinio. ¶ Pręterea dato quòd illa opinio.esset vera, a tamen non obstaret in casu nostro:quia ibi testator habebat vxorem tempore testamenti cuius affectio,vel meritum mouet testatorem ad legatum.l.cum alienam.C.de leg.l. nec adiecit. ff.pro socio.Sed in proposito nostro Ioan.nullam habebat vxorem tempore quo testator fecit testamentum, vnde nō potuit testator moueri propter affectionem illius mulieris. Sed fuit motus propter affectionem quam habebat ad personam Ioan. qui fuerat familiaris suus: vt patet ex verbis testamenti. Et sic considerauit quod Ioan.tenebatur vxorem alere.l.si cum dotem.§.sin autem in sæuissimo.& ibi per Dyn. & alios sol.mat. l.quòd in vxorem.cum ibi not.per Cyn.& alios.C. de negoc. gest.& ibi testator volendo Ioan.prouidere voluit etiam quod vxor sua etiam haberet alimenta : ergo cum illa ratio militet in quacunque vxore.Sequitur quod do.Anto.potest petere alimenta pro qua constitutione allegat not.verba quę ponit Bal.
8 in l.inuitus. in fin.C.de procur. ¶ † Postremò videndum est vtrum dictis filijs competat ius petendi alimenta , in quo dico q legatum alimentorum etiam comprehendebat personas dictorum filiorū qui nunc agunt: quia cum nō apparet quod tpe testamenti Io.aliquam duxisset vxorem,vt dixi.s.& nullos eum apparebat habuisse liberos tempore testamenti:sequitur
* quod sermo testatoris intelligebatur de filijs nasciturís * post testamentum. vt patet ex no.per Bart.in d.l.si cognitis.in ver. venio ad secundum. & non intelligebatur de his solum, qui nati essent tempore mortis testatoris : iuxta id quod habetur in d.l.si cognatis.ff.de reb.dub.quia dispositio illius legis nō habet locum in filijs aut cognatis alicuius tertij : vt per Bar. ibi in penul.q.& ideo dixi supra quod quando legat alimenta uxori alicuius tertij intelligetur nedum de prima,sed de quacunq; nupta: vt s.probaui. ita etiam dico in filijs vbi et filios habuisset tpe testamenti. tunc esset recurrendum ad l.qui filiabus.ff.de leg.j.Et no. Bart.in l.si cognatis,in penul.col.nisi aliter ex uerbis testamenti de mente constare posset.¶Nec obstat quod Ioan.fecit mentionem & quitationem,& transactionem pro dictis alimentis contra quam uenire non deberent posse filij absque beneficio restitutio. in integ.iuxta.l.fi.§.vbi autem puerilis ætas.C.de bonis quæ lib. & iuxta. no.per gl.& do.in l.de re.ff.de transac. Quia ad hoc respondeo q tempore dictæ transactionis Io. non erat legitimus administrator istorum
b rum filiorum:quia tunc nati b non erant, vt patet in processu circa positiones : imo non apparet quod dicta Antonia quæ mater est eorum fuerit nupta : nisi de anno 1449. de mense Septembris, vt patet ex positionibus. Sed pater habet legitimam administrationem in bonis matris : si ergo tempore dicti instrumenti transactionis & quitationis Io.non habebat legitimam personam : quia non erat legitimus administrator filiorum, quos in potestate non habebat, cum nondum nati essent : sequitur quod ille actus non valet ad præiudicium filiorum tanquam factus a non legitima persona. & licet ex post facto nati sunt isti filij, & existant in potestate Ioan. tamen per hoc solum non conualescit ille actus : † quia opor-
9 tet quod tempore actus agens actum habeat legitimam personam

perſonam, nec ſufficit quod ex poſt facto ſuperueniat legiti-
* mus.* l.ſi filius.& l.eius.qui.in prin.de teſta.l.ſi minor. ff.de
ſer.expor.in c.1. de deſpon.impu.lib.6. Et plenè not.Dyn.in
regula nō firmant. eo.lib.cum ſi.bene facit quòd not.per Bal.
in ca.fi.de ca.mo.¶Nec etiam ille actus poteſt dici tranſactio:
adeo quod licet aliàs tranſactio patris præiudicet filijs debeat
illa talis compoſitio præiudicare filijs tanquam tranſactio ꝙ
illud quod dicitur quod tranſactio patris præiudicet filijs vt
not.in d.l.de re. ff.de tranſact.procedit quando verè ſubeſſet
ſpes futuræ litis: aliàs non eſt tranſactio.l.1.& l.cum 2. §.ſi cū
lis.ff.de tranſac.& l.2.C.eod.tit.¶Item pater non poteſt tran-
ſigendo præiudicare filiæ, quando ſuper debito dubio tranſi-
geret: aliàs ſecus.l.præſes.cum ibi no.C.de tranſact.& in ſpe-
cie not.Bald.in l.1.in prin.C.de bo.ma.debitum autem iſtud
alimentorum ipſorum filiorum etiam ſatis patet ex inſpectio-
ne inſtrumenti. ¶Ex quibus omnibus concludo partes epiſ-
copi Ceſenæ, in pronunciando onus dictorum alimentorum
petitorū ſpectare ad dicta duo hoſpitalia: videlicet ad hoſpi-
talia: videlicet ad hoſpitale Crucifixi pro duabus partibus ex
tribus, & hoſpitale Scorzatorum pro parte, pro quib. parti-
bus dicta hoſpitalia ſunt hæredes dictæ. d.Nitæ & in cōdem-
nando dictum magiſtrum Balthaſarem, & dominum Iulianū
de ſanctis nomine hoſpitalium, ſeu quemcunque alium qui
pro dictis hoſpitalibus legitimè comparuit in iudicio dicti
Lucæ de Calantis procuratori. d.do.A.& curatori dictorum
filiorum & filiarum, d. do. A. ad dandum & præſtandum d.
do. A.& dictis filijs pro temporibus contentis in libello, ali-
menta ſecundum quantitatem facultatum quæ remanſerunt
ex bonis de hæreditate d.Iac. Et ſecundum qualitatem perſo-
narum d.d.Ant.dictorum filiorum, iuxta.l.pe.ff.de ali.& cib.
le.¶In executione autem ſententiæ veniet poſtea liquidandū
ſpecialiter qualiter fieri debeat præſtatio, vt declarat Bartol.
in l.pecuniæ.eo.titu.& propter aliqua probabilia dubia ab-
ſoluatur victus ab expenſis, & hoſpitali incumbit onus pro-
bandi contra do. Ioan. ſi non ſeruat ea quæ do. Nita promi-
ſit: & ſi aliud non intelligo, non agit Ioan. vt bonus vir. Ego
Alexand.

ADDITIONES.

* Paſsiuæ.] Nota hunc caſum. & ratio, quia hæreditas non ita reſti-
tuitur, vt teſtator rogauerat, ideo non transferuntur actiones. Et
idem Alex.ſcribit conſil.73. lib.7. vbi loquitur quando inter hære-
dem, & fideicommiſſarium arbitramentum fuit latum.
* Fauorabili.] Adde Rapha.Cuma.conſi.16.Et ſequitur iſtud dictum
Alex.Socy.conſi.48.lib.3.Et vide Fely.diſcutientem iſtud conſi.Ale-
xan.in ca.2.col.4.extra de treug.& pa.& Dec.in c.quoniam Abb.col.
pen.de offi.deleg.Adde tamen quòd legatum factum mulieribus do
tandis, non intelligitur de viduis.Bald.in proœ.decreta.de quo per
Dec.in rubri. C. de ſecun.nup. Et facit in ſimili, quòd vbi relinqui-
tur titulo lucratiuo, non intelligitur tantum diſpoſitio de prima vi
ce, ſed de pluribus. Ideo ſi teſtator mandat vxorem veſtiri, primis
veſtibus corruptis debentur alteræ, vt tradit Alex.in l.diuortio.§.ob
donationes, col.2. ff. ſol. mat.Et circa dictum Alex.hic vide Picum
in l.Titia. §. Titia. q. 28. ff.de leg.2.Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno
col.penul.ff.ſol.mat.Rui.conſi.30.dub.1.lib.2.& Alexan.hic ſequitur
Socy.conſi.48.in fi.lib.3.
a ¶Vera.prout vera eſt vt Benedic.rep.ca.Raynutius.verſi.cætera bo-
na. num.19.
* Naſciturs.] Valet donatio facta primo filio naſcituro ex tali matri
monio Guid.Papæ.q.267. Natta.
b ¶Nati.& quod pater aut auus nil poſsit facere tanquam adminiſtra
tor vteri Bald. conſil.126.conſil.173.lib.1.latè. d.Andreas Tiraq.in
conſu.picto.tit.retract. §.j, glo.9.nume.47.cum ſeq.limita vt dixi in
* conſu.Pariſi.§.99.
Legitimus.] Vbi à principio perſona non eſt legitima, non confir-
matur actus ſi legitimatio ſuperueniat, ſecundum Alex. hic quem
ſequitur Dec.in l.quod in initio vitioſum eſt.ff.de reg.iur.vbi ponit
plura exempla, & conſi.661.circa fin. Natta.

SVMMARIVM.

2 Debitor non incidit in pœnam ſi non eſt perſona cui ſoluat.
5 Qualitas debet probari vbi quid dicitur cum qualitate.
7 Teſtis non repellitur, cuius in conſequentiam intereſt.
9 Atteſtationes non vitiantur ex defectu examinandi teſtes ſu-
per interrogatorijs.
10 Teſtes ſingulares probant conſuetudinem generalem.

CONSILIVM CLXXII.

Viſis & opportunè diſcuſſis omnibus actis tam cauſæ
principalis quàm appellationis vertentis inter Do
minicum quondam magiſtri Franciſci de argenta appellan-
tem. & ſer Ludouicum appellatum. ¶In qua cauſa electus
ſum ad conſulendum an fuerit bene vel malè iudicatum per
dominum Vicarium Argentæ. & an fuerit bene vel malè ap-
pellatum pro parte dicti Domini. Et ſic quæ futuræ ſunt par-
tes iudicum appellationum. ¶In quo omiſſis non ſubſtantia-
libus concludo. Et conſulo attentis nouis probationibus fa-
ctis in cauſa appellationis, & alijs fundamentis de quibus
intra ſententiam latam iniuſtam, non dico reſpectu domini
Vicarij: ſed habito reſpectu ad iuſtitiam litigatoris: vt dicit
glo. & docto.in l.eos. in princi.glo.in verſicul.vel iuſtam.C.
de appel.& Spe.in tit.de ſen.prol.§.vt autem.verſic.ſed pone
ecce &c. Et pro parte Do. eſſe bene & iuſtè appellatum præ-
ter quàm reſpectu datij ſepi. in quo dico bene fuiſſe indicatū
1 per d. vicarium prędictum. ¶ †Et attento maximè ꝙ prima
ſententia fuit lata in fauorem Ludo. & in cauſa appellationis
productę fuerunt nouæ probationes Do. dico ſer Lud. ab ex-
penſarum condemnatione excuſari, vt not.glo. in c.ignoran-
tia.de re. iur.in 6. glo. & docto. in c.finem litibus.de dolo &
contu.& per Bart. & alios.in l.fin. ff. de re iudi.& in l.prope-
randum.§.ſin autem alterutra.C.de iud. ¶Pro hoc facit: quia
quilibet videtur eſſe victor & victus in diuerſis capitulis: &
ſic confunduntur expenſæ, vt inquit Bald. in l.eos. §.cautio-
ne.C.de appel.& in auth.generaliter. C. de epiſc.& cle. Cau-
ſę autem & rationes me mouentes inter cæteras ſunt quia in
primis animaduerto quòd ſer Lud. in ſua petitione coram Vi
cario, narrat ſe vidiſſe die 15. Aprilis in apotheca Domici.&
in apotheca magiſtri Franciſci inueniſſe tantas pelles cum pi-
lis & ſine pilis & ſotulares. d. Do. non denunciatas eidem ſer
Ludouico tanquam datiario ſecundum pactorum formam
quæ volebat centum quinquaginta: quare petijt eum cogi ad
ſolutionem datij & dictę quantitatis & ad pœnam: prout in
pacto per eum producto continetur: & in pacto datij produ-
cto in pacto cautum eſt, quod quilibet calligarius intra ſecun
dum diem Aprilis conductoribus d. gabellę conſignare de-
bet, & in ſcriptis deducere omnes pelles cum pilo & ſine: &
omnes ſcarpas quas habet in domo & in ſtationibus ſuis, aliàs
incurrat pœnam ſolidorum viginti pro vice qualibet: & ta-
2 men teneatur ad ſolutionē dicti datij. † dato enim quòd dies
interpellet pro homine.l.magnam.C.de contrahen. & comi-
ten. ſtip. l. traiectitiæ. §. de illo.ff.de act.& ob.tamen per lap-
ſum diei quis non incidit in pœnam quando non extat perſo-
na conductoris, cui conſignatio prędicta in ſcriptis fieri debe
bat: quia calligarij non dicuntur in culpa ſi non extabat per-
ſona conductoris cui legitimè in ſcriptis conſignationem fa-
a cere poſſent,[a] vt probatur in l.pecunię fęnebris. §.fi.& in l.cū
quidam.§.ſi pupillo.ff.de vſu.& in l.fi.prædio in prin.ff.de in
diem adiect.& not.Dy.in c.cum quis.de reg.iur.in 6. ¶Et in
3 propoſito dicit Bald.in l.2.in fi.C.de iu.emphy.† quòd ſi ille
qui conceſſerat rem in emphyteuſim deceſſit ſine hærede, nō
imputatur emphyteutæ ſi intra triennium non ſoluit canonē,
* & non incidit in pœnā priuationis, * alleg.d.l.ſi prędio.¶Sed
ita eſt quòd die 2. Aprilis non apparet quòd conſtaret. d.Lu.
fuiſſe conductorem dictarum gabellarum, imo vt conſtat ex
inſtrumento conductæ datij d. ſupra Lud. fuit factum die 7.
Maij 1449. ¶Et dato quòd in dicto inſtrumento conductę
ſint hęc verba, ſcilicet incipiendo præſentem locationem in
calen.menſis Aprilis proximè præteriti: tamen illa trahitio re
tro non poteſt trahere effectum ſuum quo ad præiudicandū.
d.calligarijs, qui in culpa nō fuerūt.l.ſi partem. §. fi.ff.quem-
ad.ſerui.amit. Et no.in l.ſi indebitum. §.fin.& in l.bonorum.
& ibi Bar.ff.rem ra.hab. ¶Ad idem facit quod not. Barto.in l.
4 item illa. circa medium. ff. de conſti.pe. † vbi inquit quòd ſi
debitor debeat ſoluere pecuniam in ciuitatem Florentiæ die
Paſchatis, & non probat creditor ſe illa die fuiſſe Florentię ad
recipiendum, vtrum erit probata mora debitoris per curſum
diei? & decidit quòd non, per l.arbiter calē. ff.de arbi.& no.
etiam Bart.in l.cum filius.§.fi.ff.de ver.ob. ¶Sed non eſt pro-
batum per dictum ſer Lud. ꝙ illa die 2. Apr. eſſet aut publicè
communiter reputaretur pro datiario. d. datij: ergo in nulla
culpa

culpa fuerunt calligarij, qui non denunciauerunt, debebat. n. ser Lud. ad dictum diem ij. Aprilis certiorare dictos calligarios quod ipse erat conductor datij, aliàs ipsi non fuerunt in culpa. l. si quis inficiatus, & ibi not. Bartol. ff. depo. Et l. qui in alterius, ibi & no. Bal. cum sim. ff. de reg. iur. ¶ Et prędicta maximè procedunt attento quod non apparet, quod pelles & alia de quibus in petitione d. ser Lud. fuerunt conducta per dictũ Dom. post tempus conductę dicti datij ser Lud. & sic vigore pacti deponentis de datio ordinariè soluendo pro conductione rerum non apparet aliquam esse quęsitam act. d. ser Lud. Quinimo oportebat quod ser Lud. agendo contra d. Dom. allegaret & probaret eum esse calligarium: quia est qualitas requisita in statuto seu in pacto datij, dum dicit: item quod
5 quilibet calligarius &c. † Nam quando a lege uel statuto ali-
b quid profertur cum qualitate, debet illa qualitas probari. [b] l. j. §. ait prętor. & ibi not. Bart. ff. ne quid in flu. publ. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius. Et ideo dicit Ioan. Andr. in c. 1. de hom. in 6. In euasisse quendam prælatum a pœna imposita de iure prælato facienti assasinare Christianum: prout dicit tex. in d. cap. 1. de homi. in 6. Nam fuerat probatum quod prælatus fecerat assasinari quendam hominem, tamen quod ille fuisset Christianus non erat allegatum nec probatum: vnde propter hoc euasit ipse illum prælatum a pœna illius. c. Et ita etiam dicit Bal. in l. si quis non dicam rapere in 3. col. C. de epis. & cleri. ¶ Faciunt no. per Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. cum si. ff. de no. ope. nun. Sed ꝙ Domicinus d. tempore esset calligarius nõ est allegatum & probatum ergo nõ posset obtinere aliquo modo. ¶ Sed tamen forte ex solo isto fundamento non libenter inclinassem in istam sententiam: nisi alia concurrerent. ¶ Nam vltra hoc etiam concurrit quod per aliquos testes in causa principali. & per plures in casu appellationis videtur esse probatum quod per alios conductores a longo tempore seruatum est quod ipsi conductores vadũt ad apothecas calligariorum. Et si ibi inuenirent aliquid de quo non fuerit soluta gabella datiario præterito, redigunt notarij in scriptis absque eo quod sit consultum ꝙ calligarij dent in scriptis: per quam consuetudinem videtur esse ita declaratũ & interpretatum dictum statutum per id quod no. & legitur in l. de quibus. & in l. minimè. ff. de leg. & in c. fi. de consue. & per glo. & doc. in cap. 1. de pace & treu. † & talis consuetudo
6 & stilus etiam, vt dixit alibi Bal. excusat a pœna delicti: vt ipse no. in ca. 1. in 1. col. de cogn. feu. Et licet plura opponantur contra dictos testes & eorum attestationes: tamen eorum oppositiones non videntur concludentes. Nam opponitur ꝙ aliqui ex eis sunt calligarij: & per consequens videntur deponere in facto proprio. † Sed certè hæc non est sufficiens opposi-
7 tio: quia ipsi principaliter non deponunt in causa proprij cõmodi: licèt in quandam consequentiam redundare posset cõmodum. l. qui testamento in prin. ff. de test. in §. legatarij. l. dictantibus. cum ibi no. C. de test. & l. 1. in prin. ff. de au. tut. ¶ Et ad hoc plura adduci possent. Sed vnum sufficiat quod ponit Io. An. in c. sine possessione. in pe. col. de re. iu. in 6. in mercu. vbi dicit ꝙ si episcopus petit contra vnam ecclesiã & eius rectorem quartam decimarum, & rector ecclesiæ alle. generalem consuetudinem in contrarium: videlicet ꝙ omnes ecclesię & earum rectores de consuetudine non soluerunt decimã: quod poterit probare per rectores alienarum ecclesiarum de consuetudine: quamuis in consequentiam illi videantur deponere circa id quod concernit proprium commodum: &
c quia ista doctrina Io. And. [c] videtur esse punctualiter in terminis, ideo ea contentus sum. ¶ Facit quod no. Ang. in disputatione sua inci. Astensis miles, in 7. charta. in versi. de primo dubio &c. ¶ Opponitur etiam ꝙ testes in causa appellationis nõ fuerunt recepti & examinati super interrogatorijs ser Lud. Et ad hoc potest responderi quod duo vltimi testes qui fuerunt examinati post productionem interrogatoriorum, fuerunt interrogati super interrogatorijs. alij verò non quia interrogatoria non fuerunt producta. Nam interrogatoria fuerunt producta die 18. Decembris. & fuerunt examinati testes 15. die eiusdem: & licet die eadem comparuit ser Lud. & absente parte protestatus fuerit nõ debere recipi testes sine interrogatorijs: tamen quia testes eodem die fuerunt examinati si ser Lu. vult dicere quod fuerunt examinati post protestationem prædictã
8 habet necesse probare illud: † quia fundanti se ex tempore incumbit onus probandi. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. matrem. C. de proba. in clem. fin. & ibi no. de rescri. & no. Bart. in d. l. non solum. §. sed vt probari. & in proposito not. Bartol. in l. atque nondum. §. quod dicitur. ff. de pig. per l. de rebus. C. de dona. ante nupt. & no. Bart. in l. si is qui. in fin. ff. de iur. fis.
9 ¶ † Præterea si testis reddit causam scientiæ dato quod super interrogatorijs partis aduersæ non fuerit examinatus etiam dolo vel negligentia examinantis; non tamen per hoc reperitur quod dictum testis sit nullum, sed solum propter hoc permittitur parti petere etiam post publicatas attestationes ꝙ ta-
* lis testis repetatur super interrogatorijs, * vt no. Spe. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs. ver. item caute. & Io. An. in c. præsentium. §. testes. de test. in 6. in nouella. per tex. in c. per tuas.
10 de testi. ¶ † Opponitur etiam contra dictos testes quod sunt
d singulares: [d] & ad hoc respondetur quod ista singularitas testium non infringit dictum testium quo ad probandum istã
* generalem consuetudinem * & obseruantiam, secundum opi. quæ videtur verior per no. per Inno. in cap. qualiter & quando. de accusa. Et in Specul. in titu. de teste. §. antepe. versi. quid si plures. no. Bald. in l. de quibus. in vltima charta, de legibus. facit quod no. glo. in l. ob carmen. §. fin. de testibus. ¶ Et dicit Bald. in d. l. de quibus. in antep. colum. quod in dubio dicti testes interpretantur quod non sint singulares sed contestes. ¶ Et illa consuetudo & obseruantia potuit habere originem & causam ab eo quod dixi, supra quia cum communiter conductores dicti datij conducant in calen. April. dictum datium, & calligarij habeant die secunda Aprilis probabilio-
11 rem causam ignorandi quis sit conductor: † quia in facto alieno præsumitur ignorantia. l. fina. ff. pro suo. l. verius. ff. de probatio. Et ideo consueuerunt conductores accedere ad apothecas calligariorum, & perquirere quæ bona ibi sint de spectantibus ad datium: quia si hoc negligerent conductores excusarentur calligarij non denunciando propter præsumptam ignorantiam, vt dixi. ¶ Fortificantur prædicta: nam pactum datij in quo se fundat ser Lud. disponit quod teneantur secunda die April. calligarij date in scriptis pelles conductori & sotulares quos habent, alias incidant in pœnam sol. 20. & solu. datij. videlicet tantum pro libra. Et sic de necessitate dictum pactum intelligitur de pellibus & sotularibus, quos habebant calligarij secunda die Aprilis, ser Ludoui. autem dicit quod inuenit dictas pelles & sotulares, & in apotheca dicti Domicini die 15. Aprilis & iurauerit ascendere ad librarum centum ęstimationem, ergo non videtur quod possit obtinere exactionem dicti datij secundum modum & viã intentatam per eum quia non est probatum quod istæ pelles & sotulares essent in apotheca Domi. die secunda Aprilis. Et sic quod commiserit culpam non denunciando: ergo cum non sint probata ea quæ incumbebant ex illo capite ex quo actum est non potest Ludo. obtinere. l habebat in princ. ff. insti. not. Innoc. in capit. ex parte. de priui. & Bartol. in l. 1. in princip. ff. de edendo. ¶ Aduertatis etiam ad statutum & capitulum positum sub rubrica. In ciuitate capitulum, de spectantibus ad strazariam, pellicariam, & calligariam &c. Cuius copia mihi non fuit integre transmissa vt expediebat, quia si in illo apparet quod diuisum sit datium quod debet solui pro pellibus sine pilo & sotularibus, apparet quod ex alio capite ser Ludoui. non potuerit obtinere quo ad dictum datium, quia narrat quod pelles cum pilo & sine pilo & sotulares quos inuenit essent valoris libr. 150. & iurando affirmat, & post ea quod erant valoris. capit. in totum, & non specificat quãtus esset valor pellium cum pilo & sotularium, & sic si dictum datium pro dictis his omnibus non sit conforme, apparet quod non posset pro ser Ludoui. aliqua sen-
12 tentia certa ferri. ¶ † Et clarum est quod etiam in summarijs etiam petitio debet esse ita certa & clara, vt semper certa scientia possit ferri, vt in clementi. sæpe. de verborum significatione. Facit quòd habetur in §. curare. institut. de acti. in l. pen. C. de senten. quæ sine cer. quan. quia vt dixi non fuit mihi integrè transmissa copia d. c. ex hoc fundamẽto nõ inclino in hanc sententiam, sed ex alij superius relatis quorum quodlibet. de per se sufficiens esset. Ego Alexander.

A D D I T I O.

Idem etiam consi. 42. infra lib. 4. Natta.

a ¶Possent. Cor.l.non hoc.col.pen.C.vnde cogna.Purpura.l.vinum, num.14.si cert.pet.
* Priuationis.] Sequitur Specul.in tit.loca.§.nunc aliqua, versic.Decimo nono. Natta.
b ¶Probari.s.lib.j.consi.119.col.ij.num.3.s.eo.lib.consi.iij.colum.ij. Curt.Senior consil.59.num.7.consil.73.colum.2.Ias.l. si extraneus. in fin.ff.de condict.cau.dat.l.non solum.§.sciendum, col.j.de oper.no.nunc.Dec.c.post cessionem.colum.ij.de proba.Corn.consi.216. lib.3.adde Pontha.cre.repe.l.ij.C.de rescind.vend.col.59.do.Andr. Tiraq.in consue.pic.tit.retra.§.viij.gl.vij.in prin.
c ¶Io.And.sequitur. Alexand.s.lib.j.consil.78.colum.j.Ias.d.l.dictantibus.l.quoties, in fin.C.de iudic.l.si quis nec causam,colum.ij.ff.si cert.petat.Fa.Aretin.consil.82.num.1. Sed hoc videtur contra text. in c.personas,de testib.& etiam in contrarium fa.quæ not.Alexan.s. lib.j.consil.107.num.3.& s.eod.lib.consil.45.nume.3.puto hos non esse inhabiles, sed nec etiam integros. quantum autem fidei per se vel cum alijs faciant.iudex æstimabit.
* Interrogatorijs.] Idem scribit Dec.in c.licet causam.8.no.de probat.Idem etiam scribit Ias.in l.si quis ex argentarijs.§.prætor ait, in 6.no.ff.de eden. Natta.
d ¶Singulares. vide s.lib.j.consil.71.
* Consuetudinem.] Nota quòd testes singulare admittuntur ad probandum generalem consuetudinem. quod tenet Deci. consil.586. aliàs,580.col.1.vbi etiam vult,quòd iudex supplere possit, si generalis sit,& notoria. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica potest dari in dotem domino irrequisito.*
2 *Res emphyteutica ex solo contractu non cadit in commissum, sed secuta traditione.*
4 *Testator potest obligare nedum res suas, sed etiam hæredis.*
6 *Alienandi emphyteusim licētia intelligitur irrequisito domino.*
7 *Emphyteuta non priuatur, nisi domino volente & declarante.*

CONSILIVM CLXXIII.

Viso themate & scripturis de quibus in ea. ¶ Videretur prima consideratione dicēdum dictam dominam Nan.filiam Andreæ esse præferendam dictæ dom. Catharinę. Nam de anno.Mccccxlv.fuit inuestitus de dicta petia terræ a do.Abbate vel eius syndico.dom. Andreas pro se filias & nepotibus masculis & ipsis deficientibus pro vna filia vel nepote: & mortuo.do.Andrea superstite.d.N.eius filia fuit dicta. N.inuestita mediante domina Romanina eius matre,quæ vice & nomine. d.N.inuestituram accepit quæ.N.iur.debebāt inuestiri.Stante prima inuestitura concessa eius matri aut patri.¶ Vnde cum primo fuerit inuestitus.dom.A.quàm fuerit. d.N.quæ fuit inuestita de anno. Mcccclix.sequitur quòd si. d.A.primo possit apprendere,quàm d.N.fuit potior ipse quā. d.N.l.si autem.§.si duobus.ff.de publ.l.quoties.C.de rei ven dic. Ergo sicut potentius ius habuit.d.An.ita videtur & habere potentius.d.N.eius filia: quia ex inuestitura & stipulatione paterna fuit sibi ius acquisitum. vt nota.Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua.versic.clxix.& alij. in l.quod dicitur.ff.de verb.obligat.& in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.per iura & rationes ibi allegatas.& per Bald.in d.l.auus.ff.de pac. ¶Secundo confirmatur authoritate sententiæ latæ per d.Gratiolum: nam per do.Ioan. de poetis condemnata est domina Romanina ad dandum dominæ Catharinæ libr.xxiiij.Bonon. pro ualore trium cistellatarum vuarum acceptarum ex portatarum per d.dom.Ro.de dicta petia terræ.& ad finendum, & ad permittendum d.dominam Cathar.& Bernard.eius maritum,vtrunque ipsorum pacificè,& quietè tenere & possidere dictam petiam terræ & victum victori in expensis. & a dicta sententia fuerit appellatum per d.dom.Ro. tandem per dictum dom.Gratiolum iudicem in dicta causa appellationis. fuit pronunciatum bene fuisse appellatum & male iudicatū: & quæ sententia vt puto,in rem iudicatam transiuerit: & per consequens pro ea præsumitur quæ exceptionem rei iudicatæ parit.c.cum inter,de re iudic.& c.in præsentia,de renun.cum vulg.Et ex sententia inducitur acquisitio dominij.vel quasi.l. statuliberi a cæteris.§.quintus.ff.de statulib.l.Pomp.§.si iussu. & ibi plenè notatur.ff.de acqui.pos.l.sed si res.ff.de publi.l.si per errorem.ff.de vsucap.& no.instit.de offi.iud.§.fi. per doc. in l.j.C.communia vtriusque iudic. ¶ Sed prædictis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto: videlicet quòd dicta Catherina vsque ad integram satisfactionem quantitatis sibi debitę,de qua in dicto testamen
1 to habeat meliora,& potiora iura q̄ d.do.N. ¶† Ad quod ostēdendum pręsuppono,quòd dictus Minellus pater do.Cathar. potuisset in dotem dare eius filiæ dictam petiā terræ ad eum iure emphyteutico spectantem: & hoc quantum est pro vtili dominio sibi Minello competenti: hoc facere poterat Minellus irrequisita etiam ecclesia, vt dicit Ioan.And.& communiter alij in c.potuit.de locato.per §.emphyteusim. in authē.de non alienan. & dicit quòd durabit tantum quantum durabit emphyteusis.allegat id quod habetur in c.nuper, de donatio. inter vir.& vxor. Et idem videtur velle Specul.in tit.de locat. §.nunc aliqua, versic.109.Item potuit irrequisita ecclesia dictam rem pro dote, vel quocunque alio debito hypothecare. l.lex vectigali.l.de pign.& l.tutor.§.fin.ff.de pign.actio. Et firmat glo.& communiter docto.in l.fin.C.de iure emphy.& in d.c.potuit.& in Specul.in tit.de loca.§.nunc aliqua,versi.iij. ¶ Ergo cum d.Ninellus propria bona sua pro dote prædicta obligauerit in testamento non cecidit a iure suo. ¶ Nec obstat quòd ipse in testamento narrat se promisisse tradere dictam petiam terræ pro dote dictarum filiarum, seu quòd disposuerit quod inquantum hæredes ipsius testatoris in sequenti post mortem dicti testatoris deliberauerint dictam petiā terrę tradere legatam ipsis filiabus: quia potuit responderi quod nedum potuit promittere dare in dotem,sed etiam potuisset dare in dotem,vt s.dixi. ¶† Secundo respondeo,quòd lex priuat
2 emphyteutam iure suo,quando alienat, vel transfert ius emphyteuticum irrequisito domino l.fin.C.de iure emphy.non
* aut quando promitteret.nam aliud* est alienare,aliud promittere l. in bonæ fidei.ff.de eo quod cer.loc.l.si fideiussor.§.j.de lega.j. ¶ Quinimo ex solo contractu puta venditionis,vel alienationis non priuatur emphyteuta iure suo nisi peruenerit ad
a traditionem [a] rei.Et sic ad efficacem & perfectam translationem,vt singulariter decidit Specul.in præallegato.§.nunc aliqua,versi.195.& Ioan.And.& Ant.de But.in d.c.potuit, pro quo bene facit text.in l.alienatum,in princ.ff.de verb.signifi. iuncta.l.fin.de iure emphyt.¶Et idem tenet Bal.in d.c.j.§.aut si libellario.in pen.colum.quib.mod.feud.amitt. & in c.imperialem. in princ.secundæ col.de prohi.feu.alien.per Feder. & in c.j.§.denique.quæ fuit prima causa benefi.amit.pro quo etiam bene facit gloss.j.in l.j.§.si rem depositam.ff.deposit. ¶Ergo quanto minus per dictam promissionem, vel per dictā dispositionem factam a testatore,disponente, quòd si hęredes testatoris dare voluerunt incontinenti dictis filiabus suprascriptam petiam terræ,& eandem legabat ipsis filiabus,& maximè cum dicta dispositio non habuit effectum quod hęredes eius non valuerunt dare dictam petiam terræ pro dicta dote.
3 † Et in testamento nedum in contractu potest ius pignoris cō stitui.l.Lucius.ff.de alimen.legat.C.communia de legat.l.j. ¶ Nec ob.si diceretur quod ius prædictum pignorum fuit extinctum iure Minelli,seu successorum suorum: quoniam extincto iure obligantis,seu datoris extinguitur ius acceptoris, vt d.l.lex vectigali. & l.fina.§.sed quia.C.communia de legat. Quia respondeo & dico quòd aut dicimus, quòd emphyteusis transiuit ad Gerardum filium Minelli tanquam ad eius hęredem: vt quia ita se habeat forte inuestitura Minelli, quæ nō est tamen mihi exhibita: & tunc constat quod non fuit extinctum morte ius d.Minelli,quia censetur durare quousque durat in persona hęredis qui repręsentare dicitur personam de-
6 functi,vt in iuribus vulgaribus. ¶ Aut d.emphyteusis transiuit ad Gerardum prędictum tanquam ad filium ex stipulatione paterna,iuxtà l.vt iurisiurandi.§.si liberi.de ope.liber.cum ibi not.per Bart.in d.l.quòd dicitur,& Spec.in tit.de locat.§. nunc aliqua.versic.68.cum sim. ¶ Et tunc etiam dicta res emphyteutica, quamuis censeretur mortuo Mi.spectare ad Gerardum eius filium: tamen adhuc ex eius persona censetur
4 obligatus ad dotem dictis filiabus Mi. † quia testator potest
b obligare expresè non solum res suas: sed etiam hęredis [b] sui, vt decidit Pet.in l.assiduis,& ibi refert Cyn.C.qui pot.in pig. habeantur.& idem sequitur Bal.ibi dicens,quòd iste punctus non est alibi: & idem tenet Bald.in l.j.in vlt.colum.ff.soluto matr.sicut enim potest testator legare rem hęredis.l.vnum ex familia.§. si rem.ff.de leg.ij.ita debet posse rem eius obligare, & hęres adeundo hęreditatem testatoris qui legauit res ipsius hęredis, videtur dictam obligationem approbasse.l.cū a matre.C.

tre.C.de rei vendic.l.si creditoribus. C.de ser.pign.da.ma.&
pignus etiam constituitur solo consensu etiam tacitè, & absq;
traditione.l.3.ff.in quib.cau.pig.ta.contra.& l.j.ff.de pig.ac.
¶Et per hanc rationem tollitur obiectum.Quod circa hoc for
mauit Cyn.in d.l.assiduis. ¶Et licet dictus.G.alienauit rem:
non tamen dicitur extinctum ius hypothecæ quod compete-
5 bat: † nam vbicunque ius emphyteuticum eius qui rem em-
phyteuticam obligauit extinguitur: vt quia redeat res ad do
minum concedentem: & sic vtile dominium consolidetur
cum directo: tunc est verum quod extinguitur ius pignoris:
nam si secus diceremus, sequeretur quod esset in potestate em
phyteutæ afficere ius domini concedentis.ita loquitur tex.in
d.l.lex vectigalis. Sed vbi emphyteuta lege permittente alie-
nat ius quod habet in re emphyteutica quam alteri obligaue-
rat: tunc nulla subest ratio quare illa hypotheca, quæ est ius
* reale* non transeat cum re.l. si fundus.§.in venditione.ff.de
pign.l.pignoris.C.de pigno. ¶Cum ergo ius emphyteuticum
non sit extinctum, vt probabo: sed translatum fuerit in N.&
eius successores.l.permittente, sequitur quòd ad N.& eius suc
cessores transeunt res cum obligatione, & hypotheca compe-
tente d.dom.Catharinæ. ¶Quod autem Ge. alienando eccle-
sia non requisita non ceciderit a iure suo cum in alienatione
dixerit soluo iure monasterij ecclesiæ Nouantulanę probatur:
quia forma consueta inuestiturarum quam seruat dicta eccle.
Nouantulana, vt colligitur ex dictis inuestituris, est illa: quia
expresse agitur quod emphyteuta non habeat potestatem alie
nandi, vel obligandi minoribus, vel coæqualibus personis, nō
autem comitibus, conductoribus, militibus, capitaneis, valua
soribus, seruis, religiosis, ecclesiasticis personis.& sic concedi-
6 tur licentia alienandi in alias personas † quæ licentia alie. in-
telligitur concessa esse irrequisita ecclesia, dato quod hoc non
fuerit expresse dictum, vt concludit singulariter Io. de Imol.
in d.c.potuit.in penult.char.& Salyc.in l.final.C.de iure em-
phyt.aliàs enim pactum nihil operaretur contra cap. si Papa,
de priuile.in sexto.Et l.si quando, in principio, de leg.primo.
¶Fortificantur hæc in casu nostro: quia parificantur in dicta
inuestitura: rem videlicet emphyteuticam obligare & ipsam
alienare: ergo debent pariter determinari.l.iam hoc iure, in
princ.& l.Lucius.ff.de vulg.& pup.ergo sicut obligari potest
res emphyteutica personis æqualibus, vt probaui irrequisito
domino: ergo eodem modo videtur Abbas voluisse concede-
7 re facultatem alienandi. ¶ † Pręterea non est verum quod de
iure communi per alienationem factam irrequisito domino
priuetur emphyteuta ipso iure: sed solum priuatur domino
volente.l.ij.& ibi not.Bart.C.de iure emphyt.no.glo.in l.j.ff.
si ager vect.& ibi Bart.nec potest opponi ab alio, quàm a do-
mino, vt no. Bart.in l.ij.ff.de except.rei iudic.& Bald.in l.si so
lemnibus.C.de rei ven.& in auth.qui rem.C.de sacr.san.eccl.
¶Et expressius Bald.in l.fin.C.de reuoc.donat.vbi dicit gene-
ralem doctrinam quod vbicunque dicimus, quòd res ipso iu-
re reuertitur ad dominum propter aliquod maleficium, intel-
c ligitur semper si dominus voluerit; [c] & hoc petat, allegat no.
in d.l.ij.¶Sed ita est quod dominus seu monasterium, vel Ab-
bas non declarauit velle Ger. esse priuatum iure suo: sed po-
tius contrarium, dum de eadem re inuestiuit successores.d.
Ger.s.d.Na.ergo &c. ¶Et sic concluditur, quòd si petia terræ
de qua in testamento, est illamet petia terræ de qua est contro-
uersia d.dom. Catharina quousque non est satisfactum pro di
cta quantitate dotis sibi relicta est potior in dicta ratione hy-
pothecæ quàm sit d.domina Nana. ¶Non obstant allegata in
contrarium. Et primò quod dicebatur, quòd Andreas erat pri
mo inuestitus: ergo &c. quia responsio patet ex superius di-
ctis an dicta res transiuit ad.Na.cum dicta obligatione hypo-
thecæ, vt s.probaui. ¶Non obst.vltimo dicta sententia: quia
respondeo primò quod dicta sententia fuit lata pro dicta do-
manina: ergo de ea non potest opponere d.Na.l.cum quæri-
tur, cum duabus seq.ff.de exec.rei iud.Secundò respondeo ꝙ
dicta sententia vltimò lata cum videatur simpliciter fuisse ab-
solutoria in fauorem d.dom.Roman.non operatur quod ipsa
intelligatur esse per hoc domina, nec in ea re ius habere vt no.
Bart.in l.ex hoc iure, in princ.ff.de iusti.& iur. Et per not.per
glo.in l.exceptio.ff.de except.rei iud. Et not.Bal.in l.j.C.com
munia vtriusque iud.& canonistæ in c.proposuit, de concess.
pręband. Ego Alexand.

ADDITIONES.

* Nam aliud. Istud idem in emphyteuta tenet Ias.in l.fin.q.19.extra glo.C. de iure emphy. qui allegat Paul.de Castr.in d.l.in bonęfidei, qui non dicit illud, sed istud, quòd qui promisit vendere, etiam si aliquid pro futura venditione recepit, possit ab eo repeti datum tanquam causa non secuta, & licet pœnitere subtili ratione, de qua ibi per eum. Et faciunt plurima, quæ ponit And.Sic.consi.51.dub.3.lib.j. vbi ponit an prohibita alienatione pacto, vel statuto, incidat in pęnã qui promisit alienare. Et ꝙ nō cadit emphyteuta nisi re tradita. Dec. consi.460.1.dub. Natta.

a Traditionem.j.lib.4.consi.66.plenè dixi in consue. Paris.§.13.glo.v. numero 2.

b ¶Hæredis. Adde Alex.l.si hæredis seruus, colum.ij.ff.de leg.j.Anto. Negula.tract.pign.in ij.memb.ij.partis.num.55.Sed cum Cyn.tenet Ioan.Fab.instit.de actio.§.fuerat. colum.ij.dixi in consu.Parisi.§.66.

* * Istud idem latè tenet Alexand.in l.si hæredis seruus.ff. de legat.j. dicens cautum esse, quòd in omnibus instrumentis obligaret aliquis bona sua, & hæredum. De quo etiam ponit Matth. de Afflict. decis.200.cum sequen.tenet Dec.consi.184.col.fi.& si non obliget, non censentur hypothecata. Alex.consi.140.col.3 li.7. Et vide etiam Matth.Afflict.decis.111.latius loquentem. Natta.

* Ius reale.] Ad idem text.& ibi Abb.in c.ex literis, in 3.notabili de pignor. Natta.

c ¶Voluerit. Dixi in consu. Paris.§.30.q.28.

SVMMARIVM.

2 *Sententia est stricti iuris.*

4 *Aedificium eleuare non licet, vel aliud inutile facere ad nocendum vicino.*

5 *Animus nocendi in dubio non præsumitur.*

CONSILIVM CLXXIIII.

Opportune consideratis sententijs, & alijs de
quibus in themate mentio habita
est. Videtur prima consideratione dicendum dictis fratribus
de lancis licere murum nouiter construere iuxta dictũm aliũ
murum communem, etiam si per dictum nouum murum se-
quatur clausura fenestrarum seu obscuratio luminum domus
dictorum fratrum de Schinellis: quia vnicuique ex eis licet
* vsque ad cœlum domos suas altius tollere. * l.altius.l.si in ędi
1 bus.C.de serui.& aqua. † quælibet enim res præsumitur libe
ra nisi in contrarium de seruitute debita constet.l. cum eo.ff.
de ser.rust.prædio.l. sicuti.§.sed si quæratur.ff.si ser.vend.Sed
de nullo iure seruitutis constat in proposito: ergo &c. facit id
quod not.iuriscon. in l.binas ædes habeo.ff. de serui.vrb.prę
dio.habitari etenim potest ędibus obscuratis.¶Nec ad hoc ob
stant sententię inter prędictos latę de quibus in themate fit mē
tio: quia aut consideramus primam sententiam, & illa nō ob.
quia per eam reseruatur dictis fratribus de lancis omne ius
ędificandi, & altius tollendi, & claudendi sibi competens.
Quinimo potius videtur facere illa sententia contra ipsos de
schinellis habere dictas fenestras non tamē iure seruitutis &c.
Et sic patet quod noluit iudex intelligere esse acquisitam ali-
quam seruitutem ipsis de schinellis.¶Aut consideramus secũ
dam sententiam in causa appellationis latam, & illa nō habet
obstare: quia per eam cōfirmatur prima sententia in qua erat
reseruatum omne ius competens altius tollendi: & eo ipso di
citur competere quod nō docetur per ipsos fratres de schinel
lis, de iure seruitutis per iura primo alle.¶Nec ob.ꝙ in eadem
sententia adiecta sit modificatio quędam, videlicet ꝙ si cōtin
gat in futurum fieri per dictos de lancis aliquod ędificium in
eius domo a iure cōi tñ non prohibitum fieri muro cōi pro-
pter quod sit opus immitti tigna & alia necessaria in muro di
cto, seu altius eleuare ædificium iam factum, ꝑ quæ esset ne-
cesse arbitrio boni viri claudendi in totum, intelligatur esse re
seruatum ius suum in totum. vel si pro parte esset necesse: &
tunc similiter intelligatur pro parte reseruatum. nā dico quod
2 † sententia est stricti iuris & stricte accipienda.l.j.C.si plures
vna sententia.& ibi no.in l.Paulus respondit eos.ff. de re iud.
¶Et sententia non probat nisi illud quod ex verbis eius de ne-
cessitate infertur.l.si iudex.& ibi not.ff.de his qui sunt sui vel
alie.iur.& l.ij.cum ibi not.C.de ord.cog.& l.j.C.de ord.iud.
¶Sed verba dictę sententiæ cōprehendũt tm̃ casum quãdo fie-
ret ædificium, ꝑ quod opus esset immitti tigna, & alia neces-
saria in muro cōi, seu altius eleuari ędificium iam tunc factũ.
¶Ergo

¶Ergo non comprehendit casum in quo nouus murus fieret per quæ dicta lumina obscurarentur, nec isto casu debet dicta sententia parere exceptionem rei iu. l. cum quæritur. ff. de excep. rei iudi. ¶Nec habet obstare quod per longa tempora dicti de Schinellis tenuerunt dictas petias: & tamen eorum domus lumina recipit patientibus dictis de Lancis. & in opposi
3 tum nullum ædificium eleuantibus: †quia per hoc nulla fuit acquisita quasi possessio seruitutis altius non extollendi dictis de Schinellis: sed tūc demum fuisset acquisita si dicti de Lancis aliquo tempore voluerunt in loco præsentis ædificij altius tollere, & per dictos de Schinellis erant prohibiti; iam tunc ceperunt dicti de Schinellis esse in quasi possessione seruitutis altius non tollendi. l. qui luminibus. ff. de ser. rusti. prædi. Et no. in l. 1. C. de ser. & Bartol. in l. si prius. in 7. oppo. primæ partis. ff. de ope. no. nun. & Spec. in tit. de causa poss. §. in confessoria. versi. sed pone. & ex tunc potuissent spacio 10. anno. dicti de Schinellis præscribere iura seruitutis si in bona fide fuissent. l. 2. C. de ser. & aqua. l. fin. ff. quemadmo. ser. amit. & plene. no. in l. seruitutes. la grande. ff. de ser. secundum quod declarat. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. ¶Et ideo in proposito dicit Angel. in d. l. qui luminibus. ꝙ si habeo palatium iuxta hortum tuū: licet in pariete iuxta hortum tuum multas habeam fenestras: & ita per multos annos vel mille tenuerim tamē legitimo spatio intermisso inter ædificium tuum & meum ædificari poterit in horto tuo. & obscurare lumina mea. totaliter vel in parte. ¶Sed præmissis non obstantibus puto non licere ita absolutè dictis fratribus vel Lancis dictum nouum murum construere, per quem lumina domus d. de Schinellis obscurentur. Sed eis conceditur duntaxat propter aliquam vtilitatem quam ædificantes ad hoc cō sequerentur. Secus si solum vt obscurarent lumina domus dictorum de Schinellis: quia hoc facere nequeunt. ¶Hoc probatur primò ex his quæ no. Cyn. Ray. Pe. & Saly. in l. altius C. de
4 ser. & aqua. vbi dicunt ꝙ ista lex facit ad quæstionem: † aliquis fecit domum ita in altum vt secreta fratrum, vel monialium, vel vxorem, vel filiam vicini videre poterat. An illud licite facere possit, & concludunt quod aut ad suam vtilitatem altius tollit ædificās, & illud facere potest per illam. l. & l. proculus. ff. de dam. infec. aut ad æmulationem [a] alterius facit, vt religiosos, vel vxorem vel filiam vicini inspiciat. & nō potest: ar. l. fundo. ff. de rei ven. & l. opus. * ff. de ope. publ. & sic videntur isti doctores clare decidere istum casum. ¶Secundo in terminis nostris ad literam decidit hoc Pau. de Cast. in l. cum eo de ser. vrb. prædio. vbi inquit quod regula illius. l. quæ habet quod quilibet possit ædes suas altius tollere, & lumina vicini obscurare, procedit quādo quis ędificat vt sibi proficiat. ¶Sed si nullam vtilitatem consequeretur: & sic faceret hoc potius vt alteri officere possit non licet, per l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Et ita dicit se respondisse de facto. ¶Et dicit ꝙ Ange. in d. l. cum eo videtur respondere ad dictam. l. 1. §. denique. quod illa procedit quando vtilitas veniebat ex tuo directo in meum, & tunc non possum illam vt mihi auferre faciendo aliquid in tuo. secus si ex tuo non proueniebat directo in meum: prout est lumen ꝙ non peruenit ex tuo, sed ex cœlo. Nam secundum Pau. de Cast. illa responsio facit contra Ange. quia si non habebam istam vtilitatem luminis ex te vel ex tuo. sed cœlo: multo minus debes mihi posse auferre, ar. l. si arrogator. ff. de adoptio. præterea hominem homini insidiari nefas est. l. veluti. ff. de iusti. & iur. Nec mos gerendus est ei qui solum facit vt officiat. & in alle. l. in fundo. & ita residet ipse in præalleg. l. cum eo. ¶Et licet ipse non dicat, responsio data per eum ad arg. Ang. expresſè comprobatur per doc. Cy. & alios in de l. altius. ¶Tertio probatur ex his quę no. in l. si in meo fundo. ff. de aqua plu. arcen. Nam ibi dicitur in tex. ꝙ ille qui incidit venas aquæ in agro suo venientis ad fundum meū, dicitur iuste facere si nulla erat seruitus constituta: subdit gl. fin. ibi; quod istud est verum nisi dolo incideret, per d. §. deni-
5 que. ¶†Quærit circa hoc Io. de Imol. in d. l. si in meo fundo, quid in dubio an præsumatur dolo facere. & refert quod gl. in l. fluminum. ff. de dam. infect. tenet quod in dubio non prę sumatur dolo facere. Sed secundum Imo. vbi supra illud est verum nisi ex circunstantijs aliud appareret. nam ex coniecturis probatur dolus. l. dolum. C. de dolo. c. 1. de præsump. Vnde secundum eum præsumetur dolus si appareat quod alias fuit minatur ꝙ hoc faceret, argu. no. in l. fulcinius. §. quid sit latitare. ex quib. cau. in possess. eatur. ¶Vel si incidēs venas nullam vtilitatem habeat ex hoc, sed solum vt alteri noceret. Nā illud fieri non debet no. in l. 2. §. labeo. ff. de aqua plu. arc. & in l. creditoris. ff. de euic. ¶Quartò adduco notata per Cyn. Bal. & Saly. in l. si manifestæ. C. de serui & per Bartol. in repetitione. l. quominus. 1. q. ff. de flumi. Et Bald. in l. si quis ex argen-
6 tarijs. §. si vitium. ff. de eden. † vbi dicit quod duo erant domini cuiusdam priuati fluminis, & vnus ex eis habebat ex parte inferiori fluminis molendinum, & postea alius velit facere molendinum a parte superiori, per quod noceat domino molendini inferioris, quod licet d. secundus illud construere possit ad suam vtilitatem, tamen si illud construeret, vt principaliter noceat domino inferioris molendini, hoc non posset. ¶Quinto idem probatur ex his quæ no. Bald. in rub. ff. de re-
7 rum diui. in col. 3. in versi. circa agni. &c. † vbi quęrit si duo habent in quodam flumicello duo molendina quæ non sunt apta ad molendinandum, nisi quando pluit, modo dominus superioris molendini cum pluit retinet aquam superius in suo molendino, & impedit inferius molendinum, quærit an posset & videtur distinguendum, quia aut facit solum vt noceat, & non potest, quia æquitas naturalis tale dolum excludere debet. l. 2. §. item varus. ff. de aqua plu. arcen. per illum text. & est no. ad multa secundum eum. aut facit vt sibi prosit, & tunc potest hoc facere si hoc faciens habebat molendinum suum de iure contractum, quia vtitur iure suo arg. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniur. & faciunt no. per doc. in l. 2. ff. sol. mat. cum ergo dicti de Lancis velint ædificare & contradicant dicti de Schinellis rationibus, supra alle. tunc officio iudicis recurretur ad arbitrium boni viri in præallega. l. luminibus. ¶Et secundum quod declarat Ang. iste arbiter est architector, vel aliàs peritus in arte. ¶Et dicit Ange. ibi quod licet semper per iudicem eligi debet idoneior, & si possunt haberi duo nō debet eligi vnus in auth. de non alie. §. quod autem comparationis. C. de fide instru. Et isti periti in arte habebunt videre, an per talia ædificia offendantur lumina templorum domus de Schinellis, & videbunt an tale ædificium cedat in necessitatem vel vtilitatem ipsorum de Lancis an vero solum ad nocendum dictis de Schinellis. ¶Et si ex dicta relatione peritorum vel ex alijs hominibus constabit ædificium offendere lumen, & principaliter fieri ad nocendum iudex declarabit nō licere ædificium facere, vt patet ex prædictis. ¶Quod etiam expresſè tenet Bald. in l. lapilli in 1. colum. ff. de re. diui. ¶Et per hoc patet non obstare allegata in contrarium, quia non assumo fundamentum ex sententijs, nec in aliquo iure seruitutis, vt superius est ostensum. Et dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Tollere.] Vide Ias. consi. 98. lib. 1. Natta.

a ¶Emulationem. Cęp. de seruitu. vrb. prærd. c. 62. de fenestra Bertran. consilio 333. etiam si versicul. esset. lib. 3. Matth. Affli. decisi. Neapol. 224. cum sequenti.

* L. opus. ff. de ope. pub.] In ista l. opus habetur, quòd non licet ædificare ad æmulationem alterius: & facit quod vult Bald. in l. 1. in pen. q. C. qui testa. fa. poss. de vno fratre qui non potest donare partem castri Principi, vel propinquæ Ciuitati ad æmulationem alterius fratris. de quibus vide Ias. in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iust. & iu. Et in dubio præsumitur quis facere vt sibi prosit, Alex. consi. 194. colum. 2. lib. 2. nisi ex facto nullam consequatur vtilitatem. Ias. consilio 32. lib. 1. Et ista etiam tradit Roma. consi. 52. incip. in quæstione magnificorum dominorū, dub. 2. & sequitur Dec. in l. nullus videtur, ff. de reg. iur. Et quando fit mixta consideratione vt sibi prosit, & alteri noceat, Dec. consi. 373. colum. 1. Et quòd non liceat ad æmulationem, vide Ias. latè in l. quominus, in 1. quæst. Bar. ff. de Flumi. Natta.

CONSILIVM CLXXV.

Vide supra. lib. 1. consi. 72. quod hic duplabatur.

CONSILIVM CLXXVI.

Vide supra. lib. 1. consi. 64. quod hic duplabatur.

An si præcessit testamentum primum solemne in quo testator fratrem instituit hæredem vniuersalem & filiam instituit in dotem sibi datam: demum viuo testatore decessit hęres superstite dicta filia testatoris, & postea testator in rure tempore

pestis

pestis coram quinque testibus, quorum tres erant fœminæ, & vnus erat parochialis sacerdos sine scriptura instituit quosdã hæredes transuersales, & dictæ filiæ reliquit dotem & solidos quinque pro benedictione: & probatur solum per presbyterũ & duas mulieres istud vltimum testamentum, in quo etiam aliquid reliquit ecclesiæ. Tenet quod vltimum non valet.

SVMMARIVM.

3 *Subditi Papæ possunt statuere contra ius canonicum contra laicos.*

5 *Mulier non potest esse testis in testamento, etiam iure canonico.*

6 *Testes duo non sufficiunt etiam quo ad legata ad pias causas, nisi pia causa instituitur hæres.*

8 *Solemnitas testamenti non remittitur propter pestem nisi in rustico.*

9 *Legatarij non sunt integri testes.*

10 *Relinquo verbum, in re particulari non trahitur ad institutionem.*

CONSILIVM CLXXVII.

* Viso *themate mihi exhibito vna cum toto processu causæ vertentis inter dominam Diuidam vxorem Petri de Baldinotis ex parte vna agentem: & pagani authoritate Apollinarem, & filios cuiusdam Iacobutij. Belini ex altera se defendentes: principaliter discutiendum est de viribus dictæ vltimæ voluntatis conditæ, vt dicitur, per Bartol. patrem quondam domi. Deuidæ de anno præsenti de mense Augusti, in qua, vt dicitur, instituit sibi hæredem vniuersalem dictum Paganum & fratres ipsius pagani transuersales dicti B. testatoris: & dominæ Diuidæ reliquit libras centũ quindecim quas sibi dedit in dotem, & solidos quinque pro benedictione.

1 ¶ †Et certè si hoc testamentum veleret si esset legitimè probatum de ipsa vltima voluntate, constat quod Diuida succumberet: quia d. do. Diui. non posset ab intestato succedere donec est locus causæ testati. l. antequam. C. communia de succes. l. quamdiu. ff. de acqui. hęredi. ¶Nec etiam posset domina Diuida sumere fundamentum pro se ex priori testamẽto facto per d. B. nec aliquo modo posset venire per aliquam viam iuris ad crescendi: quia hæc posterior voluntas tolleret prius testamentum. l. quia priore. ff. ad Treb. l. pater filio. ff. de hære. institu. & l. cum in secundo. ff. de iniust. rup. ¶Etiam si posterius non haberet adeo plenam solemnitatem qualem haberet primum testamentum dummodo in posteriori talis solemnitas interuenerit, vt possit sustinere vt testamentum aliquo iure etiam speciali: vt probatur in l. eius milites. §. fi. ff. de test. mili. & in l. 2. ff. de iniu. testa. facit. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. in auth. de nupt. §. & si quidem. ¶Tamen dico tale superius testamentum non dici posse validum testamentum, seu vltimam voluntatem: nec esse legitimè probatum adeo quod

2 præcedens testamentum sit absolutum. ¶ † Hoc probatur, & primo quia de iure saltem ciuili in testamento requiruntur septem testes. l. si vnus. C. de test. l. 2. C. de bon. pos. secundum tab. & debent esse masculi. l. qui testamento. §. mulier. de test. & insti. eo. ti. §. testes. ergo cõstat quod de iure ciuili posterius testamentum in quo non interuenerunt septem testes non valet, præsertim cum illi qui interfuerunt, fuerunt omnes fœminæ excepto vno vel duobus: & per consequens per secundum testamentum inualidum non fuit sublatum primum. l. si iure. ff. de leg. 3. & insti. qui. mod. testa. infir. §. pe. l. sancimus, C. de testa. ¶Nec ob. si dicatur ꝙ de iure canonico quod seruandum est in terris ecclesiæ & in foro seculari. ca. & duobus. in fi. de appel. sufficit quod interuenerunt duo testes cum parochiano presbytero secundum magis communem opin. canonistarum, per c. cum esses. de testamentis, vt ibi no. per doctor. & Spe. in tit. de instru. edit. §. compendiosè. versi. item per ius canonicum. & Bar. Brixien. & Arch. 2. q. 4. §. j. & Fede. de Sen. in consi. 21. inci. factum tale est veniens ad mortem. & no. legistæ. in l. 1. C. de sac. sanc. eccle. & Io. de Imol. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & Roma. in auth. similiter. C. ad l. falc. ¶Quia respondeo primò ꝙ in ciuitate Rauennæ vbi agitur hęc causa, debet seruari ius ciuile quando contradicit iuri canonico: vt ibi disponit statutum: & si tale fuit a Romano Pontifice cõ

3 firmatum, non est dubium ꝙ valet. ¶Vbi autem esset verè con

* firmatum videtur ꝙ valeat: quia † populi subiecti * etiã quo ad temporalem iurisdictionem ecclesiæ Romanę possunt statuta condere contra ius canonicũ seruanda quo ad ipsos laicos, vt latè firmat do. Abb. sicu. in c. ꝙ clericis. in vlti. char. de foro compe. per ea quæ habentur in l. omnes populi. de iusti. & iure. ¶Et pro hoc inducit do. Abb. plura, præsertim tex.

4 in ca. veniens. de iureiuran. † vbi ciuitas Tudertina, quæ est supposita ecclesię fecit statuta quæ habebat consuetudines speciales: nec Papa roborat maximè inquantum tangunt ius & honores ipsius principis. & respondet do. Abb. ad ea quæ in contratium facere videntur. vt per eum in d. c. ꝙ clericis. ¶ Secundò respondeo quod etiam dato quod deberet attendi ius canonicum, non valet. d. testamentum. quia secundum cõmunem opin. debet vltra presbyterum interuenire numerus duorum testium idoneorum vt d. c. cum esses. & constat qđ vltra presbyterum non interuenerunt dúo testes idonei: quia tunc non interuenerunt duo testes mares, sed vnus tãtum masculus vltra presbyterum. Quinimo nec ille masculus viuit, & sic deponere non potest ad probationem dicti testamenti: sed solum ad probationem dicti testamenti adducuntur vltra

5 presbyterum duæ fœminæ. † constat autem ꝙ nedum de iure ciuile, sed nec etiam de iure canonico potest mulier esse testis in testamento vt in c. forus. ad fin. de verb. sign. & in terminis hoc firmat glo. ibi in verbo testimonium. quæ dicit expressè quod tex. in d. c. forus. prohibens mulierem esse testem, intelligitur in criminalibus & in terminis idem fuit de mente Sp. in ti. de testa. §. 1. versi. item ꝙ est dicta mulier. iuncto versi. sequen. & Fed. de Senis in d. consi. 207. & Lud. Ro. expressè in repe. auth. similiter, supra allega. in 16. ꝙ hic allegat mulier &c. facit quod no. gl. ea. q. & in §. 1. & in d. c. forus. & Ioan. de Imo. in c. cum esses in morte. & præsertim cum tractetur de testamento patet quia testator prędictus dixit quod instituebat seu faciebat d. Paganum & fratres hęredes suos. l. non codicillum. C. de testa. ¶Et licet do. Abb. sic. in d. c. cum esses. videatur velle quod de iure canonico in testamento sufficiant mulieres sicut masculi pro testibus: per text. in d. cum esses. vbi Papa videtur se fundare in iure diuino, & in statuto sanctorum patrum, secundum quę non reperitur diuersitas inter masculum & fœminam, & dicit quod hoc videtur esse de mẽte Bald. in l. 1. ad fin. C. de sac. san. eccle. Sed certè Bal. ibi loquitur in relictis ad pias causas, quę quò ad solemnitatem differunt etiam de iure canonico secundum communem opin. doc. in d. c. cum esses. & in c. seq. ¶Et dictum do. Abb. non videtur verum. & est contra gl. & authoritates & iura, supra allegat. de quibus mentionem ipse non fecit. ¶Et si verum esset quod Papa in allegato. c. cum esses. solum habuisset respectũ ad ius diuinum non requisiuisset pręsentiam presbyteri vltra numerum testium duorum. & in tantum videntur dicta procedere ꝙ etiam non competeret hęredi instituto in dicto testamento posteriori remedium denunciationis euangelicę contra dictam do. Diuidam: vt plenè probat Bal. in sua disputatione incipiente. Statuto cauetur quod fœnerator. in tertia charta. & ita etiam sensit ipse. in l. cum quis. circa tertiam chartã. & ita ẽt sensit ipse in l. si post diuisionem. in l. fin. & in l. cum quis. circa 4. col. C. de iur. & fac. igno. quia hoc casu non potest dici d. Diuidam esse naturaliter obligatam d. P. & fratrib. quo ad dictum hęredem, vt patet ex no. per doc. post glo. in l. post diuisionem. de hoc vltimo casu non sum interrogatus, ideo pro modo latius non insisto circa illud. ¶ Nec prędictis etiam habet obstare quod B. in d. suo posteriori testamento aliqua legata reliquerit ad pias causas: ergo propter illas sustineatur testamentum non obstante defectu alicuius solemnita-

6 tis, per d. c. relatum cum ibi nota. † quia respõdeo quod illud procederet ubi pia causa esset instituta hęres. Sed ubi laicus est institutus, & legata sunt ad pias causas non sufficit ẽt quo

* ad legata solemnitas pię causę,* secundum Ant. de But. in d. c. ꝙ clericus. & Saly. in auth. cassa. C. de sac. san. eccl. ¶Nec ẽt prędictis obstat si diceretur quod testamentum fuit cõditum in rure; & quod sufficiat quod ibi fiat coram quinque testib. cum plures haberi nõ potuerint iuxta. l. fi. C. de testa. & quod no. Bart. in l. conficiuntur. §. codi. ff de iure. codic. quia respõdeo quod requirebatur ꝙ omnes testes illi deponerent in iudicio ad probandum testamentum ut ibi. & no. Bar. in d. §. codicilli. hoc autem factum non est, nec fieri potest: quia aliqui ex his quinque mortui sunt: quinimo per illam. l. non dispensatum

tum quod sufficiant quinq; testes non idonei puta fœminæ.
7 ¶† Et pari ratione non obstat si diceretur ꝙ tempore pestis [a]
a quo mortuus est dictus B. debuit valere dictum testamentum
factum coram imperfecto numero testium, cum eo tempore
non possint haberi testes cōmode & notarij, iuxta no. per Bar.
in l. j. ff. de bo. pos. ex test. mili. & quod not. Bald. in d. l. fi. C. de
testa. quia requirebatur saltem quod illi quinq; testes qui in-
terfuerunt testamento fuissent inducti ad probandū testamen
tum coram iudice, per d. l. fi. Et sibi imputent dicti asserti in-
stituti si fuerint negligentes in faciēdo deponere dictos testes,
prout potuerunt iuxta l. publicati. cum ibi no. C. de testa. & c.
quoniam frequenter. extra vt lit. non cōtest. c. significauerunt.
8 de testi. cum si. ¶† Præterea communiter tenetur [b] non esse ve-
b rum quod sufficiat testamentum esse factum coram imperfe-
* cto numero testium tempore pestis, * vt probat tex. in l. consi-
ciuntur. §. codicil. quem ad hoc ibi ponderat Ang. Et idem te-
net Fulg. & Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de testa. per illam. l. fi. quæ
requirit non solum difficultatem habendi testes: sed etiam qd
testator sit rusticanus. & ita etiam videtur esse de mente Bar. in
l. j. ff. de bo. pos. ex test. amil. Ita etiā Lud. Ro. in auth. similiter.
in secundo speciali enumerato inter priuilegia quæ in vltimis
voluntatibus habet pia causa. ¶ Secundo principali fundamen
to moueor ad ostendendum quod dictum testamentum nō est
legitimè probatum, per text. in l. cum antiquitas. C. de test. Et
quod ibi ad propositum per illum tex. singulariter dixit Bald.
ibi quærendo. an vna pars testamenti probari possit per septē
testes dicentes se illud scire, & non plus. & alia pars possit pro-
bari per alios septem testes. & arguit quod sic: quia coniūgun
tur dicta testium ad aliquid probandum, vt no. 35. q. 7. de pa-
rentela. Sed dicit ꝙ in cōtrarium est casus in d. l. cum antiqui
tas. quia nisi probetur subrogatio testium ex causa necessitatis
non probat: & sic videtur secundum eum ꝙ nisi testes probēt
* totum tenorem testamenti, * nil probent: & si aliqui probant
plus dictum aliqui minus dictum: quia illi qui minus depo-
nunt totum nesciunt: & non videntur esse testes legitimi: vn-
de non probant etiam illud ꝙ deponunt: quia non videntur
interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt, ꝙ reputat
Bal. no. & illud dictum sequitur Pet. de Anch. in d. c. j. ¶ Sed ita
est in proposito ꝙ testes producti ad probandum posterius te
stamentum B. laborant hoc morbo, nam d. Pusbertus rector
ecclesiæ sancti Blasij, deponit ꝙ d. B. instituit hæredem. d. Pa-
ganum & fratres. & d. Diuidæ reliquit libras centum 15. quas
ei dederat in dotem, & solidos quinq; pro benedictione. & ꝙ
reliquit vxori dictis testatoris victum & vestitum & dictæ ec-
clesiæ reliquit vnam petiam terræ: & ita etiam deponit vxor
dicti testatoris. Sed d. Catharina, quæ est secunda testis: dicit
quod reliquit hæreditatem Pet. & fratribus, & Diuidæ li. 115.
quas dederat ei in dotem, & solidos quinq; pro benedictione
& ꝙ dictæ ecclesiæ reliquit vnam petiam terræ, & certā quan-
titatem denariorum pro reparatione campanilis: & nil aliud
reliquit, quod ipsa recordet, ecclesiæ. ergo ista testis nihil scit
de relicto victus facta vxori testatoris: de quo deponunt alij
duo testes & sic ista testis non est idonea testis nec aliquid pro
bat: & similiter dominus Bertus deponit de legato petiæ terræ
relicto ecclesiæ: & non de relicto facto eidem ecclesiæ pro cam
panili: vt deponunt alij testes. ¶ Patet ex decisione Bald. in d. l.
cum antiquitas. & deprehenditur quod dato quod ille nume-
rus testium sufficeret quando deponerent legitimè: sufficien-
ter tamen hoc casu discordant etiam dicti testes in ea interro-
gatione eis facta quis esset propinquior personæ dicti testato-
ris qn̄ testamentum cōdebatur. ¶ Sed de hoc non magnā vim:
9 qa vrgentiore sunt pdicta, & alia infra dicenda. ¶† Alia ratio-
ne etiam videtur ꝙ non sit legitimè & perfectè probatum di-
ctum testamentum: quia d. do. Guida tertia testis est legataria,
& ipsa & d. Bertus deponunt: ergo non est integra testis qn̄ in
omnem euentū validitatis & inualiditatis testamenti nō con-
sequitur legatum P. vt in casu nostro, vt late probat Io. And. &
An. de But. Et d. Abb. post antiquos in c. super de testib. & Io.
And. in addi. Spe. in titu. de teste. §. j. ver. item ꝙ est talis & Io.
de Imo. in l. a sententia. §. si hæres. de app. vbi dicit ꝙ illa opi-
nio est multum rationabilis, Et sic dato quod legatarius pos-
sit esse testis in testō. l. qui in testamento. in princ. ff. de testa. &
insti. eo. ti. §. legatarijs. tamen non erunt integri testes in c. per-
sonas de testi. Et ꝙ no. in l. nullus. de testi. & in l. omnib. C. eo.
tit. Et ꝙ non sit idoneus testis quo ad casum nostrum legata-
rius. tenet etiam Ang. in l. dictantib. C. de testa. & ibi ēt Nico.
de Mata. & pluribus modis respondent ad illum text. & simi-
les. ¶ Et hoc maximè procedere posset vbi essemus in casu in
quo nō esse nimis magnus numerus testium vt in casu nostro
si velimus sustinere ꝙ presbyter cū duobus testibus sufficiat.
Et hoc considerat Io. Fab. in d. §. legatarijs dicens ꝙ ratio pro-
c pter q̄ iura tolerabant ꝙ legatarius [c] possit esse testis in testō,
vt ibi, est quia magnus numerus testium requirebatur. Et ex
his faciliter colligitur non obstare eam quę adduci possunt in
contrarium: & quamuis dicti tres testes adducti ad proban-
dum testamentum deponant ꝙ interfuerunt testamento quin
que testes: tamen illud nihil releuat: quia non plus operatur
quā si solum tres interfuissent, vt plenè no. in l. 2. C. de bo. pos.
10 secundū tab. ¶† Tertio pro principali fundamento potest di-
ci testm̄ illud non valere: quia testator filiæ non reliquit iure
institutionis. & verbum relinquo vel aliud verbum cōe relatū
ad rem vel quantitatem certā, prout fuit casu nostro, non trahi
tur ad institutionem ipsius filiæ secundum magis cōem opi.
per §. aliud quoq;. c. iuncto. §. cæterum. in auth. vt cū de app.
cog. Et licet circa hoc plura possent dici: tn̄ non insisto postq̄
ista est cōis opi. tam de iure ciuili q̄ canonico, vt dicitur, & la
tè probat Io. de Imo. in c. Raynutius de testa. & in regula. l. 1.
§. quoties. & in l. his verbis. in prin. & ibi Bal. & Bart. & Ange.
de hære. insti. & Bar. & alij in l. cogi. in prin. ad Treb. post anti
quos. & Bar. & Io. de Imo. in l. Centurio. de vul. & pup. Bar. in
l. illa institutio. ff. de hęre. insti. & Bal. in auth. vnde si parens.
C. de inoffi. test. & in l. fi. C. fa. ercis. Et in l. quoties. C. de hære.
insti. & in auth. nouissima. C. de inoff. test. & l. quoniam indi-
gnum. C. de testa. & gl. & Io. An. & Bal. & Domi. in c. si pater.
de testa. in 6. Et gl. & magis cōiter alij in d. c. Rayn. etiā si ver-
bum relinquo fuerit relatum ad dotem, vt ibi probat Ioan. de
Imo. in no. & est de mente gl. ibi in c. si pater qui supplent ad
tex. in d. c. Ray. in verbo relinquens vel titulo institutionis. Et
cum tex. in d. c. Ray. loquitur qn̄ verbum, relinquo, fuerit rela
11 tum ad dotem. ¶† Viso ergo ꝙ d. testamentum non habeat ob
stare. d. Diuidæ: videndum est ex quo capite debeat succedere
d. Diuida an ex primò testamento Bar. an ab intestato. & si te-
neremus ꝙ institutio facta de filia in dote primo testamento
non valeret: vt tenet Bal. in l. suus quoque. in prin. ff. de hære.
insti. & nonnulli. d. c. Rayn. per illum tex. de testa. quia filia vi
deatur instituta in re propria, cum dos sit proprium patrimo-
nium filiæ. l. Pompo. Philadelphus. ff. fam. ercis. & tunc consta
ret ꝙ res esset in causa intestati: quia institutio vniuersalis fa-
cta in d. primo testamento de Iacobutio fratre ipsius testato-
ris non tenet: quia decessit viuo testatore. l. j. §. & cum triplici.
& seq. & §. in nouissimo. C. de cadu. toll. tum etiam quia dictū
testamentum redderetur nullum ex capite præteritionis. l. si
filius in pote. ff. de lib. & posthu. & l. fi. C. de libe. præte. tamen
quia magis cōiter cōcluditur quod institutio facta de filia in
* dote valeat, vt per glo. in l. 3. §. sed vtrum. de mino. * & Spe. &
Io. An. in tit. de instru. edi. §. vt autem. versi. sed super. & Ang.
in l. 2. §. j. sol. ma. & Ant. de But. & Io. de Imol. in d. c. Rayn. &
Io. de Imo. in l. suus quoq;. in prin. præalleg. ideo concluden-
dum est filiam habere duplicem viam veniendi ex testamen-
to per ius accrescendi. l. j. §. si ex fundo. cum materia. ff. de hæ-
re. insti. & plenè in l. ex facto. eo. tit. & l. quoties. C. eo. vel si ip-
* sa possit repudiare hæreditatem sibi delatam ex testamento: *
& agnoscere abintestato. l. illud & l. si is ad quem. ff. de acqui.
hære. nec vigore clausulæ codicillaris erit aliquid restituen-
dum hæredi vniuersali scripto in testamento: quia decessit hæ
res viuo testatore: & sic antequam cedere posset dies alicuius
fideicom. vniuersalis. l. si in personam. C. de fideicom. & quod
ibi no. cum concor. ibi allegatis. ¶ Facit quod not. Bar. l. j. in 1.
col. ff. de iure codicil. vbi fortius vult ꝙ etiam si decessit mor
tuo testatore, ille qui virtute clausulæ codicillaris potuisset p
* fideicom. vocari * ad hæreditatem: tamen non transmitteret
tale fideicommissum nōdum agnitum ad hęredes suos, vt ibi
12 per eum. ¶† Vnde in proposito vtilius esse videtur d. Diuidæ
pendente compromisso vel iudicio repudiare hæreditatē sibi
delatam ex primo testamento: & adire ab intestato. & illud
ius superueniens ex causa de præterito conualidat iudiciū pręsens tantum inchoatum. l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. l. si manda-
uero. la picola. ff. man. & plenè no. in l. non potest. ff. de iudi.

cum fi. ¶Et quasi in terminis nostris decidit Io. de Imo. in l. hęres quandoque. ff. de acquir. hæredi. per illum tex. in l. si filius qui patri. in 2. col. ff. de vulg. & pupil. vbi dixit se habuisse de facto: quia egerat filius minor cum authoritate sui curatoris ad pensionem domus locate per patrem, & demum lite pendente iudicio minor adiuit hæreditatem paternam cum solẽnitate statuti: reuocabatur in dubium: nunquid possit conductor condemnari & dicebatur ꝙ non, ex quo tempore litis hæreditas non fuerat deprehensa legitimè secundum formã statuti. ar. l. non potest. & l. non quemadmodum. de iudic. tamen ipse refert se contrarium dixisse & obtinuisse: quia filio dicit obuenisse exercitium iur. & facultas exercendi ipsam actionẽ quæ de mero rigore sibi fuerat quæsita ex dispositione iuris communis. argu. l. si autem. §. possidere. & ꝙ ibi no. ff. de rei ven. & in d. l. non potest per gl. & doc. ¶Et quia superuenisse dicitur ius ex causa de præterito & sufficit ꝙ superuenerit ante conclusum in causa per id quod habetur in d. l. si rem. Et quod no. Bar. in l. si mater. §. eundem ad fi. de excep. rei iudi. & quia superuenit ius ex causa quæ retrotrahitur. d. l. hæres quãdoque. & hoc expresse tenet Cyn. & Bal. in d. l. hæres. quoniã autem illa est breuior & tutior via vt mihi videtur, vt patet intuenti, est satisfactum omnibus dubitationibus, & partes dominorum arbitrorum erunt in declarando dictam Diuidã fuisse & esse vniuersalem hæredẽ dicti B. eius eius patris ab intestato, & condemnare dictos reos conuentos ad restitutionẽ dictæ hereditatis, & bonorum eiusdem per eos occupatorũ. Ego Alexander Bononiæ.

ADDITIONES.

Idem supra hoc eodem lib. cõsi. 84. vbi non est positum extensè.

* Viso.] Contrà istam Drudam in fauorem illorum de Bellinis consuluit Barba. consi. 2. lib. 1. Natta.
* Subiecti.] In hanc opinionem inclinat etiam Fran. Aret. consi. 8. circa fi. & Bal. & ibi latè Ias. in l. omnes populi, col. 2. ff. de iusti. & iur. Et vide eundem Ias. ibi in 1. q. Bar. Natta.
* Pię cousæ.] Sequitur Soc. consi. 5. in fi. lib. 3. quamuis dubitet consi. 49. col. pen. lib. 4. Natta.
* Pestis.] Istam opinionem latè defendit Socy. consi. 85. per totum li. 4. Sed And. Sicu. contrariam sententiam sequitur consi. 87. colum. 2. lib. 4. & Ias. in d. l. fi. C. de testa. tenet testamentum valere amplectẽs istam opinionem pro æquiore, & veriore. Et latè istud idem tenuit Dec. consi. 284. 1. dub. Vide Firman. qui tenet opinionem Alexand. in tract. de gabel. in 2. parte. q. 24. Istam q. tangit etiam Christoph. Porcus inst. de test. mili. §. 1. Et contrà opinionem Alexan. tenet Barba. in c. cum esses col. 7. de testa. Ripa in tracta. de peste circa priuilegia vltimæ voluntatis. Natta.

a ¶Pestis. Adde Deci. consil. 284. consil. 504. Cor. consilio 68. colum. 1. li. 1. consi. 53. col. 2. lib. 4. & quòd propter pestem remittatur solemnitas testamenti latè Hyppo. de Marsil. l. 1. §. præterea. nume. 125. de quæstio. Fran. Rip. trac. de peste. fol. 30. fol. 38. Steph. Bertran. consil. 223. viso casu de quo supra. col. 1. lib. 1.

b Tenetur. Mat. afflict. dec. Neap. 25. Bertran. consi. 53. ex themate in fi. consi. 170. vide casum lib. 1.

* Testamenti.] In oppositum vide Ias. consi. 42. lib. 1. vbi declarat hoc dictum Bal. in l. cum antiquitas. & Bal. sequitur Are. in l. 1. §. si stipulanti, versus finem, ff. de verb. obl. Dec. consi. 105. col. 4. & pro dicto Bal. facit quia si duorum testium vnus plus dicit alter minus, vbi agitur de probando certum factum, non probant, vt sing. Alex. consil. 118. col. 1. suprà lib. 1. Et contra Bal. d. Rui. consi. 14. 1. dub. lib. 2. & cõsil. 1. col. 6. eod. lib. Natta.
* Vt per gl. in l. 3. sed vtrum, de mino.] Adde, quòd cum hac glo. tenet ibidem Bar. Natta.

c ¶Legatarius. dixi in consu. Pari. §. 96.

* Ex testamento.] Contrà quia prohibita fuit plus petere in testamento propter quod videtur prohiberi Trebellianica.] Imo. in l. 1. §. si fundo. ff. de hær. inst. & testatore prohibente Trebellianicam testamentum est validum non adita hæreditate. Bart. in l. nemo potest, colum. 1. de leg. 1. hoc argumento vtitur Barba. d. consi. 2. colum. 7. libr. 1.
* Vocari.] Communis opinio contra Bar. quòd fideicommissum vniuersale ante restitutionem transmittatur ad hæredes, etiam si sit inductum virtute clausulæ codicillaris, vt per Alex. in l. cum filio. ff. de leg. 1. Dec. consi. 468. col. 2. Natta.

d ¶Conductoris, & bene quicquid dicat Alex. pro supernumerarijs post locationem adiectis.

BONONIAE fuit ordinatum quoddam collegium dominorum sexdecim in quo extiterunt quandoq; plures homines habentes vocem in collegio ipso: quia quandoq; fuerunt decem & octo, ꝙ sic publicè appellationis tam de nomine collegij, quam de nomine personarum dicitur fuisse vocatũ. quo collegio sic vigente & ex morte dominorum aliquorum ex eis qui abundabant in d. numero redacto ad dictum numerũ sexdecim, fuit facta per habentem potestatẽ quędam locatio datij cartecellarum, q̃ incipere debebat de anno tunc proximo in qua fuit inter cętera conuentũ inter locatores datij ex vna parte, & conductores ipsius ex altera in hunc modũ. Itẽ che el condattore sia obligato obseruare la exceptione de lo vfficio delli sexdecim cioè per la parte. & che el ꝯtrahente nõ sia obligato per quello de li sexdecim che cõtrahisse seco. Et subsequenter de anno 1459. per habentes potestatem per do. legatum & ipsos dominos sexdecim, fuerunt super additi & aggregati dicto collegio septem alij ciues, qui fuerunt vltra dictum numerum sexdecim, & verba electionis prædictę fuerũt in hunc modũ: videlicet considerantes reuerendissimus do. gubernator, & magnifici domini sexdecim infrascriptos septẽ ciues dignos esse ꝙ admittantur & aggregentur ad dictum numerum & collegium. d. dominorum sexdecim, quorũ opera & fide integra circa pręsentem statum animaduertentes, ac et considerantes statutũ ciuitatis melius & salubrius per plures q̃ per pauciores volentes bonum huius regiminis & gubernationis inter plures partitos decreuerunt & numerum & collegiũ dictorũ dominorum sexdecim addere & additionẽ facere de dictis septem infrascriptis ciuibus supra numeratis. Et sic elegerunt & deputauerunt infrascriptos septem nobiles ciues Bononienses pro supernumerarijs antedictis. prædictis sic stantibus de numero prædictorũ septem ciuium ad dictum collegium sic congregatorũ fecit nonnullos cõtractus, pro quibus gabella dictis datiarijs foret soluenda, nisi se defendere valeat tanquam exemptus & priuilegiatus respectu dicti collegij, & reseruationis pędictę, & ex pędicta causa

d dicit se non teneri: Pro parte conductoris[d] dr̃ ipsum teneri: quia exemptio pro parte datij fuit reseruata simpliciter officio d. sexdecim, qui dicunt esse prout erant tẽpore locationis eis sexdecim factę ꝙ ipsi supernumerarij nõ debent gaudere tali exceptione, maximè quia licet sint adiũcti dicto collegio & possunt interesse & consulere. tñ ex conuentione inter eos habita nõ possunt effici & eligi priores de collegio, prout de octo diebus in octo fiunt alij de dicto numero, ꝙ non possint ponere seu dare fabas in aliquo partito: nisi in absentia. d. dñorum sexdecim, vel aliquorũ ex dictis alijs de dicto ad quã partem ciuis R. ꝙ collegium ipsum appellatur d. sexdecim tantũ quandoq; fuerunt plures: item r̃ndet eos non fuisse electos sub tali conditione & prolatione, ꝙ non possunt esse prioris eius, licet tamen sit conuentum. Quæritur quid iuris &c.

CONSILIVM CLXXVIII.

In occurrenti casu supra narrato videtur fortasse prima consideratione dicendũ verba dicti. c. dum taxat comprehendere eos qui tempore locationis erant de collegio. de sexdecim & non eos qui postea aggregati fuerunt dicto collegio, & superadditi vltra numerum sexdecim. ¶Hoc enim probari videtur primo per l. Iulia

1 nus. in fi. cum. l. seq. ff. de leg. 3. † vbi apparet ꝙ si legatus est fundus cum instrumentis fundi non veniunt instrumẽta quæ post tempus testamenti reperiuntur esse instrumẽta illius fundi: nisi hoc expressum fuerit. ¶Et per illum text. ad propositũ Io. An. in additio. Spe. in ti. de censi. §. nunc dicendũ. in addi.

2 magna circa pen. col. †Quęrit an dicta immunitate vel dominio gaudeant vi læ nouiter factę. & dicit ꝙ videtur quod sic: quia beneficia large interpretanda sunt. l. fi. ff. de const. princ. c. cũ dilectus de do. Pro hoc facit secundum eũ. l. placet. ff. de lib. & posth. & l. seruitus. de ser. vrb prę. contrariũ refert fuisse decisum p Guido. de Suza. per d. l. Iulianus. §. fi. & l. seq. & per l. vxori 2. responso. ff. de lega. 3. & l. 1. ff. communia prędio: & l. fi. ff. si ser. vendi. & l. dam. in prin. ff. de dam. infect. Et ita residet Ioan. An. in additione pędicta. ¶Facit. l. Seia. & l. medico. in princ. ff. de auro & argen. lega. & l. fi. §. qui insulam. ff. de lega. 2. ¶Accedit quia verba d. ca. debent esse limitata ad sexdecim: ergo non dicuntur comprehendere vlteriorem numerum. l. imperator. ff. de posthum. l. in agris limitatis. ff. de acquir. re. domi. ¶Et quòd specialis videtur gloss. in l. dam. infect. stipulatio competit. §. si is qui ædes. in versi.

compro-

cõpromissionis. in vlti.q.& quod ibi not.doct.ff.de dam.inf.
3 ¶† Præterea non videtur saltem negari posse quin verba dicti
contractus locationis, quo ad id de quo quærimus sunt ambi
gua:ergo fieri debet interpretatio contra eos qui se fundant ex
contractu locationis seu ex pactis in eo positis. l. veteribus.ff.
de pac.l.stipulatio ista.§.in stipulationib.& l.quicquid astrin-
gendæ.ff.de verbo.obligat. in c.ex literis. de sponsa.ergo fieri
debet interpretatio contra dictos aggregatos ad officium qui
se fundant ex pacto apposito in d. contractu locationis, cum
intentio conductorum sit fundata generaliter contra omnes
ex forma dicti datij & suæ concessionis. Ad idem quia præfa-
ti sexdecim non videntur esse de numero dictorum sexdecim
dominorum cum non possint esse de prioribus collegij vel da
re vocem:nisi in defectu seu absentia aliorum: vnde cum quo
ad omnia non habeantur vt illi qui sunt de numero sexdecim,
& per consequens non dicuntur propriè & verè esse de sexde-
cim,vt probatur in l.2.maximè in ver.imaginem.cum ibi no.
per glo.& doct. C.de iure aur.annullorum.& in l.pater mili-
ti.§.si seruus.ff.de cast.pecu.& in l.2.ff.ad maced.inducendo
& declarando,vt per Bart.in l.si is qui pro emptore.in ver.itẽ
quæritur circa prædicta vtrum fictio fingatur circa ea. ff. de
vsusca.& per illum ver.& per duos colum.in ver. pone ergo,
statuit ciuitas quòd nullus potest effici ciuis,& Bar.in l.mari-
tus.§.leg.Iuli.ff.ad l.iul.de adul.& Bald. in l.si non speciali.in
4 pen.col.C.de testa. vbi dicunt † quòd ille qui est ciuis quoad
quædam.non est propriè nec verè dicitur ciuis. & not. Bal.in
l.adoptiuum.§.patronum.in lect. antiqua.ff. de in ius vocan.
& in l.omnes populi.in pe.col.ff. de iusti.& iure.& in l.vrbe.
ff.de statu homi.& Pet.de Anch.in regu.cap. canonum statu-
ta.de consti. ver. alias. c. primę pone statuto cauetur &c. ¶ Et
verba dictorum contrahẽtium debent intelligi de his qui sunt
verè & propriè de dominis sexdecim: non autem fictè vel im-
propriè.l.ex ea.§.insulam.& quòd ibi no.ff.de verb.oblig.l.fi.
C.de his qui veniam æta.impe.c.susceptum.de rescrip.in 6.Et
no.doc. & maximè Io.de Imo.in l.j.§.lex falcidia.ff.ad l.falci.
¶Denique si aliud diceremus,sequeretur quod esset in potesta
ti legati:& d.dominorum sexdecim,qui fortasse fuerunt loca-
tores prædicti,illudere dictos cõductores & eos maximo dam
no afficere,augendo numerum dominorum sexdecim ducen-
do eos ad concilium seu collegium:& magis etiam si prouide
rent quòd isti qui aggregarentur haberentur tanquam de col-
legio dictorum dominorum sexdecim quo ad aliquid : quod
tamen esset absurdum diceret & nullo modo dicendum argu.
l.2.ff.quòd vi aut clam.& l.ne in potestate.ff.de arb.maximè:
quia non potuerunt conductores arbitrari & videre a princi-
pio quòd possint in futuro creari & adiũgi dicto officio:ideo
illi non debent comprehendi qui non erant tempore condu-
ctionis de officio, vt no.p Cy.& Bar.in l.fin.C.qui res pig.obl.
poss.& Bar.in d.l.si ita.de aur.& arg.leg.in ver.2.etiam viden
5 dum &c.per illũ tex.¶†Ad idem quod no.gl.& clarius Hosti.
& alij.in c. in capel. de priuile. vbi volunt quòd priuilegium
* concessum monasterio & capellis suis * non extenditur ad ca-
pellas postmodum acquisitas.arg.l.fi.§.Caio.de lib.leg.& l.cũ
stipulamur. de ver.obl. Et quia tale priuilegium detrahens ter
tio est restringendum & odiosum.l.si quando. in princi. C.de
inoffi.testa.l.impuberi.ff.de admi.tuto.cum sibi.¶Facit etiam
6 quod habetur in c.quanto.de censibus.† ille qui promisit pro
* curationem præstare fratribus certi conuentus, * si illi fratres
postea multum excrescant in numero:adeo quòd si promissor
teneatur ad procurationem pręstandam omnibus fratribus ni
mium grauaretur propter numerum auctum,potest implora-
re iudicis officium vt sibi succurratur ne grauetur in totum,
nisi etiam redditis oblatis qui præstare debeat procurationem
7 commodè & præstare posset .¶†Et ideo per illum tex.decidit
Host.quòd de eo qui recipit feudum, & promisit domino ma
cinare ad molendenum ipsius vasalli quantum erat necesse ꝑ
ipso & eius familia:& etiam videtur decidere Host.quòd non
per illum tex.Pro hac conclusione est bonus tex.cum glo.in l.
non modus. C.de ser.& aqua. vbi si concessisti mihi seruitutẽ
ducendi aquam pro rigando prędium meum vel prædia mea:
& postea prædium meum augmentaui vel alia prædia de no-
uo acquisiui:adeo quòd volo ducere aquam vigore dictæ ser-
8 uitutis,certè non possum . ¶ † Et ideo ibi infert Petr.& Cyn.
quòd si rusticus promisit dare cuilibet canonico sancti Marti
ni pro anniuersario: & tẽpore promissionis non erant nisi 10.
canonici : & postea sunt viginti,an cuilibet debeatur conclu-
dunt quòd non:quia tempore promissionis non poterat rusti-
cus prouidere quot futuri erant canonici per d.l.non modus.
cum gl.& per d.l.damni.§.si is qui ędes.& ista decisio videtur
multum stringere ad propositum.¶Et bene facit quod legitur
& no.in d.c.fi.de rescri.vbi rescripta beneficialia non trahun-
tur ad beneficia postea creata. ¶Sed præmissis non obstantib.
a contrariam sentẽtiam puto a de iure veriorem ex infrascriptis.
¶Et primò per ist quod habetur in c. quia circa,de priui. & ꝙ
9 ibi plenè no. † vbi priuilegium concessum vni ecclesię super
episcopalibus decimis retinendis,extenditur etiam ad posses-
siones seu prædia postea quæsita, ne eadẽ res diuerso iure cen-
10 seatur.¶†Secundò pro hoc facit:quia vbi dispositio huiusmo
* di fit per nomen collectiuum seu vniuersale comprehendit*
etiam augmentum superueniẽs de futuro.l.peculium.in prin.
ff.de leg.2.l.grege.ff.de pigno.l.grege. ff.de lega.j.l. pen.ff. de
fun.instru.Sed ista immunitas fuit concessa officio sexdecim:
& omnibus qui essent de illo collegio qui emerẽt vel cõtrahe
rent vt sonant verba apertè.d.c.sed collegium seu vniuersitas
sunt nomina collectiua seu vniuersalia, sicut peculium, grex,
& similia.l.proponebatur, de iudi.l.sicut.§.in decurionibus.
ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomine. iuncta l. si grege. ff. de
leg.j.& d.l. peculium. ergo comprehenduntur illi qui postea
sunt effecti de dicto numero sexdecim . ¶Pro hoc & tertiò ad-
duco decisionem Io.And.in regula,qui sentit de reg.iur.in 6.
11 in mercu. qui satis videtur decidere casum nostrum . † Nam
quærit ipse quid si abbas & conuentus habent priuilegium ꝙ
possunt admittere familiares suos ad diuina, an familiares re-
cepti post priuilegium cõprehendantur.& arguit pro & con-
* tra. Et soluendo concludit quòd aut noui familiares * in locũ
priorum deficientium vel recedentium sunt assumpti post da
tionem priuilegij , & cõprehenduntur.c.ecclesia Sanctæ Ma-
riæ vt lite pendente.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis cau.
melius facit.licet ipse nõ alleget.l.seruitutes.§. si sublata.ff.de
ser.vrb.præd. Aut noui familiares sunt adiuncti primis:& tũc
distinguit:aut adiunctio est facta ex iusta causa. aut ex mera
voluntate,primo casu quando ex iusta causa:quia auctum est
monasterium monachorum,& auctæ sunt facultates ita quòd
maior familia necessaria est : tunc adiuncti gaudebunt priui-
legio:quia priuilegium indeterminatè loquens indetermina-
tè debet intelligi.77.dist.si Euangelica.& c.consuluisti.c.quo
niam.& ibi plenè no.de coniug.lepro.& pro hoc etiam addu
cit.l.si seruitus.ff.de seruí.vrb.prædi.& l.forma.§.quanquam.
ff.de censi.& l.fin.§.Caio.de lib.lega.& l.si mancipia. de fun.
instru. ver. legato fundo cum mancipijs cedunt legato man-
cipia quæ colendi fundi causa testator ibi post testamentum
induxit.& per alia iura de quibus ibi per eum.si autem adiun
ctio familiarum fuerit facta ex nuda voluntate:& tunc illi no
ui familiares non gaudebunt hoc priuilegio : quia fictio est
falsa causa,& reprobatur in talibus.cap.fin.de verbo.signific.
lib.6.c.tuarum.de priuile.vt ibi plenius per eum. ¶Sed ita est
quod,vt præsupponitur,respublica melius regebatur per plu
res ; & etiam quia vt non sine difficultate ante dictam adiun-
ctionem poterat haberi numerus necessarius & sufficiens ad
excipienda negotia occurrentia in dicto offic. ergo videtur
quòd priuilegium trahatur ad istos adiunctos. ¶ Benè facit
etiam quod not.Ioan.de Imo. & Ioan.And.in c.fin. de verbo.
12 signi. in 6. in nouc. † vbi dicunt quòd si episcopo fuit con-
* cessum priuilegium ; * vt quatuor clerici ad sua obsequia exi
stentes percipiant fructus beneficiorum quamuis in suis ec-
clesijs non residẽant quòd eodem beneficio gaudebunt cleri-
ci post priuilegium subrogati loco aliorum , vt l. sicut in an-
nos.secundo responso.ff.quemadmo.vsusfruc. amit.& per d.
capit.quia circa,ex l.si ita fuerit. ff. de lega.3. d. l. mancipia.
¶Ego pro hoc adduco id quod not. Pet.vt refert Cyn. in l.pla-
13 cet.C.de sacrosan eccle. † vbi quærit,an priuilegium conces-
sum ecclesijs puta ciuitatis Bonon.extẽdatur ad ecclesias con
structas post concessionem priuilegij : arguit pro & contra :
finaliter concludit quòd sic,per l.penu.ff.de fun.instru.& per
d.cap.quia circa.& de l.si peculium, & hoc etiam tenet Ray.
& Fulg.in d.l.placet. ¶Et ita etiam videtur tenere Barto.in d.
l.damni infecti stipulatio competit. §. si is qui ædes. vbi post
Iacob. de Are. quærit an si concessum fuit priuilegium im-

 munitatis

munitatis alicui monasterio & eius capellis, comprehen-
dantur capellæ postea constructæ. & remittit ad not. per Cy.
in d. l. placet. ¶ Quintò pro hoc adduco id quod not. Iona.
14 An. in addi. in tit. de treug. & pac. in rub. in fine. † vbi quæ-
rit quid si duæ ciuitates fecerunt pacem vallatam pœna pro
se & suis subditis. An hæc pax extendatur ad villam quæ po-
stea se submisit alteri dictarum ciuitatum. & dicit vnà cum
Guidone ꝙ sic. & ꝙ ita fuit iudicatum per l. si seruitus. ff. de
ser. vrban. præd. & l. si quis filiabus. ff. de testa. tamen ad hoc
etiam dicit facere text. in de ca. quia circa. de priui. & ꝙ not.
in l. cum capella. eo. ti. ¶ Sextò probatur per id quod habetur.
in c. pen. & in c. ex parte tua. de deci. inducendo, vt facit Ioan.
15 de Imo. in l. damni. §. si is qui. ff. de dam. infec. † vbi quærit,
an priuilegium exemptionis super decimis vel collectis non
soluendis porrigatur ad prædia quæsita post concessionem
immunitatis: * & dicit ꝙ sic per d. c. quia circa. Et subdit hoc
esse verum non solum quando agitur de præiudicio tantum
concedentis, quo casu latè fit interpretatio: iuxta ea quæ ha-
bentur in c. causam quæ. de rescr. & in c. olim. de ver. sig. & in
l. fi. ff. de consti. princi. sed etiam vbi concederet priuilegium
Papa de decimis non soluendis ad præiudicium parochialis
ecclesiæ & sic tertij. ¶ Et dicit probari per dictum c. ex parte.
iuncto d. c. pe. vbi patet quod priuilegium concessum certis
religiosis super decimis laborum suorum non soluendis, cō-
prehendebat futura, nisi fuisset prouisio postea facta, per d. c.
pe. quanto magis hoc esse debet in casu nostro cum ista con-
cessio immunitatis facta per superiores in d. contractu loca-
tionis non concernat præiudicium tertij: sed solius concedē-
tis seu illius qui repræsentatur pro concedente. ¶ Nec potest
dici ꝙ prædicta concessio immunitatis sit in præiudiciū con
ductoris: quia respondeo ꝙ dato ꝙ diceretur esse in præiudi-
cium tertij, sed in præiudicium illius qui consensit illi con-
cessioni immunitatis. & non dicitur esse in eius prǽiudicium,
quia verosimiliter minori mercede conduxit datium quasi il
la reseruatio immunitatis fuit pars mercedis. l. fundi partem.
de contrahen. emp. ¶ Et non potest dici ꝙ dicta concessio im-
munitatis fuerit in prǽiudicium conductoris, cum nullum
ius esset acquisitum conductori antequā fuerit concessa di-
cta immunitas. l. contractus. C. de fide instru. ¶ Ad idem facit
quod not. Io. de Imo. in l. dam. inf. §. si is qui vicinas. de dam.
16 infe. † vbi dixit ꝙ si concedo tibi feudum cum pacto quod
ibi ædifices domum in qua promittis me recipere cum fami-
lia mea & a tempore promissionis habebā tantum quinq; in
familia mea, an teneberis omnes recipere si sit aucta familia
supra quinque, & dicit quod sic, dummodo non sit aucta in
nimis magna quantitate: alias excessu, per id quod habetur. in
c. quanto de censi. sed magnus excessus non consueuit appel-
lari qui non excedit dimidiam totius. l. 2. cum ibi not. C. de
rescin. ven. & in c. pe. de emp. & vend. quinimo text. in d. ca.
quanto. loquitur quando grauamen excreuerit in duplo. Et
vbi nimis magnus non est excessus, tenetur etiam pro futu-
ro augumento oneris quando ille se obligauerit ex liberalita-
te. ita loquitur tex. in d. c. quanto. igitur tanto magis quando
se obligauerit non ex liberalitate, sed ex contracto vltro citro-
que obligatorio, vt in casu nostro, arg. l. inter eos. §. 1. & l. ne li
beralitate. ff. de re iud. & l. id quod, in prin. ff. de dona. ¶ Nunc
restat respondere ad allegata in contrarium: & primò non ob.
l. Iulianus. in fi. cum l. seq. ff. de le. 3. quia ꝙ ibi testator vsus
fuit verbis præsentis temporis, ideo non trahitur ad futurū. l.
si stipulatus fuero. §. cum stipulemur. l. si a colono. ff. de verb.
obl. l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. & plenè per Bar. in l. si ita, de
aur. & arg. leg. & per docto. in c. quia circa. sed in casu nostro
oratio fuit prolata sine tempore, quo casu extenditur ad futu-
ra: vt s. probatum. ¶ Non enim fuit dictum in locatione ꝙ il-
li qui sunt de officio vel illo numero sexdecim sint immunes:
sed fuit dictum quod conductor datij sit obligatus seruare
exemptum officium dominorum sexdecim. ¶ Et hęc eadem
responsio potest dari ad d. l. vxori. §. 1. de leg. 2. quia ibi dispo-
sitio fuit concepta per verba præteriti temporis, vt ibi per gl.
17 alias posset responderi, vt patet ibi ex no. per Bar. ¶ † Non ob.
l. 1. cum concor. ff. communia prædi. quia respondeo quod
verum est quod actu non potest acquiri seruitus prædictorū
futurorum adeo quod seruitus formata vt ibi. tamen potest
deduci in contractum seruitus pro futuro prædio: adeo vt il-
lo acquisito debeatur seruitus. l. si seruitus. §. futuro. ff. de ser-
ui. vrb. præd. ¶ Non obst. d. l. damni. §. si is qui. quia respon-
3 ¶ † Et probatum est per duos ex testibus ibi scriptis, quòd illa scriptura fuerat scripta manu ipsius Ioan. & præsentibus ipsis testibus, & dicto Ianiacobo, & talis probatio videtur quòd sit plena & sufficiens: vt firmat Iacob. de Are. & Cyn. in l. comparationes. C. de fid. instrum. & clarius Ioan. de Imol. in l. nuda ratio. ff. de dot. in c. scripta. de fid. instrum. Lud. Ro. in d. l. nuda ratio. & in l. admonendi. de iureiur. vbi concludũt quòd si per testes probatur fuisse scriptam scripturam probatam à debitore, creditore præsente, & præsentibus ipsis testibus, ista probatio est sufficiens & plena etiam absque aliqua comparatione scripturæ negatæ à debitore: quia isto casu testes nõ possunt decipi, eo ipso quòd deponunt quòd est scripta manu debitoris, & reddunt rationem dicti sui: quia fuerunt præsentes, & viderunt eam scribi cum deponant per sensum bene appropriatum: ideo debet eis credi. per not. per Innocen. in cap. causam quæ inter Archiepiscopum. extra de testibus, & not. in l. 3. & l. testamentum. C. de testam. ¶ Bene possent decipi si redderent causam dicti sui: quia simpliciter dicerent se cognoscere literam esse scripturam manu debitoris: quia habent ipsam notam: tunc bene posset procedere id quod

quod no. Bart. in auth. & si contractus. C. de fid. instru. in ver. oppo. dicitur hic ꝙ cum operatione &c. ¶ Et pro ista opi. dicunt præfacti doct. esse casum auth. de inst. cau. & fide. §. si vero tale. iuncto eo quod habetur in prin. illius auth. Vbi apparet ꝙ si testes deponunt se præsentes fuisse scripturę, quando fuit scripta manu Titij & comparatio literarum facta super hoc sit in contrarium: tamen potius creditur testibus de veritate rei deponentibus, scilicet quòd verè sit scripta per talem: ergo multo fortius deberet credi testibus, quando non habet contra se præsumptionem comparationis. ¶ Vnde concludūt præfacti doc. ꝙ aut ille qui vult probare scripturam esse manu debitoris, incipit a comparatione. Et fatendum est ꝙ illa sola non sufficit: sed oportet initi testibus. & ita intelligit tex. in auth. de insti. cau. & §. sed si quis. & no. Bart. in l. nuda ratio. cum si. Sed si incipit a testibus non est necessaria literarū
4 comparatio per iam dicta. ¶ † Ad hoc etiam quod not. Bart. in d. auth. & si contractus. & l. nuda. & Ant. de But. in d. ca. 2. de fide instru. circa. 2. vel 3. col. Vbi dicunt ꝙ quando scriptura priuata habet subscriptionem testium, & partium, & testes recognoscunt omnes subscriptiones tunc scriptura illa facit plenam fidem sine aliqua comparatione, per l. scriptura. C. qui po. in pi. ha. ¶ Et dicit Ludo. Roma. in d. l. admonendi ꝙ illud quod dicit Bart. in scriptura habente subscriptionem partiū, procederet etiam si haberet subscriptionem illius solius partus, quæ se principaliter obligat per id quod in simili no. gl. in auth. de tabel. §. non autem. sed ita est ꝙ dicta scriptura est sub scripta a Io. qui se principaliter obligat, & est comprobata per testes: ergo facit plenam probationem. ¶ Et fortius dicit Bald. in d. l. admonendi. & Ant. de Bu. in d. c. 2. quod in casibus in quibus testes deponentes scripturam esse manu debitoris facerent semiplenam probationem prout singulariter faciunt secundum eum vel comparatio literarum faceret per se semiplenam probationem: tamen tanta posset fides testium vel tanta posset esse uis comparationis quod ei daretur plena fides, vt probant ipsi per tex. in d. §. si vero tale. ¶ Et sic istud videtur satis arbitrarium & non videtur posse negari saltem quin reo petente debeat sibi deferri iuramentum ad supplendum probationem: iuxta no. in d. l. admonendi & d. l. in bonę fidei. & in ca. fi. de iureiu. ¶ † Nec prędictis ob. si dicatur ꝙ tres testes
5 erant bene subscripti. * sed solum duo recognouerunt subscriptiones & deposuerunt scriptam esse manu Io. quia dico primò ꝙ de iure canonico sufficiunt * duo: vt no. Spe. in ti. de instru. edi. §. nunc videndum. circa prin. & causa versatur in terris ecclesię in quibus seruari debet ius canonicum vt d. c. possessor. de reg. iu. in ca. 2. de arbi. in 6. ¶ Secundò respondeo ꝙ illud quod dicitur ꝙ tres testes requiruntur, habet locum quādo contractus excederet libram auri, aliàs sufficiunt duo: vt in auth. de instr. cau. & fin. §. fi. & legitur. & no. in aut. & si contractus. C. de fide instru. ¶ Nec obst. si dicatur quod tempore dictæ scripturæ. Io. erat minor 25. an. & quod vigore statutorum loci dicta scriptura non obligat eum, & maximè statuti positi sub rubrica de modo & forma seruanda in contractib. minorum, quia respondeo primò quod statutum prædictum excipit causam quando minor distraheret aut contraheret super fructibus quo casu disponit ius commune seruari: & constat quod de iure communi talia fieri possūnt ab ipso minore curatorem non habente. C. de in integ. restit. l. si curatorem. ¶ Et constat quod illa liberatio a pensionibus annorum prætoritorum quæ probatur facta per dictam scripturam, dicitur
6 distractus factus super fructibus: quia † pensiones apothecarum dicuntur fructus ciuiles: vt l. si nauis. ff. de rei. ven. & no. gl. in prin. l. diuortio. so. ma. & Bart. in l. ex diuerso. in 1. col. de rei vendi. & in l. vbi adhuc. in pe. col. C. de iure do. Et no. Ant. de But. in cap. grauis. de resti. spo. ¶ Et quamuis non dicantur fructus naturales, tamen sunt ad similitudinem eorum. l. prædiorum. ff. de vsur. iuncta d. l. si nauis. & ibi Bart. ¶ Vnde dato quod pensiones large dicuntur fructus * per d. l. prædiorum. & sentit Bal. in d. l. si traditio. in fi. C. de act. emp. Tamen vt statutum prædictum reducatur ad ius commune quanto magis fieri potest debet dici ꝙ etiam comprehendat fructus sub larga significatione. & no. An. de But. & Io. de Imo. in c. cum dilectus. in notabilibus, per illum text. cum glo. de consuet. ¶ Et sic negari non potest ꝙ vigore dictæ scripturę liberatus esset dictus Ianiacobus pro pensionibus annorum tunc prætæritorum scilicet ante annum 1449. de mense Maij, & pro residuo temporis est facienda compēsatio sine dubio pro dictis libris quinquaginta. & vt dicit eximius dominus aduocatus Ianiac. non est sufficienter probata minor ætas Io. tamen quia satis plenè scripsit: ideo illud fundamentum omittam. ¶ Ex quibus concludo ꝙ partes arbitrorum sunt in absoluendo diffinitiuè dictum Ianiacobum quia non probauit id quod de necessitate sibi incumbebat. videlicet quanti cōductus fuisset dictam apothecam Ianiacobus: nec etiam quantum communiter locata & conducta fuisset. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Vsus. adde Bal. l. si is qui. §. fi. antichrysis. de Pi.
* Subscripsi.] Nota regulariter requiri subscriptionem trium testium, qui omnes debent recognoscere eorum subscriptiones in contractu excedente libram auri, nec sufficit recognitio duorum, nisi deponant de substantia negocij, Fel. in c. 2. extra de fide instru. Natta.
* Sufficiant.] Istud improbat Abb. in c. 2. extra de fide instru. Natta.
* Fructus.] Vide Alex. in l. diuortio, col. 9. ff. solu. mat. in versi. Nota tamen ex glo. vbi vult quòd strictè appellatione fructuum non veniant pensiones. Natta.

EPITOME.

¶ Incertitudo vitiat libellum nisi procedat ab impedimento iuris vel aduersarij: rationes sine causa vel sine die non valent.

CONSILIVM CLXXXII.

Lectis & ponderatis verbis dictæ scripturæ de qua in themate fit mentio, de alijs quæ in eodem themate narrantur, omisso omnium verborum argumentorum
1 superuacuorum apparatu, prout in consulendo decet. ¶ † Circa primum dubium puto de iure consulendum quòd dictus libellus non procedat parte opponente quia in libello de quo agitur de actione personali: prout in proposito requiritur expressio causę ex qua oriatur obligatio. l. & in eandem. §. actiones. ff. de executio. rei iudi. & melius in ca. fi. de libelli obla. & nota. gl. & docto. in l. 1. in princ. ff. de eden. & in l. edita. C. de eden. in l. 2. §. circa. de doli excep. & no. Specul. in tit. de libel. oblati. §. iuxta. vers. sed nunquid. ¶ Et hoc ideo vt reddatur certus reus an velit cedere vel contendere: & comprendere possit qua actione seu ex contractu certo, puta an contractu bonæ fidei an stricti iuris, & an sic possit suas defensiones certas parare. ita voluit Cyn. in l. edita. in verbo, tertio loco iuncto versicul. incipien. Secundo iuxta hoc etiam & idem no. in effectu doc. maximè Anto. de But. in ca. 2. de li. ob. dum tractat quomodo causa debeat exprimi. in libello producto in actione personali. Et vult quod factum debeat cū expressione causæ taliter narrari, ꝙ certa claudatur actio. ¶ Bene facit text. in d. l. 1. in princip. ff. de eden. Sed in dicto libello expressè sunt duæ causæ alternatiuè scilicet causa societatis vel causa mutui. Quarum causarum vna producit actionē bonæ fidei, alia
2 stricti iuris. † Et per consequens certa non concluditur actio imo incerta. quia alternatiua parit incertitudinem. l. vbi au-
3 tem. §. qui illud aut illud. ff. de verbo. oblig. l. prętor. † §. quod autem pretor. ff. de iniu. & ideo dicunt docto. quòd quando dubium non est alternatiuum cuius electio non spectet ad reum, non procedit libellus alternatiuus, vt no. Bartol. & alij. in d. §. quod aut prętor. & d. §. qui illud. & in l. 2. C. de senten. sine certa quantitate. ¶ Nec obstat si diceretur quòd vbi sit probabilis incertitudo: vt quia procedit a facto aduersarij: tunc procedit libellus alternatiuus & incertus. l. 1. §. quod autem. ff. quorum lega. & ibi Battol. capit. constitutus. & ibi no. Innocen. extra de resti. in integr. Et not. glos. in capit. Abb. in glo. magna. de rei iudic. lib. 6. Et Bartol. in pręalle. §. qui illud. & no. doc. in c. 2. de libel. obla. & in cap. tertio loco. de prob. ¶ Quia respondeo primò prout dixit Angel. in l. stipulationes non diuiduntur. §. 1. de verbo. obliga. quem quantum ad propositum sequitur Ioan. de Imo. in d. l. stipulationes. in fi. prin.
4 vbi dicunt ꝙ verum est † ꝙ procedit libellus incertus, quando non est in potestate actoris certum facere libellum propter impedimentum iuris, vel propter factum aduersarij. vt in d. §. ꝙ aūt. vel quia pēdeat a potestate iudicis, prout est declaratio interesse. l. 1. C. de sent. quę pro eo qd interest. iuncta. l. 3. C. de inutil.

inutil.stipulat.& §.curare.instit.de actio.cum ibi no. Vnde si quis nesciret quantum sibi debeatur ex mutuo: quia illud mutuum factum a defuncto cui ipse actor hæreditario iur. successit. nam propter hoc non procederet libellus incertus alleg.l.si in rem.ff.de rei vendic. & ita est quòd nulla incertitudo hic procedit a facto aduersarij: nec ab impedimento iuris, vel a potestate iudicis: ergo &c. ¶ Quod autem non pendeat a facto rei conuenti, patet: quia reus conuentus antequã libellus produceretur ad interrogationem actoris: respondit quod dicta scriptura erat de manu ipsius rei: sed quod erat facta manu tertij non ipsius scribentis: ita quòd dici non potest quòd post dictam respõsionem actor facto aduersarij esset incertus postquam reus clarè respondit. Ita not.glo.& doct.in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.& declarat Bald.in l.j.in iij.oppo.C.de furt.¶ Nec sumus in casu in quo propter impedimentum iuris non possit quis libellum facere certum: prout est in casu d.l.ij.C.de senten.quæ sine cer.quantitate. licet ergo probatio qua vsus esset actor sit dubia, vel incerta istud non sufficit ad faciendum quod possit producere libellum continentem repugnantiam, seu alternatiuam, vel incertum vt no. Bart.& alij post eum.ff.de appell.l.si expressim, in versic.tertio loco quæro ad declarationem prædictorum &c. in l.j.C.quando prouo.non est necess.& Pet.de Anch.in cle.j.de re iudi.& colligitur ex no.per Ang. & Ioan.de Imol.in d.l.stipulationes non diuiduntur.dum voluit quòd licet aliàs hæres habet probabile ignorantiam eorum quæ gesta sunt a defuncto.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.l.fin.ff.pro socio.Tamen hæc ignorantia non est sufficiens causa, vt possit producere libellum incertum, vel alternatiuum. ¶ Vide quod not.Bart.in d.§.quòd autem, dum vult quòd si incertitudo non procedit facto aduersarij. tunc debet proponere actionem certam seu factum ex quo certa demonstratur actio, vt ibi Ang.declarat. ¶Circa secundum dubium scilicet vtrum posito, quòd libellus procederet possit dictus Marcus reus condemnari vigore dictæ scripturæ. Et in paucis concludo ꝙ non; Primo, † quia scriptura producta per actorem interpretatur contra ipsum producentem, quia probatio debet de necessitate concludere c.in præsentia, de probat. Ad hoc l.veteribus, cum ibi no.per do.ff.de pac. Sed scriptura dicta est ambigua & incerta, ergo &c. ¶Quod sit ambigua patet.quia ibi non dicitur, si bene inspicitur, quòd Martinus sit ille qui debebat habere illas summas ibi descriptas posito quod hoc ibi dicitur, quòd non dicitur ibi a quo debeat habere. ¶ Fortificatur: quia si quis impersonaliter loquatur cum Titio seu pari ratione scribat impersonaliter, talis impersonalitas ex parte debitoris seu promissoris vitiat, cum loquens, vel scribens nõ intelligat se obligari nisi asserat se promittere seu debere. vt est text.in authen. si quando.C.de constit.pecun.& no.do.in l.stipulatio ista.§.si
5 quis ita. de verb.obl.& l.fin.ff.si cert.pet. † Non ob.etiam dicta scriptura continens rationes: quia aut illæ rationes nõ cõtinent causam. aut continent causam incertam & obscuram. Constat autem quod scriptura continens rationes non probat nisi in ea sit causa.l.nuda ratio cum glo.fin.& ibi no.doc. ff.de donat.l.cum de indebito.§.fin.ff. de probat.c.cautio, de fide instrum.no. glo. & doct.in l.instrumenta.C.de probat.& not.etiam Bar.in l.scripturas.C.qui pot.in pign.hab. Et paria sunt quòd causa non sit expressa, vel quòd sit expressa non tamen apertè, certitudinariè,& intelligibiliter: & etiã pro nullo habeatur, vt patet ex no.per Bart.in l.quicquid astringẽdæ.in j.colum.per illum text.secundum vnam lect. de ver.oblig. & Spec.in tit.de instru.edi.§.ostenso.§. quid sit abreuiatura. & per no.per glo.in l.ij.§.circa,de doli excep.& no.Bald.in l.generaliter,in 4.quæst.C.de non nu.pecun.Et ibi dicit, quòd causa debet esse apta potens & cohærens. ¶ Bene faciunt quæ dicta sunt supra in primo dubio, dum dixi quòd causa in libello debet exprimi certa & concludens ad actionem certam.
6 ¶† Laborat insuper alio morbo dicta scriptura cõtinens rationes: quia in eis non adest etiam dies qui quidem in scriptura continente rationes datorum & acceptorum est necessarius: vt probat Bald.in rubr.C.de fid.instrum.in 16.col.versi.viso de scripturis, quæ sunt publica manu &c. Et probatur in l.j.§.rationes,de eden.& ita no.Ang.ibidem in §.editiones, in ij.colum.C.de eden.& ita limitant doct.& declarant tex.in l.cũ tabernam.§.idem quæsijt.ff.de pign. vbi secundum magis cõmunem intellectum dicitur, quòd priuata scriptura non requirit diem. nam illud non procedit scriptura priuata continente rationem datorum & acceptorum. ¶ Plus voluit & singulariter Bart.in l.inter chartulas de conueniendis fis.de li.x. quod si quæratur de virtute scripturæ priuatæ carentis die & consule, debet distingui: quia aut quæritur an valeat, aut quę ritur ad quid valeat. Si quæritur an valeat dicendum est quod valet: vt d.§.idem quæsijt.& no.in l.ij.in §.item labeo, de aq. plu.arcen. & in l.scripturas.C.qui pot.in pigno.habean.cum concord. Si vero quæritur ad quid valeat: & dicendum est quod probat promissionem, vel obligationem esse factam: & etiam potest esse tempus præscriptum. Et ideo necessario habet creditor de tempore docere secundum Bal.argum.l.eum ff.de negò.gest.& in l.matrem.C.de probat.¶ Et ad istum sensum possent adduci verba Bald.post Cyn.in l.si qua.C.de diuer.rescrip.& Angel.in l.sciendum.in ij.col.de verb.obligat. Tamen hoc vltimum pro nunc non pono pro constanti, postquam non est opportunum stantibus alijs fundamentis. de
7 quibus supra.¶† Accedit vltimo: quia in dicta scriptura sunt intermediæ multæ fatuitates, & res nullum effectum importantes descriptæ quo fit, vt ex his monstratur scribentem potius iudicandi quam se obligandi animo scripsisse: vt inquit tex.in l.obligationum substantia.§.fin.de actio.& obligat.vel præsumi debet ipsum Marcum in toto illo actu scripturę non fuisse tunc temporis sanæ mentis, ita voluit Bart.in suo tract. de teste in c.incipiente, opposita pendentia. versus fin.allegat l.quidam in suo, in fin.ff.de condict.instit.¶Bene faciunt quæ not.in l.furiosum.C.qui testam.face.poss. ¶ Quo ad vltimum dubium. an casu quo probaretur fuisse contractam societatem inter dictum Martinum, dicta scriptura habet fundare intentionem actoris contra Marcum. & dico quòd non: quia decisio patet ex dictis supra circa præcedens dubium. Nam omnes rationes ibi adductæ infringunt probationẽ illius scripturæ, siue præcessisset societas inter eos, siue non. ideo super hoc dubio non est opus laborare. non enim sequitur, præcessit societas inter eos, ergo rationes, de quibus in dicta scriptura. quæ nullum habent diem, pręsumuntur esse ex causa dictę societatis. ista enim non est probatio concludens prout debet esse probatio d.c.in præsentia. & maximè: quia non apparet quod dictæ rationes fuerint ex causis sequutis post societatẽ, vel ante: quia ibi dies non est descriptus: & sic non potest dici quod sunt ex causis descendentibus ab illa societate: quæ probatur per id quod habetur in l.eum actum.ff.de neg.gest. & in l.matrem.C.de probat.in clem.fin.de rescriptis.& Bart. in l.non solum.§.vt probari, de nou.oper.nuncia.cum simil. Et sic concludo dictam scripturam non fundare intentionem dicti Petri agentis. Alex.

CONSILIVM CLXXXIII.

INCIP. Viso processu inter Andream & fratres &c. habebatur hic corruptissimè & perfectè quasi Alexand. consuluisset appellationem desertam, sed contrarium est: vt patet infra, lib.vj.conf. 12. vbi videas: quia ibi plenè & fideliter habetur.

ADDITIO.

* Istud consilium pro parte affirmatiua ponitur consil. 12. libr. 7. Vbi deinceps allegans ad partem negatiuam oppositum concludit. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutioni subiecta possunt alienari consensu substitutorum.*
2 *Substitutio facta de liberis filiorum, intelligitur de illis qui erãt tempore testamenti.*
3 *Pupillaris expirat substituto procreante liberos.*
4 *Substitutio facta filijs filiorum non valet.*
7 *Iurisperiti dictum dat iustam causam ignorantiæ, vt res subiecta restitutioni possit alienari.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

Viso themate dicti Siluestri, & his quæ narrantur in themate: quamuis de iure bona subiecta restitutionis fideicommissi alienata possint non obstante alienatione vendicari per substitutos vel fideicommissarios euenientе conditione fideicommissi, vt in authen. res quę cum ibi no.C. communia

munia de leg.& l.fi.§.finautem.sub conditione. eo.tit.& not.
1 in l.cum pater.§.libertis. ff.de leg.2.cum similib.† Tamen in casu proposito puto dictam alienationem fieri posse per dictũ Roge. maximè consentientibus omnibus substitutis alijs dicti Ioan.& omne ius sibi competens vel competiturum occasione testamenti solemniter remittentibus, & alienationi consentientibus.¶Nam renunciationem facere & consensum præstare possunt:adeo quod per ipsos consentientes nunquã alienatio rescindi potest.l.quoties ab omnib. C.de fideicommi.l. nihil.§.1.ff.de leg.j.& d.§.liber.¶Et in tantum ualet dicta alienatio hoc casu, vt nunquam possit per posteros & descendentes d.Rogerij vel filiorum d.Io.retractari. hoc quidem proba
2 tur ex pluribus. ¶ † Et primò: quia dici potest ꝙ dicta substitutio facta inuicem de liberis filiorum testatoris debeat intelligi tantum de liberis qui nati fuerunt tempore testamenti: vel saltem tempore mortis d.Siluestri testatoris: vt l.si cognatis.cum ibi no.per Bart.ff.de reb.dub.& l.cum ita. §.in fidei-
* commisso. ff.de leg.2.etiam quando talis dispositio * non erat pura:sed in incertum euentum vel conditionem collata: vt ꝑ iura præallegata per l.peto.§.fratre.cum gl.ff.de leg.2. ¶Et dixit in proposito Pet.de An.Io.de Imol.in c.indicante.de testa. quod illud quod dicitur in l.si cognatis. inductum est in eo qui facit aliquam dispositionem & relictum cognatis, habet locum etiam in relinquente liberis. & idem Ange.in consilio 38.incip. quidam Io. decessit &c.cum seq. ¶ Sed ita est quod illi posteri & descendentes d. Rogerij. & filiorum d. Io. non
* erant nati tempore testamenti, nec tempore mortis * dicti testatoris, ergo non comprehenduntur sub dicta substitutione facta de liberis.¶Secundò moueor, quia si verum est quod liberi seu posteri descendentes ex d.filijs Silue.institutis. intelligãtur inuicem substituti pupillariter, vulgariter, & per fideicõmissum, vt in testamento continetur:& contingit dictum Rogerium decedere sine filijs, & sic in persona eius euenire casũ substitutionis & admitti debere filios dicti Io. certè non poterunt filij dicti Io.venire contra dictam alienationem cui consensum præstiterunt.d.l.quoties ab omnibus.cum alijs allegatis supra.& similiter si contingeret decedere filios dicti Ioan. sine liberis superstite dicto Rogerio, non poterit Rogerius venire contra dictam alienationem a seipso factam. l.vendicantem.ff.de euic.& d.l.nihil. ¶ Vbi autem contingeret Rogeriũ decedere cum liberis, & tunc non est timendum quod filij Rogerij possint venire ex substitutione pupillari:quia illa expirat in persona Rogerij quàm primum peruenit ad pubertatem.in l.in pupillari. de vulg.& pupil. ¶ † Et etiam quælibet
3 pupillaris substitutio expirat, quando ille cui facta est substitutio,procreauit liberos:vt no.Bart.& alij.in d.l.in pupillari. per l.ex facto in prin.& ibi no.Bal.eo.ti. Guil.de Cu.& Bald. in l.precibus.C.de impube. & alijs substi. & Bal.in l.humanitatis.eo.ti.& Io.de Imol.in ca. Raynutius.de test. ¶Nec etiam ex vulgari substitutione posset ei Rogerio aliquis succedere: quia eo ipso quod ipse agnouit & acceptauit cõmodũ dictæ hæreditatis. expirat illa substitutio vulgaris. l.post aditam.& l.precibus.C.de impu.& alijs subst. ¶†Et etiam cessabit tunc
4 fideicommissaria substitutio in persona dicti Rogerij. Quia omnis substitutio fideicommissaria semper intelligitur tacite sub hac conditione, si ille cui facta est substitutio decesserit sine liberis quicunque substitutus sit.l.cum auus. ff.de condi. & demon.l.cum acutissimi.& ibi Bald.de fidei. ¶Et similiter si dicti filij Io.decederent sine filijs aut cum filijs, & expiraret omnis substitutio: vt proximè probaui.¶Vbi autem decederet Roger.sine filijs nullis superstitibus filijs dicti Io.qui filij filiorum non consenserunt dictæ alienationi: tunc etiam non erit locus substitutioni, tum ex fundamento primo loco recitato, tum etiam ex alijs infra dicendis. ¶Tertio moueor quia si bene consideretur dicta substitutio facta dictis liberis descendẽtibus ex filijs dicti testatoris, non potuit aliquo modo valere quo ad bona dicti testatoris quia si bene inspiciantur verba d. testamenti non fuerunt in aliquo instituti vel nominati a testa
a tore dicti liberi descendentes ex dictis liberis a testatoris: ergo non valuit substitutio eis facta tanquam vulgaris: † quia illi
5 cui nihil est relictum non potest fieri vulgaris substitutio vt patet ex verbis vulgaris substitutionis testatoris. l.3.& fin.C. de hæredi.instit.¶Et plenè no.in l.1.ff.de vulg. & pupi. ¶Nec etiam potuit eis fieri substitutio fideicommissaria: quia illa non potuit nisi cui est relictum a testatore.l.ab eo. C.de fideicom.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil.¶ Nec obst.si dicatur ꝙ testator videatur voluisse dictam substitutionem habere effectum, quando contingeret quod filij hæredes instituti a testatore prædicto relinquerent ex testamento vel abintestato dicta bona dictis eorum posteris: quia respondeo ꝙ hoc stare non potest: quia tunc cum posteri consequantur dicta bona non ex dicto Siluestro testatore id est ex dispositione ipsius testatoris, sed a casu & fortuna. & ex dispositione filiorum dicti testatoris merito a d.Siluestro non potuerunt grauari per viã substitutionis prædictæ.l.sed & si sic.§.1.ff.de leg.3. Et ita tenet Ray.& refert Bart.in d.l.si sic.& in l.Centurio. ff. de vulg. & pup. & in versi. quæro vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine filijs vel eorum filij &c. & Bald.in l. Labeo.C.de fideic.vbi hoc probat per illam.l.& per alias notabiles rationes. idem tenet Bald. in d.l.sed si sic.licet ipsemet Bald.indecisum reliquerit.l.vnica. §.pro Secundo.C. de cad.tol. Et in hanc partem videtur inclinare Bart.in consi. incipien.And.& expresse Ioan.de Imo.in l.Centurio. dum tractat de substitutione facta de pauperibus Christi. etiam Io.de Imol.in c.cum tibi in c.Raynutius.de testamen. ¶Alias enim sequeretur quod testator videretur voluisse filijs suis substitutionem facere fideicom.& nisi decedat cum liberis substituere istos liberos dictis filijs hæredibus institutis, quod est contra præsumptam mentem testatoris in d.l.cum auus. cum si. ¶Et licet Bart.in d.l.Centurio videtur tenere contrarium, dicens: quando aliquis grauatur per fideicom.a testatore. videtur testator eidem relinquere illud in quo grauat eum arg.d.l. denique.§.interdum. ff.de pecu.leg.& l.si ita stipulatio. ff.de ope.lib.& per not.glo.in l.alio.de aliment.& cib.lega. Tamen ad ista respondet Bald.in l.ab eo.& plenius Ioa. de Imo.in locis supra allega.vbi inquit quod non ob.text. in d.§.denique. quia interdum quis grauat de eo quod aliàs consueuit ipsum honoratum tacitè sequi in certo casu:& tũc bene per tale grauamen.videtur tacitè relinqui id in quo grauatur.& ita loquitur ibi: quia loquitur quando seruus cui relicta est libertas grauatur de dando ex peculio hæredis. Nam peculium tacitè sequitur seruum cui datur libertas inter viuos: iuxta.l.1.cum ibi no.C.de pec.eius qui libert. Et ideo non mirum si licet nõ sequatur peculium ipsum seruum quando datur libertas in testamento simpliciter: si tamen sequitur quãdo grauatur seruus aliquid dare ex peculio. Secus si grauatur in eo ꝙ aliquo casu non consueuit eum sequi alias nunquam haberet locum regula dictæ legis ab eo. ¶ Pro quo bene facit text. in l. cum quasi.§.si plures.de fideicommissa. liber. vbi si vnus ex hæredibus grauatur iure hæreditario, illa res in qua fuit grauatus non videtur sibi prælegata. ¶Non obstat textus in d.l.si ita. quia secundum Ioan. de Imol. loquitur ille textus in contractu.& est casus diuersus & specialis, in quo id quod apponitur in vim conditionis videatur dispositum simpliciter: quia illud quod erat ibi in dispositione, non poterat peti quodam speciali iure tanquam appositum causa onerandæ libertatis. vt declarat Sali.& Fulg.in l.si pacto quo pœnam.C.de pactis. ¶Regulariter enim illud quod est positum in conditione, non inducit dispositionem. l. si quis sub condictione. ff. si quis omissa cau.testa.& l.ex facto etiam.ff.de hæred.institu. ¶Non obst. id quod in dicta. l.alio. quia illud est ibi quando grauatur executor datus in testamento. Nam tunc grauamen videtur relictum ab hærede sicut quando est datus tutor filio hærede instituto, & grauatur tutor de aliquid dando. Nam videtur in effectu grauatus ipse filius institutus. l. peto. §. matre. ff.de legat.2.& l.si seruus. §.qui Margaritam. ff.de lega. 1.Et ita est de mente gloss.& Bartol.in dicta l.alio. & Ioan.de Imol. in l.1.ff.de vulgar. & pupil. ¶ Videtur ergo quod dicta substitutio valere non possit in vim vulgaris & fideicommissariæ per prædicta: nec etiam in vim pupillaris, quia isti liberi & posteri nasci turi erant in potestate patris seu eius parentum ergo &c.& in l.2.circa princip.ff.de vulgar.& pupillar. ¶ Quarto quia potest dictus Rogerius eligere istam rem pro legitima patris sui, & pro trebellianica detrahenda ex fideicommisso, si non excedat dicta res ratam. Nam in legitima non fuit grauatus pater Rogerij nec grauari potuit. l. quoniam in prioribus. & ibi not. C. de inofficio. testamen.
6 Bartol.in l.j.§.final. ff.de vulgar. & pupilla. cum simil. ¶ † In legiti-

legitima ipsa debet computari res alienata: vt per Bartol. in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad trebel.Bald.in l. filium. in 14.colum. C.famil.ercis.& in l.iubemus.in j.colum.C.ad trebel.& Guil.& Bald.in l.scimus,in princ.C.de inoffic.testam.Vltimò posset se tueri emptor talis, etiam dato quod diceremus dictã fideicommissariam substitutionem comprehendere etiã quoscunque posteros dicti Rogerij, & filiorum dicti Ioan.& in eorum personis valere. Nam si emptor eueniente casu substitutionis allegauit se ignorasse dictum fideicommissum esse seu rem istam esse subiectam rationi fideicommissi: non poterit dicta alienatio,& venditio retractari: sed solum poterit fideicommissarius petere & consequi à dicto alienante, vel eius hærede pretium dictæ rei: vt est casus singularis secundum omnes ibi.in l.fin.ff.de lega.ij.¶ Et not.Angel.in d.l.Marcellus.§.res quę.vbi dicit quòd oportet cautum esse illum,qui vult retractare dictam venditionem,vt probet de scientia hæredis.& emptor pariterque dictus Rogerius probabilem habet ignorantiam: quia in facto alieno.l.fina.ff. pro suo.l.quod vulgo.ff.pro emptore.Et quia succedit in ius alterius: vt in regula, cum quis,de regu.iur.in vj.& per not.plenè per Bart. Bald.& Ange.in l.qui Romæ.§.duo fratres, de verb.obl.cum cõcord.
7 ¶ † Et plus dico quod dato quod apparet dictum Rogerium, & emptorem habere scientiam testamẽti prædicti, tamen adhuc dico quod dicta alienatio non debet posse retractari, sed solum debet teneri Rogerius,vel eius hæres ad restitutionem dicti pretij fideicommissario: posito quod dici posset dictam rem subiectam restitutioni fideicommissi: quia si apparet dictum Rogerium & emptorem consuluisse duos [b] iurisconsultos in loco, an dicta res alienari possit. Et viso dicto testamento responsum fuisse quod sic,nam iustam habuit causam erroris ille qui credidit iurisperitis, etiam si minus bene consuluissent in l.bonorum,cum ibi not.per Bart.ff.de bon.poss.tit.generali, & Bald.in l.iuris.C.qui admitti.& no.doct.maximè Pet.de Anch.in clem.ne Romani, de elect.& Pet.de Anchar.in commento.c.canonum statuta. exempla de constit.in ver.ex prædictis potest inferri &c. ¶ Per consequens debet valere dicta alienatio ac si facta sit inter hæredem & emptorem probabiliter putantes dictam rem non esse subiectam restitutioni fideicommissi, & fideicommissario solum potest dari regressus ad pretium contra dictum alienantem seu eius hęredem, per l.finalem.ff.de leg.ij.Alexand.

ADDITIONES.

[a] Idem tenet Dec.consi.95.colum.5. Natta.
[a] Mortis.] Idem tenet Dec.consi.89. Natta.
[a] ¶ Liberis.dicendum vt s.lib.j.consi.105.nu.4.
[b] ¶ Duos. Non puto hanc ignorantiam sufficere, sed q requiritur iusta ignorantia facti ipsius testamenti,vel substitutionis siue alia procedat facto testatoris, siue non,vt plenè dixi in consuet.Paris.tit.vij.in rubrica.

EPITOME.

FILII positi in conditione non sunt vocati ex testamento. in præscriptione actionum personalium, requiritur bona fides. nume.26. non valet sententia relata ad consilium futurum, vel quod non est in actis. nume.28.

CONSILIVM CLXXXV.

Viso titulo quæstionis, & alijs de quibus in ea fit mentio. Videtur super prima consideratione dicẽdum licere Iaco.tanquam per fideicommissum vocato ad hæreditatem dicti domini Richardi post mortem natorum Antonij, & Iuliani venire hæreditatem dicti dom.Richardi. Et repudiare,seu abstinere tam ab hæreditate Anton.patris sui,quàm Iuliani eius patrui.Nam dom.Richardus in testamento dispo suit quod instituebat Sinibaldum eius nepotem ex fratre, & eiusdem Sinibaldi liberos masculos: & si Sinibaldus decederet sine liberis masculis ex eius corpore legitimè descendentibus aut si decederet cum filijs masculis, & eius filij omnes decederent quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus: tunc in quolibet dictorum casuum testator suos hæredes esse voluit: & d.Sinibaldo & filijs masculis Sinibaldi substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Philippum Ioann. Vnde cum filijs dicti Sinibaldi seu ex altero eorum remansit filius masculus, scilicet Iaco.noster do.Iacob.ad hæreditatem d.Ricardi vocatus ex testamento d.Ricardi per illa verba videlicet, aut si decederet cum masculis filijs: & filij eius decederent omnes quandocunque sine liberis &c. ¶ Hoc in primis probari videtur in l.Lucius. la ij.ff.de hæred.instit.
1 ibi dum text. † vult quod per substitutionem factam sibi ac fratri sub conditione si decesserit sine filijs videretur testator non solum fratrem hæredem prætulisse substitutum, sed etiã liberos fratris.¶ Secundò probari videtur, quia illa verba testamenti proximè relata scilicet si dicti filij Sinibaldi decesserint sine filijs etiam nollo alio respectu non videtur adiecta, nisi fauores filiorum procreatorum ex filijs Sinibaldi, & fauore agnationis testatoris,quę per eos conseruabatur.Et per consequens ipsi tanquam substituti vocati videntur ex testamento. argumen.l.fideicommissa.§.interdum,de lega.3.& l.2.§.si duos fratres.ff.de collat.bon.& l.peto,in princ.ff.de l.ij.Accedit: quia nulla alia ratio posse videtur assignari propter quã testator adiecerat verba prædicta: videlicet si filij Sinibaldi decesserint sine filijs &c.Nisi quia voluit fauere agnationi seu filijs filiorum Sinibaldi. Vnde illa ratio haberi debet pro expressa: vt no.glo.& Bald.in l.quamuis.C.de fideicomm. lege his solis, & ibi Baldus.C. de reuocan.donatio.Salycet.in l.ij.de noxal.& Imol.in l.fin.C.de hæred.instit.& Rapha.& Paul.de Cast.in l.si vero.§.de viro.ff.sol.matrim.¶ Tertiò per tex.in l.penul.ff.de collat.bonor.vbi verba enunciatiua etiam conditionaliter prolata dispositionem inducunt. ¶ Quartò videtur probari per not.per Bart.in l.Gallus. in princ.ff.de liber.& posth.& in l.si quis eum.§.j.& in l.cohęredi.§.fi.ff.de vulgar.
2 & pupil. † vbi concludit quod per hęc verba conditionaliter prolata,si filius me viuo morietur,nepotem instituo: videtur etiam filius institutus. Hoc probatur per l.ex facto.ff.ad treb. vbi si mater filium instituat,& grauet de restituendo hæreditatem Titio sub conditione, si ipse filius sine filijs decesserit. & ipse filius post ea in insulam deportetur, & suscipiat liberos,si quæratur an excludatur fideicommissarius per tales liberos distinguitur ibi quod aut tales liberi fuerunt concepti ante deportationem, & excludetur fideicommissarius: aut post deportationem,& tunc secus. ergo sequitur quod si tales liberi vocati ex testamento ad dictam hæreditatem acquisitam patri iuris consultus ibi non fecisset illam distinctionem, imo respondisset negatiuè quòd liberi ipsius deportati non excluderent fideicommissum: quia illo iure deportatus non poterat habere hæredem nec ab intestato nec ex testamento. C.de bon.proscri.l.deportatorum.Quintò probatur per text.
3 in l.vnum ex familia.§.fin.ff.de leg.ij.† vbi verba enunciatiua relata ad hæredem tacitè important fideicommissum in personis liberorum, quamuis regulariter contra: vt l.Titia cum testamento.ff.de leg.ij.& plenè in l. ex hac scriptura cum con
4 cord.ff.de dona. ¶ † Sextò probatur per l. cum acutissimi.C. de fideicomm. vbi quando auus instituit filium & grauat cũ de restituendo per fideicommissum tertio post mortem ipsius filij sine liberis: vnde si liberi extent: veniunt ad hæreditatem excluso substituto ex presumpta volũtate testatoris defuncti: quæ non voluit in hereditate sua extraneos suis descendentibus præferre. Intelligitur ergo,quòd isti liberi veniant per fideicommissum. Si enim venirent iure successionis ab intestato: tunc enim excluderent substitutum non ex tacita mente aui: sed ex tacita voluntate patris,quæ est si ab intestato decedit quod sibi succedant proximiores in eius hereditate.l.conficiuntur.& l.si quis cum nullum.ff.de iur.cod.Sicut ergo in casu dictę l.cum acutissimi, hoc operatur illa subintellecta conditio si decesserit sine liberis.Ita illud idem operari debeat in casu nostro expressa.l.cum quid, si certum petatur.l.triticum.ff.de verbor.obligat. ¶ Octauò videtur probari quia illa verba videlicet, si decesserint sine liberis substituo Philippum &c.habent a contrario sensu ablatiuos absolutos inclusos, idest si decesserint extantibus filijs, tunc non substituto
5 Philippum † sed ablatiui absoluti prolati ab eo qui habet potestatem grauandi, inducunt ius fideicomm.l.fideicommiss.
6 §.cum esset, de legat.3. &c. ¶ † Nonò fortificatur dispositio statuti, & dispositio testatoris a pari procedunt.l.si ita fuerit. la j.§.fin.ff.de man.testam.not.Bartol.post glo.in l.j.C.de his quib.vt indign.& in l.non solum.§.morte, circa penul.col.de oper.

ope.no.nun.& Bald.in tit.de pace const. in versi. criminalib.
& l.& si post tres.in lectu.antiqua. in 8.col.ff.si quis ca. licèt
Bart.in aliquibus locis alibi dubitauerit,& non deciderit cui
æquiparetur statutum an potius contractui quàm vltimæ vo-
luntati. ¶Si ergo æquiparentur vltima voluntas & statutum,
& nos videmus quod si statutum dicat quod extantibus agna
tis mater defuncti non succedat, videntur per tale statutum
vocati agnati si extant, & mater exclusa: vt firmat Bartol.in l.
2.§.videndum. ff.ad Terty. & in l.2.§.fin.per illum text.ff.de
col.bo.& in l.1. §.pe. ff.de bono.pos. contratab. & in d.l.ser-
uo legato.§.si testator.per illum text.& ibi etiam Cyn.& per l.
in ratione.§.tametsi.ad l.fal.& per dictam l.fideicommis.§.cū
esset.& ibi no.Bald.in l.si defunctus. C.de suis & legiti. & in
l.maximum vitium.C.de lib.præte.& in l.si quis filium.C.de
inoffic.testa.& in l.illam.C.de colla. Ita debet esse in proposi-
to extantibus filijs filiorum Sinibaldi voluisse eos vocare ad
hæreditatem. ¶ Decimò probari videtur per tex. in l.inter so-
cerum.§.cum inter.ff.de pactis do.secundum intellectum cui
adhærere videtur Bald.& Angel.in l.post dotem. ff.solu.mat.
7 vbi habetur † quòd si pater dedit dotem genero pro filia dece
dente in matrimonio vt si sine liberis decederet, dos restituere
tur patri. Nam videtur a contrario esse actum ꝙ filia deceden
te in matrimonio cum liberis dos retineatur per virum pro li-
beris. Ecce quod illa verba sine liberis &c. intelliguntur indu
cere dispositionem ad fauorem liberorum in casu quo essent,
& satis verosimile est quòd si testator fuisset interrogatus an
voluisset restitui filijs filiorū Sinibaldi hoc expresè dixisset,
& ideo pro expresso haberi debet, vt est tex. no.in l.Titius.§.j.
& ibi no. ff.de lib.& posth. facit quod no.in l.tale pactum. §.
fi.ff.de pac. ¶Vndecimò probari videtur per l.hæredes mei, §.
8 cum ita, ff.ad treb.† Nam ibi pater instituit filios, & si quis eo
rum sine filijs decederet substituit alium filium: & si vterque
sine filijs decederet, substituit neptem. Decessit nouissimus si-
ne filijs præmortuo alio cum filijs: dicitur ibi quod neptis
admittitur cum substituto illius, qui decessit sine filijs: quia
non est verosimile testatorem voluisse excludere neptem pro-
pter filios alterius filij ipsius primi filij ipso primo filio præ-
mortuo vocarentur ab intestato: & non ex testamento. & si ne
ptis succedit ex substitutione pro parte vltimi filij, sequeretur
quod testator decederet pro parte testatus, & pro parte intesta
tus: quod non est dicendum. l.ius nostrum. de reg. iur.&c.
¶ Duodecimò probatur in simili per id quod habetur in l. si
cui.cum l.seq.ff.de condi.& demonst.& per l.quamuis. C.de
fideicom.vbi mater grauando maritum, vt filios suos emanci-
pet, grauasse maritum videtur per fideicommissum restituere
filijs illud quod filius a matre relictum erat, & quæsitum pa-
triæ potestatis. Ex eo ergo quod mater in fauorem & contem-
plationem filiorum iussit eos emancipari a patre, videtur gra-
uasse patrem fideicom. Item videtur in casu nostro iniūctum
grauamē fideicommissi ad beneficium filiorum, cum illa ver-
ba, scilicet sępius relata non possunt intelligi fore adiecta nisi
ad fauorem eorum qui descenderunt ex filijs Sinibaldi. ¶De-
cimotertiò videtur probari in l.ex facto. §.si quis rogatus ad
Treb. vbi quando aliquis est institutus & rogatus si decesserit
sine liberis. Et contingit institutum decedere cum filijs natu-
ralibus: an excludatur per tales filios substitutus. & respondet
ibi iurisconsultus considerandum esse conditionem & digni-
tatem testatoris, & etiam instituti: & ibi gl.magna. Ad quid
enim iurisconsultus ibi hanc habuisset considerationem si ta-
9 les naturales non intelligerentur vocati. ¶ † Decimoquartò
probari videtur: nam testator dum grauamen & onus substi-
tutionis fideicommissariæ iniunxit non solum Sinibaldo, sed
etiam filijs Sinibaldi, vt clarè dicunt verba testamenti: ergo
est necesse dicere ꝙ etiam filij Sinibaldi intelligantur vocati
ex testamento: quia grauando eos videtur eos ex testamento
vocare.l.denique.§.sciendum.ff.de pec.l.Titia Seio. §.scia lib.
ff.de lega.2.& quòd no.in l.alio.in prin. ff.de alimen.& ciba.
leg.facit.l.si ita stipulatus. ff.de ope.lib.& no.in terminis Bar.
in l.Centurio.de vulg. & pup.in ver.quæro vlterius quid si te
stator dixerit.si filius meus decesserit sine filijs. vbi dicit quod
in hoc casu non habet locum id quod no. glo.in l.Luc.de hæ-
re.insti.& no.Bartol.in l.sed & si sic.ff.de leg.3. Vbi etiam pro
hoc allegat quod habetur in l.Proculus.ff.de vsufr. ¶Item pro
batur authoritatibus hæc opinio. Nam eam tenuit Oldra.in l.
1.C.de condi. inser. & vt quidam affirmant, eā tenuit ibi Sal.
Ange.& Fulgo.& etiam Bal.in quibusdam locis: sed aliter ali
bi infra, vt referam. Idem tenuit Ludo. Ro.in l.si cum dotem.
in prin.sol.mat.& Per.de Anch. consi.74.inci.contra Philip-
pum faciunt. ¶Vltimò quod videantur instituti & vocati filij
filiorum Sinibaldi ex testamento, satis probare videntur ver-
ba testamenti dicentia ꝙ in omnib.bonis suis Sinibaldum &
eius liberos hæredes instituit. nam appellatione liberorum ve
niunt & filij & nepotes.l.liberorum. ff.de verbo.sign. l.quod
nepotes.ff.de testa.tute.cum vulg. ¶Hæc videntur esse illa quę
meo iudicio ad propositum q.principaliter restringere viden
tur pro ista parte quia sublatis euidenter patebit non obstare
alia plura leuia vt arbitror, quæ pro ista parte adduci possent,
si igitur videntur vocati ad substitutionem filij filiorum Sini-
baldi id est dictus Iac.ergo.&c.poterit ad fideicommissarium
prædictum venire.& ab hæreditate filiorum Sinibaldi quia
per fideicommissum succeditur primo testatori.l.cohęredi.§.
cum filio.ff.de vulga.& pupil.& sic non est opus quod succe-
datur hæredibus d.Sinibaldi.&c. ¶Sed præmissis non obstan-
a tibus contrariam [a] opi.puto de iure esse probabiliorem, & ma
ximè ex infrascriptis. ¶Et primò per l.si quis ita instituat hæ-
10 res, si legitimus.de hęred.insti.cum gl.† vbi per illa verba ge-
neralia, si legitimus hęreditatem meam vendicare noluerit,
Titius hæres esto.non videtur legitimus vocatus ex testamen-
to.& ita communiter tenent do.ibi.& si dicatur quare ibi le-
gitimus succedit, & excludit omnes alios volentes ex testamē
to succedere: respondeo hoc ideo quia si legitimus vult succe
dere ab intestato deficit conditio sub qua erant vocati illi qui
erant scripti. Ita in proposito nostro existentia filiorum dicto-
rum excludit substitutos, scilicet Philippū & sequaces: quia
hoc disposuit testator. ¶Secundò probatur per l.potest iūcta.
l.seq.ff.de vulg.& pup.vbi si testator plures habens filios im-
puberes institutos disposuerat in testamento, quod si aliquis
eorum decedit, vltimo postea decedenti substituit Titium per
illam dispositionem, si omnes decedant vltimo superstite cæ-
teris præcedentib.sed ab intestato tantum videtur vocatus: &
ideo dicit Bald. ibi, ꝙ ibi videtur expressus casus pro opin.
¶Tertiò probatur per l.generaliter.in prin. versi.cum enim se
rendus &c.C.de insti.sub cond.fa.vbi dicitur quod filij extā-
tes a cōtrario sensu illius conditionis, videlicet si filius insti-
tutus decesserit sine liberis, vocantur ad hæreditatem illā aui
testantis, vt ad fructum paternum & sic habent ibi liberi ex
iudicio patris: non autem ab auo ex tacito fideicom. inducto
ex uerbis testamenti auiti. ¶ Nec obst.si dicatur ꝙ ibi dicūtur
hęreditatem ut fructum paternum percipere: quia ea cēsean-
tur obuenisse propter patrem institutū, & contemplatione ip-
sius patris, unde uidentur liberi percepisse a patre ex quo eius
contemplatione habuerunt.ar.l.sed & si plures. §.in arroga-
11 to.ff.de vul.& pup. ¶†Quia dico ꝙ hoc est falsum: quia imo
in dubio id quod relinquit auus nepoti pręsumitur relinque-
re pro se, non autem contemplatione patris, ideo dicitur ad-
uentitium non profectitium: ut no.gl.in l.qui aliena. §.inter-
dum.de acq.hęre. Et ibi doc.& gl.& Bart. & Ang.Io.de Imo.
in l.quęsitum.in prin. ff.de leg.1.& ibi respondet Io.de Imol.
ad l.dedit dotem. ff.de col.bo.& idem est de mente Bart.in l.
Gal.§.quid si is. ff.de libe.& posth.in quęstione de nepote spu
rio. ¶ Quartò secundum aliquos probatur in l.1. C. de pact.
12 Vbi habent † quod si ille qui erat grauatus de restituendo par
tem hęreditatis sibi assignatam in testamento sub conditione
si decesserit sine liberis, faciunt pactum tempore quo non ha-
bet liberos de restituenda indistinctè minori parte quàm fue-
rit grauatus etiam cum liberis decesserit, & contingat eum
postea habere filios tempore mortis propter quos desinebat
conditio fideicommissi, non propter hoc minus seruabitur
pactum: & sic debebit restitui pars de qua fuerit conuētum,
non obstante ꝙ essent liberi rogati de restituendo ꝙ non con-
tingeret si liberi intelligerentur substituti, quia tunc in pręiu
dicium eorum non tenuisset pactum, per ea quæ habentur in
l.fi.§.sin autem.& in auth.res quę.C.communi.de le. ¶Nec ad
d.l.1.ob.responsio data per Ro.in l.si dotem. §.fi.sol.ma.dicē
tem ꝙ ibi grauatus alienauit per illud pactum non ultra legi-
timam suam.cùm.n.essent duo fratres legitima bonorum pa-
tris non erat nisi triens: iuxta auth.nouissima. C.de inoffi.te-
stam.& per consequens medietas trientis, quæ est sextans, erat
portio

portio legitimæ ipsius alienantis. Et solum modo dicta portio ipsius alienantis erat alienata in qua non intelligebatur esse grauatus per fideicommissum l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. & not. in l. quibus. eod. titu. l. cohæredi. §. cum filię, de vulg. & pupil. Et cum hac responsione dicit se magnũ doctorem Romæ per hunc passim confusisse. Sed cum pace sua, hæc responsio nihil valet: quia illo iure non triens, sed quadrans legitima illorum duorum fratrum. l. cum queritur. C. de inoffic. testam. Et per consequens si ille alienauit sextantem totius hæreditatis, & sic duas partes: sequitur quòd alięnauit vltra legitimam suam. quæ erat vna vncia cum dimidia tantum. ¶ Nec dicatur, quòd etiam alienans potuit alienare nedum pro legitima, sed etiam pro Trebellianica, vt vidi nõnullos consultores dicere: quia hoc esset inconsideratè dictũ, quoniam Trebellianica non esset debita nisi tempore in casu restitutionis fidei. c. Rayn. de test. & declarat Barto. & alij in l. quanquam. C. ad l. falc. cum suis concord. ¶ Et dato quòd fortassis aliqua subtiliori ratione dici posset text. in d. l. j. C. de pact. non probare istam opin. tamen non est facienda in hoc magna difficultas, attento quòd per alia iura & rationes, & authoritates ostendat hanc esse veram communem opin. ¶ Quinto probatur in l. iubemus. versicul. denique in retinenda. C. ad Trebel. iuncto princ. illius l. vbi in prin. imperator posuit cau-
13 sam † quòd si testator grauat filium institutum de restituendo alteri filiæ testatoris sub conditione si ipse grauatus decesserit sine liberis, potest grauatus de restituẽdo detrahere quartam absque eo quod fructus percepti in ea computentur. Postea subdit quod eadem detractio quartæ non computatis fructibus fiet, quando testator filium grauasset per fideicommissum restituere hæreditatem liberis ipsius grauati. Et sic innuit ibi tex. specificam formam fideicommissi iniunctam filio de restituendo liberis suis, ꝙ per superius dicta in princ. illius l. vbi erat positum quod filius sub conditione, si decesserit sine liberis erat grauatus restituere alteri filio testatoris, non erat comprehensus talis casus per quem filius intelligeretur grauatus de restituendo liberis suis. ¶ Sexto probatur per l. ex facto. ff. ad Trebellian. Nam ibi si illi liberi viderentur vocati per fideicommissum ex testamento per illa verba conditionalia videlicet si decesserint sine liberis &cæt. sequeretur quod superueniens deportatio in persona filij. instituti non noceret ante deportationem conceptis. l. final. ff. de bon. damn. & l. ij. aliàs iij. ff. de interdict. & relegat. & tamen nocet deportatio quando hæreditas transfertur in fiscum. si enim filij intelligerentur substituti non remaneret ibi hæreditas apud fiscum simpliciter, vt ibi dicitur, sed cum onere restituendi filijs per fideicommissum. l. Marcellus. §. fi. l. recusare. §. si fisco. ff. ad trebel. & patet. in d. l. ex facto, in fin. & ita illum tex. inducit ibi Lud. Ro. & etiam Ioan. de Imol. in d. l. Lucius. ¶ Septimò probatur per l. ex facto. ff. de hæred. instit. & per l. si quis. ff. si quis omiss. cau. testam. vbi ille qui est nominatus in conditione non potest petere ex testamento. ¶ Octauo inducitur tex. in l. si filiusfam. §. cum quis. ff. de lega. j. Vbi fideicommissum iniunctum hæredi sub conditione hac, si ipse hæres decesserit non superstitibus liberis valet, nec curatur an sint hæredes, vel non. ¶ Nono probatur per glo. in d. l. Lucius, quæ
14 hoc expresse firmat, scilicet † quòd liberi positi in conditione non videantur vocati ex testamento: sed solum possint succedere ab intestato testatori destituto testamento, vt quia nemo hæreditatem adiuerit. ¶ Nec dicamus, vt plerique consultores dicunt, quòd illa glo. iuncto tex. intelligi debet quòd velit liberos succedere ab intestato primo testatori tanquã substituti vulgariter patri ipsorum liberorum. prout habetur in l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus. ff. de hęred. instituẽ. quia dico quod istud est inaduertenter dictum: vt mihi videtur, nec in d. l. Lucius. dicit quòd liberi essent vulgariter substituti. præterea vbi essent substituti vulgariter, non posset di-
15 ci, quòd succederent ab intestato, † quia substitutio vulgaris, quę est directa non potest in hæreditate fieri ab intestato. l. Scęuola. ff. ad Tert. l. ij. C. de cond. inst. nec in d. l. si quis ita hæres instituatur, dr̃ ꝙ substitutus vulgaris succedat ab intestato. Sed bene legitimus qui non fuerat vbi vulgariter substitutus. ¶ Decimò probatur per glo. hoc volentem in d. l. ex facto. §. ex facto, in versic. defecissent, ibi cum gl. dicit nec ipsi habẽt &c. iuncto text. ¶ Postremo probatur authoritatibus doct. hoc te-

* nentium communiter. * nam istam opin. sequitur Iac. de Are. Cyn. Rayn. Bar. Fran. Tigri Nico. de Neap. Bald. Ang. & Ioan. de Imo. in l. Lucius, de hæred. instit. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de test. §. j. versi. huic quæstioni accedit bimembris. q. Petri de Cornitis. & Bart. in l. Centurio. versic. quæro vlterius quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs liberis, & filij &c. vbi etiam refert ita tenuisse Richar. Malumb. Et idem tenuit Bart. in l. si cum dotem, in princ. solu. matrim. & in l. si sic. de lega. iij. & ita consuluit Oldr. in consil. 141. incip. thema tale est dom. Canonicus &c. ad fin. consilij & Ang. quo ad casum nostrum in l. legatis. C. de leg. in aliquibus lect. & Bald. in l. quod satis, in penult. colum. C. de bon. quæ liber. & Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. in iij. col. in vers. venio ad secũdum scilicet successionem intestati. & in l. cum acutissimi. in vlt. col. C. de fideicom. & in l. emãcipati. in viij. opp. C. de coll. & Bald. in l. potest, de vulg. & pupil. & Imol. & Pau. de Cast. in d. l. filiusfam. §. cum quis, de lega. j. ¶ Et dicunt præfati doct. hanc esse magis communem opinio. idem tenet Raph. in d. §. cum quis affirmans communem opinio. esse illam opinio. quam tenet glo. in d. l. Lucius. licet nonnulli consultores minus fideliter referunt Rapha. tenere contrarium in d. §. cum quis, referentes etiam quod Pet. de Anchar. in d. c. si pater, de testam. in vj. reprehendit opin. glo. in d. l. Lucius. Sed arbitror quod tunc de recenti non viderant lect. Pe. de Anch. in d. c. si pater, quia ibi certè approbat opinio. glo. prædictæ. & idem tenet ipsemet Petr. de Anch. in c. licet, de voto. in repetit. c. in præsentia, de probatio. in versicul. ibi &c. Et ibi dicit quod ita consuluit Pet. de Anch. in consi. 120. incip. pro clariori decisione dubij. consi. 137. principaliter ponderandum. consi. 426. quia supra consultum. Ioan. de Imol. & Pau. de Ca. in d. l. ex facto. & §. ex facto. & ibi tenet idem Lud. Rom. referens se alias disputando determinasse. Idem tenet Raph. Fulg. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. vbi in plerisque lect. etiam refert quòd ita consuluit Petr. de Anch. Bar. Salyc. & Petr. de Nouaria. & d. Franc. de Zab. ¶ Refert etiam Ang. in d. l. Lucius. ita fuisse iudicatum. & pro ista opin. semper consului, & iudicatum audiui cum opin. contraria: neq; tales neque tantas authoritates habeat: imo pro se fere nullas habeat authoritates: vt infra ostendam. Et ista opin. dijudicatur communis: vt referunt scribentes prout dixi. supra quis dubitet pro ista opin. fore iudicandum, cum in iudicando nõ sit a communi opin. recedendum: vt scribitur in locis vulgaribus. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. & primo text. in præalleg. l. Lucius quæ est principale fundamentum opi. contrariæ. cui respondetur quod per illa verba, videtur testator prætulisse liberos substituto: quia per existentiam liberorum excluditur substitutus: non autem substitutus excludit libe-
16 ros. † quia hærede primo loco instituto repudiante non admittitur substitutus, sed liberi ab intestato tãquam proximiores ipsi testatori: vt ibi in gloss. in d. l. Lucius. ij. arg. l. vel singulis, de vulg. & pup. & in d. l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus cum glo. ¶ Non obst. secundum argum. dum dicebatur, quòd illa verba non videntur adiecta nisi in fauorem & contemplationem liberorum dictorum: quia respondeo, ꝙ satis continere dicuntur liberorum fauorem: quamuis ex testamento non videantur vocati. quia vbi primi hæredes instituti non adiuissent, fuisset locus substitutis per illa verba, si dicti liberi ab intestato non successissent dom. Rich. vt proximè dixi. Item quia satis est fauor liberorum, quòd substitutus tũc excludatur & pater dictorum liberorum hæres institutus a testatore, non habeat restituere substituto extraneo. Et sic habeat potestatem relinquendi dictam hæreditatem in testamẽto, & ab intestato liberis suis positis in conditione a primo testatore præsumitur. l. si pater. ff. famil. ercisc. l. scripto. ff. vnde liber. l. nec in ea. ff. de adulter. & l. cum ratio. ff. de bon. damn. l. isti quidem. ad fin. quod met. causa. ¶ Præterea iura allegata in contrarium non loquuntur in eo qui positus esset in conditione, prout est in casu nostro. ¶ Non obst. tertio tex. in l. pen. ff. de coll. bon. quia respondeo prout respondet Bartol. & alij. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. in versi. oppono. de l. titiam,
17 cum l. sequen. & c. fin. de success. ab intesta. † videlicet quòd verba enunciatiua conditionaliter prolata propter aliud non inducunt dispositionem. l. ex facto. la prima. ff. de hære. instit. & d. l. si quis sub conditione. preterquàm in aliquo antecedenti,

denti, vel consequenti quod sit necessarium implendum ad illud quod in conductione deductum. Ita loquitur text. in d. l.pen.& in l.denique.§.interdum.ff. de pe.leg. & l.Proculus. in princ.ff.de vsufr. ¶Nam in d.l.pen. pater.in testamento cauit, ꝙ si filia fratribus conferret dotem, & alia quæ ipse testator sibi nubenti tradiderat, pro rata parte ad hæreditatem vocaretur. Dicit ibi ꝙ si filia ab hæreditate abstinuit non potest a fratribus compelli ad dotem, & bona prędicta conferenda, quoniam pater voluit filiam alterutrum habere, scilicet eandē partem hæreditaris, & dotem cum cæteris bonis fratrib. conferre, vel dotem vel dicta bona habere præcipua, & huius est ratio: quia cum pater dixit. Si filia dotem &c. quæ sibi tradidi nubenti cum fratribus conferret pro parte hæredem instituto. Sequitur de necessitate quod pater voluit dominium dictorum bonorum in filiam transferre: quia alias non potuisset filia dicta bona conferre, vt disposuit testator: quia collatio est rei propriæ in communi latio. l.1.in princ. ff.de col.& no.doc.in l.si emancipati.post glo.in rub. de col.bo.non mirā dum ergo ꝙ filia abstinente ab hæreditate patris dos pręcipua cum alijs bonis præcipuis residet apud eam stante regula, qđ abstinens ab hæreditate nunquam conferre tenetur.l.fin.ff.de col.bon.& hæc fuit ratio decisionis positæ in d.l.pen. ¶Sed in casu nostro nō erat necessarium filios filiorum Sinibaldi intelligi vocatos ex testamento, ad hoc vt verificetur substitutio facta de Philippo habere locum. Nec obst. ꝙ no. in d.l.Gallus. in princ. quia ad hoc respondeo quod communis sentētia gl. & doc.est in contrarium: videlicet ꝙ per illa verba conditionalia videlicet, si filius meus me viuo moriatur nepotem instituo: nō videatur institutus filius: vt no.gl. Cy.Nico.de Neap. Bald.Ange.Raph.& Imo. in d.l.Gallus.in princ. & Bald.in l. posthumorum.in prin.per illū tex.in ver.ne ergo. ff.de iniust. test.& Bald. in l.humanitatis. in 3.col.in ver.4.oppo.& videtur quod præterito &c.& in l.hæres. C.de impub.& alijs substi.& in l.hæres.insti. eo.tit.& latè Bald.in repet.l.in suis. de lib.& posthu.in 18.col.versi.secundum quid si non fiat. & in l.cohęredi.§.1.de vulg.& pupilla.vbi refert hanc partem ibidem tenere Dyn.& And.de Pisis. & idem sequitur ibi Angel. Rapha. Cu.in repeti. l.si filius qui in potestate. in 2.oppo. de lib.& posth.& Franciscus Tigri in l.fin. C. de hęre. institu.& mouentur docto. per plura, maximè per dictam. l.Gallus. §. idem credendum. versi.nam & si nepos. & ibi Bald. & per.§. in omnibus.in eadem.l.per d.l.si quis. §.fi.de vulga.& pupil. vbi videtur casus non violando literam.& in l.si mater.§.j.eo. ti.& per dictam.l.ex facto. etiam no. per gl.& doc.in l.si quis ita hæres instituatur si legitimus. ¶ Vel aliter respondeo & si recte consideramus verba ipsa non volunt quod per dicta verba filius in testamento videatur institutus: sed dixit ꝙ per talē prætéritionem filij testamentum non redderetur nullum hoc casu quia filius videretur vocatus ad intestato: ideo nulla sibi fit iniuria licet non instituatur: vt probatur in d. l. si quis ita hæres instituatur.cum glo.communiter approbata. ¶Non obstat quinto tex.in d.l.ex facto.§.ex facto: imò potius ibi videtur probari opi. communis secundum do. vt induxi supra. Nec obstat inductio facta in contrarium: quia respondeo ꝙ ibi non fit distinctio, an illi filij sint concepti ante deportationem vel post: quia quando sunt concepti post deportationem non faciunt deficere cōditionem substitutionis fideicommissariæ. Ex eo quia non cēsentur nati ex filio grauato: sed ex alio homine: quia propter deportationem ceperat fingi esse nouus homo. Hanc rationem ibi reddit iurisconsultus. Præterea ibi fit distinctio an concepti sint ante deportationem: & tūc erāt successibiles patri. secus si post. Nam excludebāt substitutum alias non ex dicto.§.ex facto.& plenè no. per doc.in d.l.filiusfa.§.cum quis. ¶Sextò non ob.tex.in d.l. vnum ex familia.§.fi. quia respōdeo quod ibi persona quæ intelligeretur vocata ad fideicommissum non fuit vocata per modū conditionis quæ dispositionem non induxit vt sæpius dictum est supra. & ita etiam posset responderi ad l.Titia Seio liber.ff.de leg.2. vel dico quod in casu dictæ.l.vnum ex familia.illa verba enunciatiua fuerunt principaliter prolata per se vt ibi dicit Bartol.in l. Titia cum testamento.in princi.de leg.2. fuerunt verba enunciatiua de futuro emissa propter aliud merito dispositionem inducunt: non sic in casu nostro. Præterea tex. in d.l.vnum ex familia loquitur de liberis testatoris non in transuersalibus in-

ter quæ est differentia maxima: vt infra proximè dicetur. ¶Septimò non obst. l.cum acutissimi. quia respondeo ꝙ ibi non dicitur quod videantur nepotes vocati per fideicommissum ex testamento: nec ita potest intelligi per prędicta. Sed voluit ibi Imperator sentire quod si extraneus fideicommissarius intelligeretur vocatus, etiam quando filius institutus & grauatus onere fideicommissi decederet cum liberis, non esset possibile nepotes effici hęredes aui per mediam personam filij. Sed fideicommissarius non intelligeretur vocatus casu quo filius cum liberis poterunt nepotes effici hęredes aui succedendo patri suo ab intestato, vel ex testamento ipsius patris, & sic hęres hęredis primi testatoris hęres diceretur. l.fi.C.de hęred.insti.& l.si pater familias.ff.de vulg.& pupil. l.1.ff.de cast.pec. & illam.l.cum acutissimi.allegat Rayn.in consi.pręal. contra gl.in d.l. Lucius.& tamen non obstant.d.l.cum acutissimi.cōcludit contrarium in suo consi. vt refert Pet. de Anch.in d.c. in pręsentia. ibi tamen non refert responsionem quam declarat Rayn. ad illam. l.sed remittit se ad responsum datum per
18 Ray.in dicto consi. ¶†Pręterea tex.in l.cum acutissimi. loquitur in liberis descendentibus testatoris, & dispositio illius. l. non extenditur ad transuersales de quibus nos loquimur: vt no.Cyn.in l.generaliter.§.cum autem.in 3.q.C.de insti.& substi.Ange.& Imo.in l.ex facto. §.si quis rogatus ibi per not.per gl.ad trebel.& Imol.in l.cum auus. ff.de condi.& demonst.ꝙ in hoc arti.non potest aptari dispositio conditionalis facta de liberis ipsius testatoris: & conditio ipsius testatoris facta de liberis hęredis instituti qui non sint de liberis testatoris, sed de transuersalibus: patet per no.per Sal.in l.j.de condi.inser.vbi in primò casu, scilicet quando sunt de liberis testatoris dispositio conditionalis facta de liberis hęredis instituti: qui non sit de liberis testatoris, tenet quòd videantur vocati ex testamento: quando sunt de transuersalibus prout in casu nostro tunc relinquit cogitandum quod in hac materia sit aduertenda differentia. Tenet expresse Nic. de Neap.in d.l.Lucius. per l.cum acutissimi. ¶Octauo non obst.ꝙ dicta verba habent ablatiuos inclusos à contrario sensu: ergo debent inducere ius fideicommissi per d.§.cum esset. quia responderi posset mul-
19 tipliciter. ¶†Primò: quia ablatiui absoluti inducunt dispositionem quando verba executiua importata per ablatiuum referebantur in eum qui uult agere ex illa dispositione. Ita loquitur tex.in d.§.cum esset.aliàs secus. Ita dicit Bal. in rub. C.de insti.& substi. ad fin. allegat id quod legitur & notatur in l.in ratione.§.tametsi.cum glo. ff.ad l.fal.& in casu nostro illa uerba non dirigebantur ad Iacobum, qui nunc agere uult ex illa dispositione: sed ad institutos. ¶Pręterea & secundo, tex.in dicto.§.loquitur quando uerba ablatiui absoluti important quādam executionem circa rem in qua inducitur fideicommissum: secus quando importabant quandam denominationem personę conditionaliter prolata, ut patet in d.l.si quis ita hęres instituatur si legitimus. cum ibi not. & in d. l. ex facto & colligitur ex no.per Bart.in l.a testatore de conditio.& demōstra. Itē & tertio, illa uerba, si sine liberis decesserit, substituo Philippum, nihil important a contrario sensu, nisi ꝙ liberis extantibus non substituo proximiores. uel & quarto, differentia est inter casum quando uerba proferuntur conditionaliter sine ablatiuis absolutis, & casum quando uerba conditionaliter proferuntur per absoluta ablatiua, ut not. Bart.in l.ex hac scriptura circa. 3.col.in uersi. ex his de donatio. ut patet per d.l.si quis ita hęres instituatur. iuncto d.§. cum esset. ¶ Nono non ob. id quod no. Bartol.in l.2.§.uidendum. ff.ad Tert y.cū simi. quia responderi potest primò quod ibi loquitur quando uerba conditionaliter fuerunt prolata per ablatiuos absolutos. aliud est quando sine ablatiuis, ut proxima q. ¶ Secundo respondeo ꝙ ibi non poterant intelligi quod contemplatione agnatorum masculorum prolata essent dicta uerba a statuto, nisi concedimus ꝙ extantibus agnatis masculis, ipsi agnati
* succedant* in casu in quo loquebatur statutum, sed in quęstione nostra possent intelligi dicta uerba prolata contemplatione & fauore dictorum liberorum, seu Iacobi absq; eo quod importent ꝙ post succedant per fideicommissum ex testamēto, quia possunt importare, & important quod succedant solum ab intestato, ut est dictum & ostensum, supra facit ad hoc quod no. Bald.in l.conuenticulam. de episco. & cler.circa. 1.
20 colum. & Imo.in d.l.si cum dotem.in fi.prin. ¶†Decimo non obst.tex.

ob. tex. in dicta l. inter socerum. §. cum inter quia ad illū tex. responsum est per Nico. de Neapo. in d. l. Lucius. quia illa conditio non poterat operari aliud nisi q dos retineretur pro liberis: ideo illud operatur: hic autem satis est q operatur exclusionem substituti, q liberi possunt ab intestato succedere si testamentum esset destitutum. cum hac responsione videtur concordare Raph. in d. l. Lucius. dum dixit q liberi positi in conditione non essent successibiles ab intestato testatori: tunc videntur substituti. arg. d. l. inter socerum. §. cum inter. ¶Vel secundo dico q etiam secundum intellectū Bal. & Ang. in d. l. si cum dotem. non probat ille tex. q ex virtute pacti dos acquiratur liberis positis in conditione, licet marito a contrario sensu pacti. est verum quod de iure maritus tale lucrū dotis tenetur conseruare liberis: per l. 1. C. si dos. constan. ma. Sic habetur in auth. de nupt. §. illud in fi. Et ita voluit Bal. & Ange. in l. si cum dotem. in prin. ¶ Vel tertio text. in §. cum inter probaret potius communem opi. quam tenui: si eam intelligamus secundum intellectum Iac. de Are. & Bart. in d. l. si cum dotem. & Bald. in l. si extraneus. de condi. ob. cau. ff. & in l. q satis. de bo. quæ libe. & in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & in l. 2. C. de hære. acti. & in auth. sed & si quis. C. de secun. nupt. ¶Vndecimo non ob. tex. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. quia fateor. q ibi filius primi filij defuncti ex eo quia dictus primus filius non adiuit expresse ex testamento aut potentia suitatis transmisit ad hæredes suos hæreditatem nō aditam, iuxta veras & communes conclusiones in l. si fratris. C. de iure delib. & in l. apud hostes. cum simi. C. de suis & legi. Sed vbi testamentum esset destitutum, vt quia omnes instituti se abstinuissent. tunc haberet locum quòd liberi in conditione positi succedāt ab intestato, vt est dictum. ¶Duodecimo non ob. q habetur in l. si cui. ff. de condi. & demonstr. cum si. quia respondeo q vbi cessat ratio quæ militat in casu nostro scilicet quod filij sunt positi in conditione: ergo non in dispositione, vt in iuribus supra alleg. ¶ Et dicit glo. in d. l. quamuis. C. de fideicom. in d. l. alia ratione poterat intelligi fuisse prolata a testatore. nisi causa fideicommissi inducendi. hoc autem alia ratione potuit intelligi esse prolata illa verba, scilicet ad excludendum substitutum & ad succedendum liberis in successione intestati, vel ad prouidendum q pater liberorum in conditione positorum possit eis relinquere. Nam illa iura dicunt de liberis, non autem transuersalibus: in quibus, supra in responsione ad tertium respondi esse differentiam. ¶Tertiodecimo non ob. text. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus quia respondeo q dato quod tales liberi positi in conditione non intelliguntur vocati per fideicommissum ex testamento. Tamen iurisconsultus voluit considerandam esse conditionem & dignitatem testatoris, ad discernendum an existentia liberorum naturalium faciat deficere conditionem fideicom. quia cogitauit q si institutus haberet liberos etiam naturales tantum, relinqueret verosimiliter illis liberis illam hæreditatem in totū vel pro parte. Nam quandoque capere posset totum, quandoque partem: vt habetur insti. de ser. cog. per totum. & in l. Lucius. & in l. si is qui bonis. cum ibi nota. ff. de vulg. & pupi. & in auth. licet. C. de natu. lib. iuncta. l. scripto. in fi. ff. vnde libe. Et propter hoc fuit inducta dicta diuisio dicti. §. si quis rogatus. ¶Decimoquarto non obst. id quod no. Bart. in l. Centurio. cum si. Quia respondeo primo quod onus fideicommissi beneficij iniunctum Sinibaldo & filijs Sinibaldi, & non filijs filiorum Sinibaldi de quibus tractatur.† nec appellatione filiorum Sinibaldi comprehenduntur nepotes saltem de communi vsu loquendi vt legitur & no. insti. qui da. tu. pos. §. fi. in gl. penul. & no. Ia. Bu. in 1. consti. ffor ū: vt refert & sequitur Ant. de But. in princ. decretalium circa 7. col. & Bald. in repeti. l. in suis. in fi. ff. de lib. & posth. & Imo. in l. Gallus. §. institutus. eodem tit. & qui communis vsus loquendi in testamentis & in omnibus dispositionibus attendendus & præferendus est. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. cum ibi not. ff. de leg. 2. & l. Labeo. de supel. leg. c. ex literis & ibi no. de spon. ¶Respondeo etiam q si testator imposuisset onus fideicommissariæ substitutionis dictis filijs filiorum dicti Sinibaldi, non est de iuro vetum* per hoc q testator videtur filios filiorum vocasse per fideicōmissum de restituēdo Philippo extraneo si esset iniūctū filijs filiorum non valeret in persona ipsorum: quia ipsi quib. ex testamento videtur relicta hæreditas non potuerunt grauari. Ita concludit Bald. in l. ab eo. C. de fideic. & l. licet si sic. §. 1. ff. de leg. 3. per d. tex. & Imo. in d. l. Centurio. in antep. char. Ex expressius in c. Ray. de test. in materia compendiosæ substitutionis, & Pet. de Anch. consi. 137. principaliter ponderandum consi. 6. incip. Andreas. quod reperitur consi. 214. & ita videtur velle Bart. ita etiam tenebat Bart. & refert Ange. in cōsilio 7. incip. Ex dicto themate plura dubia possunt oriri etiā quia aliàs sequeretur quod non haberet locum regula quæ ha-
22 bet, † quòd testator non potest grauare eum quem non honorat d. l. ab eo. C. de fidei. & l. plene. la 2. §. fi. cum l. seq. de leg. j. ¶Pro hoc etiam adducitur tex. in l. hæreditas ad Statium. ff. de hæredi. insti. & in l. cum quasi. & cum plures. ff. de fideicommis. liber. Vbi si vnus ex heredibus grauatur iure hereditario, illa non videtur sibi prælegata. ¶ Bene fateor q vbi onus fideicom. non est iniunctum nominatim ipsis filijs filiorum nō honoratis, sed est impersonaliter iniunctum: q tunc impersonaliter valeret fideicommissum, Et videtur illis qui fuerunt instituti. l. si seruus. §. qui Margaritam. ff. de leg. 1. & in simili nor. in l. qui duos. in fi. ff. de vulg. & pupilla. & hoc est verum qđ Bald. & Saly. in l. precibus. C. de impube. & alijs subst. & alij. communiter scribentes concordant cum Bartol. ¶Nec prædictis obstat dicta. l. deniq;. §. interdum. alleg. per Bart. quia respondent docto. & maximè Imo. in l. Centurio. & in dicto. ca. Raynutius. quod interdum quis grauatus de eo quod aliàs cōsueuit ipsum oneratum tacite sequi in tacito casu: & tunc probo bene per tale grauamen videtur tacite relinqui id sub quo grauatur, & ita loquitur quādo seruus cui relicta est libertas,
23 grauatur de dando aliquid de peculio hæredi. †Nam peculiū tacite sequitur seruum cum datur libertas inter viuos: iuxta. l. 1. cum ibi no. C. de pec. eius qui li. me. & ideo nimirum licet non sequatur peculium ipsum seruum quando datur libertas in testamento simpliciter: si tamen sequitur quando grauatur seruus aliquid dare ex peculio. Et hanc responsionem etiā tradit Raph. l. cum tale. §. fi. de condi. & demonst. licet Petrus per alia verba loquatur. ¶ Non obstat etiam ad hoc text. in dicta l. Titia Seia. §. Seia. lib. ff. de le. 2. quia vltra responsionē datam per Bald. in dicta l. ab eo. C. de fideicom. potest responderi secundum Imo. in dicta l. Centurio & in dicto c. Ray. quod licet regulariter ille qui grauatur a testatore aliquo scilicet aliter non relicto nō videatur per hoc a testatore oneratus, & propterea grauamen non teneat d. l. ab eo. tamen fallit quādo præcederet dispositio facta super re dubia nam si tunc grauatur alter ipsorum, scilicet illi qui nouissime decesserit ad restituēdam illam rem: ergo quoniam tunc videtur fideicommis. teci procúm esse inductum inter illos duos scilicet vt præcedens intelligatur grauatus de restituendo partem suam superstiti: merito ille superstes cum vltimo decedit potuit in totum grauari: & ita est casus in dicto §. Seia. ¶Non obstat etiam quod not. in dicta l. alio in princip. de aliment. & cib. legat. Quia
24 respondet Imol. † quod verum est quod executor datus in testamento, grauatur ad aliud dandum quod valet illud grauamen, licet non sit aliquid relictum executori. Et hoc. quia tale grauamen. videtur mere relictum ab hærede, sicut quando datus est tutor filio in testamento, & grauatur tutor de aliud dando alteri. Nam tunc valet, quia in effectu videtur grauatus ipse filius in testamento institutus. l. peto. §. in rem. ff. de legat. 2. & arg. dicta l. si seruus. §. qui margaritam. & ita est de mente Bartol. post glos. in dicta l. alio. Non obstat etiam text. in dicta l. si ita stipulatio. ff. de oper. lib. quia ad illam respondet quòd ibi ponitur casus specialis, in quo illud quod exprimitur in vim conditionis videtur dispositum simpliciter, seu dispositionem inducit. Et hoc ideo est. quia illud quod ibi positum in dispositione non poterat peti quodam speciali iure tanquam dispositiuum causa onerandæ libertatis aliàs in solutione. leg. 1. §. onerandæ. quare actus non datur & etiam illam. l. non declarat Salicet. & Fulgo. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. aliàs illa. l. contradiceret ei quod habetur in l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. causa testament. & l. ex facto etiam de hæredita. instituend. ¶ Nec etiam obstat quod habetur in l. Proculus. ff. de vsufruc. Quia respondetur quòd in quæstio. nostra nulla præcessit dispositio facta in filijs filiorum Sinibaldi super eo super quo grauatur per fideicommis. in contrarium procedebat dispositio quæ saltem secundum latam significationem comprehende-

V bat

bat illos de quo deducendo apparebat propter grauamen adie-
25 ctum nam ibi fuit relictus vſusfru.domus. †Et conſtat ꝙ ali-
quando appellatione vſusfructus dominium continetur.l.do-
nationes in concubinam.§.ſpecies.ff.de dona.Et ſentit ibi glo.
& etiam Barto.in l.cum tale.§.1.ff.de cond.& demo.in fi. Nec
ob.etiam quod habetur in d.l.cum tale.§.fin.& quod ibi Bar.
ꝙ ibi teſtator dicat,ex 10.quę legaui Seio, volo quòd Seius det
quinque Titio:quia per hoc videntur legata 10.Seio.quia hoc
ideo ibi eſſe poteſt propter verba enunciatiua expreſſe conti-
nentia id de quo dicendo quæritur ſecundum Ioan.de Imo.in
locis ſupra proximè alle.¶Decimo quinto non obſtant autho-
ritates allegatæ in contrarium. Primò non obſtat authoritas
Lud.quia dico dato quod in diſcurſu lecturæ ita tenuiſſet: ta-
men poſtea conſulendo qui eſt actus magis deliberatus tenuit
contrarium in conſi.141.ſupra allegato. ¶ Non obſt.authori-
tas Bald.in l.1.C.de condi.inſer.in lectu.quam tamen non me
mini me legiſſe:quia dico quod ipſemet poſtea in lecturis mo-
dernis in multis locis ſupra allegatis tenuit contrarium.¶Non
obſt.etiam authoritas Ange.in d.l.1.de condi.inſer.cum ſup-
portatione hoc non dicit ibi Ange. in lect. mea, ſcilicet quod
filij poſiti in conditione videantur vocati ex teſtamento.& li-
cet dicat quod teſtator videtur eos prætuliſſe ſubſtituto,prout
habetur in d.l.Lucius.tamen debet intelligi prout intelligitur
illa.l. Lucius. in legatis intellexit videlicet quod videtur filios
prætuliſſe ſubſtituto quantum ad excludendum ſubſtitutum
per exiſtentiam eorum & ꝙ poſſint ab inteſtato ſuccedere de-
ſtituto teſtamento non autem ex teſtamento.¶Allegatur etiam
authoritas Saly.in l.1. de condi. inſer. minus bene allegat:qa
ibi Saly. quo ad liberos deſcendentes ex fratre inſtituto reli-
quit cogitandum: quinimo ipſe Salyc. conſuluit contrarium.
prout retuli ſupra. ¶ Allegatur etiam authoritas Ful.in d.l.1.
ſed in lectu.mea nil de hoc dicit ſed bene tenet opin.commu-
nem in d.l.generaliter. §.1. C. de inſtitu. & ſubſtitu. vt retuli
ſupra.¶Allegatur etiam authoritas Pet.de Ancha. in conſi.in-
cip. contra Philippum &c. Sed reſpondeo primò, prout dixi
reſpondendo ad ſeptimum argu. quod ibi loquitur in deſcen-
dentibus teſtatoris,non in tranſuerſalibus in quibus cadit no-
tabilis differentia : vt dixi ſupra. ¶ Præterea poſtea ipſemet
Pet.de Ancha.in pluribus ſuis conſilijs, & in lecturis ſemper
adhæſit communi opin.prout fuit per me ſupra relatum.Non
obſtat authoritas Rom.in l.ſi cum dotem. quia ipſemet poſtea
tenuit contrarium in d.l.ex facto.§.ex facto. ad Trebe.ſecutus
opin.glo.in d. l.Lucius. quæ eſt communis : vt ſuperius pro-
baui.¶Poſtremò non obſt.quod videantur vocati ex teſtamen-
to filij filiorum Sinibaldi ex eo quia teſtator dixit quod inſti-
tuebat Sinibaldum & eius liberos maſculos. Quia reſpondeo
quod attento quod tempore teſtamenti:& tempore mortis te-
ſtatoris extabant nonnulli deſcendentes Sinibaldi maſculi te-
ſtator videtur de illis ſenſiſſe non de alijs.l.ſi cognatis.& quòd
ibi not.ff.de reb. du.retenta præſertim communi opin.doc.in
l.Gallus.§.quidam recte.ff.de libe.& poſthu. vbi excepto Bar.
concludunt omnes quòd ſi teſtator inſtituit fratrem & eius li-
beros,intelliguntur ſimul vocati eodem tempore & non ordi-
ne ſucceſſiuo: maximè per text.in cap.Rayn.de teſt.& recte ꝙ
iſta eſt communis opin. a qua vt conſtat in iudicando non eſt
recedendum.¶Pręterea ſi primi liberi ipſius liberi.1.filij eius
fuerint hæredes prout in primo continetur inſtitutio poſtquã
verificata eſt in liberis primi gradus , non intelligitur de vlte-
rioribus argu.l.eum qui in calendis.in princ.ff.de verbo.obli.
& l.boue.§.hoc ſermone.de verb.ſign.& eſt de mente Barto.ſi
rectè inſpiciatur in l.liberorum.de ver. ſign. dum allegat.d.l.
boue. ¶Venio adſecundum dubium in quo me breuius expe-
dire conabor, tum quia ſtantibus his quæ concluſa ſunt ſuper
priori dubio non eſt neceſſe deuenire ad ſecundum.Tum etiã:
quia in priori dubio oportuit me præter morem meum in con
26 ſulendo aliqualiter eſſe longiorẽ.¶ † Dico igitur omiſſis ſuper
fluis veram eſſe communem concluſionem, quòd exceptio
b præſcri.30.vel 40. annorum non ob. [b] dicto creditori agenti:
eo quia cum debitum fuerit contractum per dictum credito-
rem cum d.Anto.& Iuliano, qui vixerunt quaſi vſque in tem-
pus quo creditor agere cęperit:ipſi tanquam exiſtentes in ma-
la fide non potuerunt incipere præſcribere. capi.fi.de præſcri.
etiam quando tractat de præſcriptione actionum: vt probatur
in d.ca.fi.ibi, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam
canonica quàm ciuilis &c. ¶ Ponderanda eſt illa dictio.nulla,
quæ eſt vniuerſalis negatiua l.nulli.C.de epiſ.& cleri.& l.nul-
lam.C.de inſa.& qui omne dicit nihil excludit. l.Iul.ff.de leg.
3.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum de reb.dub.c.ſolitæ. de maio.&
obe. præſertim cum illa ratio non ſit reſtringenda , ſed potius
amplianda: vt euitetur peccatum. Nam in dubio tenenda eſt
illa opin per quam peccatum euitetur. c.veniens.de ſponſa.&
cle.exiui de paradiſo.de verbo.ſignifi.¶Et licet tex.in d.c.vta-
tur his verbis , videlicet, vt qui præſcribit in nulla parte tem-
poris rei habeat conſcientiam alienæ etiam tamen verum eſt
dicere quod appellatione rei veniunt etiam iura & actiones,
cum ſit nomen generale. l.nam quod. §.fi.ff.ad Trebel.& in l.
fin.ff.ſi cert.peta.l. rei.de verbo. ſignifi.& declarat Barto.in l.
quintus. §. argento. de auro & argen. lega. & eſt glo.clare di-
cens in l.1.& ibi Guil.& Barto. ff.de ſtatu homi.& text.in l.1.
verſicu.hæc quædam. ff.de re.di.& inſti. de re.corpo. ¶ Nec
obſt.quòd tex.in dicto c.fi. loquitur de præſcriptione rei alie-
nę: quia dico quòd ſi pręſcribo pecuniam & quantitatem al-
teri debitam,ſatis dicor pręſcribere rem alienam quia res mea
tibi debita dici poteſt aliena.& quoad me: vt eſt tex.in l.ſi me.
& Titium.cum glo. in ver.mea.ff.ſi cer.peta. & eſt text.14.q.
4. quid dicam . ¶ Et pro hoc facit quia vbi exprimitur ratio
in l.etiam correctoria : vt exprimitur in dicto ca.fi.debet fieri
extenſio etiam ad caſum qui ſaltem ſublata ſignificatione vo-
cabuli compręhendi poteſt vt in caſu illo ſibi locum vendicet
vt eſt glo. in clemen.1. verſicu. eligant. cum ibi not.per Pau.
de Leaz.de ele.& per glo.in authen.vt hi qui obli.in princi.in
in verſicu. ad curationem. & in authen. minoris debitor. in
verſicu.a curatione. C.qui tu. da. poſ.& not.Bald.in authen-
tica quas actiones. C.de ſacroſanc. eccle. in 3.q. bene faciunt
no.per glo.& doct.in c.1.de rerum permu.in 6. & in clemen.
1.eod.titu. Et eſt de mente Barto.in l.liberorum. de verbo.ſi-
gnifica. in verſicu. his pręmiſſis &c. circa finem primi argu-
menti.& eſt de mente Bald. in l. fi.de hęre.inſtitu. Et expreſsè
not.Innocen.in l. ſi vero.§.de viro.ſolu.matri.& Anto.de But.
in capi.fina. de conſue. in prima fal. & 2.in materia extenſio-
nis.& moderni in c.1.de tempo.ord.in 6. ¶Sed ratio expreſſa
in c. fi. videlicet vt peccandi via tollatur, habet locum etiam
in pręſcriptione actionum concurrente mala fide debitoris:
ergo &c. Debet fieri extenſio ad illum actum . ¶ Bene facit
quod not. Barto. in authen. ſacramenta. C.ſi aduer.vend.vbi
vult quod diſpoſitio illius authenticę , quę eſt correctiua ſe-
cundum glo.& docto. quamuis loquatur in contractibus,ex-
tendatur ad illos contractus qui impropriè dicuntur contra-
ctus:& etiam diſtractus: quia per talem extenſionem fauetur
animæ. Et ita etiam not.Anto.de Butr.in dicto ca.fin.de con-
ſue.circa penul.vel antepe.col. ¶ Confirmantur prædicta per
text.in capi.poſſeſſore. de re.iur.in 6. & licet ille.text. loqua-
tur in poſſeſſore rei , tamen trahendum in poſſeſſorem iuris:
quia debitor late ſumendo videtur poſſidere debitum: vt pro-
batur in l.fi.ff.de petitio. hæredita.& in l.quod ſi alieni.§.Iul.
eo. titu. & ſic cum eadem ſit ratio impedienda præſcriptione
iuris,ſeu actionis hoc caſu quæ eſt in alia præſcriptione debet
fieri extenſio per proximè allegata, & iura allegata contra iſtã
partem.¶Quod talis pręſcriptio non procedit de iure canoni-
co,& ſint hoc correcta iura ciuilia tenet glo.Innocen.& Hoſt.
in dicto capitu.fina.& glo.in dicto capi.poſſeſſor.& Ange.in
l.ſequitur.§.ſi via. ff. de vſuſc. & in l.1.C.de ſerui.& in auth.
ad hæc.C.de vſur.Anto.de Butr. Abb. Sicu. & Imo. in præal-
leg. capitu. fina. vbi quo ad terminos. quęſt. noſtræ referunt
hanc eſſe communem opinio. per plura quæ breuitatis cauſa
omitto,poſtquam ita ſe habet communis opin. ¶ Etiam iſtam
opin.ſequitur Bald.in l.quibus diebus.§.dominus. de condi.
& demonſtra. cum quo ita tranſit Imo. qui refert quod etiam
ita diſputando determinauit Iacob.Butr.& etiam Bald. in ſua
diſputatione quę incipit , ſtatuto cauetur quòd fœnerator: &
ita etiam tenet Imo. in dicto §. ſi viam. referens ſe ita conſul-
uiſſe. & ita etiam tenet domi. Card. in capitu. ſi diligenti. de
pręſcrip. & Petrus de Ancha.in conſi. 5.incipi. pro parte no-
bilis viri &c. & ideo dicunt docto. in dictis locis. bene facit
Barto.in dicta. l.ſequitur. §. ſi viam. ſe ſubmittere in hoc ar-
ticulo deciſioni eccleſię , & etiam theologorum : qui cano-
niſtę & theologi tenent contra illam opinio. cui uidetur Bar-
tolus adhæſiſſe ſcilicet, quod in præſcriptone actionum non
obſtat

obstat mala fides, vt per eundem in dicto §.si viam. & in l.fin. ff.quemadmo.serui amit. & in l.hæc autem iura.ff.de serui vrbanorum prædiorum.& in l.ait prætor. §.plane. quib.ex cau. maio.& Hostien.in summa de præscr. §.quæ res præscribi possit in princip.& minus bene per prædicta. ¶ Et eorum opi.reprehenditur communiter per do.in dictis locis.& satis late refert Imo. in dicto ca.fi.& satis dicitur esse in mala fide debitor quando habuit conscientiam quod erat debitor: vt dicto c.fi. ¶ Et prædicta sunt seruanda nedum in foro ecclesiæ sed etiam in quocunque foro: quia cum incurrit peccatum quo modo vult se tueri exceptione præscriptionis pro tempore quo non interueniat bona fides: vt in auth. vt eccl. circa medium. ꝙ ad hoc alle. Ange.in d.§.si viam. & d.Ant.in d.c.fi.debet seruari in vtroque foro ius canonicum: vt no.gl.in d.c.possessor.& c.licet mulieres. de iureiu. lib.6.Bart. & legistæ in l.priuilegia. C.de sac.sanc.eccle.c.fi.cum simi.de solu. ¶Nec prędictis ha-
27 bet obstare statutum ciuitatis disponētis † quod omnis actio realis personalis vel mista tollatur spatio 30.ann. quia statutū illud debet interpretari secundum ius commune, ne quis indebite damnum patiatur.l.2.C.de noxa.cap.cum dilectus.de cōsue.l.quamuis.ff.de in ius voc. & plenè per Bart. & alios in l.omnes populi.in 6.quęstio.principali. & in l.non dubium. ff.de leg. ergo non debet intelligi statutum quando præscribens esset in mala fide. ¶Quinimo si statutum aliter disponeret, scilicet quod etiam cum mala fide præscriberet debitor, non valeret secundum opi.magis communem: vt tenuit Bar. in l.omnes populi.in 3.q.principali.ff.de iusti. & iur.quia secundum eum.l.imperialis. dicens hoc cum induceret peccatum non valeret: vt in dicto.c.fi.& idem tenet Io. An. in ca.2. de exc.in 6.in nouella. referens ita in disputando fuisset terminatum.& idem tenet Angel.& Imol. in d.§.si viam. & Ang.in l.quibus.ff.de legi.& Ant.de Butr.Imo.& dom. Abb.in d.ca.2.& Anto.de But.in c.cura.de iure patro. & Bald.in dicta disputatione incip. statuto cauetur quod fœnerator. & Petr. de Anch.in dicta reg.possessor.& in c.canonum statuta.de cōsti. in 18.char.in versic.item si statuto cauetur quod post 40. annos.Item in c.2.de excep.in 6. & idem tenet Bald. in §.ius ciuile.instit. de iure natur. gen.& ciuil.& Imo.in d.l.quib.diebus.§.dominus.vt refert Imo.in dicto §.si viam. & in dicto.c.
c fin.se ita consuluisse.Ita etiam consuluit Paul. [c] de Ca.in cons. 282.statutum prædictum etiam in foro ciuili,& in curia seculari cum tractamus de materia peccati: per no.in dicto c.possessor.& in dicto c.licet mulieres.de iureiur.in 6.¶Et hoc saltē quando statutum non exprimeret aliquam causam iustam vltra negligentiam, propter quam iustam causam ita disponeret vt plene referūt doct.in dictis locis, & in statuto prædicto nulla est causa expressa.¶Et prædictis non obstat quod no. Inn. in c.cura.de iure patro. quia respondeo ꝙ Inno. loquitur tātum in casu illius. c.cura in quo casu tolerabitur illa præscriptio, imo etiam communiter reprehenditur ille intellectus: & intelligitur ille tex. quando præscribens non erat in mala fide. ¶Nec etiam ob.quod no. Inno.in c.quia plerique de immu.eccle. vbi videtur innuere ꝙ procedat præscriptio iurium cum mala fide.¶Quia respondeo quod ibi Inno.loquitur habito respectu.ad ius ciuile.patet quia Inno.loquitur tam in actionib. personalibus quàm realibus quod colligitur cum dicitur in possidēte etiam indistinctè loquitur: & tamen clarum est ꝙ non dubitabat Inno. de iure canonico in realibus actionibus ꝙ non procederet præscriptio possidentis cum mala fide. per d.c. ¶Nec ob.etiam si dicatur ꝙ per tale statutum erat sublata ciui.obli.& effectus naturalis.l.sicut.l.omnis. C.de præscr. 30.anno.& per no.per Cy.in l.cum quis. C.de iur.& fac.ign. & l.fin.C.ex qui cau.maio.& per Barr.in l.fi. ff.rem ra.hab.& sic videtur quod tutus sit debitor secundum Bartol.in d.l.sequitur.§.si viā. cum sim. Quia respondeo ꝙ illud esset verum si statutū valeret: vt dixi & probaui. s̃.non valere: ergo cessat arg.¶Quædā alia adduci possent in contrariū: sed quia leuiora sunt omitto: & ad ea respondent dicti scribentes & maximè Imo. in d.c.fi.& istam partem semper sum secutus consulendo veriorem & humaniorem magis cōmunem approbatā. ¶Non omitto insuper quod dicta exceptio præscriptionis nō potest opponi per Titium cuius non interest: nec per dictum Iacobum qui repudiauit dictam hæreditatem dictorum obligatorum; & sic nihil ad eum. vnde talis exceptio sibi non con-
cedi tur. l.ille a quo.§.fi.de testa.ff.ad Tre.l.posthumus. §.si qs ex his. cum ibi no.ff.de inoffic.testa.facit.l.si vnus.§.ante om-
28 nia. cum ibi no. per Bart. ff.de pac.¶ † Quo ad vltimum dubium quo quæritur, an sit bene appellatum seu de nullitate dictum a sententia: quia pronunciatum fuit referendo se ad
* consilium * dandum per consultorem in futurum: & sic dixit ꝙ iudicabat prout consuleret consultor, qui nondum consuluerat: & dico ꝙ est bene appellatum seu de nullitate dictum a dicta sententia, quia sententia lata secundum consilium feren-
* dum,*& sic nondum productum in actis, esset nulla, vt voluit Io.An.in addi.Spe.in ti.de sen.prola.§.qualiter. in addi.inci. huic finem. vbi voluit ꝙ sententia quia iudex dixit pronūcio prout pronunciauit talis, non valet si pronunciatio ad quam se retulit iste iudex non erat in actis producta. ¶Et idem quando iudex se referret ad consilium, oportet ꝙ sit productum in actis, vt no.Ioan.An.in Spe.in ti.de exce. §.viso. in addi.inci.pono in Italia &c.& ita etiam tenuit An. de Bu.in c.venerabilis.de exce.& Ange.& Imo.in l.si conuenerit.ff.de re iud. & in l.1.§.si quis ita.ff.de verb.oblig. ¶ Ad hoc l.3.C.de sent. quæ sine certa quanti. debet etiam liquere iudici illud super quo se vult fundare ad sententiam fundandam.l.properandū. §.& si quidam. C.de iud.l.hoc autem. §.1.quibus ex cau.in pos.facit.l.1.§.biduum.ff.quando appel.sit. ¶Et dicit expresse Bald.in l.j.in 2.col.de sen.ex breui.re.per id quod no.in gl.2. ꝙ iudex non debet ferre sententiam nisi postquam sit apertū consilium super quo vult fundare & proferre sententiam. ¶Fallit secundum Bald.& Sal.in l.cum iudex.de sen. & interlo.om.iud.quando iudex ex forma statuti, teneretur intra certum diem proferre sententiam secundum consilium sapientis, & sapiens esset electus & nimis tardaret in reddendo consilium, quoniam tunc iudex ad euitandum pęnam statuti posset proferre sententiam referendo se ad consilium quod facit consultor.¶Sed iste non est casus noster, vt patet ex inspectione sententiæ, & siue dicta sententia sit nulla siue iniqua ꝙ negari non potest ex iam dictis, potest iudex appellationis sentētiam reformare ex antiquis &c.aliàs & cum nouis actis terminandi negotium principale, vt petitum est. l.eos. C.de appell. in prin.& no.Inno.in c.cum contingat.de offic.dele. & declarat Bart. in l.si vt proponis. la 1. C. quomodo & quando iudex.in l.1.ad fi.C.quando prouo.non est neces.& in l.si expressum.maximè circa penul.& vlti.col. ff.de appel.& no.ibi alij etiam & Ant.de But.in ca.dilectus de appel.& not.ibi etiam do.Abb.in c.cum Ioannes.de fide instru. in fi.& Imo.l.iudex postea quàm circa 6.col.de re iud.cum si.&c. Alex.

ADDITIONES.

Istud cōsilium Alex. composuit in casu occurrenti apud Pictorium, vt ipse refert consi.22.col.pen.lib.3. Natta.

a ¶Contrariam.s̃.lib.1.consilio 108.& ad istud consi. Rom. titu.1.lib.3.consi.22.nu 10.

* Communiter.] Ista est opinio communis pro dicta gl.in d.l.Lucius, vt per Dec.in l.1.C.de pact.vbi limitat,& declarat.Et articulum hūc latè etiam discutit Soci.in repe.l.cum auus.ff.de condi.& demonstr. in vltimis cartis, vbi etiam meminit de consi.Alex.Idem tamen Soc. in l.cum filio vult.notab. ff.de leg.1.videtur tenere contrà communem dicens se ita sæpius vidisse consultum per Doct. Perusinos. Et opinio Alex.hic, sequitur Ias.consi.206.vlt.dub.lib.2.& Dec.vt communē consi.412.col.j. Et vide Rui.cōsi.111.Viso,ac perlecto in prin. li.2.Et scripsi in consi. 551. Cagnol. latissimè in d.l.1. C.de pact.Nat.

* Succedant.] Istam responsionem tradit etiam Pau. de Cast. consi. mihi.359.sequens opinionem glo.vt communem,in d.l.Lucius, vbi multo melius, & elegantius explicat hanc responsionem. Et incipit d.consilium, Suprascriptus D.Consultor egregius.lib.2. Natta.

* De iure verum.]De ista opinione, quæ fuit Bart.in d.l.Centurio, vide Dec.in d.l.1.C.de pact.& Soc.in l.cum filio, vlt.notab.colum.2. ff.de leg.1. Natta.

b ¶Non obst.imo vt dixi.j.lib.4.consi.99.

c ¶Pau.non inuenio nisi consi.98.inci.in causa appellationis lib.2.

* Ad consilium.] Si iudex pronunciat prout in consilio producto, in quo dicitur Titium esse condemnandum, valet sententia: Licet secus esset.si ipse iudex pronunciaret Titium esse condemnandum, Alex. in l.1.col.fi. ff. de re iudica. Et nota Senatorum non sunt sententia, Matth.Afflict.decisi.303. Natta.

* Ferendum.]Vide Pau.de Ca.in l.nō quēadmodū, in fi.ff.de iud.Nat.

SVMMARIVM.

1 *Librorationū statur confecto a socijs. vel ab vno cōmisso ab eis.*

2 *Socius vnus non habet mandatum ab alio nisi in his circa quæ expressè contracta est societas.*

5 *Electio niſi adſit, non ſufficit aliquem ſe feciſſe pro ſcriba.*
7 *Approbatio in ſeparatis poteſt pro parte fieri, pro parte non.*
8 *Priores ſoli non conſtituũt ſyndicũm, licet aliud in prælato. nu. 9. nec habent adminiſtrationem cum libero. nu. 19.*
11 *Diuidua vel indiuidua quæ ſint.*
13 *Nullitas non cenſetur ſublata quæ apparet ex actis.*
15 *Iudex poteſt ſupplere pro contumace.*

CONSILIVM CLXXXVI.

Viſis ſubtiliſſimis dubitationibus quo ad dominos moliturarum per iuſtiſſimos dominos iudicantes formatis, & viſis libris, & etiam toto proceſſu. Primò videndum eſt de fide librorum productorum, an fidem faciant contra dominos Moliturarum maximè quo ad probandum expenſas factas occaſione defenſionis ſuæ factę circa litem contra eos motam per Gratianum de Americis. ¶Et allegatur pro parte affir-
1 matiua deciſio Bald. in rubrica. C. de fide inſtru. vbi dicit † ꝙ
* ſocij debent conficere librum rationum: * & illi credetur inter ſocios ſi vero ſimilia contineat & ad hoc nihil allegat. circa quod puto verum eſſe, quod codici rationum confecto a ſocijs, vt loquitur Bald. vel ab vno de commiſſione ſociorum fidem faceret: per not. in d. l. inter chartulas. C. de conue. fiſ. debito. lib. 10. l. 1. & quod plenè not. Bar. in l. eandem. de duo. reis. Sed in caſu noſtro minimè conſtat hunc librum confectũ fuiſſe per eos ſocios, nec per vnum de voluntate reliquorum. ¶Nec obſt. ſi dicatur quod ille ſcriba erat vnus ex ſocijs, prout dicunt probari & contineri in dictis codicib. quia poſito ꝙ ibi deſcriptus eſſet ille ſcriba in numero ſociorũ, dico ex ſcriptura ipſiuſmet ſcribæ non probatur ipſum eſſe ſocium: quia eſſet facta ad propriam vtilitatem ſcribentis. l. rñſiones. cum vulga. C. de proba. vndè poſito quòd ſcripturæ ſociorum probent inter ſocios, tamen primò legitimè cõſtare deberet quòd ſint ſocij, quo probato ſcripturæ poſtea per eos factæ probarent. l. diuus Traianus. de teſta. mili. ſed non eſt probatum ꝙ dictus ſcriba ſit ſocius: ergo. ¶Plus dico & puto eſſe verum
2 † quòd etiam ſi aliter legitimè conſtaret quòd dictus ſcriba fuiſſet ſocius, tamen ſi non conſtat ꝙ ab alijs fuerit commiſſum officium ſcribendi, vel aliter de voluntate ſociorum cum non conſtat ſcriptura facta per vnum tantum ex ſocijs nõ pręiudicat alijs quod probatur: nam ſocius non cenſetur tacitum
3 mandatum habere a ſocio, niſi circa † ea circa quæ eſt expreſsè contracta ſocietas, circa merces venales, nam vnus poterit vendere ſine alio: quia ad hoc eſt ſocietas contracta & vnus videtur ex hoc alium propoſuiſſe. l. 1. §. fin. cum ſeq. ff. de exerci. ¶Sed quo ad alia non videntur habere adinuicẽ tacitum mandatum: vt firmat Barto. in l. nemo ex ſocijs. per illum text. ff. pro ſocio. & Bald. in rub. C. pro ſoc. in 2. col. & in l. in familiæ.
4 C. fami. erciſ. ¶ † Et probatur expreſſe: quia videmus ꝙ vnus ex ſocijs non poteſt agere in iudicio nomine ſociorum ſine mãdato vbi agitur de re diuidua, vt in caſu noſtro in l. 2. de conſor. eiuſdem lit. Ad idem text. in l. ſi vnus ex ſocijs. ff. de ſer. ruſt. prædio. & l. proprium. ff. communia præd. ¶Et probatur per glo. & ibi hoc expreſsè firmant moderniores in l. de pupillo. §. ſi plurium. de no. operis nunc. Sed hæc ſocietas quæ reſultat ex emptione rei communis: vt l. cum proponis. C. pro ſocio. non fuit contracta ad legitimandum nec in conſequentiam ad faciendas expenſas litis: quia quod fuerit ad hoc contracta non apparet, & eſſe poterat ꝙ quidam ex ſocijs ſi ſciuiſſet litem noluiſſet litigare: ergo in hoc vnus non cenſetur habere mandatum ab alio, & per conſequẽs ſcriptura per vnum facta non præiudicat alteri in iſtis. ¶Nec etiam ſufficeret ſi in dicto libro appareret ſcriptum per ſcribam qualiter ipſe fuit deputatus a ſocijs ad ſcribendum: quia hoc ipſemet atteſtari non poteſt de aſſumptione officij ſui: vt not. Barto. in l. ex ſententia. C. de teſt. tut. & Io. And. in ca. quoniam. contra. de proba. & Bal. in l. iudices. C. de fide inſtru. & Bal. in l. iuſiurandũ.
5 C. de teſtib. cum concor. ¶ † Nec obſt. quod dicitur ꝙ conſuetudo eſt ꝙ dicti ſocij. habent vnum ſcribam, & quod alio non apparente præſumitur de iſto: quia pluralitas non præſumit: quia reſpondetur primo quod conſuetudo eſt quòd capita habent vnum ſcribam qui habet ſcribere diſtributiones moliturarum, non autem expenſas litium quæ non ſpectãt ad eorum regimen, vt etiam infrà dicetur. ¶Imò poſito quod, de conſuetudine allegata appareret quod negatur tamen non memini me legiſſe quòd ſi de conſuetudine eſt quod vnus eligatur ad officium priuatum ſi dicat aliquis Titium geſſiſſe illud officium ergo præſumitur ad hoc electus. Quinimo duo concurrere debẽt vt ille habeatur pro legitimè deputato ad illud officium. Primum vt reſultet vtilitas publica, ſecũdum quod propria authoritate non fuerat ingreſſus officium ſed quod aliqualis electio præcedat: quo caſu licet electus non eſſet habilis vel alius defectus puta confirmationis vel ſimilis interueniret. tunc ſufficeret quod habeatur pro tali pro quali geſſit. l. barbarius. ff. de offic. præto. & ibi hoc firmat Iaco. But. & cõmuniter doct. quibus vel altero eorum deficiente non releuat ſe geſſiſſe pro tali. l. Herennius. ff. de decur. l. 1. & 2. C. ſi ſeruus ad decur. aſpi. cum ſimi. lib. 10. & hoc not. Innocen. & canoniſte in c. nihil. de elec. & in c. cum dilectus. de reſcri. & Cyn. & Bald. in l. fina. in prima oppo. C. de ſenten. & in verſicu. modo quæro. & in l. mutat. C. de li. cauſa. & latè domi. Anto. in repet. cle. conſultationib. de iure patrona. Sed neutrum præ-
6 dictorum hic interuenit: ergo &c. ¶ † Nec etiam obſtat quòd libro officialis credi debeat: quia reſpondetur quod in caſu noſtro non conſtat iſtum ſcribam fuiſſe deputatum ad hoc officium maximè per ſocios & poteſtatem habentes: quia illud quod ſtari dicitur libro officialis, eſt verum in officiali deputato in publi. l. admonendi. de iureiurando. & l. nuda ratio. de donationibus. ſed in officiali. priuato ſecus. ¶Vnde dicit Baldus in l. Imperator. ad fi. ff. de ſtat. ho. quod libris maſſarij villarum & ſimilium non creditur niſi ſint ſubſcripti manu notarij. allegat text. in l. 2. C. de conueni. fiſca. debi. igitur &c. ¶Non obſtat quòd ſocij vſi ſunt dictis libris faciendo in eis ſcribi rationes ſuas, & illas accipiendo: ergo in totum ſtari debet eis, quia negatur quòd ſocij hoc fecerunt, potuit hoc forte eſſe quod quidam aſſerentes ſe capita creditorum hoc ſcribi fecerunt: & per hoc non inferetur alijs præiudicium cum ſimus in his quæ ſunt communia pluribus: vt infra di-
7 citur. ¶Præterea illud quod dicitur † quòd qui in parte acceptauit: non poteſt impugnare in alijs partibus: illud eſt verum in partibus connexis, ſecus in ſeparatis: & ſeparata dicuntur quando ſunt facta diuerſa, in diuerſis temporibus facta, hæc habentur in locis vulgaribus per Barto. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. de lib. leg. & in d. §. numularios. & Bald. in l. 1. C. de confeſſ. in 2. 3. & 4. colum. vbi dat cautelam quòd libri producantur in parte & partibus faciẽtibus in fauorem dumtaxat producentis. not. Canoniſtæ. in c. olim. de cenſi. & in c. a bonæ. el 2. de poſtu. pręla. & c. cum venerabilis. de exceptio. cum ſimilibus. Sed diſtributio ratarum moliturarum non dubium quod dicitur eſſe factum ſeparatum ab expẽſis litium: ergo non ſequitur quòd non poſſit pro illa parte improbari. ¶Secunda dubitatio principalis eſt quòd quanquam verum eſſet quod iſta capita approbaſſent dictas ſententias tacitè ſoluendo expenſas &c. Dicebatur pro parte dominorum moliturarum quod capita non fuerunt electa per omnes nec per maiorem partem dominorum moliturarum, & ſic non potuerũt præiudicare. ¶Nam ad hoc dicitur & reſpondetur ad partem aduerſam quod ſatis eſt ꝙ fuerunt tolerati & habiti pro capitibus prout in ſimili in officiali epiſcopi, determinant domini de ro. deci. 47. ¶Quoniam ad hoc replicatur quod in officiali pub. epi. vel alterius qui habitus eſſet publicus tanquam officialis. quo ad ea quæ tangerent publicam vtilitatem procedit optimè deciſio prædicta, dummodo aliqualis electio, quanquam inualida pręceſſerit. Sed vbi agitur de officiali priuato, & de priuata vtilitate vt in caſu noſtro: & vbi nulla proceſſiſſet electio etiam valida dico ꝙ tunc non ſufficit gerere ſe pro officiali: vt plenius ſupra oſtendi ſuperiori dubio: & eſt communis omnium ſententia. ¶Nec etiam habet obſtare ꝙ dicitur creditores adiuiſſe iſta capita accipiendo ab eis ratas ſuas: ergo cenſentur illa approbaſſe: & perinde eſt ac ſi legitimè proceſſiſſet electio &c. Quia reſpondetur ꝙ poſito ꝙ conſtaret creditores adiuiſſe illos qui dicuntur fuiſſe capita tempore dicta rem litium pro conſequendis earum ratis quod tñ non eſt probatum: tñ dico ꝙ ſi talem aditionem quo ad diſtributionẽ ratarum videantur illos reputaſſe capita: non debet fieri extẽſio poteſtatis ad illos actus ſcilicet vt videantur eiſdem capitibus conceſſiſſe poteſtatẽ comparendi in iudicio. cũ actus ſint diuerſi. l. diligenter. ff. mãda. & c. cum dilecta. de reſcri. l. non omnis. ſi cer. peta. ¶Præterea ſi maior pars creditorum: vt dicit pars aduerſa: & continet in dubitationibus, potuit in præiudicium

iudicium omnium constituere capita: sequitur de necessitate
ꝙ talis consensus in approbando capita non potuit singulari-
ter præstari : sed simul omnibus conuocatis saltem a maiori
debuit parte approbari & ratificari: vt est tex. & ibi Bart.in l.
iurisgentium.§.hodie.aliàs est.l.& suum.§.hodie. ff.de pac.&
Bart.in l.omnes populi.in 2.q.princ.in versic. 3.quæro &c.&
Inno.in c.cum omnes.de constit.& Bald.in l. 1.in versi.3.quæ
ro.ff.de offi.consu.& in auth.hoc ius porrectũ.de sac.san.ecc.
8 ¶†Tertia est dubitatio quod dicitur per partem aduersam, qđ
præsupposito pro vero quod dictis libris credatur, & quod p̃-
dicti habiti fuerũt pro capitibus videtur ꝙ capita potuerunt
in iudicio experiri & constituere procuratorem in c.edoceri.
cum ibi no.per Inno.de rescrip.in c.petitio.de proc.quoniam
ad hoc aliàs fuit responsum quòd capita comparuerunt in iu
dicio nec prosecuti sunt prędictas:sed dicitur quod constitue
runt procuratorem ser Ioannem de Manzolino, de cuius man
dato non constat.Nec ob.ꝙ quædam asserta pronũciatio mã-
datorum non præiudicat capitibus habentib. per Bar.& om-
nes in l.licet.de procu. & Inno. in c.super literis . de rescri.&
Spec.in tit.de syndico.ver.quid si iudex.& Bal.in l.falsus . de
fur.¶Si autem non potest allegare quod ipsi agere vel per pro-
curatorem facere potuerunt ꝙ neutrum factum est quinimo
dicebam quod talia capita vel priores etiam in his quæ sunt
communia pluribus aut vniuersis ꝙ est plus non possunt con
stituere syndicum: & in terminis firmat Bald.in l.item magi-
stri.ff.de pac.&c.¶Bene facit quod no. Bart.in l.fi.super illum
tex.C.de leg.lib.10. ¶Si ergo.in his quæ sunt communia plu-
ribus (vt vniuersis in quibus maior pars potest in præiudiciũ
aliorum disponere:) priores vel capita non possunt constitue-
re syndicum:quantominus in his quæ sunt communia pluri-
bus vt singulis : vt in casu nostro in quo requiritur singularis
omnium consensus : vt plenè in regula , quod omnes tangit,
non debent posse soli priores syndicum constituere. ¶Nec ob-
stant quæ habentur.in c.edoceri . & in c.petitio. quia respon-
9 deo † quod illa iura loquuntur in prælato ecclesiæ qui dici-
tur esse administrator ad propriam vtilitatem, & facit fructus
suos.Ideo etiam ante lit. contest. potest procuratorem consti-
tuere.& ita dicunt docto.in dictis locis.& Bart. & legistæ. in
l.neque.C.de procura. & Spec.in tit. de procu. §.ratione eius
versi.nunquid canonicus.& Pau.de Leaza. in cle.1.de rescri.
& Bald.in auth.sed hodie.de episco.& cler. ¶Et pro hoc quia
prælatus non dicitur procurator in rem suam: vt leg.& no.in
c.2.& 3.de dona.iuncto eo quod habetur in c. 1.de offi.ordi.
¶Glo.in l.nec ciuitatis actor.ff.de procu.quæ expresè per illũ
tex. facit differentiam inter procuratorem & syndicum, qui
agit nomine alieno ad vtilitatem alienam, & prælatum qui
agit ad vtilitatem propriam vt primi non possint constituere
procuratorem alium ante lit.contest. vt ibi & in d.l.neque se-
cus in prelato, vt plenè in d.c.peti.¶Ex quo videmus quod po
sito quod dicta capita habuissent potestatem constituendi syn
dicum vel procuratorem hoc non potuerunt facere ante litẽ
10 contest. ¶ † Nec verum esse puto cum reuerentia, id quod a
quibusdam audiui videlicet quòd dicta capita videntur ha-
bere procuratorem cum libera ; * quia expresè tenuit contra-
rium Iaco.de Rauẽ. Cyn.& Bald.in l.1.C.etiam per procura-
torem in inte.rest.& Bald.in l.illud . §.1. ff.de min.& Cyn.&
doc.in l.pręses.C.de transac.vbi concludunt ꝙ legitimi admi
nistratores habent liberam administrationem.& non idem est
in habentibus administrationem priuatam, quia non habent
liberam:& videtur velle Bart.in l.mandato. ff.de procuratori
bus. vnde cum non habent administrationem liberam dicta
capita nec etiam fuerint constituti generales procuratores ad
omnia negotia,ideo infertur quod nõ habuerunt aliquam po-
testatem experiendi in iudicio, & per consequens nec consti-
tuendi procuratorem ad iudicia:quia speciale est in ipso gene
rali procuratore.l.sed si vnus. §.procuratorem. & ibi Bart. de
iniur.& l.nam necesse.ff.de pac. l.procu.cui libera . ff.de pro-
cu.in cap.cum dilectus.de procu. ¶ Nec etiam ob.quod vnus
socius videatur habere tacitum mandatum ab alio : quia ego
respondi, supra in primo dubio, quia ad casum nostrum om-
nes tenent contrarium & maximè quo ad experiendum in iu-
dicio,quia est casus in l.2.in prin.C.de consor. eius.lit.¶Simi-
liter non obst.quod ratione incommodæ diuisionis, quam vi-
dentur habere molendina & molituræ debet posse vnus ex so
cijs agere pro alio per not.per Bart.& Bal.in dicta l. 2.de con-
sor.eius. li.quia dico quod non sumus aliquo modo in indiui
11 duis, † quia illa dicuntur indiuidua quæ per solutionem par
tis non afferũt tantam vtilitatem in parte respectu partis quã-
tum in toto respectu totius . l.in executione . §.2. cum seq.de
verb.obli.Pe.& Bart.in l.stipulationes non diuiduntur. in 7.
oppo. & in 2.q.de verb.obli. Sed hic tantam vtilitatem affert
pars vnius molendini pro indiuiso respectu partis, quantum
vnum totum respectu totius. ¶Præterea quælibet species diui
dua dicitur,quia pro indiuiso dominium potest pro parte trãs
ferri & solui.l.2.post prin. ff.de verb.oblig.l.si stipulatus . §.si
decem. de sol. sed molendina consistunt in specie,ergo &c.
¶Præterea fortius posito quòd esset quid indiuiduum , est ve-
rum quo ad potestatem agendi vnus ex pluribus socijs insoli-
dum agere potest ad indiuiduum.l.hæredes, §.an ea. ff.famil.
ercis.tamen sententia lata contra vnum , non præiudicat alte-
ri , vt no.glo. in l.2.ff.quibus res iud. non no.dum alle. l.loci
corpus.& no.Innoc.in c.causam.el grande. qui fi. sint legi. &
Io.in l.si de communi. per illum tex. si ser. vendi.& Bart.in l.
2.§.ex his.de verbo.obliga.in fi.& in l.ex duobus.in vers.quar
to quæro de sententia.ff.de duobus reis.dum alleg. l.loci.cor.
¶Ex quibus omnibus patet quòd libri non probant ratificatio
nem capitum. ¶Item posito quòd probarent, non est probatũ
istos fuisse legitimè constituros pro capitibus ab omnibus vt
requiritur : quia sumus in his quæ sunt communia pluribus
vt singulis. ¶Vel posito quod essent pluribus vt vniuersis, re-
quiritur maior pars. ¶Et quòd scriptura faciat mentionem ꝙ
interuenit maior pars vt plenè no. Bart.in l. 1. ff. de albo scri-
ben.& canonistæ in cap.1.de maiorita.& obedien. & in c.fin.
de proc.cum si. ¶ Et posito quòd fuissent capita est ostensum
quòd non possunt constituere syndicum vt no. Bal. in l.item
magistri.¶Et posito etiam quod potuissent constituere tamen
hoc non potuere ante litem contest. l.nec ciuitatis. de procu.
¶Et dato etiam quòd potuissent, quod est falsum , dicimus ꝙ
nullus fuit procurator constitutus: quia non apparet ex man-
12 dato.& hæc sufficiant circa primas sententias . ¶ † Circa vlti-
mam sententiam latam in fauorem moliturarum super execu
tione impedienda sit dubitatio, eo quia statutum dicit senten
tiã exequendam non obstante nullitate, debet ergo intelligi ẽt
de illa nullitate quæ de iure communi impediebat executio-
nem scilicet quando in promptu erat probatio nullitatis,quia
ad hoc respondeo ꝙ statutum exhibitum non dicit sic . Nam
dicit ꝙ si oppositum fuerit aliquid de nullitate sententiæ , &
super exceptione fuerit cognitum,& illo nõ obstãte fuerit cõ-
firmata snia quod si postea petat executio sniæ ꝯfirmatæ & cõ
tra eam opponatur eodem modo de nullitate prout alijs fuit
oppositum quod nõ impediatur executio.¶Modo ad proposi-
tum hæc exceptio nullitatis ratione defectus mandati procu-
ratoris moliturarum nunquam fuit opposita . item pro parte
dominorum moliturarum nunquam fuit oppositum de ali-
qua nullitate per habentem mandatum ab eis quia ser Ioã. nõ
habebat mandatum . ¶ Præter ea sententia vltima est illa quæ
executionem meretur.l.eos.C.de appella.vbi per gl.& doc.in
l.1. de re iudi. ff.sed contra dictam vltimam sententiam nun-
13 quam fuit oppositum amplius de nullitate:ergo &c. ¶†Præ-
terea posito ꝙ statutum diceret indistinctè ꝙ de nullitate op-
poni non posset: tamen non intelligitur sublata exceptio nul-
litatis quæ probatur per inspectionem actorum . hoc decidit
Bald.in l.1.C.ne liceat ter.prouo.& Imol.in l.si expressim. de
ap.& in l.de pupillo. §.qui opus . de no.ope.nun. vnde etiam
refert dominos de rota sic tenere. in cle. 1.de re iud.quod cõ-
tra tres sententias nõ posset de nullitate opponi,& proinde la-
ta pro parte aduersarij non debere posse opponi de nullitate,
q̃ cõstaret ex actis, tñ ꝯrium dicunt p̃fati doc. q̃a satis est ꝙ sit
remota nullitas quæ incõtinenti posset probari aliter q̃ per in
spectionem actorum.¶Et dicit Bald.in rub.de prob.in 1.col.
14 †quòd nunquam statutum tollit probationem quæ fit per rei
euidentiam.alle.dictum Azo.in summa . C.ad l.aquil. Sed ex
inspectione actorum constat hic de nullitate ex defectu man-
dati,ergo &c. ¶ Non obst.etiam ꝙ dicitur dictam sententiam
fuisse latam in fauorẽ creditorum omnium absentium, & sic
15 quo ad absentes nõ valet. † quia iudex pro absente contuma-
ce nõ põt supplere ante li.contest. vt no. Bal.in l.fi.C.de appe.
Ad hoc respondeo quòd illud est verum vbi lis debet conte-

ſtari, ſed vbi lis non conteſtatur ſecus, ſecundum Bar. in §. hoc autem iudicium. in l. 4. ff. de dam. infec. ¶ Sed in cauſa executionis ſententiæ lis non conteſtatur: vt plenè Bar. in l. intra, de re iud. cum concord. ergo &c. ¶ Nec ob. ꝙ iudici de nullitate non conſtabat: ergo non potuit ſupplere: quia imo cum reuerentia ſibi conſtabat per oſtenſionem actorum, per quam probatur negatiua & nullitas, vt no. Bart. in l. hi qui ad ciuilia. C. de app. & Ioan. And. c. quoniam contra. Nec ob. ſi diceretur, potuiſſet probari de cõſenſu dominorum moliturarum, & de ratificatione ipſorum per teſtes: quia dico, ꝙ per hoc nõ redderentur ſententiæ validæ, niſi appareret ꝙ coram iudicibus, qui tulerũt primas ſententias, facta fuerit fides de tali cõſenſu: quia non ſufficit hoc ita eſſe niſi iudici liqueat hoc ex actis. l. hoc autem. & ibi Bar. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. & Bar. in l. ij. C. de eden. & in l. multum, cum ſim. ff. de cond. & demõ. aliàs fruſtratoria eſſet doct. dicentium vbique ꝙ nullitas probatur per oſtenſionem actorum in quibus non apparet de citatione vel de mandato & ſi. ¶ Et non obſt. ꝙ iudex non potuit exceptionem procuratoriam ſupplere poſt lit. conteſt. iuxta not. in c. j. de exce. quia poſito ꝙ hoc eſſet verum: dico ꝙ nos non dicimus hoc. Nam non allegamus quod iudex debuit repellere procuratorem gratiæ coram eo comparentem, & petentẽ executionem ſententiæ: quia non habuerit ſufficiens mandatum. ſed dicimus ꝙ iudex exceptionis potuit ſupplere circa oppoſitionem nullitatis primarum ſententiarum latarum cum non legitimo defenſore, & ſic non dicitur ſupplere exceptionem procuratoriam, ſed exceptionem nullitatis ſententiæ, quæ eſt peremptoria. except. c. in noſtra, de procur. ¶ Nec etiam ob. ꝙ ſaltem dicta nullitas quantumcunque notoria debuit proponi coram iudice & nomine creditorum. per not. in cle. appellã
16 di. de appell. † quia reſpondeo, & dico ꝙ ad hoc vt iudex teneatur iudicare ſecundum ea quæ ſunt notoria, eſt neceſſe vt notoria proponantur, & ita loquuntur allegata in cõtrarium. ¶ Sed ad hoc vt iudex ſi vult poſſit ſupplere in notorijs, dico
a quod poteſt ſupplere circa ea quæ conſtat ſibi ex actis[a] & quę ſunt notoria. aliàs ſi ſequeretur propoſitio non diceretur ſupplere: quia probatione non indiget. & hoc tenuit glo. in ca. 1. in verſi. vt publice. de excep. in 6. Expreſſit Innoc. in c. cum dilectus. de conſue. & in c. per tuas. ad fi. de teſt. & in c. fi. de corpore vitia. & in c. ſepe. & ibi Ioan. An. de ap. & Bald. in l. quos prohibet. de poſtulando. & in l. filius. §. veterani. de proc. in l. 1. in 4. op. C. vt quæ deſunt aduo. par. iu. ſup. & in l. planè. in fi. de pe. hæredi. & in l. reos. in 4. col. de accu. & in l. fi. C. qui & aduer. quos. ¶ Et vt dicebam iudex in cauſis ſummariè cognoſcendis poteſt ferre ſententiam pro abſente: & valet vt firmat Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verſi. figura, ad fin. & ſequitur Petr. de Anchar. in clem. ſæpè. ¶ Imo non poteſt negari quin ſententia quo ad citatos, non poterat fieri executio ſummariè. l. meminerint. C. vnde vi. Sed ſer Ceſar comparuit nomine citatorum omnium ergo ſententia non debuit exequi quo ad eos qui comparuerunt, & ſe defenderunt: quo ad alios &cæt. non debuit exequi: quia citati non fuerunt. ¶ Nec obſt. quod principales ſer Ceſaris fuerunt citati tanquã capi. & comparuerunt tanquam priuati: quia dico ꝙ non eſt probatum eos fuiſſe capita. Si ergo valet ſententia quo ad eos: ergo illa ſententia prodeſt conſocijs cum eadem ſit cauſa defenſionis omnium l. ſi qui ſeparatim. §. quòd eſt ſcriptum, de appell. Præterea etiam nunc poteſt pronunciari. ſententias exequendas contra alios: quia non ſunt citati. Reliqua ſuppleat immenſa & profunda ſapientia doctiſſimorum dominorum iudicantium. Ego Alexand.

Bal. de præſcr. j. par. prin. q. 8. licet aliud Iaſ. l. licet. in fin. C. de iudic. Alcia. tract. præſump. præſ. ij. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Libellus, peto quicquid habes in tali villa, valet.*
2 *Sententia generalis poteſt ferri ſine probationibus in tempore.*
3 *Antiqua probantur per famam & indicia.*
5 *Conceſſio quicquid iuris non valet niſi conſtet de iure concedẽtis.*
7 *Ignorari non præſumitur de quo eſt fama.*
8 *Scientia & mala fides probatur per indicia.*
9 *Vendere quis non videtur niſi ius quod habet.*
10 *Colonus & emphyteuta vendendo malè vertantur.*
15 *Teſtimonium de auditu vbi admittitur etiam & de credulitate.*

CONSILIVM CLXXXVII.

In hac cauſa & lite vertente inter archiepiſcopũ Rauennatenſem agentem: & filios ac hæredes quondam Ludouici & Nicolai de Robertis ſe defendentes: animaduertens ad excellentiſſimos viros quorum iudicio ęſt commiſſa cauſa diffinienda, decreueram nihil ſcribere, prout non oportet certè ſcio tamen ne vitio a domino meo Archiepiſcopo negligentiæ quid mihi tribui poſſit, ꝙ
1 hęc pauca non ſcribere continere nequiui. ¶ † Præſuppono in primis ſubſtentabilem eſt libellum in quo pro parte Archiepiſcopi petitum eſt quicquid illi de Robertis poſſiderunt, &
* poſſident * in villà ducatus: vt dixit dom. Anto. in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. & Spec. in tit. de ac. & petit. §. ſequitur,
a verſic. quid ſi pet. in viij. col. vbi dicunt procedere[a] libellum in quo peto quicquid habes & poſſides in tali villa, & debet eſſe differentia inter petitionem ſpecialem & generalẽ ſecundum eos quia in ſpeciali requiritur ſpecialis declaratio. in generali vero ſufficit generalis: vt not. glo. & do. in l. 1. ff. de edé. & in l. edita. C. eod. titu. & plenè. in c. 2. de libel. ob. ¶ Sed ita eſt quod iſta petitio peto quicquid poſſides in tali villa, dicitur petitio generalis. vt in ſpécie dicit Bart. in l. ſi ita. de au. & arg. leg. col. 2. verſi. 2. videndum eſt quando oratio profertur. & Bar. in l. ſcire debemus. in prin. ff. de ver. ob. ¶ Et ſi diceretur in iudicio in quo admittitur petitio generalis, faciendæ ſunt in proſecutione iudicij probationes ſuper reb. particularibus & ſpecifice: vt per Bar. in præal. l. 1. ff. de eden. per l. licet. de iu. Ergo ita debuerunt fieri in propoſito: quia reſpondetur dupliciter. ¶ Primo quòd dici poteſt factas fuiſſe probationes de multis rebus ſpecifice quæ poſſeſſę fuerunt & poſſidentur per eos conuentos. Nam ſunt multi teſtes vt Pet. de Albinis, & Io. de Albinis. Si quidem alij teſtes maximè in repetitione vltima deponunt ꝙ iſti de Robertis tenẽt omnia bona quæ fuerunt data in ſolutum illis de Ioan. de quibus bonis apparet ſpecifice in inſtrumento dationis in ſolutum, exceptis nonnullis bonis quæ ibi exprimuntur fuiſſe alienata per dictam dominam Ioannam, & dictos de robertis: vt ipſi dicunt
2 in ſuo primo teſtificatu. ¶ † Secundo reſpondeo ꝙ quamuis in iudicio in quo aliquid generale petitum eſt vtile ſit dictas probationes facere vt certior & ſpecialior ſententia ferri poſſit: tamen etiam ſi tales probationes factæ non ſint poterit ferri ſententia generalis, quemadmodum generaliter ſe habuit libellus, & poſtea erit opus in executione ſententiæ certificare, ſicut etiam fit in iudicijs vniuerſalibus. Ita voluit Bar. in l. 2. in princi. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. & Iac. Bu. Bal. Ang. & Fel. in l. 1. in prin. ff. de eden. & expreſſius Bald. in l. edita. in rep. Peruſina: in 12. col. in verb. ſed nunquid idem in actione generali. vbi dicit quod ſi petitio fuit generalis poterit ferri ſententia generalis. Nam valebit hęc ſententia, condemno te ad reddẽdam rationem adminiſtrationis tuæ. allegat. c. qualiter, de accu. & l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. Et ideo tunc ſufficit declarari capitula in executione ſententię. ¶ Et pro hoc etiam Bal. in l. j. in princ. in iij. col. ff. de trien. & ſemiſ. allegat ꝙ cum ſententia ſit generalis debet valere ſicut valet in iudicijs vniuerſalibus, quia in executione poterunt omnia liquidari ſicut poteſt liquidari confeſſio quę habet vim ſententiæ. alleg. l. cum fideicõmiſſum. ff. de confeſ. Idem tenet in l. edita. in ij. vel iij. col. per dictam. l. cum fideicõmiſſum. Et ꝙ procedebat ille libellus, peto quicquid poſſides in tali loco, vel villa firmat etiam Ang. in l. j. in prin. in iij. col. ff. de ede. vbi ad hoc allegat plura: & cum eo tranſit ibi Fulgoſius. ¶ Pro hoc etiam facit, quia cum libellus ſemper referatur ad factum ipſius rei conuenti

ADDITIONES.

* Rationum.] Circa hoc vide Ruin. conſi. 101. col. 4. lib. 1. Natta.
* Cum libera.] Iſtud idem tenet Alex. optimè declarans, videlicet, ꝙ priores priuati collegij non habeant liberam, in l. preces, in j. notab. C. de tranſact. & idem etiam tradit conſil. 135. circa princ. infra lib. 7. Et priores ſyndicum non conſtituunt, ſed concilium Ciuitatis, Alexand. conſi. 17. colum. 1. lib. 6. Sed ſyndicus Ciuitatis, ex quo gerit officium publicum, videtur habere liberam, ideo poſſe requirẽtia ſpeciale mandatum. Quod intelligendum eſt de ſyndico ab vniuerſitate conſtituto, vt per Alexand. in d. l. præſes. Et idem videtur in Vice Regibus, & Capitaneis generalibus, vt habeant liberam, ex quo gerunt officium publicum, ita Dec. conſi. 690. col. 1. Natta.
a ¶ Ex actis. Rom. conſil. 127. Aret. conſil. 48. in fin. Dec. l. cum quid, col. 6. ſi cert. pet. Iaſ. l. ij. col. v. de offi. eius cui mat. eſt iuriſdic. Franc.

conuenti id est ad id quod ipse possidet, non aufertur sibi facultas deliberandi an velit cedere vel contendere: ergo procedit libellus per dictam. l. 1. in prin. ff. de edendo. ¶Præterea, vt verbo fertur, causa hæc commissa est cognoscenda summariè & sine figura iudicij. quo casu indiuidualiter Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo figura. in 2. col. concludit ꝙ procedat libellus etiam generalis, qui alias a parte opponente non debuisset admitti. l. fi. C. de anna. exc. cum Bartol. transit Io. de Lig. Pet. de Anch. & Imo. in cle. sæpè. de verb. signi. ¶Ex quibus infero ꝙ de bonis quæ apparent specificè probatum teneri per dictos reos conuentos de illis potest fieri specialis sententia, postquàm de illis facta est specialis prosecutio. ¶Occasione autem illorum bonorum super quibus non essent factę specificę probationes poterit generaliter pronunciari super libello generali condemnando ipsos reos teneri ad restitutionem omnium bonorum quæ ipsi tenent in villa ducatus. Attento ꝙ constat illa esse de iure ecclesiæ domini Archiepiscopi, vt patebit ex infra dicendis, quemadmodum si super libello generali nulla esset facta specialis prosecutio posset ferri sententia generalis, vt supra ostensum eodem modo si super parte tantum fuit facta prosecutio specialis, & super reliquo sententia generalis. l. 2. C. de iud. facit. l. quæ de tota. ff. de rei
3 ven. ¶†Hoc præsupposito descẽdo ad merita causæ circa quæ aliud præsuppono scilicet ꝙ cum tractamus de rebus quę sũt
b de antiquo [b] & per consequens de rebus de quibus difficilis est probatio: lex contenta est probationib. leuioribus: quamquam non essent alias omnino plenè: vt no. Inno. in c. veniẽs. de verb. sign. Arch. 16. q. 3. inter memoratas. & Cy. & Bart. in l. si quidam. C. solu. mat. & Bald. in auth. quas actiones, ad fin. C. de sac. san. eccle. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. & in l. 3. C. de proba. & in l. cum super. C. de rei vendi. Vnde dicit ibi Bald. quod in istis antiquis sufficiat probatio per indicia, & etiam per famam: vt etiam nota. doc. in locis supra allegatis: & in glo. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. quam ita saluat & intelligit Ange. in l. titius. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. & no. idem do. Ant. de Bu. in ca. veniens. de
4 testi. † vbi etiam dicit quod factum quo distamus per annos 40. potest dici de antiquo. ¶Quanto magis dicemus esse de antiquo id de quo tractamus de inuestitura facta per ecclesiã Rauenensem in illis de March. alle. de anno 1383. & de con-
* finibus rerum, * quæ erant ipso tempore ad probandum & ostendendum quod ista bona de quibus vertitur quæstio. sunt de iure ecclesiæ, & sunt illa & eadem bona de quibus in inuestitura. ¶Quis enim iudex inspecto hominum breui vitæ cursu non arbitretur hanc rem esse de difficili probatione, & antiqua, cum hoc videatur iudicantis arbitrio committi: ar. l. 1. §. 1. ff. de iure delibe. & quod not. glo. in clem. 1. de reb. eccle. non alie. & expressius Ant. de But. in c. illud. circa pen. col. de præsum. facit tex. in ratione sui in c. licet ex quadam. de testi. ibi dum tex. dicit per breuem hominum vitam testes de visu deponere non valeant. ¶His sic præsuppositis dico ꝙ rei conuenti principaliter nituntur se tueri ex duob. ¶Primò quod bona ista tenent iure proprio ex titulo dationis insolutum factę iure proprio prędictę dominę Ioannę de Robertis. ¶Secundo ꝙ inquantum appareat bona spectare ad ecclesiam, & ipsa esse deuoluta ad ecclesiam petunt se restitui in integrum ex capite præsumptę ignorantię ad petendum inuestituram non petitam. ¶Circa primum dico quod se tueri non possunt: quia non est verum quod Marchio Albertus concesserit iure proprio dominę Ioannę, imò expressè pro maiori parte Marchio expressit ꝙ concedebat iura quę ipse habebat in dictis rebus positis in villa ducatus: ergo non possunt dicere hęredes dictę
5 dominę Ioannę ꝙ Marchio concesserit dictas res & bona dictę dominę iure proprio: † imo talis concessio nihil operatur nisi expressè constet de iure quod habebat ipse dominus Marchio. Ita dicit Dy. Bart. & alij. in l. si sic. §. 1. in fi. ff. de legat. 2. vbi dicunt ꝙ si comes concesserit alicui ecclesiæ quicquid iuris habet in tali loco nihil operatur illa concessio nisi de iure concedentis appareat per illam. l. si sic. §. 1. & l. legauit. cum si. ff. de li. leg. & ita etiam dixit Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. 58. & Bald. in l. ꝙ si in venditione. per illum tex. ff. de hęre. vel act. ven. & idem voluit Oldr. consi. 164. inci. viso priuilegio, vbi dicit idem si specificetur res ipsa singulariter: vt si comes dicit ꝙ cedit iura, seu quicquid habet iuris in tali fundo: allegat. l. 3. §. in fundum. & l. locus. & ibi etiam no. Angel. de acqui. posse. & sic ex tali tit. non possunt rei conuenti se tueri: quia illa concessio nullum tribuit titulum, nisi appareat de iure dicti Marchionis concedẽtis. ¶Et si dixerint Marchio habebat titulum emphyteusis ab ecclesia Rauenensi tũc
6 respondetur ꝙ dicitur pro parte archiepiscopi † ꝙ hæredes dictæ d. Ioannæ. scilicet ille Nicolaus Ludouicus de Robertis qui bona ista tanquam hæredes dominæ Ioannæ possederunt ipso facto ceciderunt a iure suo non petendo inuestituram intra annum & mensem secundum formam requisitam ex dispositione bullæ apostolicæ. ¶Attendo maximè ꝙ est probatum ꝙ dicti de Robertis hæredes dominę Ioannæ habebant & habuerunt notitiam per plures annos ante mortem suam: ꝙ dicta bona erant de iure ecclesię antedictę vt est probatum: & deponit Dominicus de natalibus & Io. de Albertis etiam cum eo fuit contestis Nãsibentis. ¶Et etiam deponunt isti de Albinis ꝙ audiuerũt Nicolaum & Ludouicum dicere ꝙ Marchio Albertus recognouerat ista bona ab ecclesia Rauennatẽsi. ¶Et deponũt etiam ꝙ fuit. & est antiquissima fama in locis illis in quibus conuersabantur dicti hęredes ꝙ dicta bona sunt de iure ecclesię, & per consequens ignorantiam aliquam
7 allegare non potest: † quia non præsumitur quòd quis ignoret ea de quibus est publica fama, vt per gl. & doc. in l. si tutor petitus. C. de peri. tut. & l. 1. in fi. ff. de iuris & fac. igno. & plenè Bart. in l. is potest. ff. de acquiren. hęredi. & in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa. vbi propriè dicitur quod probatur scientia alicuius eo ipso ꝙ erat publica fama in loco in quo ille conuersabatur: vt no. Bartol. in l. Celsus. ff. de vsuca. dum quęrit qualiter probetur mala fides ad hoc quod habetur in ca. 1. de po. pręla. & in l. licet si pupillus. §. præscribere. ff. de instito. ¶Nec obstat si diceretur quod quando illi scilicet Nicolaus & Ludouicus confessi sunt prędicta non erat ibi pręsens aliquis recipiens confessionem illam pro ecclesia: ergo illa confessio non erat sufficiens iuxta. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & in l. fi. ff. de interr. act. quia respondeo primò ꝙ illud posset forte procedere quando ecclesia posset se fundare super illa confessione ad probandum quod essent illa bona de iure d. ecclesię. Sed in proposito allegauit solum illam confessionem ad probandam malam conscientiam dictorum Nicolai & Ludouici, & ꝙ ignorauerunt dicta bona esse de iure ecclesiæ: quo casu non attenditur an fuerit dictum in pręsentia
8 partis: vt no. in prælleg. l. Celsus. ff. de vsuca. per † Bald. vbi dixit quod probabitur mala fides & sciẽtia rei alienę eo quòd probabitur ꝙ ipse corã aliquibus dixit se rem illam scire alienam quia pręsumitur illud in mente habuisse. l. Labeo. de supel. lega. & idem not. Angel. in l. si quis. de pręscript. 30. anno. & Ioan. de Imol. in repet. capit. fina. in 2. chart. de pręscri. illi autem actus qui pendent a solo animo & voluntate vnius non requirunt partis pręsentiam, vt not. glo. Bartol. in l. Pomponius. la 1. ff. de nego. gest. not. Bartol. in d. not. si quis absente. & not. in §. si vero expressim. per Angelum. in 4. columna in authen. de hæredi. & falcid. ¶Imo talis conscientia rei alienę & mala fides potest probari per sola indicia, vt l. penult. & ibi not. Bald. C. de euic. & ibi not. Angel. in l. 1. C. de vsur. transfor. ¶Præterea vt dixi, sufficit sola probatio quod fama esset in loco quod bona erant de iure dictę ecclesiæ Rauuennatensis, vt præsumatur scientia. ¶Ex his infertur quòd secundum fundamentum principalis partis aduersæ corruit scilicet in quantum pars aduersa in capitę pręsumptę ignorantię petebat restitutionem in inte. quia dico quòd constat de scientia & negligentia illorum quibus isti rei conuenti successerunt, & per consequens illi ceciderunt a iure suo. ¶Insuper respectu quarundam petiarum terrę positarum in villa ducatus, quę specificè fuerunt datę insolutum dictę dominę Ioannę per dictum M. quo ad istas quasdam petias terrę non exprimit M. se concedere iura quę habet simpliciter, videndum est an militet fundamentum partis aduersę dicentis se habere in istis rebus titulum acquisitionis.
9 ¶Et in hoc dico primo † quòd emphyteuta quando vendit rem quã habet in emphyteusim, videtur tacitè concedere ius quod habet. Ita dicit Pau. de Leaza ĩ c. potuit. in 2. col. de loc. alle. l. si domus. §. fi. ff. de le. 1. & in l. q. tabernas. ff. de cõtrah. emp. & in c. pastoralis. de don. & in c. quod aũt. de iure patro. ¶Et hoc maximè verum est in casu nostro, attento magno valore-

lore rerum de quo probatum eſt per teſtes. & habito reſpectu ad quantitatem pro qua facta eſt datio in ſolutum quæ longè minor eſt, quo caſu ſemper dicimus, quòd præſumitur concedentem conceſſiſſe, & concedere voluiſſe tantum id iuris, quod habebat, per d.l.qui tabernas, quam ita allegat Bald.& Angel.in d.l.ſi domus.§.fin. de lega.j.& Bald.in l.j.C.qui teſtam.face.poſſ.& eſt de mente Bartol.in l.cum tabernam, in princ.ff.de pignor.allegat.not.in l.ſemper in ſtipulationibus. ff.de regul.iur.¶Ad hoc quòd not.glo.& docto.in l.j.§.j.ff.de ſuperfic. sic omnia quæ dixi quo ad conceſſionem aliarum rerum conceſſarum quantum erat pro iuribus domini Marchionis vendicat ſibi locum in iſtis alijs rebus. ¶ Sed poſito ſine præiudicio, quòd intelligeretur dicta conceſſio iure proprio, & pleno iure quo ad iſtas petias terrarum de quibus vltimo loco dixi: tamen adhuc dico, quòd nullum ius tranſla-
10 tum fuit in dictam dom.Ioannam, quia † Marchio alienando res emphyteuticas iure proprio cadit a iure ſuo quod habebat ab eccleſia. hoc deciditur expreſsè in his quæ not. Bald. in l.æden.C.loca.in vlt.colum.verſic.ſed quid ſi non deſtruxit, ſed vendidit &c. vbi concludit, quòd quemadmodum colonus, qui male vtitur re locata, cadit a re conductionis, & poteſt expelli, vt eſt text.ibi, idem eſt & ſi ipſe colonus vendit rē propriam; quia tunc malè verſatur reſpectu contractus. quia facit contra naturam contractus.l.fin.C.de acquiren.poſſeſ.& & ita dicitur tenere Nicol.de Mata.& pro hoc alleg.l.vniuerſas.C.ne rei domi.vel temp. quæ propriè loquitur in materia iſta. ¶ Sed ita eſt, quòd emphyteuta cadit a iure ſuo quando malè verſatur in re, vt in authen.qui rem.C.de ſac.ſanct.eccl. & in c.propter ſterilitatem, de locat. ergo eodem modo ſi vendit ipſam rem non reſeruato iure eccleſiæ.& idem no. Bald. in l.ſi quis conductionis, circa medium.C.locat. ¶ Quinimo erat expreſsè conuentum in inueſtitura facta per eccleſiam Marchioni Alberto de dictis rebus quòd cōceſſiones quas de dictis rebus faceret Marchio, deberent fieri ſaluo & reſeruato iure eccleſiæ: & taliter quòd ius eccleſiæ non deterioraretur. ¶ Et per prædicta patet quod non obſt. ſi dicatur quòd authoritate bullæ apoſtolicæ poteſt emphyteuta alienare ſine requiſitione eccleſiæ, quia reſpondeo quòd bulla diſponit, quòd emphyteuta non cadet a iure ſuo, ſi alienet ſuum vtile dominium. non autem diſponit aliquid in caſu in quo proprio iure non reſeruato iure eccleſiæ venderet rem, nec etiam diſponit in caſu quo malè verſaretur iure, prout dicitur malè verſari
11 alienando prout alienauit, vt dixi. ¶ † Confirmo: nam dicta bulla apoſtolica, quatenus cōcernit intereſſe & præiudicium tertij, id eſt eccleſię cōcedentis, debet ſtrictè interpretari. cap. ſuper eo, de offic. deleg. l.ex facto, de vulg.& pup.in princ.& ſecundum ius cōmune debet interpretari.l.ſi quando, in prin.
12 C.de inoffic.teſtam. ¶ † Sed ita eſt etiam, quod in caſibus in quibus emphyteuta poteſt alienare ius ſuum irrequiſita eccleſia, vt quando vellet titulo donationis transferre: quo caſu ſecundum magis communem opinio. poteſt donare ius ſuum irrequiſita eccleſia. Tamen ſi donaret emphyteuta ſimpliciter rem non reſeruato iure eccleſiæ cadit a iure ſuo: vt formaliter in his terminis decidit Bald.& Ioan.de Imol.in l.vſufructu.ff. ſolut.matrim. volens quia tunc interuenit ius domini perdit ſtatim ius ſuum per tale delictum. ¶ Et idem etiam Bal.in l.j. §.donare. in tit.qualiter olim feu.alien.poſſ.facit quod no.idē Bald.in authen.quas actiones, in v.colum.C.de ſac.ſan.eccl. ¶ Nec obſt. ſi diceretur, quòd non apparet quòd iſta bona data in ſolutum dominæ Ioannæ ſint de bonis conceſſis ab eccleſia in emphyteuſim domino Marchioni Alberico: quia reſpondeo, quòd imò probatum eſt per illum Ioannem & Nanſibenem de Albinis maximè ſuper capitulis ſuper quibus fuerunt hoc anno recepti in loco reſidentiæ magnificorum dominorum de conſilio iuſtitiæ.& idem etiam deponit ſer Ioannes de Sigolentibus. ¶ Et licet deponat per verbum, credit, & per
13 verbum iudicio, hoc non habet obſtare: † quia reſpondeo, quòd vbi dictum teſtis deponentis per verbum credo, eſt mu
c nitum ratione c vel præſumptione inferente ita credi debere dictum talis teſtis probat. vt no. Iacob. de Arer. & Cyn. in l.teſtium.C.de teſtib.& Ioan.And.in addit.Spec.§.j.ſuper verbo, item quòd deponit per credulitatem.& doct.in c.quoties, de teſtib.& Bald.in l.ſolam, de teſtib. Sed dictum teſtium prædictorum eſt munitum ratione præſumpta & approbata: a iure quia inter cætera addunt rationem: quia dicunt quod iſtud comprehendunt ex confinibus deſcriptis in inueſtitura, & quia ita audiuerunt a ſenioribus illius loci propter antiquam conuerſationem quam ipſi habuerunt in illis locis. Quomodo poſſunt enim illi teſtes melius diſcernere identitatem prædictarum rerum quam ex confinibus. ¶ Et inſuper bona eſt
14 ratio illa reſultans ex antiqua conuerſatione. † Nam teſtis dicens ſe tale quid ſcire: quia eſt vicinus & per cōſequens propter conuerſationem quæ frequens eſt inter vicinos talis dicitur reddere ſufficientem rationem, vt not. Bar. in ſuo tractatu de teſtib. & in l.j.ff.ſi cert.petat.& l.de ætate.in ij.q.princ.de mino.& Bal.in auth.quas actiones, in fin.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.j.C.de ſeru.fugi.& Anto.de But.in c.literis, de præſump.
15 ¶ † Præterea in caſibus in quibus admittitur teſtimonium de auditu admittitur etiam de credulitate: vt not.Spec.in tit.de teſte.§.j.in xj.col.in verſicu.quòd deponit de credulitate &c. & probatur in d.c.quoties, de teſtib.in verſic.accepiſſe a maioribus ſuis & credere. Ita etiam tenet do.Abb.per illum tex.
16 per c.ex quadam, de teſtib.¶ † Sed ita eſt, quòd antiquis ſufficit teſtimonium de auditu, vt in d.c.licet ex quadam, in verſi. valere teſtimonium de auditu. cum propter breuem hominū vitæ curſum de viſu deponere non valet, vt ibi dum dicit ab antiquioribus ſuis didicerunt. & ibi dom.Ant.in primo not. dicit quod iſta eſt regula quod in antiquis teſtimonium de auditu. nec non de fama admittitur pro plenis probationibus. Ad hoc facit quod not. & legitur in l.ſi arbiter.ff.de probat. & in l.j.§.item labeo.ff.de aqua plu.arcend. ¶ Ergo in propoſito noſtro cum tractamus de identitate corporum & tempo-
* rum * & conceſſionis in emphyteuſim factæ Marchioni Alberico de anno.1383. tanquam de eo in quo propter antiquitatem difficilis eſt probatio. debent admitti dicti teſtes etiā probantes de auditu: & quòd ad probandum identitatem rei per confines antiquos ſufficiat teſtes deponere de auditu: firmat Bart. in tractatu ſuo de teſtib. in xj.colum.in verſic.in c.hanc eandem rem. ¶ Poſtremò & alio fundamento iuuatur eccleſia quia ſi iſta bona non ſunt illa, quæ fuerunt per eccleſiam conceſſa in emphyteuſim domino Marchioni, vt pars aduerſa ſemper negando dixit. Ergo cum narratum ſit in libello bona prædicta ſpectare ad eccleſiam dictam & eſſe de iure eccleſiæ, & etiam ſit probatum vt ſtatim dicam: ſequitur quod debent condemnari tanquam conuenti actione reali ad reſtituēdum bona quæ poſſident tanquam bona, quæ ſunt de iure dictæ eccleſiæ. ¶ Quod autem iſta bona ſunt de iure dictæ eccleſiæ probatur primo ex priuilegio, & ex conceſſione Papæ Alexandri 1273. concedentis dictæ eccleſiæ vilis bandi & duca-
17 tus cum omnibus pertinentijs, & iuribus earundem. † Et per talem conceſſionem factam a principe transfertur dominium ſine alia poſſeſſionis apprehenſione: vt not.Bald.in prçludijs feudorum in xj.vel xij.colum. & c.j.in prin.in j.colum.quid ſit inueſt.& Angel.in l.offi.ff.de rei vendic.& prçſertim in eccleſia, in qua fit tranſlatio ſine apprehenſione poſſeſſionis.l.fi. C.de ſac.ſan.eccl.¶Ad confirmationem huius productum eſt inſtrumentum in quo apparet quod anno 1266. eccleſia locauit cuidam dominæ Cichæ totum & integrum ducatum: & etiam aliud inſtrumentum in quo apparet, quòd de anno domini 1266. eccleſia locauit domino Brachino Opizoni de rizabili totum & integrum ducatum eius fundum villam, & territorium cum omnibus terris, ſyluis, paſcuis, &c. Et apparet ſolutum fuiſſe canonem per dictum dominum Brachinū ſaltem bis de anno 1268. Et ſunt aliæ ſimiles locationes factæ per eccleſiam illis de medicis. Item eſt probatum per Ioannē de natalibus, & dictos de Albinis & per plures teſtes de antiquiſſima fama ſufficit, vt ſ̃.dixi.in princ.¶ Ex quibus concluditur, ꝙ vel tanquam bona cōceſſa domino Marchioni in emphyteuſim, & per Marchionem alienata in dominam Ioānam debent reuerti ad eccleſiam tum propter inueſtituram nō petitam: tum propter alienationem factam iure proprio vt ſ̃.diſtinxi. vel ſaltem tanquā bona ſpectantia ad dictā eccleſiā ratione dicti dñij debent ſibi reſtitui. Reliqua ſuppleant excellentiæ dominorum iudicare debentium. Ego Alex.

ADDITIONES.

* Poſſident.] Sequitur Iaſ.in l.3.§.incertum.colum.3.ff.de acquiren.poſſeſſ. Natta.

Procedere

a Procedere Mari.Soci.c.2.col.51.de lib.obst.Iasl.l 3.§.1.col.2. ff.de acquir.vel amit.poss.

b ¶De antiquo. Are.consil.36.Guid.Pap.consil.88.col.1.consil.241. Cor.consi.35.consilio 323.lib.1.Decius consil.375.consil.445.Iaso. consi.89.colum.fi.consi.128.lib.1. Hypp.Marsil.no.505.& 506.21. limita vt dixi in consu. Par.§.5.num.59.

* Rerum.] Nota quòd confinia antiqua probantur ex leuioribus probationibus ad ostendendam identitatem rerum, de quibus etiam ponit Alex.infrà col.fi. Natta.

* Et temporum.] Alex.hic vult quòd ad probandum identitatē corporum de antiquo, sufficiant testes de auditu,& credulitate. Adde. ꝙ sufficiunt indicia,& coniecturæ,& fama,& vulgi opinio.Bald.cōsil.265.Verba laudi,cum dub.sequentibus lib.2. Et dicit Bal.consi. 84.lib.1. Res prohibita. alienari, quòd sufficit probare remfuisse in bonis testatoris, per antiquissimam vocem, & famam. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non est executorium contra hæredem nisi cognito quòd sit hæres. num.2. quod per contumaciam non probatur.num.3.*

5 *Testamentum potest incipere a tacita vulgari.*

8 *Substitutus debet adire ex capite substitutionis non institutionis.*

9 *Renunciatio feriarum nocet tertio, nec extenditur ad futuras.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

Viso processu agitato inter dominam Alettā quondam Thois Rontij de Calmis agentem & Philippum quondam Francisci de Videlassis se defendentem. Ac statuto Ciuitatis Forliuij sub rubrica de modo procedendi quando de debito apparet publicum instrumentum &c.& dubitationibus quæ ex processu oriuntur ne habeam circa superflua vagari. ¶Dico principalem præmissæ quæstionis dubitationem consistere, an vigore præfati statuti iudex committere potuerit executionem dicti instrumēti contra Philippum antedictum, aliter non probato per dominam Alettam prædictam quod Philippus fuerit hæres quōdam Io.eius fratris,& hæreditatem illam esse delatam. ¶Secūdò posito ꝙ debuerit pro parte dominæ Alettæ probari Philippum fuisse hæredem Ioannis,& illius hæreditatem adiuisse an ex testamento d. Ioannis iuncto instrumento aditionis hæreditatis factæ per Philippum dicantur prædicta fuisse legitimè probata.& in hoc consistit tota difficultas istius causę. ¶Tertiò an stante instrumento dotis confessatæ celebrato inter d.dominam Alettam & Ioannem eius virū, in quo renunciatum est ferijs & stantibus cōstitutionibus de quib. in 8.dubitatione fit mentio, currant in causa appellationis. d.Philip-
1 po tēpora feriata p messes vel vindemias. ¶ † Venio ad primū dubium quod satis facile puto. Dico igitur quòd statutum disponens instrumentum habere executionem paratā, & prout in effectu dicto statuto cauetur debet intelligi quando instrumentum est liquidum contra illum contra quem petitur executio. aliàs vero secus. l. proinde.§.notandum.& ibi clare Bar.ff.ad l.Aquil.& no.Bar.& do.in l.1.in fi.C.de sen.quæ sine certa quan.per illum text. in l.1.in vlt.col.ff.iu.sol.& not. Bald.in l.cum testamento.in fi. C. de test. manumis.& multū not.etiam declarat Bal.in l.2. C.de execu.rei iud.& in l.apertissimi.in fi.C.de iud. ¶Vnde ad propositum, posito quòd dictum instrumentum dotis confessatæ esset liquidum contra debitorem in eo nominatum scilicet cōtra Ioannē: tamen contra Philippum qui non est nominatus in instrumento non est liquidum. ¶ Sed oporteat illud primo liquidari antequam cōtra eum habeat executionem probando vere Philippum esse hæredem Ioannis eius fratris: hoc in specie firmat Bald. in
2 l.per diuersas.in 10.q.C.man. † vbi expressè vult quòd statutum disponēs quòd pro debito possit capi debitor, poterit ita demum capi eius hæres, cum præcessit legitima discussio &
a probatio [a] quòd ille capiendus fuerit hæres debitoris. ad hoc allegat d.Inno.in c.quia de iudi. in fi.quòd reputat no. ¶Bene facit quod not.Bar.in l.3.C.de pigno.in 4.q.prin.in repetitione in versi. hoc præmisso venio ad quęstionem &c. circa fi.illius versi. ¶Et quod prædicta etiam sint expressè de mente statuti prædicti disponentis quòd executio prædicta habeat locum contra personam hæredis, probato tamen quod hæres sit, vt ex eius inspectione patet. ¶ Nec dicat aliquis satis fuisse probatum legitimè dictum Phil.esse hæredem Ioannis ex quo ipse recusauit,& fuit contumax in respondendo interrogationibus productis pro parte agentis, quia facilimè respondetur hoc minimè verum esse: cum ad hoc vt debuerit haberi Philippus pro confesso, requirebantur plura copulatiuè, videlicet quod lis esset contestata,& iudex hoc iussisset nō per nuncium sed quod pręsens fuisset iussu iudicis,& quòd absq; rationabili causa recusauerit respondere ꝙ interlocutoriè pronunciatum fuisset dictum Philippum haberi pro confesso, vel saltem ꝙ per nuncium fuisset transmissa copia interrogationum Philippo absenti in iudicio cum termino ad respondendum: cum comminatione ꝙ si non responderet pronunciabitur haberi pro confesso, & quòd postea ita fuisset pronunciatum. ista leguntur & no.in c.fin.de confess.in 6. per Iac.Butr. in l.1.& in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro.ac.& per Spe. de depo.§.nono.ver.verum.& per Bar.& Bal.in l.2.post Cyn. §.quòd si actor,C.de iur.cal.& Bart.in d.§.qui tacuit.& Bar. in l.eius qui debitorem. per illum text. ff.de iure fis.& Bal.in c. vasallus feudum. si de feu.fuc.contr.inter domi.& ag.& in l.constitut. C. de pœna iud. qui malè iud.& in l.1.in 22.col. C.de confess.& canoniste, maximè do.Ant.in c. pen.de iura. calum.& per prędicta clarè est satisfactum primo dubio. ¶Cōdescendo ad secūdum principale dubium, in quo videtur prima facie dicendum quod ex testamento dicti Ioannis fuerit delata hæreditas Philippo eius fratri: hoc videtur in terminis decidere Bar.in l.1.de vul.& pup.in 4.quæst.in prin.in secundo effectu substitutionis vulgaris in fin. versi. vlterius quęro
4 † ꝙ si substitutio pupillaris est facta ventri & venter non nascitur &c.& ibi Bal.& expressius in l.fi.C.de insti.& substitu. sub conditione factis.in versic. quæro.quidam credens vxorem esse pręgnantem &c.vbi determinat quod substitutus pupillariter ventri admittitur ex tacita vulgari, ventre non nato, maximè quando spes natiuitatis ventris scilicet posthumi deficit post mortem testatoris prout fuit in dicto casu nostro.allegant tex.cum glo.in l.pen. ff.de ven.inspi.& l.ab exhæredato. §.1. ff.de leg.1. ¶Et hoc secundum eos verum est tenendo
5 illam opin. quæ est magis cōmunis † videlicet quòd testamentum possit sumere vires à tacita vulgari & non requiratur aliqua aditio ab institutis in primo gradu, vt est glo. in l.lex Cornelia.in versi.agnatorum.& in l.si pater captus.in versi.substitutus.& vtrobique per Bartol.& doc. ff.de vul.& pup.& no. Bart.& Ang.in l.1.4.q.prin.in secundo effectu substitutionis vulgaris. in versic.vlterius quæro an testamentum possit &c. de vulga.& pup. ¶Et probatur in l.si pater filium. secundum intellectum Io.de Are.Bar.& do.eod.tit.& no. doc.in l.apud Iulianum. §.idem Iulianus ad Tre.& no.Bal.post glo.in l.vnica.§.secundo.C.de ca.tol.& in l.fi.& ibi glo.C.de insti.& substitut. cum concord. ¶ Vnde in proposito licet non natus fuerit aliquis filius masculus ex ventre instituto quia vxor vere pregnans reperta non fuit vt patet in processu & in responsionibus factis ad positiones Philippi: tamen videtur ꝙ dictus Philippus substitutus debeat admitti ex tacita substitutione vulgari comprehensa in pupillari superius dicta: attento ꝙ substitutio compendiosa in dicto testamento per denumerationem temporum hoc modo: si vero dictus filius masculus decederet in pupillari ætate, vel quandocunque sine filijs substituit dictum Phi. comprehendit pupillarem expressam vsq; ad tempus pubertatis: vt in glo.communiter approbata in l. precibus. in fi. glo.magnæ: in ver.si vero post.C.de impub.& alijs substi.& Bar.& communiter scribentes in l.Centurio.in versi.3. prin.ff.de vul.& pup.& Canoniste in c.Ray.de test.& in c.si pater.eo.titu.lib.6. ¶ Si vero esset facta sine temporum denumeratione: tunc maior fuisset dubitatio propter opin.
6 positas in locis præallegatis. ¶ † Prædictis etiam facit ꝙ dicta substitutio vulgaris in pupillari comprehensa facit ꝙ admittitur substitutus, si primus institutus hæres esse non potuit, vndecunque procedat impotentia: siue ex defectu personæ instituti: siue quia viuo testatore decesserit institutus: vel quia primus gradus institutionis non tenuit: vel quouis modo. l. 2.§.fi.& ibi Bar.& doc.ff.de lib.& posth. l.2.& 3.ff.de hære. insti.& in l.vnica.§.pro secundo.C.de cad.tol.& d. l.lex Cornelia.l.ab omnibus. §. cum quidam. ff.de le.1.& in terminis nostris not. Bald. in l.cum proponas. in versic. vltimò scias. C.de hæred. insti. circa vlt. colum. ¶ Sed ita est quòd dictus

filius

b filius institutus adire non potuit: quia natus non est. ergo [b] ha
bet locum substitutio ex cuius substitutionis capite potuit. d.
7 Philippus adire hæreditatem: vt fecit. ¶† Sed his non obstanti
bus puto pro certo prædictam hæreditatem delatam non esse
aliquo modo Philippo substituto prædicto modo, quod osten
do: nam considero Ioannem testatorem prædictum instituisse
ventrem vxoris suæ vniuersalem hæredem, eo casu quo con-
tingeret masculum nasci. & si talis masculus in pupillari æta-
te decedat vel postea quandocunque sine filij substituit Phi-
lippum, & certè si nulla alia substitutio facta fuisset haberent
locum prædicta, videlicet quòd non nato masculo locus esset
tacitæ substitutioni vulgari: vt supra probaui. ¶Sed aduerten-
dum est quòd testator facta substitutione prædicta subiunxit
hæc verba videlicet, si vero fœminam vnam vel plures pare-
ret: tũc ei vel eis reliquit iure institutionis libras. 400. Bonon.
pro qualibet earum nasciturarum, & in hoc secundo casu di-
ctæ filiæ vel filia nascitura intelliguntur institutæ hæredes vni
c uersales in effectu [c] quòd licet fuerint institutæ in re certa, ta-
men quia nullus alius fuit datus eis filiabus cohæres vniuersa
lis in testamento per ius accrescendi, tota hæreditas eis accre-
scebat. l. j. §. si ex fundo. & l. si ita quis hæres institutus fuerit.
exceptio. ff. de hære. insti. l. si filius a patre. §. fi. ff. de lib. & post.
vbi in terminis nostris est casus. ¶Modo sic testator substituen
do masculo d. Philippum prouidit tantum eo casu quo mascu
lus non nasceretur & decederet sine liberis, vt substitutus ad-
mitteretur ex substitutione compendiosa. Item in effectu pro-
uidit etiam in consequentia tacitè testator quòd eo casu quo
masculus non nasceretur quòd Philippus admitteretur ex taci
ta substitutione vulgari, vt probaui supra. Sed in casu quo fœ-
mina nasceretur & decederet & in casu quo copulatiuè neq;
masculus neq; fœmina nasceretur prout in casu nostro acci-
dit, non prouidit in hoc testator nec per expressam substitutio
nem nec per tacitam. & sic casus qui de facto contingit, fuit
omissus à testatore ne vocaretur d. Philippus ad dictam hære-
ditatem, vt l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. & plenè no.
Bart. & doct. in l. Gallus. §. quid si tantum §. de lib. & post. ¶ Et
hoc idem in specie videtur expressè decisum per tex. in l. si ita
scriptum. ff. de lib. & posth. ibi cum vtroq; casu testator volue
rit vxorem aliquid habere, maximè a contrario sensu qđ arg.
in iure procedit vt iurib. vulgarib. Nam ibi testator instituit in
octo vncijs filium masculum sibi nasciturum, & vxorẽ ipsius
testatoris instituit in 4. vncijs. Si vero contingeret filium ma-
sculum non nasci, sed fœminam: tunc illam fœminam insti-
tuit in 4. vncijs & vxorem prædictam instituit tunc in 8. vn-
cijs. Contingit casus quòd filius masculus item & fœmina si-
mul nati sunt, dicitur ibi ꝙ etiam isto casu vxor debet habere
partem sibi assignatam. ¶Et reddit iurisconsultus ibi rationem
huius decisionis esse ideo quia testator prouiderat vxori in
vtrunq; casum: quia eam institutam esse voluit siue nasceret
masculus siue nasceretur fœmina secus si fuisset in vno casu,
puta si masculus nasceretur: quia si postea cõtigisset nasci ma
sculum & fœminam, vxor commodo institutionis careret: &
ibi ita expresè voluit Bart. & doc. respondendo ad casum d. l.
cõmodissimè. Itaq; in proposito si testator videtur substituisse
Philippum filiabus, sicut & masculo: fateor quòd neutro na-
to vocaretur ex tacita vulgari. & ita procedunt allegata in con
trarium. Sed quia in vnum casum fuit substitutus. Sed ille ca
sus non euenit sed alius casus omissus. i. quia copulatiuè neq;
masculus neque fœmina nati sunt, ideo substitutus in casum
omissum vocatus non intelligitur vt manifestè patet ex prædi
ctis, & maximè in d. l. si ita scriptum. ex quib. ad contraria eui
dens responsio patet per se. ¶Fortius dico ꝙ posito quòd dela
ta esset hæreditas Ioannis dicto Philippo ex capite substitutio-
nis vel ab intestato: tamen cognito quod dictus Philippus in
aditione hæreditatis per eum factæ asseruit ad eius notitiam
peruenisse dictam hæreditatem sibi esse delatam ex capite in-
stitutionis. & ita illam adiuit, vt patet ex instrumento aditio-
8 nis: † talis aditio facta ex capite institutionis non operatur ꝙ
intelligatur dicta hæreditas esse adita. Sed oportebat eũ scien-
d ter adire ex capite substitutionis, [d] ita probatur expresè. ff. de
acqu. hære. in l. si is ad quem. & ibi firmat gl. in ver. ex qua cau
sa. quæ lex ad hoc est mirabilis secundum Bar. & doc. ibi. & l.
sed & si. cum ibi no. eod. tit. ¶Posito quòd Philippus expresè
in aditione hæreditatis asseruisset se plenè certificatum de se-
rie & tenore testamenti Ioannis, quòd eum hæredem vniuersa
lem instituerat &c. cum tamen per productionem testamenti
constat rem aliter se habere, & ipsum Philippum errasse, &
ignorasse tenorem testamenti vt probatur ex his quæ in pul-
chra quæstione determinat Ange. & Imo. in l. j. quemad. testa.
aperi. & Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob. pro-
batur enim error eo ipso quod constat rem aliter se habere, ꝗ
dictum fuit. l. si post. C. de iur. & fac. igno. l. sed si me putem.
§. j. ff. de condi. inde. not. gl. in l. cum de indebito. in prin. ff. de
prob. in versi. ignoranti. & Bar. not. in l. non fatetur. ff. de con-
fes. & per alios in l. error. C. de iur. & fac. ign. ¶Si ergo Philip-
pus ignorabat ex qua causa sibi deferretur hæreditas, adire nõ
potuit adeundo prout adiuit nõ efficitur hæres: vt dictum est
iurib. præal. ¶Restat vltimum an stante instrumento dotis con
fessatæ celebratæ inter dictam dominam Alettam, & Ioannem
eius virum in quo renuntiatum est eius ferijs & stantibus con
stitutionibus, de quibus in 8. q. fit mentio, currant in causa ap
pellationis d. Philippo appellãti tempora feriata propter mes-
ses & vindemias & vtile fuisset transmitteret dictarum consti
tutionum copiam: quib. diligenter consideratis maturius con
sului potuisset: tamen alio in contrarium non viso arbitror di
cta tempora non cucurrisse appellanti ex forma constitutio-
nis positæ in rub. quib. dieb. & temporibus tempora non cur-
runt in causa appellationis &c. in quo cauetur quod tempus
vindemiarum non currat. & licet postea in alia constitutione
sub rub. de ferijs, non contineantur feriæ propter vindemias.
nihil ad rem: quia postquam semel fuit prouisum non fuit op
portunum iterum & superfluè hoc ponere. ar. l. 2. §. omnibus.
& §. contrariam. C. de vet. iu. enu. in j. consti. C. §. quibus. ¶Imo
plenius est prouisum per dictam primam constitutionem in
rub. de ferijs. vbi est prouisum quòd tempore vindemiarum
non possint exerceri appellationis tempora: quia cum conti-
nua sunt currunt tempore vindemiarum: licet causa exerceri
non posset prout similiter est de iure communi. l. 2. ad fin. &
ibi no. glo. & Bar. & doc. in l. j. C. de fer. & no. 2. q. 6. anteriorũ
in ver. a recitatione. in gl. &c. quæ tempora Philippo appellan
ti non currunt ex virtute aliæ constitutionis: in rub. quibus
diebus &c. ¶Nec ob. renuntiatio feriarum facta in instrumen
to quæ de iure communi valuisset, iuxta. l. j. de ferijs. in c. fin.
extra eo. tit. & no. in cle. sæpe. de verb. signi. & plenè Spe. in tit.
9 de ferijs. §. fi. † Quia respondeo quòd si Ioannes renuntiauit fe
rijs potuit ad hoc sibi hæredique suo præiudicare per prædi-
cta. Sed quòd potuerit præiudicare Philippo, qui non est eius
hæres: vt supra ostendi hoc iure non cauetur. l. si vnus. §. ante
10 omnia. ff. de pac. c. quamuis. de re iud. cum vulgari. ¶† Et li-
cet per iudicem primæ causæ fuerit commissa executio instru
menti contra Philippum, forte tanquam contra hæredẽ Ioan-
nis, tamen appellatio interposita a dicta pronũtiatione ex com
missione executionis, extinguit vires & presumptiones dictæ
sententiæ: maxime attento præsenti statuto licet inspecto futu
ro euentu suspendat secundum communem opi. l. fin. in fi. &
ibi Bar. ff. ad Turp. l. furti. in prin. & ibi glo. Bart. & doct. ff. de
infa. c. veniens. & ibi doct. de iureiur. & in c. si a iudice. ff. de
appel. lib. 6. c. sepe. de appel. cum sim. no. Bal. in l. si causa co-
gnita. C. de transa. & Bal. & Ange. in repe. l. tale pactum. §. qui
prouocauit. de pac. & Bal. in rubr. C. de appel. ¶Vel satis est ꝙ
suspendat quo ad propositum: & per consequens dicta renun
11 tiatio Philippo obstare non habet: ¶† Ponderandum est etiã
quia renuntiatio feriarum non extenditur ad futuras ferias ni
si expresè fuerit dictum secundum Bar. no. in l. j. ff. de ferijs.
in prin. & ibi sequitur do. Ant. de Bu. in c. fi. de ferijs. arg. l. si
ita. de auro & arg. leg. Sed renuntiatio predicta in instrumen-
to posita non includit expresè futuras ferias vt in instrumen-
to constat, ergo quòd non habet obstare allegata renuntiatio.
12 ¶ † Ex quibus duobus vltimo loco dictis inferri potest quòd
acta & alia gesta tempore feriato per iudicẽ primæ causæ fue-
runt ipso iure nulla, attento quòd pro ipsa parte Philippi fuit
semper opposita exceptio feriarum: per l. j. præal. ff. de ferijs.
¶Ex præmissis concludo in tertia dubitatione quòd tempora
feriarum prædictarum appellanti non currunt. & ita prout
supra est conclusum puto verius esse Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Probatio. infra. lib. 4. consi. 96. num. 3. Ioan. de Fa. l. fin. C. de exec. rei
iud. Bald. l. per diuersos. C. man. Ang. l. creditores. C. de pigno. Pau. l.
postulante.

postulante.ad Treb.Are.consi.32.colum.prima.Felin.capit.ex ratio
ne.colum.2. de ap.Socin. consil.103. lib.3.Alci.l.2.§.his numero 9.
de verborum obligation.
b ¶Ergo. & vt verissimum.
c ¶Effectu.multum errat: quia imo datus est hæres vniuersalis filius
si nasceretur vel prædecederet aut quouismodo deficeret: datus est
hęres vniuersalis Philippus filio vulgariter substitutus. Quamuis
enim separatim disponat testator si filius nascitur, & si fœmina na-
scatur,tamen sua dispositio etiam propriè locum habet vtroque ca-
su accidente.& sic si nascantur filius & filia, & sicut particularis in-
stitutio & natiuitas filiæ nullo modo tollit nec impedit institutio-
nem vniuersalem filij, ita non tollit substitutionem Philippi: quia
hoc neque verba neque mens innuũt imo potius & verba & mens
sonant quòd substitutio maneat & habeat effectum siue solus siue
simul cum filia nascatur filius & postea prædecedat testatori vel nõ
nascatur quod in idem recidit. & propter hanc causam testator.
nullo casu instituit filiam vel filias nisi particulariter, quia sciebat
in omnem euentum alium se habiturum hæredem vniuersalem vel
filium vel Philippum substitutum. & sic corruunt omnes sophisti-
cæ & artificiosæ rationes Alexan. qui hic malè consuluit & tota via
aberrauit.& istud consilium merito damnat Caro.Ray.in l.Gallus.
§. quid si tantum. col. 22. de liber.& posthu.& inuenio quod And.
Alcia.de verb.significationibus libro 3.Pa.61.idem contra Alex. sen
tit & bene.
d Substitutionis. Sed hanc decisionem falsissimam puto nihil aliud
est quàm secunda vel conditionalis institutio saltem vulgaris de
qua loquimur, & quæ est omnino eiusdem effectus in casu suo, vt
institutio: & sic error nihil variat etiam si error fuerit in facto ne-
dum in verbis, vt verisimile est hunc Philippum solum verbis non
tamen prorsus impropriè sed aptè abusum esse patet per textum in
l.sed & si.in fine.de acquirẽda hæreditate. vbi aditio facta ab eo qui
se putat institutum sub conditione quæ nunc extat, est valida: licet
retro esset pure institutus: quia idem est effectus. nec quod dicit
Alex. probaretur in d. l.si is ad quem. quia d.l.loquitur inter casus
diuersorum effectum:& sic in illis error potest variare & impedire
consensum. Sed nos loquimur in casibus qui sunt eiusdem effectus.
Vnde etiam si esset error positiuus in facto, non mutaret nec impe-
diret consensum: vt in d.l.sed & si.in fi.dicta autem gloss.generali-
ter intellecta esset falsissima,posset autem sane intelligi de substitu
tione diuersum habente effectum ab institutione vt in substitutio-
ne pupillari vel fideicommissaria, & sic non obstat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis ecclesiæ an transeat ad extraneos nu. 15.16*
3 *Diuisio & alienatio licita inter consortes.num.14.*
10 *Ius fideicommissi remittitur per mutuam permissionem alie-
nandi.*
12 *Consensus domini directi non requiritur in omni alienatione
tituli lucratiui.*
19 *Ecclesiæ res semel solenniter concessa potest sine solennitate
rursus concedi.*

CONSILIVM CLXXXIX.

Viso & maturè discusso processu inter ser Ludouicum
& ser Iacobum filios quondam Alberici de Cesena
agentes,& Cæsarem magistri Lucæ & Rubinum eius actorẽ
& defensorem se defendentes vna cum instrumentis & actis
de quib.in processu fit mentio. ¶Videtur prima fronte non ar
gutè responderi posse partes domini iudicare debentis esse in
pronunciando secundum contenta in petitione agentiũ: quia
actore plenè intentionem suam probante, sententiam pro eo
ferre necesse est. l.quinquaginta. ff. de probatio.l.qui senten-
tiam.C.de pœnis.c.cum Ioannes de fide instrum.30. q. vlt.§.
ex præmissis. ¶Probatum est enim per confessionem rei respõ
dentis positionibus,terrenum de quo in petitione fuisse con-
ductum de anno 1425. de mense Februarij, per dictum ser
Albericum pro 40.annis stipulantem & conducentem pro se
& hęredibus suis recipientibus a venerabili patre domino ca
nonico ecclesiæ cathedralis Cesenę:& dictus ser Albericus iu
re emphyteutico possedit terrenum ecclesiæ postea decessit su
perstitibus Ludouico,Iacobo, Baptista,& Francisco, filijs eius
hæredibus vniuersalibus: & q d.Franciscus sine descendenti
bus decessit sine filijs, superstitibus tamen dictis eius fratri-
bus. ¶Vnde attento q dicta concessio facta in emphyteusim
ser Alberico pro se & suis hæredibus intelligitur de hæredi-
bus descendentibus, * cum ad alios transire non valeat eccle-
a siastica emphyteusis, nisi ad descendentes, a & ad vxorem, si
de ea expressa fuisset facta mentio: in auth. de non alienan.§.
emphyteusim. & in authen.de alienan. & emphy. §. j.& not.
gloss. reputata sin. in l. etiam. ff. solu. matrimo. & Barto. in
l.quod dicitur. ff. de verb.obl.& in l.si tibi.§.si pactus. ff. de
pac.& in l.si patroni. in prin.ff.ad Treb.& in l.Gallus. §. qui-
dam rectè.ff.de lib.& posthu.& Spe.in tit.de loc. §.nunc ali-
qua.versi.exinde.& Bald.in l.2. C.de leg.hær.& in l.assiduis.
in fi. C. qui.po.in pig.ha.& in l. cum virum. C.de fideicom.
in fi.& in l.vsufru.ad fi.ff.so.ma. ¶Et Io.An.in c.in pręsentia.
de proba.& in addi.Spe.super d.versi.exinde.& ibi etiam vi-
detur velle post Albertum de Bo.quod illa verba, recepit pro
se & suis hæredibus &c. debeant intelligi de suis descenden-
tibus. & q not.Bart.in l.Gallus.§.etiam si parente.ff.de lib.&
1 posthu.Bald.etiam in auth.defuncto.in prin.ad Terty.¶ †Sed
cum talis emphyteusis & pari ratione feudum concessum ab
ecclesia non posset etiam expressa conuentione transire ad hæ
redes extraneos: ergo cum Franciscus decesserit sine hęrede
descendente, portio eius reuerti deberet ex natura dictæ con-
cessionis ad alios descendentes ser Alberi. superstites, & sic
pro duabus partibus ex tribus ad ser Ludouicũ & Iacobũ. c.
1.§.cum vero Coradus, qui feu.da.pos.c.1.de gra.suc.in feu.
& in c.j.de duo.fra.& no.Ang.& moderniores communiter.
in l.si mihi & Titio. ff.de ver.ob.& Bar.consi.63.in c.ex the
mate pdicto tria dubia oriuntur.& Bal.in l.vnica.§.in primo.
C.de cadu.tol.& in l. 1.versi.item sed quid in patre. C.quan-
do non pet.par. Bal.in l.2.in vlt.col.C.de iure emphy. Sequi-
tur hoc Pet.de Anch.& Io.de Imo.in c.potuit.de loca.in ver.
item aduertendum.in 4.col.& in c.2.de sen. ¶Et hoc siue ve-
limus dicere q alijs fratrib. portio deficiens obuenit ex vi cu
iusdam taciti & pacti.& ex prouidentia cuiusdam primi con
ductoris: vt sentit Bald.in c.1.vers.decidendi.qui feu.da.pos.
aliàs est in §. & quia videmus. & fuit de mente Bart.in præal.
2 consilio. dum dicit quòd illud contingere potest. † Ex eo qa
in istis quæ de sui natura ad extraneos hæredes non transeũt,
quando aliquis concessit alicui pro se hæredibusque suis,vna
concessio videtur in persona primi recipientis,alia concessio
videtur in persona cuiuslibet hęredis. l. stipulatio. §. si quis
ita.ff.de verb.ob.& l.rep.in princ. ff.quib.mo.vsusfru.amitt.
& quòd huiusmodi concessionis verba important: quòd cum
in persona vnius concessio facta in emphyteusim finitur, sta-
tim alteri qui est de hæredibus & descendentib.videtur con-
cedi: vt l.si cum in annos in princi.ff.qui.mo.vsufr.ami. ¶Et
per hoc tollitur ratio Bald. in d. l.1.quando non peten.par.in
versi.sed quid in parte.ibi dum dicit, aut ista emphyteusis de
scendit in posteros iure hęreditario, qui &c. Quæ ratio vide-
batur in contrarium facere quia obuenire dicitur deficiens
portio iure succę. vt d. c.j.de gra.suc.in feu.& d.§.cum vero.
& fuit de mente Bart. in consilio præallegato. ¶ Et per conse-
quens ita dicendo cessant rationes Bald. per auth.si quas rui-
nas. C. de sacrosan.eccle.tenentis contra Bart. quia sibi vide-
batur impossibile in portione quæ fuit semel perfectè acqui-
sita locum habere posse ius accrescendi: vt ibi per eum. nam
etiam fatendo quod cesset ius accrescendi: tamen vel ex pro-
uidentia dicti primi conductoris vel ex natura successionis
iure accrescẽdi obuenire potest cęteris fratribus: vt dixi. ¶Vn
de cum Robertus & Cęsar habeant renunciationes seu suc-
cessiones ab eodem domino, a quo habuit ser Albericus. s.ab
ecclesia, potior debet esse causa illius cui primum res concel
sa & tradita fuit, l. siue autem,§. si duobus, ff.de public. l.quo
ties. C. de rei vendic. ¶ Sed ita est quòd prius res concessa &
tradita fuit ser Alberico recipienti pro se & suis hęredibus:
ergo pręferri debet ser Albericus & alij pro quib. conducta
fuit, scilicet hęredes descendentes ser Alberici pro dictis par-
tibus pro quib. intelliguntur vocati ex natura dictę concessio
nis, vt probaui: ergo condemnari debet pro ratis: qui etiam
respondendo positionibus confessus est se terrenum petitum
possidere. ¶ Nec habet obstare quòd dictum terrenum in di-
uisione bo.4.hęredit.ser Alberici facta per dictos fratres assi-
gnatum fuerit in parte etiam Baptistę, & Fran. & quam diui-
sionem & omnia in instrumento contenta promiserunt dicti
fratres obseruare & non contrauenire aliqua ratione vel cau-
sa & ingenio, de iure vel de facto &c. ¶ Quia per talem diui-
sionem in aliquo non pręiudicauerunt sibi diuidentes.primò
3 † quia diuisio b in feudalibus & emphy. etiam sine consensu
b domini permissa est c.imperialem. §. pręterea. de prohi.feu.
alien.per Fed.no.Bar.in l.& ideo.in prin.ff.de condictio.fur.
& in

& in l.q Romę,§.duo fratres,ff.de verb.obl.in 10.q. & in l.cũ
hi.§.ſi vni.ff.de tranſ.& in conſi.præal.& no. Spe.& Io.in tit.
de loca.§.nunc aliqua.ver.72.inc.factum tale eſt dicti fratres.
facit.l.voluntas.C.de fidei.& bo.text.in l. item veniunt.cum
l.ſeq.ff.de pe.hær.& in ar.l.iubemus.C.de ſacroſ.eccl.in prin.
¶ Nec etiam per dicta verba appoſita in dicto inſtrumento di
uiſionis, videntur dicti fratres renũtiaſſe iuri de futuro.i.par-
ti, quæ nunc ex forma dictæ conceſſionis per mortem Franci
ſci obuenit. hoc in terminis decidit Bar. in d.§.duo fratres.in
10.q.vbi quærit, duo fratres habebant fundum emphyteuti-
cum communem : ita ꝙ de vno debebat ad alium peruenire,
poſt mortem diuiſerunt & remiſerunt adinuicem omne quod
habent & habere ſperant. mortuo vno ſine liberis alter petit
fundum emphyteuticum. opponitur ei ꝙ videtur illi renun-
tiaſſe per verba poſita in diuiſione prædicta. determinat Bar.
in d.conſi.incip.ex themate &c.quòd non videtur renuntiaſ-
ſe: tamen quia per illa generalia non renuntiatur iuri de futu-
ro acquiſito per mortem.l. Paulo Callimacho.§.j.de leg.3. &
quia paciſcentes non intererat ꝙ videretur renũtiatum: quia
ex tali renuntiatione acquirebatur eccleſiæ non autem alteri
fratri recipienti,& poſtea decedenti ſine liberis: vt ibi plenius
per eum. ¶Idem etiam tenuit Feder.de Sen.in conſi.incip.fa-
ctum ſic ſe habet, quidam abb.&c. vbi ad hoc alleg.ar.c.ve-
niens.de renun.& c.pen.de iure pat.& l. tres fratres ff.de pac.
& l.cum Aquiliana.ff. de tranſa. ¶Et idem confirmat ipſemet
6 Fede.in alio conſi.222.inci.factum tale eſt, duo fratres. † vbi
vult ꝙ etiam ſi in dicta diuiſione dictũ fuiſſet. & ceſſit vnus
alteri in dicta re emphyteutica omne ius & actionem quam
habet & habere poſſe ſperat &c. non operarentur hæc verba
renuntiationem, quo ad ius obueniẽs per mortem ſi alter de-
cederet ſine liberis, quia eſt nimis generalis alleg.l.4.§.quæſi-
tum.ff.ſi quis cautionibus,& per alias rationes ibi latius poſi
tas. ¶Pro qua deciſione dico ꝙ eſt gl.no.in c.imperator Lotha
rius, præterea in vſib.feudorum vbi multum commendat Bal
dus. ¶Nec etiam obſtat prædictis agentibus quoddam inſtru
mentum rogatum de anno.1420.die 26. Auguſti, in quo ſer
Lud.& ſer Baptiſta hincinde ſibi dederunt licentiam alienan-
di bona obuẽta etiam in partem &c.quia dicto tempore non-
dum deceſſerat Franciſcus. & ſic non obuenerat dicta portio
Franciſci ſer Baptiſtæ & ſic ad illa verba inſtrumenti nõ exten
dunt, vt clare patet ex verbis inſtrumenti loquentis de verbo
præſentis temporis.l.ſi ſtipulatus.& l.cum ſtipulamur.de ver.
obl.& l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de leg.2.l.ſi ita.ff.de aur.& arg.leg.
l.fi.§.qui indiuiſam.ff.de leg.2.l.ſi ſeruitus.in princ.ff.de ſer.
ru.prædio. ¶Nec videtur obſtare agentibus, ſi dicatur quod
dato ꝙ ex natura conceſſionis in emphyteuſim factę ſer Albe
rico, res ipſa non poteſt tranſire ad alios, quam ad deſcenden-
tes ſer Alberi.tamen videtur quod Franciſcus potuerit in par
te ſua eligere alterum de deſcendentibus ſer Alberici, transfe
7 rendo partem ſuam in eum iure inſtitutionis † poſſit vnus ex
c plutibus emphyteutis in alterum [c] ex dictis emphyteutis par
tem ſuam transferro irrequiſito domino, dato ꝙ in alium ex-
traneum nõ poſſet alienare irrequiſito domino, vt firmat Bar.
& Ange.in l.domus.ff. de leg.j.& in d.l.cum hi.§.ſi vni.licet
ipſe indeciſum relinquat in l.pater.§. quindecim. de legat.3.
quicquid dixerit Guil.de Cu.in d.l.cum hi.& Bal.in l.dudũ.
C.de contrahen.empt.& in l. voluntas. C.de fideicommiſ.&
in c.j.de alie.feu. ¶Nam ad hoc pro parte agentis reſpondetur,
quod dictum Bar. procedit quod alienatio valet quouſq; du-
rabit ius alienantis, ſed eo mortuo apparebit domino extinctũ
8 omne ius habentium cauſam ab eo: † quia extincto iure dato
ris, extinguitur ius acceptoris.l.lex vectigali.ff. de pig.l.fin.§.
ſed quia noſtra. C. communia de lega. ¶Et ideo decidunt ibi
Iaco. But.& Ang.& Bal.in c.ſi clientulus.de alie. feu.& in c.
1.de alie.feu.ꝙ ſi plures ſunt fratres ſuccedẽtes in feudo, vnus
non poteſt in parte eligere alium fratrem tantum, vel alium
* remotiorem agnatum * qui inſolidũ in tali parte nõ erat ſuc-
ceſſurus ex natura primæ inueſtituræ: quia reſoluto iure dato
ris & per rationes de quibus ibi plenè per eum, licet collegiũ
Mediolanenſe in hoc paſſu conſulendo ſenſerit contrarium,
vt refert Bal.in d.c.ſi clientulus. ¶Et tanto magis hoc dicendũ
eſt in materia feudali in qua ſeruandum eſt ius commune, vt
dicit Bald.in l.fi.in ver.fui interrogatus.C.de ſuis & legi. ¶Et
hoc puto verum licet Spe.in d.§.nunc aliqua.ver.147.videa-
tur in hoc paſſu dubitare, & etiam Io.And.in addi.Spe.aliter
non aperit veritatem illius quæſtionis. Quærit enim Spe.quid
ſi pater receperit fundum in emphyteuſim pro ſe, ſuiſque fi-
lijs,& nepotibus: deceſſit pater pluribus relictis hæredibus,
qui cum cæteris rebus hæreditarijs res emphyteuticas diuiſe
runt, vnus eorũ præmoritur: quærit an reliqui filij admittan-
tur.& videtur dicere quod non per l.is qui cum plures liber-
tos.ff.de lega.2. quæ tamen non videtur probare: quia verba
teſtatoris ibi tollunt dubium Spe.ibi ſubdit de directo, & vi-
detur formare quæſtionem noſtram. ¶Idem eiſdem agentibus
nõ videtur obſtare id quod allegatur ꝓ parte rei.ſ.ꝙ ſer Albe-
ricus ſeu dicti ſucceſſores ceſſarũt in ſolutione canonis &c.
& conuentiones non ſeruarunt, & ſic ceciderunt a iure ſuo:
9 quia reſponderi † poteſt ꝙ cum hic opponens non ſit ille cui
ſoluendus erat canon, ideo ſibi reo alleganti incumbit onus
probandi hanc negatiuam. Ita no.Inn.in c.ſuper his.de accu.
& Bar.& alij in l.2.C.de iure emphy.Bar.in l.in illa.ff.de ver.
ob. & Pet.de Anch.in d.c. potuit de loca. ¶Poſtremo non vi-
detur agentibus obſtare exceptio periurij: quia ſi vt dixi iura-
mentum appoſitum in dictis diuiſionibus, & inſtrumentis
non comprehendit nec trahitur ad illud ius de futuro: ergo
abſq; labe periurij agere poſſunt. Si autem in ſpecie venirent
actores contra iuramentum præſtitum circa cõcernentia iſtã
cauſam fateri oporteret exceptionem obſtare aliàs non vt de-
clarat do.Ant.de Bu.in c.intelleximus.in fi.de iud.& no.Spe.
in ti.de actore.§.j. præmiſſa minus recte intuenti faciliter in-
ducerent ad tuendum partes actoris. ¶Sed illis non obſtantib.
puto liquere probabiliorem ſententiam in contrarium eſſe in
caſu noſtro. ¶Et ſuperius ſcripta longiori ſtylo ſpecifice dixi,
vt rectius percipere poſſit mens iudicantis eſſe in abſoluẽdo.
¶Quod principaliter oſtendo: quia in inſtrumento condito de
ann.1430.die 26.Auguſti, in quo dicti quatuor fratres de bo
nis omnib. diuiſionem fecerunt, & non de bonis olim ſer Al-
beri.& ſic tãm ſpectantib. pleno iure ad eos quã iure emphy-
teutico, vt prob.in l.bonorum.la 1.§.in bonis. ff.de acqui.re.
do. dederunt ſibi inuicem dicti fratres licentiam liberè ven-
dendi & alienandi abſque requiſitione & licentia alterius, nõ
obſtante inhibitione contenta in teſtamento dicti eorum pa-
tris, vel alia contradictione: prout latius in dicto inſtrumento
continetur. ¶Per quem actum dico ꝙ licuit dicto Franciſco
in ſer Baptiſtam, & ſucceſſiuè potuit.d.ſer Baptiſta conferre
in Robertum, vt non poſſint amplius poſſidentes dictũ terre
10 num inquietari a dictis Ludo.& Iacobo. ¶†Hoc videtur deci
dere.Bar.in præall.l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.obli.in
8.q.vbi quærit quid ſi duo fratres communem habentes hæ-
reditatem patris,& grauati de reſtituendo vnus alteri hæredi
tatem ſi contingeret alterum prędecedere ſine liberis venerũt
ad diuiſionem hereditatis,& in inſtrumento diuiſionis fuit di
ctum ꝙ vnus fecit alterum,& alter alterum in dictis reb.pro-
curatorem tanquam in rem ſuam ita quodammodo poſſit ꝓ
dictis reb.agere ſe tueri, & oĩa prout quilibet dñs facere poſ-
ſit.vel fuit dictum ꝙ conceſſerunt inuicem dictas res ad ha-
bendũ tenendum vendendũ, alienandum &c.Rñdet ꝙ ſi poſt
prædicta alter eorũ alienauit,& deinde euenit conditio fidei-
com.quia alienans deceſſit ſine liberis, ꝙ ille in quẽ alienatio
eſt facta non poterit inquietari ab alio fratre ſuperſtite.nõ ob-
ſtante iure fideicõmiſſi: ſiue prædicti fratres diuidẽtes habue
runt ſcientiam dicti fideic.ſiue non alleg.ff.man.l.Lucius Ti
tius.& ff.de leg.j.l.ſi fundum per fideicommiſſum.in princ.
¶Idẽ voluit Ang.in rep.in d.§.duo fratres.vbi ſic inquit.dein
de quæro quid ſi in diuiſione eſt data poteſtas alienãdi & ven
dendi an ius fideic.videatur remiſſum Bar.hic in 8.q.dicit ꝙ
ſic.& ſubdit Ang. eſſe idẽ, ſi dictum fuerit ſi vnus alteri bona
in parte obuenta conceſſiſſet pro ſe & illis quibus dicta bona
concedere voluerit: quia idẽ importat ac ſi data eſſet alienan-
di potentia.alleg.tex.in c.j.de feu.non habente propriã natu-
ram feudi. ¶Vnde in propoſito infertur, ꝙ cũ dictus Frãciſcus
alienauerit inſtituendo hæredẽ ſer Baptiſtam, & ſer Baptiſta
alienauit in Robertum ꝙ etiam facere potuit.l. pater.§.quin-
decim.ff.de leg.3.ꝙ dictus Cæſar habens cauſam a Roberto,
non poteſt inquietari a dictis agentibus quia per dictam licen
tiam alienandi excluduntur a conſecutione iuris ſibi compe-
tentis, ratione primæ conductionis ſer Alber. ¶Et hoc quantũ
eſt contra dictos Robertũ & Cæſarẽ, vbi dicit Bar.in l.prȩall.
11 †clarum

11 † clarum est ꝙ illa licentia alienandi comprehēdit etiam in-
stitutionem hæredis factam per Franciscum instituentem ser
Baptistam : quia vbi fit mentio de alienatione permissiue, cō-
prehenditur hæredis institutio. l. si quis prioris. versi. certum.
C. de secun. nup. Et tradunt plenè Bar. & do. in l. si ita quis. §.
ea lege. ff. de verb. ob. cū si. ¶Confirmo prędicta ex his quę no.
12 Iac. de Are. Cyn. & Bald. in l. dotalem. ff. solu. matri. ¶ † Vbi
dicunt ꝙ si dominus consentit vasallo rem feudalem, vel em-
d phyteuticam vendenti, videtur remittere totum ius suum.[d]
& hoc per. l. & desinit. eo. titu. cum si. ¶Nec obst. si diceretur
ꝙ. Franciscus non potuit transferre iure hæreditario partem
suam in ser Baptistam sine consensu vel requisitione ecclesiæ,
ad quam res emphyteutica spectabat iure directi dominij, iux
ta. l. fi. C. de iu. emphy. & c. potuit de loca. quia respondetur
ꝙ imo talis institutio fieri potuit sine requisitione ecclesiæ,
quia institutio dicitur alienatio necessaria. l. ex hoc edicto. §.
alienare. ff. de ali. iud. mu. cau. fac. l. j. ff. de fun. do. & in termi
nis in emphyteuta testante firmat Spec. in tit. de loc. §. nunc
13 aliqua. versic. 113. ¶†Et hoc etiam procederet in quacunque
e alienatione lucratiuo[e] titulo collata, puta per legatum vel do
nationem, vt non sit necessarius consensus domini rei emphy
teuticæ secundum magis communem opi. & tenet glo. & Cy.
& Iac. But. in l. fi. C. de iure emphy. & glo. & Inn. & Io. And. in
c. potuit. præalleg. & Spe. in d. §. nunc aliqua. versi. 107. & ibi
Io. And. & Dy. in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. Bart. in l. j. C.
de fun. patri. libro xj. & Bald. Ioan. de Imol. & Paul. de Cast. in
l. si domus. §. j. ff. de leg. j. & idem tenet Iac. de Are. & Bald. in
l. si cum virum. C. de fideicomm. & in l. vsumfructum. & ibi
Imo. ff. solu. matri. ¶Vbi etiam dicunt verum in emphyteusi
ecclesiastica, & in specie Bal. in auth. rem. in 6. col. C. de sacro
sanct. eccles. & in l. fi. C. de iu. emphyt. & in c. primo. §. dona-
ri. qualiter olim feud. alienari potest. & de pace constant. in
versi. libellorum, per plurimas rationes quas breuitatis causa
sub silentio pertranseo, postquam se ita habet communis opi.
à qua recedendum non est : licet aliqui contra. ¶ Nec etiam
obstaret si diceretur ꝙ in licentia alienandi, quam inuicem si
bi dederunt d. fratres, videbatur necessarius consensus eccle-
14 siæ. de cuius præiudicio tractabatur : † quia ad hoc respon-
deo ꝙ quantum ad hoc, vt virtute d. licentiæ vnus dictorum
fratrum possit in alium confratrem transferre, non fuit neces-
sarius consensus ecclesiæ in tali licentia alienandi : quia quo
ad hoc nullum generabatur præiudicium ecclesiæ, ex quo si
alienari contingebat in alterum ex d. fratrib. non fiebat alie-
natio in personas prohibitas, vt ostendit forma concessionis
factę ser Alberico : dato ꝙ illa concessio non comprehende-
ret nisi descendentes, vnde si vnus alienaret in alium confra-
trem consentientib. omnib. confratrib. vel si vnus dat licen-
tiam alteri, vt possit alienare in confratrem, si in tali licentia
interuenit consensus omnium fratrum: de quorum præiudi-
cio allegabatur, non est necessarius consensus ecclesię. textus
est in c. 1. de alien. feu. & ibi latè Bald. post Iaco. de Bel. vt not.
Bart. in l. cum hi. §. si vni. C. de transa. cum concor. quas alle-
gaui s̄. in prima parte. ¶Ergo quantum est respectu translatio
nis factæ in ser Baptistam, non fuit necessarius in licentia præ
dicta alienandi consensus ecclesiæ. De alienatione facta in Ro
bertum & Cæsarem non discutio. ¶ Vlterius quia dato ꝙ in
ser Baptistam iure institutionis & ti. hæreditario transiuerit
portio Francisci, vt probaui, sequitur de necessitate ꝙ alię suc
cessiuè alienationes tenuerunt: maximè quia in eis interuene-
rit voluntas & consensus ecclesiæ, vt per instrumenta renoua-
15 tionum constat. † Etiam vltra prędicta videtur ꝙ concessio
facta ser Alberico fuerit facta pro se & suis hęredib. simplici-
f ter, quod comprehenduntur etiam extranei[f] & quicunque
non solum descendentes: quia si emphyteusis ecclesię est ho-
die transitoria ad quoscunque hæredes, vt infra dicam: ergo
videtur ꝙ concessio facta ser Alberico pro se & suis hæredib.
comprehendat etiam extraneos hęredes. l. in annalib. C. de le.
ff. de ver. sig. l. sciendum. etiam si dictum sit suis hæredibus,
vt est do. Bar. & omnium opi. in l. Gallus. §. etiam si parentes.
de lib. & posth. & Anto. de But. in c. in præsentia. de prob. fa-
cit. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obli. ¶Et hoc in ter-
minis in emphyteusi ecclesiastica firmat Io. de Imo. in l. quod
dicitur. ff. de verb. obl. in versi. habere. patet quid iuris si con-
cedatur pro se & suis hæredib. &c. in d. c. potuit. & idem. in
specie firmat dominus Abb. Sic. in d. ca. in præsentia. ¶ Nec
obstant allegata in contrarium : quia procedunt in tenendo
illam opin. videlicet quòd emphyteusis ecclesiæ non possit
transire ad hæredem extraneum de quo infra subdam. ergo
si videtur dicta emphyteusis concessa ser Alberico & omni-
bus eius hæredibus extraneis etiam nullum est dubium quòd
portionem suam Franciscus transferre, potuit iure hæredi-
tario in ser Baptistam, seu in quemcunque hæredem etiam
extraneum, quia talis hæres Francisci dicatur idem hæres
ser Alberici, cum hæres hæredis testatoris sit hæres. l. fina.
C. de hęr. instit. l. j. ff. de castren. pec. l. 3. & ibi no. ff. de pe. hę-
re. l. si pater fa. & ibi per Bar. ff. de vulga. & pup. ¶Tunc enim
decedente Francisco sine descendentibus: non accrescit por-
tio sua cum fratribus secundum not. per Bal. in l. si mihi & Ti
tio. ff. de verb. obl. cum concor. s̄. alleg. quia ibi non habent
locum quando concessio esset facta conducendi pro se filijs &
nepotibus, quia transire non potest ad alios quàm ad descen-
16 dentes. ¶ † Quod autem emphyteusis ecclesię sit transitoria
ad extraneos. primò no. tex. de alien. & emphy. §. licentiā. vbi
dicit ꝙ etiam potest concedere emphyteusim in perpetuum.
& per consequens vltra descendentes qui interdum nō sunt
g in perpetuum hæredes, & sic corrigit[g] §. emphyteusim. in au-
then. de non alien. & istud tenet glo. ibi in §. alienationes. eo.
titu. & hoc etiam sequitur ibi Iac. de Bel. & Ang. idem tenet
glo. in auth. si quas. C. de sac. san. eccl. & ibi sequitur hoc Pet.
& Bald. in rub. de loca. prædi. ciu. fisca. libr. 11. & §. illico hoc
in authen. decreto commutationes. §. adeo instit. loca idem te
net Bar. in l. perpetua. C. de sacrosan. eccle. & Spe. in d. §. nunc
aliqua versi. 7. & versi. 25. & Bald. in suo repertorio in versic.
ecclesiæ & Ange. in §. lex. itaque in auth. de non alien. & in d.
§. licentiam & Bald. in l. 1. in 2. col. C. de iu. emphy. & Bald. in
addi. Spec. in tit. de loca. & Io. de Imo. & do. Abb. in d. cap. in
præsentia cum si. nam si conceditur plenaria alienatio rei ec-
clesiasticę ex causis not. per glo. 12. q. 2. in summa scilicet ex
causa necessitatis, aut vtilitatis, aut pietatis aut incommodi-
tatis vel minoris vtilitatis, quantomagis debet concedi ibi id
quod est minus scilicet locare in emphyteusim. ¶ Et licet in
alienatione pleni dominij rei ecclesiasticæ requiratur solem-
nitas, de qua 12. q. 2. sine exceptione. & in c. 1. de rebus eccl. nō
alien. in 6. ¶ Tamen si semel talis res cum d. solemnitate fuit
concessa debitè in emphyteusim pro quibuscunque hæredi-
bus, quod in dubio pręsumitur maximè si de hęredibus men-
tio facta est, vt dixi, tunc talis res poterit dari altari in emphy-
17 teusim sine alia solemnitate & sine causa. Quia † talis res per
primam concessionem factā non dicitur amplius esse de men
sa talis quia in alium fuit translatum dominium vtile. glo. est
reputata sin. in c. frequens. in versi. ad mensam. de exces. præl.
ad hoc tex. in c. 2. de feu. no. doc. in c. insuper. de rebus ecc. nō
ali. & Bal. in l. etiam. ff. sol. matri. & ibi etiam sequitur Pau. de
18 Cast. Idem Inno. d. c. potuit. in 13. col. † In hoc ergo principa-
liter attendenda est consuetudo ecclesię qualiter sit consueta
locare: quia a tali consuetudine recedendum non esset. c. 2. ad
fi. de feu. & no. Bar. in auth. qui rem ad fi. C. de sacrosan. eccl.
& Bal. in auth. si quis. Bald. in addi. Spec. in tit. de loca. ¶ Et si
de consuetudine non appareret, est attendendum an in con-
cessione facta ser Alberico interuenerint aliquæ ex dictis cau-
sis. no. 12. q. 2. in summa. & an interuenerit solemnitas de qua
in d. ca. fine. Et si interuenerunt prędicta sine dubio transiret
19 ad quoscunque hæredes. ¶ † Si autem prędicta non interue-
nissent in concessione facta ser Alberico, tunc erit inspicien-
dum an res alia saltem semel fuerit alteri locata in emphyteu-
sim, transiueritq; ad quoscunq; cum solennitatibus & causis
prędictis. nam si hoc factum fuit, potuit postea sine alia causa
& solemnitate simpliciter concedi ser Alberico, vt proximè
dixi. & indubitanter transferri etiam ad extraneos: quia sic se
habet communis opi. vt est ostensum. ¶Si autem de priori cō
cessione taliter facta non appareret, fatendum est quod cōces-
sio facta ser Alberico sine causis & solemnitatibus, de quibus
non comprehenderet extraneos sed accreuisset portio Franci-
sci omnibus fratribus æquis portionibus, & si non dedissent
adinuicem dicti fratres in simul omnes dictam licentiā alie-
nandi de qua in dicto instrumento, & sic illo casu & capite di
ctę licentię alienandi potuit Franciscus instituere ser Bapti-
stam in integra portione, vt est ostensum. ¶Ad allegata in con
trarium

trarium satis opportunum responsum patet ex prædictis. Nā non obst. quòd emphyteusis prædicta non potest transire nisi ad ascendentes, & accrescat portio eius reliquis fratribus, quia ad hoc respondetur quòd dato quod vera essent: tamen per licentiam alienandi datam inuicem per dictos fratres. videntur renuntiasse iuri suo saltem quo ad hoc vt non possint illos in quos alienatio facta est conuenire, vt possessores dictæ rei: vt firmat Bar. & Ang. in d. §. duo fratres. in 8. q. vt supra plenè probatum est. ¶Secundo respondetur ꝙ non est verum ꝙ emphyteusis ecclesiæ non possit transire ad extraneos, & communis opin. est in contrarium per d. §. licentiam. qui corrigit. d. §. emphyte. ¶Tunc etiam, quia vt dicebat dominus Abb. in c. in præsentia lex ciuilis specifice disponens super rebus ecclesiæ præsertim prohibendo, vel certam solennitatem introducendo etiam in fauorem ecclesiæ non tenet, cum non habeat potestatem in ea. c. ecclesia. de consti. not. Io. And. in c. constitutus. de relig. domi. & Io. Cal. in c. 2. de no. ope. nunc. Et maximè cum in materia ista alienationis & concessionis habemus a iure canonico in specie traditam formam vt no. Inn. & gl. in
20 c. 1. de reb. eccle. non alie. in 6. ¶†Nam de iure canonico eodē modo prohibetur translatio vtilis dominij per cessionem in emphyteusi, sicut prohibetur translatio directi dominij, & sic eadem solennitas in translatione erit in vtroq; casu necessaria. c. nonnulli. de re. eccle. non alie. Et patet sic quod concedi potest ꝙ transeat emphyteusis etiam ad extraneos, sicut pōt pleno iure alienari. ¶An autem in dicto casu necessaria fuit in tali concessione causa & solennitas quæ requiritur in alienatione directi dominij, decisum est, supra proximè. vnde si transire potuit ad extraneos hæredes ergo cessat doctrina Bar. in d. l. si mihi & Titio. quæ loquitur quando in persona vnius in qua finita erat emphyt. quia decedebat cum extraneo hærede ad quem emphyteusis ex forma concessionis transire non poterat. ¶Ex quibus breuiter concludo partes iudicantis esse in absoluendo, cui sententiæ promptus esse debet iudex. c. cum sint partium. de reg. iu. in 6. c. ex literis. de proba. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse. Alex.

ADDITIONES.

* Descendentibus.] Idem tenet Dec. consi. 411. dicēs istud multo magis procedere, quando fuit dictum, hęredibus masculis. tamen Ale. infrà col. fi. tenet oppositum, vt intelligatur etiam de extraneis si in re non solita concedi in emphyteusim, interuenit, quando conceditur, debita solennitas. Natta.

a ¶Descendentes. supra eo. con. 9. nu. 9. infra lib. 4. consi. 89. in prin. & lib. 7. consi. 83. Anch. consi. 134. in prin. Bal. consi. 114. lib. j. Cor. cons. 131. lib. 2.

b ¶Diuisio. dixi in consu. Pari. §. 22. q. 22. & 31. 5. q. j.

c Alterum. dixi in consu. Parisi. §. 13. gl. 6. nu. 5.

* Agnatum.] Idem tenet Ias. consi. 64. col. fi. lib. 3. Natta.

l ¶Suum. quòd est falsum vt dixi in consu. Pari. §. 13. gl. j. num. 9. §. 23. numero 7.

e ¶Lucratiuo. dixi in consu. Parisi. §. 56. col. j. Cæp. cau. ciui. consi. 8.

f ¶Extranei. cōcludi modo adsit solennitas solum attendi tenorē concessionis Imo. c. fi. de loca. Ange. Aret. §. adeo. nu 4. inst. de loca. Pau. consi. 237. lib j. Cor. consi. 173. lib. 2. cons. 13. lib. 3. Claua. ver. emphyteusis. §. 5. summa Syluestri. eo. ver. Deci. c. in præsentia colum. 2r. de proba. consi. 171. Cur. Iunior consi. 4. col. j. Mat. Affli. deci. Neap. c.

g ¶Corrigit. Cur. Iunior per 2. parte. 3. in prin. co l. j. feudo.

EPITOME.

SI communitas statuit aggeres faciendos & cōseruandos per dominos & conductores molēdinorū ad conseruanda molendina debent eorundem impensis & non communitatis fieri.

CONSILIVM CXC.

Mature digestis his quæ in themate cōtinentur. ¶Videtur prima consideratione dicēdum commune ciuitatis, non autem dominos & conductores molendinorum ad onus reficiendæ & manutenendæ vegetis subeundum ex pluribus teneri de iure. ¶†Et primo, quia circumscri-
1 pta iuris municipalis censura de iure communi onus prædi-
* ctum ad conductores molendinorum * non spectat. l. ex conducto. in prin. in ver. non reficitur. & l. item plures. in prin. ff. loc. l. & harum. ff. si serui. ven. & facit. l. hactenus. cum materia. de vsufruc. Sed ita est quod statutum de quo supra nō vendicat sibi locum: ergo nec iure cōmuni nec municipali possunt dicti conductores molendinorum, sed etiam veri domini non sunt de iure ad dictam refectionem astricti: quia casus dictæ vegetis faciendæ, & reficiendæ processit non ob vtilitatem dictorum molendinorum, sed ob publicam totius communis vtilitatem, vt inundationibus aquarum dicti torrentis opportunè occurratur: ergo commune sentiens commodum ex ꝓuisione prædicta debet pari ratione onus sentire, ne aliàs factum a communi tendat in præiudicium tertij: quod cōsentire absurdū nefas esset. l. j. §. pro seruo. C. de cadu. tol. in auth. hoc amplius. C. de fideic. l. 2. §. si quis a principe. & in §. meri-
2 to. ne quid in loco publi. ¶†Tertiò, quia licet aliàs dicamus ꝙ princeps vel ciuitas potest præiudicare iuri priuatorum cum causa ratione publicæ vtilitatis. l. Lucius. ff. de euic. & in l. itē si verberatum. §. j. ff. de bo. dam. & per totum. & no. Inn. & canoniste in c. quæ in ecclesiarum. & Bart. in procemio florum. & in l. fi. C. si contra ius. cum si. tamen priuati qui ex facto ciuitatis lædentur, restaurari debent. l. venditor. §. si constat. ff. communia prędiorum. l. si pendentes §. si quid cloacarum. ff. de vsufr. l. 2. C. pro qui. cau. serui. pro præmio li. acci. no. gl. in l. si locus. §. j. ff. quemad. ser. amit. & Guil. de Cu. Bal. & Bar. & Ful. in l. fi. §. fin. ff. de pig. ac. & idem Ange. in consi. incip. visis omnib. & statutis. & Bal. in præalle. l. 2. C. pro qui. cau. vbi inter cætera pro hoc allegat. l. mulier. ff. de capti. ¶Et ideo dixit
3 Bar. in l. j. §. cura. ff. de off. præfe. vrb. † quod nullus possit cogi ad res vendendas, minus iusto pretio: nisi tempore necessitatis: per illum tex. iuncta. l. fi. §. in eadem. in fi. cum ibi no. ff. ad l. Rhod. de Iac. & Bal. & Ang. in d. §. si quid cloacarum. & Bart. & in l. annona. ff. de extraordi. cri. & per doct. in l. j. ff. de epi. audien. & in c. j. de emp. & ven. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de execu. sentētiæ. in fi. ¶Quartò pro hoc facit id quod decidit Cy. & post eum Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. q.
4 ff. de lib. & posth. † vbi quærit, nunquid ciuitas quæ restituit bannitum possit expresè eū restituere ad bona applicata hæredibus interfecti. Arguit primò ꝙ sic ar. eorum quæ habentur in c. in nostro. de iniur. & dam. Contrarium videtur verū ꝙ ius acquisitum non potuit auferri per statutum vel reformationem ciuitatis, & dicit Cy. ita de facto fuisse iudicatum per legatum existentem Bononiæ, ad hoc alleg. l. j. in fin. ff. de do. excep. & l. toties. ff. de pollici. & ea quæ no. in l. fi. C. si contra ius. bene facit l. si priuatus. ff. de appel. & qđ ibi no. Bar. & quod no. gl. & doc. in l. vnica. C. de in ius voc. & Inno. in rub. de consue. in fin. primæ col. dum allegat. d. l. venditor. & Ioan. And. in c. nisi de offi. leg. ergo commune ciuitatis Mutinæ nō potuit canale transuersare cum iactura dominorum aut conductorum ipsorum molendinorum. ¶Quintò, quia statutum de quo supra loquitur in vegete facienda, vt patet in fi. d. statuti, & in rub. per quam declaratur nigrum, vt no. glo. in l. 1.
5 C. ne li. tertio prouo. ¶† Quod dicit Bal. esse valde notandum
a pro rubricis [a] statutorum, & quando rubrica continet orationem perfectam, potest allegari pro textu vt colligitur ex gl. j. l. 1. quòd quisque iuris. & gl. in l. j. C. ne mu. age. & in l. propter insidias. C. qui accu. non pos. & no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de dispu. & alle. ad fi. & gl. in l. j. C. ne fi. do. den. & Io. And. in c. cum monasterium. de elec. ergo non debet extendi statutum ad reficientem cum in casu proposito de refectionis tracto.
6 ¶† Nam statutum strictè & propriè intelligendum est. l. constitutionib. Dyn. & Bar. ff. ad munici. l. quicquid astringendæ. & ibi Bart. ff. de verb. obli. l. quod consti. ff. de testa. mili. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. & plenè Bart. in l. omnes popu-
7 li. in 6. q. princ. ¶ † Sed strictè accipiendo aliud [b] est facere, &
b aliud reficere. l. 3. §. reficere. ff. de iti. actuque pri. & ibi Angel. & glo. in l. 1. §. pen. & ibi doc. maximè Bal. de mortuo inferendo. & not. Bart. in l. fin. §. si quis ędificium. ff. de opę. no. nun. & habetur in c. consuluit. & ibi Pet. de Ancha. de iud. & glo. 18. q. 2. de monachis. & glo. & doct. in c. quoniam in quibusdam. de iure patro. & in c. 1. in ver. domum. de reli. domi. lib. 6. ¶ Bene facit quod no. Bald. in l. licet. in 4. q. C. loca. ¶ Sextò dato quòd commune potuisset vti priuilegio statuti, tamē soluendo & reficiendo vel manutenendo vegetem videtur priuilegio suo renuntiasse. l. 2. C. de iu. do. imp. c. cum accessissent. de const. c. pro illorum. de præb. ¶Septimò ad idem facit quia præstatio & solutio diuturna facta a cōmuni inducit obligationem

tionem in futurum.l.cum de in rem verſo.cũ ma. ff. de vſur.
8 l.litib.& ꝙ ibi Bar.C.de agri.& cenſi.lib. 11.¶†Sed pręmiſſis
non obſtantib. in caſu de quo quæritur contrariam ſententiã
de iure probabiliorem puto, ad quod oſtendendum præſup-
pono ꝙ d.ſtatutum trahitur ad futuras vegetes, foueas, flumi-
na, vel aquæductus futuros: dato etiam ꝙ ſtatutum loquitur
per verba præſentis temporis, vt patet in verbo conducatur. l.
Arriani.C.de hær. l. 1. cum gloſ.ff.de condi.ex le.l.legis vir-
tus. ff. de leg. quia natura legis eſt, vt ad futura trahatur.l.le-
ges.C.de legi.c.cognoſcẽtes.& c.fi.de conſt.ita dominus Bar.
in l.omnes populi.in 6. q.prin. in verbo, & quid de tempore.
& Bart. in l.cum lege. ff. de le.& in l.ſi ita. in prin.de auro &
arg.leg.& in l.illicitas.in prin.ff.de offi.præf.vbi dicit ꝙ aliàs
lex eſſet modici effectus ſi non trahitur ad futura, dato etiam
ꝙ loqueretur ſtatutum per verba temporis pręteriti, vt not.
Bald. in d. l. leges. ¶ Et præſertim hoc erit verum in caſu no-
ſtro in quo verba poſſunt in accipi in futuro optatiui, & in p̃-
9 terito ſubiunctiui.† Sed ita eſt quod vbi verba ſtatuti poſſunt
accipi in præterito & in futuro, accipiuntur ſolum in futuro:
vt eſt glo.no.in c.vt animarum.& ibi do.Dominicus. de con-
ſti.in 6. & glo.in ca.j. in verſi. receperint.de cler.non reſi.eo.
lib. & eſt glo. no.in l.cum lege. §.pe.& ibi Bal.ff.de condi.&
demon.& not. Bart.in præalleg.l.omnes populi.in 6. q.prin.
in §.pono aliud in ſtatuto continetur &c. vbi pro hoc allegat.
l.ſi ita legatum.& l.ſolemus. ff. de cond.& demon.& no.Bal.
Ang. & Ioan.de Imo.in l.cum in ſecundo.ff.de iniuſt.teſta.&
Anto.de But.in d.c.fin.de conſt. ¶ Et hoc præſuppoſito infer
tur quod ſtatutum prædictum, & in d.vegete opportuna pro
pter d.interruptionem canalis factam a communi, hoc præ-
ſuppoſito fortificentur & tuentur ex plurib. iura communis
10 Mutinæ. ¶† Et primo, vbi conſuetudo haberet ꝙ conducto-
res deberent certum quid ſoluere, talis conſuetudo quoſcun-
que obligaret conductores ad id ſoluendum, perinde ac ſi ex-
preſsè in contractu deductum eſſet.l.excepto. C. loc.l.domi-
ni pręediorum.C.de agri.& cenſi.lib. 11.l.quod ſi nolit. §.qui
aſſidua.ff.de edi.edic.l.j.in fi.cum ſeq.in prin.ff.de aqua plu.
arc. ¶ Ergo & pari ratione ſtatutum debet poſſe obligare.
11 † quia ſtatutum & conſuetudo non differunt pens cauſam ef
ficientem & eius poteſtatem: ſed penes modum & formam,
vt inquit Bal.in l.conſuetudinis.in 2.col. C.quæ ſit lon.con-
ſue.allegat.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.& l.de quib. cum
ibi not.ff.de leg.& not.Bart.in l.de quib.in verſi.nunquid de
eſſe conſuetudinis ſit non eſſe ſcriptum &c.Bal.in l.2.in fi.C.
12 de bo.quæ lib. † vbi dixit quod ſi quis promiſit reſtituere do
tem in omnem caſum & euentum reſtituendę dotis, ſecundũ
formam ſtatuti ꝙ etiam videtur promiſiſſe in omnem caſum
reſtituendę dotis ſecundum formam conſuetudinis: quia cõ-
ſuetudo idem eſt ꝙ ſtatutum ſecundum eum.allegat pręalleg.
13 l.de quibus. ¶†Fortificantur prædicta: nam poteſt pręiudica-
ri iuri priuatorum facto ciuitatis vel ſuperioris, vbi agitur de
publica vtilitate ex tali facto reſultante.d.l.Lucius.ff.de euic.
cum concor. s̃.alleg.& ideo dicit Ang.in l.bene à Zenone.C.
de quadr.præſcrip.ꝙ ciuitas pro pace habenda poteſt conce-
dere bona ſuorum ciuium.allegat no.per Inno.& Io. An.in c.
in noſtra.de iniur.& dam.da. ¶ Dicit ſimiliter Ang. in l.con-
uentionum.ff.de pact.ꝙ duces belli, qui illud proprio nomi-
ne inducunt ſicut ſunt principes, & barones facientes pacẽ,
poſſunt remittere iniurias & damna data in ſubditos eorum:
ita ꝙ in perpetuum non poſſunt conqueri neque ciuiliter nec
criminaliter.allegat no.per Inno.in prællegato.c.in noſtra. ita
etiam dicit feciſſe ciuitatem Peruſinam, cum pacem cum ec
cleſia contraxit. ¶Et idem voluit Ang.in l.venditor. §.ſi con-
ſtat communia præd. vbi etiam pro hoc alleg.l.ſi quid in bel-
lo.ff.de cap.& ꝙ habetur in l. 3. §. ſi is pro quo.cum ibi not.
ff.quod quiſque iuris.cum ibi not.per Guil.& Ang. in l.An-
tiochenſium. ff.de priuil.credi.& Bal.in pręalleg. l. conuen-
tionum. ¶Et etiam Bal.in l.quicunque in vlt.col. C.de ſer.fu
gi.vbi dixit ꝙ per generale ſtatutum populi, vel per duces bel
li, cum ſit officium ab vniuerſis commiſſum, poteſt præiudi-
cari iuri priuatorum: quia res quæ communiter proſunt om-
nibus pręferuntur ſpecialium perſonarum commodis, alle-
gat authen.res quæ.communia de leg.& not. etiam Bald.in l.
reſcripta.C.de preci.impe.offe.faciunt not.per glo.in c.conſti
tutus.de relig.do.¶Ad idem quod Bar. in l.iubemus nullam.
C.de ſacroſanct.eccle. vbi optimè text.per quem dicit Barto.
ibi, ꝙ poteſt capere rector ciuitatis animalia priuatarũ perſo-
narum cauſa mittendi frumentum in exercitum. ¶ Apertius
firmat hoc Bart.in l.quæ cum.in fi.C.de fide inſtr.& iur.haſt.
fiſ.lib. 11. Vbi dixit ꝙ illa lex facit ꝙ illi qui emerunt in com-
muni Peruſij bona bannitorum, non cogentur reddere banni
tis ex forma capitulorum pacis hoc dicentium: quia ſi ſuper
hoc non valet reſcriptum principis, vt ibi multominus ſtatu-
tum vel pactum ciuitatis. Sed veritatem dicit eſſe in contra-
rium: quia quæſtio pręedicta, loquitur quando illud fit pro-
pter publicam vtilitatem: quo caſu etiam ciuitas poteſt res
bannitorum auferre. l. certa forma. C. de iure fiſ. libr. 10.&
dicta l. item ſi verberatum. §. j. cum ſequen. ¶Idem in ſimili
voluit Ange. in conſil. 53. incip. in quęſtione præpoſita du-
Bal.in l.liberti.in 10.col.C.de oper.liber.¶Ergo non refert,li
cet nihil in permutatione dictum fuerit de immunitate con-
cessa rei : quia vt dixi, immunitas transiuit ad quemcunque
* ipsa res transit,cum fuerit realis concessio* vt dictum est.be-
ne facit.l.si aquæductus.cum l.seq.C.de contrahen.empt.&
l.si testatrix.§.j.ff.si serui.ven.¶Item cũ dicta immunitas fue-
rit acquisita dicto Romagnolo ex virtute instrumenti cõces-
sionis factæ Gasparino, dum dictum fuit pro se & successori-
bus:ergo absque alia translatione expressa ipsius immunita-
tis, & absque aliquo facto Gasparini in cõtinenti transiuit im
munitas in Romagnolum quam primum iure fuit effectus
* successor Gasparini.ad hoc.l.quoties.* C.de do.quæ sub mo-
do.c.1.in prin.de suc.feu.& quod no.Bart.in l.vt iurisiuran-
di.§.si liberti.in versic.secundum dubium &c.ff.de ope.libe.
¶Ex quibus apertè patet responsio in contrarium.l.ad l.quæ-
dam.§.is autem.de eden. cum concord. respondeo q illud
procedit quando simpliciter esset facta mentio de hærede tan
tum,vel successore tantum.Secus si copulatiuè de hæredibus
& successoribus facta fuit mentio, ac etiam procedunt con-
traria nisi essemus in dispositionibus in quibus fieri deberet
largissima interpretatio,vt hæc omnia supra dixi clarè.¶Ve-
nio ad secundum & principale dubium,an dicta concessio &
immunitas extendatur ad molendinum per Romagnolum lo
co gualcheriæ subrogatum.& breuiter puto q sic. Nam præ-
suppono q fuit concessum Gasparino, pro se & hæredibus &
successoribus in ædificando domum,seu quodlibet aliud ædi
ficium cum molendino seu gualcheria &c. Cuius concessio-
nis vigore. dico q licitum fuisset Gasparino & eius successo-
rib.nedum gualcheriam tantum vel molendinum tantũ con-
4 struere,sed etiam licuit vtrunq; simul ędificare: † quia quan-
do sumus in dispositionibus in quibus fit larga interpretatio,
b vt in legatis:tunc dictio,seu,non stat disiunctiuè sed augmen
tatiuè b vt vtrunque comprehendatur,vt est text.notabilis,&
ibi Bar.in l.si quis ita.ff.de aur.& arg.leg.no.Cy.& Bald.in l.
pe.C.de ver.sig.& Bar.in l.si is qui ducẽta.§.vtrum.ff.de reb.
dub.& Ant.de But.in c.inter cæteras.de rescri.¶Ergo in ca-
su nostro talis dictio non disiunctiuè sed ampliatiuè accipi
* debet, cum nos sumus in donationibus & beneficijs in quib.
adhuc largior fit interpretatio,quam in vltimis voluntatibus
c.cum dilectus.de do.si.n.in legatis, vt dixi : augmentatiuè
capitur dictio seu,ergo idem in donationibus & beneficijs.l.
legatum.ff.de leg.2.& in specie firmat Bald.in d.l.pen.C.de
verb.sign.¶Ex quo infertur quod nedum gualcheriæ tantum,
vel molendino tantum,sed etiam vtriq; ædificio concessa fuit
immunitas,& quæcunq; alia accessoria dictæ donationis iu-
tis & situs prædicti,& euidenter verba instrumenti accipien-
do dictionem,seu,ampliatiuè.vt dixi.¶Vnde cum dicta pote-
stas liberè construendi domum cum molendinũ seu gualche-
ria absq; alicuius oneris solutione fuerit concessa,nedum Ga-
sparino,sed etiam successoribus, vt instrumento continetur:
ergo compreheditur vt locum habeat in Romagnolo Gaspa-
rini successore, absque eo q Gaspar in permutatione transtu-
lerit expressè potestatem ibidem construendi molendinũ au-
thoritate dictæ concessionis cum cohæreat territorio & loco
in quo situata est gualcheria: dico q Gaspa.alienando dictum
territorium,locum & ædificium cum gualcheria,videtur etiã
dicendum,facultatem ædificandi molendinum, & sic cũ suis
priuilegijs alienasse.l.traditio.§.1.ff.de acquir.rer.do.& l.te-
statrix.§.1.ff.si ser.ven.l.1.§.cum vrbem. & quod ibi Guil.de
Cug.ff.de offi.præfe.vrb.& Bal.in l.quando.C.de bo.vac.lib.
10.& quòd no.Bar.in l.2.in prin.ff.de verb.sig.& Bal.in l.fi.
C.de consti.princi.& quæ latè no. Bal.in c.1.de capi.qui cu-
4 riam vendi.¶† Item si ædificium ipsum principale non tene-
tur ad alicuius oneris solutionem, vt in concessione contine-
tur: ergo etiam idem debet esse in quolibet alio accessorio æ-
dificio , vt ibi illud ædificari possit sine subiectione alicuius
grauaminis: vt expressè firmat gl.in c.cum capella.& ibi doc.
de priui.argu.l.fin.§.Caio.ff.de lib.leg.¶Bene facit tex.in cap.
quia circa.de priuileg.l.damni.§.si is qui vicinas.& ibi plura
not.Bart.& doct.ff.de dam.infec. ¶Sed ita est quod molendi-
num seu gualcheria est in casu nostro accessorium domus &
ædificij principalis, vt probant verba instrumenti concessio-
nis, domum seu quodlibet aliud beneficium cum molendi-
6 no seu gualcheria.† Nam illa dictio cum, coniungit accesso-
riè molendinum & gualcheriam cum domo,& ædificio,licet
secus sit in coniunctione, & quia illa coniungit æquè princi-
paliter.& hæc probantur in l. si cui fundum. & ibi per Bald.
ff.de fun.instru.l.pen.vbi per Bar.& doct.C.de verb.sig.& in
l.Titiæ textores.§.1.de leg.j.Sed molendinum est quid acces-
sorium ædificio:ergo immunitas concessa ædificio principa-
li trahitur ad accessorium ex postfacto constructũ vt no.pro-
baui . ¶Pro hoc etiam si molendinum est subrogatum qd de-
bet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.l. si lega-
tum.§.fi.in prin.ff.de leg.2.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si qs
cau. ¶Ex quo ad propositum dicit Bal.in tit.de pace constan.
7 in verbo,nos Romanos.post Old.† q ciuitas destructa postea
reædificata retinet priuilegia sibi concessa prius: quia subro-
gata est ciuitas restaurata loco primæ.¶Nec etiam dicitur in-
terire res licet in aliqua parte mutatio fiat.l. fundi vsufructu.
cum l.seq.& l.quid tamen.in princ.§.iuncta.l. reperi.§.rei.ff.
quib.mo.vsusfru.amit.¶Nunc attingo tertiam dubitationem
videlicet an immunitas prædicta extendatur ad nouam one-
ris impositionem superuenientem post concessionem immu-
nitatis,in quo videretur prima facie dicendum q non : quia
dispositio & concessio immunitatis referri debet ad onera prę
sentia tempore concessionis.l.si ita. ff.de aur.& arg.leg.& l.si
ita stipulatus fuerim.§.cum stipulamur.ff.de ver.ob.l.si a co-
8 lono.eo.ti.& in l.Rutilia.ff.de contrahen.emp.cum si.† Con-
trarium dicendum puto:quia talis concessio indefinitè ema-
nata per illa verba,videlicet sine censu aliquo,seruitio,homa
gio,pensione,vel mercede,vel alicuius rei datione,vel solutio
* ne fiendum comprehendit nedum præsentia,* sed etiam futu-
ra per l.si seruitus.de serui.vrba.prædi. & l.placet.ff.de libe.
& posthu.¶Per quæ iura in proposito determinauit eleganter
Dyn.Bart.& doc.in l.si mihi & tibi.§.fi.de leg j.si Imperator
concessit quibusdam militib.priuilegium q possint creare ta
belliones, & eis concedere potestatẽ faciendi instrumenta,nõ
obstante aliquo statuto vel consuetudine, quod quanquã post
concessionem dicti priuilegij factum fuerit in ciuitate statutũ
q instrumenta a quocunq; tabellione facta nõ valeant, nisi ta
belliones habeant licentiam a cõi,dubitabatur an dictum pri
uilegium vires habeat non obstante dicto statuto : ideo quòd
notarij creati a dictis militibus possint instrumenta facere nõ
habita licentia a communi : & determinat quòd sic.quia di-
ctum priuilegium tollit etiam vires futurorum statutorum.
ita in proposito dicta constitutio extenditur ad futura onera,
& etiam futura ordinamenta, & cum prædicta decisione for-
maliter etiam transit Pau.de Leaza.& Pet.de Ancha.in clem.
1.de exces.præla.¶Et hoc etiam videmus quod vbi per aliquã
dispositionem tolluntur statuta vel consuetudines,aut dispo-
sita, vel contenta in eis fit extensio etiam ad futura inducta
etiam ad futuras consuetudines vel statuta. vt no.Cyn.in l.2.
in fin.quæ sit lon.consue.& Pau.de Leaza. in cle.statutum.vt
not.Cyn.in l.2.in fin.& Ioan.de Imo.in l.3.ff.de testam.¶Pro
hoc adduco quod notabiliter dixit Barto.in extrauaganti, ad
repri-

9 reptimendum. in verb. non obstantib. in vlt. col. † vbi dixit ꝙ
si aliqua lex noua simpliciter emanat, non videtur per eam tol
li aliquod priuilegium alicui concessum: alleg. tex. in 2. con-
stit. C. §. si quæ vero. & ibi Bal. vnde in proposito per nouã or-
dinationem alicuius impositionis vltimo factam, non intelli-
gitur sublata immunitas Gasparino. ꝓ hoc facit tex. in c. quia
circa. de priuilegijs. vbi priuilegium super remissione decima
10 orum extẽditur ad futura. ¶ † Præterea si diceremus ꝙ per secun
dam impositionem grauari posset Gasparinus vel eius succes-
sores, nil aliud esset nisi ꝙ derogatum & reuocatum esset pri-
uilegium, & immunitas concessa Gasparino & successoribus
quod quidem fieri non potuit, attento ꝙ dictum priuilegium
fuerit concessum per viam contractus. l. ꝙ semel. & ibi firmat
Bar. in l. omnes populi. in 2. q. prin. ff. de iust. & iu. & no. Inno.
& doc. in c. nouit. de iudi. & Arch. 10. q. 1. quicunq;. & Bal. in
l. qui se patris. in 10. col. C. vnde liberi. cum si. ¶ Præterea ver-
ba concessionis & immunitatis expresè disponunt etiam de
futuris oneribus indistinctè, vt patet per illa verba, videlicet
sine censu aliquo, seruitio, homagio, pensione &c. fiendum,
ponderandum est verbum fiendum, quod respicit futurum.
ergo cum inspectione verborum priuilegij hoc constat inde
discedere non debere. ca. porro. & ca. recipimus de priui.
¶ Ex quib. apparet manifestè quod allegata in contrarium
loquuntur in casu diuerso a quæstione nostra. ¶ Præterea, vt di
xi, etiam verba futurum tempus specialiter & expresè com-
11 prehendunt. † Postremò circa quartum dubium, an per solu
tionem oneris factam per Barrochium videatur renuntiatum
immunitati: & videretur primo dicendum ꝙ sic: quia per di-
ctam solutionem, tanquam per actum contrarium, priuilegio
& immunitati censetur quis renuntiasse priuilegio. c. cum ac
cessissent. de consti. & c. pro illorum de præb. l. 2. C. de iu. do.
impe. In contrarium est veritas, vt est tex. in l. 2. & 3. C. de his
qui spon. munera. pub. sube. lib. 10. & in proprijs terminis fir
mat Pet. & Cy. in l. voluntariæ. C. de excusatione tutorum. &
maximè in 3. q. vbi quærunt an si priuilegiatus a muneribus
realibus nil oneris soluat, an videatur renuntiasse priuilegio.
* & in effectu concludunt quod per solutionem * factam sal-
tem a 30. annis infra non sit exclusus priuilegiatus a priuile-
gio, per d. l. 2. & per c. accedentibus. & per cap. si de terra. de
priui. Sed iste non soluit per tempus sex annorum: ergo &c.
Et quòd etiam non sit sublatum priuilegium per dictam solu
tionem, firmatur in l. 2. §. fin. ff. de decu. per illum text. volens
quod per actum contrarium priuilegio non tollatur priuile-
gium in reliquis, nisi esset vniuersalis, vt probatur in l. 1. & 2.
C. de his qui spon. mu. su. iuncta. d. l. voluntariæ. & ibi latius
12 declarat Pet. Rayn. ¶ † Pro hac parte etiam decidunt Petr. &
Cyn. in l. falso. in fin. C. de diuer. rescri. vbi dicunt quod si pri-
uilegium habet effectum successiuum & reiterabilem prout
in casu nostro. & tunc tenetur siue competat contra vnum si-
ue contra plures, & vniuersaliter, & in decimis non soluen-
dis, quod requiritur actuum contrariorum continuatio per
tempora longissima. scilicet 30. vel 40. anno. per d. c. acceden
tibus. & per c. de terra. & idem videtur velle Bar. licet trunca-
tè loquitur in l. fin. de constitu. prin. ¶ In hac materia etiam di
cit Compost. in præalleg. c. cum accessissent. de constit. quòd
regulariter non tollatur priuilegium per actum contrarium.
quia est vt quædam lex, sed lex non tollitur nisi sit præscripta
tempore. 10. annorum. l. de quibus. cum ibi not. ff. de legibus.
ergo idem in priuilegio etiam vniuersali reperitur. non ob-
stat contrarium illud. l. 2. C. de iure do. impe. quia ibi hoc in-
ducitur odio vsurarum, vel propter fauorem, vt in casu dicti
c. cum accessissent. ¶ Et hæc sufficiunt quantum ad propositũ
nostrum, non est opus latius referre: maximè cum in terminis
nostris sit expressa decisio in d. l. 2. cum gl. C. de his qui spon.
mu. publi. sube. ¶ Nec obstant iura allegata in contrarium. s.
c. cum accessissent. & c. pro illorum. quia ibi quis directè fa-
cit actum contrarium priuilegio. Sed in casu non dicitur di-
rectè fecisse Romagnolum contra priuilegium, sed potius di-
citur non vsum fuisse, seu se tueri voluisse priuilegijs. vt not.
glo. & doct. in d. c. cum accessissent. ¶ Nec etiam obstat. l. 2. C.
de iure do. impe. quia priuilegium habebat effectum momen
taneum non successiuum, vt in casu nostro, secundum Pet. &
Cyn. in locis præallegatis, & Bart. in d. l. 1. de constit. princ. &
hoc inductum est odio vsurarum secundum Compost. vt re-
citaui supra. Ita vt superius conclusum est puto iuris esse. ita
dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

* Ad primum.] Istud consilium Alex. improbat Ias. consi. 89. lib. 3. vbi in eisdem terminis tenet cõtrarium, & in l. quædam. §. nihil interest. notab. 2. ff. de eden. Et Alex. hic sequitur Deci. consi. 171. col. fi. Et vide Ruin. qui consuluit in eisdem penè terminis, consil. 93. lib. 4. vbi dicit ꝙ quia cõtractus fuit celebratus cum communitate Bononiæ, quæ habet potestatem legis condendę, eius contractus debet ab omnibus pro lege seruari. Natta.

* Interpretatio.] Ias. respondet fieri latam interpretationem in beneficijs Principis, non priuati. quod no. Natta.

a ¶ Realis. Bal. consi. 24. consi. 375. in fi. lib. 4. an consi. 1. nu. 6. Anc. cõsi. 327. prohi. c. priuilegium. de re. iur. in 6. Ias. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. col. 2. de lega. j. l. si sic. la grande. de ver. ob. consi. 27. consi. 217. lib. j. vide Alex. l. quia tale. sol. mat.

* Concessio.] Nota ꝙ concessa re veniunt quæcunque ad rem pertinentia d. l. testatrix §. j. Roma. consi. 444. Et ponit Alex. infra dub. 2. Aret. in l. 3. col. pe. ff. de acq. poss. & consi. 149. col. 2.

* L. quoties.] Nota istam. l. quoties, de qua eleganter scribit Dec. cõsi. 239. col. pen. vbi vult, ꝙ virtute d. l. dominium transferatur in secundum donatarium. De quo etiam ponit Crauetta consilio 19. & non procedit in traditione ficta, Bald. in cap. j. colum. 6. de capi. qui cur. vendi. Natta.

b ¶ Augmentatiuè. Imo. Dec. c. inter cæteras. col. 3. & ibi Fran. Rip. nu. 44. de rescrip adde so l si is qui. §. vtrum. col. 2. de reb. dub. Ias. cõsi. 64. col. 3. lib j. recordor ꝙ Alex. ad Alexandro genial. dier. lib. 2. c. 2. per d. l. si quis ita pulchram hanc. q. decidit clausula testamenti talis erat, filium ex asse hæredem volo: filiæ cum viri potens erit fundum suburbanum seu ædes meas quæ in via lata sunt do lego. filia viri potens petebat fundum & edes: filius dicebat alterum tantum deberi consultus Alex. a iudicibus respondit vtrunque deberi & dicit ita iudicatum fuisse quia dictio seu nõ disiunctiua sed coagmentatiua est & copulat nõ disiungit. ego vero (nisi illæ res fuissent connexæ) contrarium puto prout contrariũ in simili quæst. decidit Bal in d. c. inter cæteras. col. 2. consi. pone testator.

* Nedum præsentia.] Quòd priuilegium immunitatis comprehendat onera superuenientia volunt Doct. in l. si ex toto. ff. de leg. j. vbi quidam limitant in onerib. superinductis occasione belli. Natta.

* Per solutionem.] Non præiudicat sibi quoad alia onera, immo nec quo ad idem onus, Rui. consi. 93. lib. 4. circa fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Flumen priuatum, est quod non continuè fluit, & a reliquis locis priuatis non differt: & in eo licet cuilibet, quatenus in suo porrigitur, etiam molendinum ædificare. nu. 2.*

7 *Molendinum construere licet in flumine publico, non nauigabili.*

10 *Molendinum in flumine nauigabili licet construere, modo non impediatur vsus nauigij: nec potest alius conqueri ex eo quod suum minus frequentabitur. 11.*

14 *Prohibito vno videtur prohibitum omne per quod peruenitur ad illud. si est eadem ratio.*

15 *Argumentum de toto ad partem procedit quando est eadem ratio in parte.*

CONSILIVM CXCIIII.

Consideratis verbis instrumenti venditionis molendini factæ Sempronio, &
impetratione decreti facta per Pamphilum teneo esse de iure
verum quod dictus Sempronius emptor vigore cõuentionis,
de qua in instrumẽto suæ emptionis fit mentio, prohibere nõ
possit ne dictum nouum molendinum construatur per dictũ
Pamphilum supradictum lanuellũ extra flumen Rheni, à par
te inferiori dicti pontis Rheni, & ipsum non possit prohibe-
re ne per dictum transitum extrahatur aqua de dicto flumine
Rheni ex latere inferiori dictæ clusæ, seu Rheni a dicta clusa
infra per vnum milliare, attẽto quod præsupponitur quod &
accipiendo & ducendo aquã de dicto flumine pro dicto no-
uo molendino, non minuitur necessitas aquæductus prioris
molendini. ¶ Ad quod ostendendum moueor. Nam d. Pãphilo
opponi non potest per Sempronium dñm prioris molendini,
quod non iure faciat Pamphilus dictum nouum molendinũ:
& dicendum est ꝙ in eo prohiberi non põt per Sempronium:
quia flumen super quo fit. d. molendinum appellatur lanuel-
1 lum, dr̃ esse flumen priuatum: † quia publica flumina sunt il
* la quæ continuo currunt, sed priuata flumina, * quæ nõ continuè

tinuè currunt, sed qñq; vt in hyeme, vt l.j.cũ duob.§.sequenti.& ibi no.ff.de flu.& in l.nemo.in fi.& ibi no.ff. de re.diui. vt dñt gl.in dictis locis, ꝙ Rapo & Meloncellum sunt flumina priuata: quia ad tempus fluuijt. Et quod Rhenum est flumen publicum, cum semper fluat. vnde si apparet cuius erat solũ talis fluminis priuati, antequam ibi aqua fluere inciperet, ille dicitur esse dñs. Si autem non apparet tũc spectat ad illos qui prope ab vna parte prædia possident, ita declarat Barto.in suo trac.in 6.vel 7.col. alleg.l.2.§. præterea si in consilio.cũ gl.in vers.confinio.ff.de aqua plu.arc.& l.adeo.§.insula. cũ se.ff.de acq.re.do.& l.arbor.in prin.ff.cõi diui.& not.etiam Bal.in c.j.§.si quis de manso. in 6.col.de controuersia inuesti. ¶ Vnde quilibet põt licite in tali flumine priuato construere molendinum, dummodo ædificet in suo secundum qđ proximè decla
a raui: † quia tale flumen priuatum a reliquis locis priuatis non differt.l.j.§. hoc interdictum.§. item si annus. ff. de fluminib. ¶Et in spẽ tradit Bal.in l.item lapilli.ff.de re.diui.in j.
3 col. † vbi dixit ꝙ propriũ flumen dicitur quatenus in suo ingreditur aqua quę non semper fluit.& qđ in eo flumine priuato quatenus suum prædiũ porrigitur põt quis ædificare. ¶Vnde infert ꝙ si duo habẽtes ius in flumine priuato ratione suorum prædiorũ ædificauerint.in d.flumine molendinũ pro quolibet dr̃ quilibet ædificasse licite, tã ille qui primo ædificauit, q̃ ille qui secundò ædificauit: quia quilibet põt in suo licitè facere ẽt si alij noceat saltem si principaliter facit, vt sibi prosit, non vt illi noceat. quia nullã debet seruitutem, & prædiũ libe
4 rũ est.l.fluminum.§.fi.& l.Proculus.ff.de dam.infe. ¶† Et secundũ eum vnusquisq; præsumitur facere de suo, vt sibi prosit, & non vt alteri iniuriã inferat.alle.no.per Dy.in d.l.fluminũ.§.fi. ¶Et idem est de mente Bal.in l.j.in 3.col.ff.de re.diui.
5 vbi dixit † ꝙ in flumine priuato quis põt facere molendinũ & clusam in suo, & dicit ea esse priuata quæ non semper currunt. ¶Cũ ergo præsupponatur ꝙ dictus Sẽpronius construit dictũ nouum molendinũ super dicto lauello & in loco vbi ædificans habet prædiũ seu propriũ terrenum, vt in impetratio
6 ne dicti Pãphili narratur non, põt ratione loci in quo ædificat prohiberi. ¶† Quinimo posito ꝙ ædificans ædificaret non in suo, sed in alieno aut in præiudiciũ tertij iniustè seu illicitè: tunc solũ ille priuatus in cuius solo ædificaretur, posset cohibere, non aũt tertius, vt inquit Bar.in l.quominus.in j.q.in fi. ff.de flumi.per l.si corpus.§.cõpetit.ff.si ser.ven.& sic nõ pos
7 set dictus Sẽpronius aliquo modo prohiberi. † vbi aũt flumen super quo ædificaretur molendinũ esset publicum: tunc si nõ esset nauigabile licitè posset super eo ædificari molendinum: quia flumina & ipsorũ vsus sunt publica.l.riparũ.ff. de re.diui. & in §.flumen.insti.eo.ti.& in proposito declarat ibi Bar.in l. quominus.in 2.q. vbi dicit hoc fieri posse in tali flumine publico, dũmodo fiat sine iniuria vicinorũ per l.iuxta.in prin.& §.sunt aũt qui putant.ff.de quis in flumine publico.& nõ dicetur quantũ ad hoc pati iniuriã vicinus si pp hoc nõ acquirat lucrũ, dummodo damnũ non sentiat: secũdum Bar.l.si de eo. & l.qui aũt.in prin.ff.quæ in frau.cre. ¶Fatendum esset ꝙ vbi molendinũ ædificaretur super flumine nauigabili, non põt de iure cõi inde sumere aquã ad vsum molendini nisi cũ authoritate principis.l.si aũt.§.fi.de aqua plu.arc.& d.l.qm̃.vbi declarat Bar.in 2.q. ¶Sufficeret tñ ꝙ ex dispositione statuti, ciuitatis hoc esset permissum, adeo qđ ex forma dicti statuti concessa esset potestas ẽt dato ꝙ flumen esset nauigabile: quia ciuitates Italiæ de consuetudine præscripserunt talia, quamuis sint regalia. per no.per gl.in §. iusiur.in auth.de defen.ciui. p quã ita concludit Bar.in d.l.quominus.in 2.q.& in l.j.alias 2. in prin.& in l.j.ff.ne quid in loco pub.& ibi gl.in §.ait p̃tor.
8 ¶Bene facit qđ no.Bal.in l.si plures.in 3.col.C.de cõdi.inser. † vbi dixit ꝙ illud quod dr̃, quod oĩa flumina nauigabilia pertinent ad statutũ imperij, & sunt regalia: quia ad Imperatorẽ pertinent.c.j.quæ sint regalia, intelligi debet esse verũ quo ad vniuersale: quia vniuersalia oĩa nauigabilia sunt imperij Romani, sed particularia sunt earũ ciuitatum per quarũ territorium transit flumen. hoc probatur secundũ eum ar.littorum maris. Nã littoria quæ sunt in imperio alicuius ciuitatis vel populi, vt Venetorũ, vel Ianuensium sunt illius populi, & ab eo qui præest licentia est petenda.alle.not.per Iac.de Are.in l. littora.ff.ne quid in lo.pub. ¶Vnde cũ in casu nostro data fuerit licentia Pãphilo ab his qui vigore statutorũ ciuitatis hoc facere poterant sequitur ꝙ prohiberi non potest. Ex his apparet ꝙ nec respectu loci, in quo ædificatur molẽdinum, nec respectu loci ex quo ducitur aqua ad molendinum põt prohiberi Pãphilus. ¶Fortificantur prædicta: quia quamuis videatur ꝙ de flumine Rheni non possit de iure cõi quis aquam ducere, siue dicamus illud esse nauigabile siue quia dicamus ex eo fieri aliud flumen per l.sinautem.§.fi.de aqua plu.ar.d.l.quominus.ff.de flu.& qđ not.gl.in l.j.§.non aũt.eo.tit. quæ dixit
9 qđ Rhenum dr̃ esse flumen per qđ aliud est nauigabile. † ꝙ tñ attento ꝙ ista aqua per quã ducit Pamphilus de flumine Rheni redit postea intra pauca miliaria, & intrat flumẽ Rheni absque eo qđ impediatur aliquo modo nauigium nec alius vsus publicus, dr̃ hoc licite fieri. per d.l.j.§.non aũt.ff.de flumi.ita expresè decidit Bar.in Bononiensib.extrahentib.aquã de flumine Rheni, vt ipse ponit in pręalle.l.quominus.in fi.j.col.in vlt.opposi.Et no.Spe.in ti.de causa pos.& propriè.§.quia vero.ver.pono ꝙ id qđ dicis &c.iunctis ver. proximè præcedentib.& est idem qđ de mente Bal.ꝙ in d.rub.ff.de re.diui.in 5. col.in ver.sed nunquid populus põt concedere potestatem ædificandi in flumine nauigabili.ibi dum dicit secus si non ob
10 staret vsui publico. ¶† Dicit ẽt Bal.in 6.col.ꝙ habens prædium iuxta ripam fluminis, dato quod illud flumen esset nauigabile: tñ posset in ipsa ripa fluminis construere molendinũ dummodo aqua non diuertat ad impediẽdum vsum nauigij: & ita vult etiam ipse in l.lapilli.eo.ti.in 3.col.& in l.manifestæ.C.de serui. ¶Et sic apparet ꝙ ædificium molendini & ductus aquæ prædictæ de iuri cõi licitè fieri potuit per d.Pãphilum: & si qua licentia & authoritas superioris de iure muni
11 cipali requirebatur, ẽt illa habita & obtẽta. ¶† Et licet aliquis habens ibi aliud vicinũ molendinum assereret fieri præiudicium ex eo ꝙ constructo isto molẽdino Pamphili minus portabitur ad suum vicinum de frumẽto q̃ portatum fuisset hoc
b non esset iusta causa[b] impediendi secundum Bar. in præall.l. quominus.in 11.q.in fi.per l.j.ff.de iu.patr.& l.fi.ff.de obsequijs.Et faciũt no.per Bar.post gl.in l.per agrum.C.de serui. & l.j.§.sicut aũt.& quod ibi not.doc.ff.de aqua plu.ar. ¶Nec dicto Pamphilo obstat si diceretur ꝙ dicta licẽtia concedi nõ potuit Pamphilo.eo quia ex forma instrumenti venditionis facta per legatum Bononiæ tunc existentem, de consensu & voluntate magnificorum dñorum tunc antianorum, & per syndicum cõis Bononiæ de dicto molendino vendito dicto Sempronio apparet fuisse cõuentum & promissum.d.Sempronio per dictos vendentes, ꝙ fieri non possit aliud molendinum ad molendinum blada de cætero extra ciuitatem Bononiæ a parte inferiori dicti canalis nauigij Rheni. super qđ est constructum d.molendinum, vt s̃.nec ẽt aliquod aliud molendinum fieri in flumine Rheni vel in alijs circunstantijs dicto molendino a ponte Rheni stratæ sancti Felicis per quam itur Mutinam, supra & infra spatium quatuor miliarium ad viam dicti fluminis Rheni supra per dictum cõe Bononiæ. nec per aliquem alium vice gerentẽ dicti cõis, vel alium quemcunq; ex licentia priuilegio. vel decreto regiminis cõis Bononiæ, aut alicuius præsidentis regimini ciuitatis Bononiæ absq; consensu & voluntate dicti emptoris molendini vel suorũ hæredũ: ergo cum dictum nouum molendinum construitur a ponte Rheni infra spatium dictorum quatuor miliariũ & minus, sequitur ꝙ hoc fieri non põt.seu saltem est contra dictas cõuentiones factas cum dicto emptore: quia posito qđ aliqua licentia vel impetratio necessaria foret dicto Pamphilo, quod tunc non pono pro constanti. vt patet ex supradictis. Sed vt supra dixi, posito ꝙ foret necessaria, rñdeo ꝙ dictum nouum molendinum non cõstruitur in flumine Rheni, vt probatur in l.j.§. in flumine. ff.de flumi. vbi ẽt si quid factum sit in ripa fluminis, non dicitur factum in flumine. Item non est factum in circunstantijs à ponte Rheni supra infra spatium quatuor miliarium, à clusa dicti fluminis Rheni supra: quia imo molendinum est constructum infra pontem Rheni, seu de subtus pontem Rheni, à clusam dicti fluminis. ¶Satis est ergo quod molendinum non stat supra pontem, nec supra clusam dicti fluminis Rheni, infra spatium quatuor miliarium a dicta clusa supra. & ita dicunt clarè dicta verba instrumenti dicti.
12 adeo quod glossari nequeunt. † Nam illa dictio, supra, denotat idem quod vltra.l. si non sortem. in princi.ff. de condi. inde.in auth.de nuptijs.§.illud.cum gl.in verbo, supra legem

l.quemadmodum.§.fi.ff.ad l. Aquil.ergo apparet ꝙ illud spatium quatuor miliarium debet incipere a clusa Rheni prosequendo & mensurando vltra clusam a parte superiori. ¶Quinimo si qua dubitatio & æquiuocatio, seu interpretatio cadere possit in dictis verbis, debet interpretari contra dictum emptorem molendini, qui se fundat ex dictis verbis cum cõstructor noui molendini fundet se in iure communi, & in sua interpretatione.l.veterib.ff.de pactis.l.stipulatio ista.§.in stipulationib.cum concor.de ver.obl.¶Et per hoc etiam apparet ꝙ non obstat si diceretur cum ex forma dicti instrumenti venditionis esset prouisum, ꝙ non posset fieri aliud molẽdinum in circunstantijs dicti molẽdini venditi a ponte Rheni supra extrahitur aqua de flumine Rheni. & exinde dicto nouo molendino. Nam instrumentum prædictum non vetat extrahi aquã
13 supra pontem.sed solum prohibet fieri molendinũ † & casus omissus in ꝯctib. debet haberi pro omisso. l. quicquid astringendæ.ff.de ver.ob.& d.l.veterib.& interpretari debet contra eum qui se fundat ex instrumento, cũ debuerit apertius legem conuentionis exprimere vt proximè dixi.¶Nam ille locus qui fit ad latus fluminis causa ducendi aquã extra flumen non appellatur molendinum, sed de iure appellatur incille.l.j.§. incille.ff.de riuis.& aliquando appellatur forma.l.j. & l.eos.C. de aquæductu. lib. 11. ergo cũ diuersis nominib.nuncupẽtur .s.ipse aquæductus & molendinum: sequitur ꝙ non debet iu
14 dicari prout de eo.l.si idem C.de codi.¶†Præterea specialiter loquendo dico ꝙ qñ aliquid prohibitum est ita demum intelligitur omne id per quod peruenitur ad illud si erat eadem ratio ꝙ in prohibẽdo ipsum principale prohibitum vt l. oratio. ff.de spon.c.constitutus. & in c.ex tenore.de conces.præb.secus si non esset eadem ratio.[c] l.quis officio.de ritu nup.& l.j. C.si rector prouinciæ.& istã doctrinam tradit Pet.Cyn.Rayn. Bal.& Sal.in d.l.j.C.si rector prouinciæ. inducendo dicta iura prout clarè per Cy.in d.l.ergo dato ꝙ esset prohibitum construere molendinũ a ponte Rheni supra in dictis circunstãtijs alterius molendini venditi: tñ non propterea videtur prohibitum fieri & construi a ponte Rheni supra aquæductum, per quem inseruiatur molendino nouiter constructo & existentia a dicto ponte infra: quia si fieret molendinum nouum a ponte Rheni supra, Vbi Pãphilus extrahi aquam de flumine, propinquius esset molendinum nouum dicto molendino vendito.& per consequens esset commodius q̃ sit illis qui propter vicinitatem & commoditatẽ vadunt ad molendinum Sẽpronij vetitum, vt s.& sic maius damnũ inferret.d. Sempronio, & eius molendino.facit.l.mediterraneæ.C.de annonis.& tributi.lib. 10.& ꝙ ibi no.¶Ergo cũ non sit eadẽ ratio, nam dicta prohibitio facta circa noui molendini constructionẽ.non debet exten
15 di ad dictum aquæductum.facit id ꝙ dicitur de † ar.de toto ad partem.Nam illud argumentum procedit qñ est eadem rõ
d in parte respectu partis,[d] quæ est in toto respectu totius.l.quę de tota.in prin.ff.de rei vend.alias secus.l.sed si lege.§.adeo.ff. de peti.h ere.& no.doc.& maximè Saly. post antiquos.l.quæ sic.in princi.ff.de vsu.põt etiam aliter responderi.ꝙ dato ꝙ in dispositione facta a lege cõi si quæritur an vno prohibito videatur prohibitum omne id quod peruenitur ad illud prohibitum, debeat distingui prout traditur in dictis locis, vt supra dixi, tñ in materia in qua non sit extensio vt in statuto pœnali, vel in actu simili dispositioni pœnali prohibitio sequens de vno non cõprehendit ea per quæ peruenitur: ad illud quia si
* cõprehenderet illud, esset per extensionem, * vt d.l.oratio. in verb.suppleatur.in materia, in qua non debet fieri extẽsio, nõ haberet locum illud quod traditur.in l.oratio.ita inquit not. Bal.in l.vnica.C.si rector prouinciæ. ¶Et ex hoc ipse infert ꝙ si prohibitum est aliquid reformari in fauorem bannitorũ & est imposita pœna reformantib.non intelligitur proponentib. si non refirmatur: quia statutum pœnale non recipit interpretationem extensiuam.l.si seruum.§.non dixit. ff.de acq.hære.
16 ¶† Et eodem modo si tempus excõicat eligentes, non tñ sunt excõicati per hoc qui darẽt voces suas in scrutinio: licet id sit præambulũ ad scrutinium: quia illę voces non sunt electio, licet ordinentur ad electionẽ secundum Bal.in d.l.vnic.Sed in proposito ita est ꝙ in contractib.illud.s.prohibito vni intelligitur id per qđ peruenitur ad illud, & consequenter quanuis sit prohibitũ fieri molendinum a ponte Rheni supra in dictis circunstantijs, non intelligitur prohibitũ fieri ibi aquæductũ: quãuis mediante aquæductu molendinũ perficiatur. ¶Confirmantur hæc, qm̃ videmus ꝙ in contractib. si vendo tibi vnũ ex fundis meis ad quẽ non poteris habere accessum, nisi per alium ex fundis meis: tñ non videor tibi vendere cũ illa com-
* moditate seruitutis viæ vel itineris per alium fundũ meũ; * ne fiat extensio verborũ ipsius contractus vltra quam est expressum in l.vendendo.ff.de contrah.emp.& no.Bar.in l.j.in fi.ff. de serui.le.& in l.via.§.fi.ff.de serui.vrb.præd. Alex.

ADDITIONES.

* Flumina.] Nota quæ dicantur flumina publica, & priuata. Idẽ Alex. tradit consi.203.col.1.infra.lib.6.Ias.in l.quominus, col.7.super prima q.Bar. Natta.

a ¶Molendinum.adde supra eo.consi.108.col.1.consi.174.ad fin.infra lib.6.consi.130.consi.203.& lib.7.consi.22.Bald.consi.58. consi.76. consi.109.consi.196.consi.455.lib.j.consi.129.lib.2.Pau.consi.411. lib.2.Cæpo.trac.de serui.rust.prædio.c.31.de flumi. Cor.consil.99. lib.2.Cur.Senior.consi.33.Iacobi.de s.Geor.in trac.feu.ver. & cum molendinis.& versi.fluminibus.Ias.repe.l.quominus.de flumi.Dec. consi.373.

* Ciuitatis.] Littora sunt vsu publica, & in dominio nullius; Sed quo ad iurisdictionem, sunt populi habẽtis finitimum territorium, Rui. consi. 28.col.pen.lib.1. Natta.

b ¶Iusta causa.Bal.& omnes in l.vnica. C.de senten quæ pro eo quod inter.Bal.consi.71.lib.1.Alberi.l.manifestæ.in fin.C.de serui.Ias.rep. d.l.quominus.11.

c ¶Ratio.Deci.c.nam concupiscentiam.nu.4.de consti.c.iurauit.col. 2.de proba.consi.402.col.1.& licet Deci.consi.655.nu.7.Fran.Ripa trac.de peste.fo.91.verso, limitent non procedere in statutis.tamen idem puto si est eadem ratio.

d ¶Patris.Deci.l.solet.in prin.de iurisd.om.l.si a furioso.l.eius.§.quas vero.ff.si cer.pet.Ias.l.ait prætor.2.col.1.de iureiur.& latius in l.qui fine.de condic.fine causa. Ampliatur etiam in materia stricta Soci.l. mulcta.§.fi.ff.de condi.& demon.

* Per extensionem.] Sequitur Dec.consi.406.Et vide no.eundẽ consi. 502.col.j.& consi.645.col.2. Natta.

* Meum.] Aduerte tamen, quòd si fundus esset prope viam publicã, & via esset extincta, vel destructa, tunc potest iri per agrum vicinũ ad minus damnum, vt per Bal.& Salic.in l. per agrum.C.de seruitu. & aq & hoc, quia vicinus ex suo agro debet præstare viam, vt ibi dicitur. Natta.

Nobilis vir Filionius cugliturі habens vxorẽ, cognouit alteri nuptam: ex quo concubitu nati sunt filij & filiæ.quos legitimari fecit a rege ad succedendum in bonis illius Filionij.In quo rescripto legitimationis exprimitur illos filios & filias natos esse ex illicito coitu in genere, & non exprimitur quod ipse Filionius habebat vxorem, nec quod illa erat alteri nupta. Est etiam in rescripto clausula de plenitudine potestatis.mortuus est iste Filionius ab intestato. quæritur modo videlicet nunquid talis legitimatio sit subreptitia ex quo non exprimitur in ea status istorum, videlicet ꝙ iste Filionius habebat vxorem, & quod illa habebat virum. Item nunquid posito ꝙ legitimatio sit subreptitia, clausula de plenitudine potestatis in ipsa legitimatione posita purget vitium subreptionis? Præterea fuerant a rege confirmata priuilegia consuetudines, & beneficia omnia ciuitatis, inter quæ est statutum tale, videlicet spurij & non legitimè nati exhæredentur de spurijs & incestuosis dicimus: quia non possunt: succedere in hæreditate parentũ. quæritur an ẽt hoc capite: quia de tali statuto nõ fuit facta expressa mentio dicta legitimatio reddatur inualida.

EPITOME.

Vitio subreptionis annullatur legitimatio sicut dispensatio.

CONSILIVM CXCV.

Assumo in cõsultatione præmissa, vt veritas clarius elucescat. Primo partem negatiuam videlicet, ꝙ legitimatio non reddatur subreptitia. ¶ Vnde in legiti-
* mati fauorem * primo præsuppono causam efficientem, hoc est regem ipsum Arogonum legitimantẽ, legitimandi habuisse potestatem quæ nedum imperiali culmini, sed omni regi in quasi possessione libertatis existenti conceditur.c.per venerabilem.§.insuper.qui fil.sint leg.& ibi not.doc.& idem Spe.in tit.de dispensationib.§.sunt quoq; nonnullæ. versi.item principes. ¶ Hoc præsupposito, videtur legitimationem tenere, quanquam in specie de illegitima natiuitate liberorum Filio-

nij non fuerit facta mentio, hoc quasi in terminis nostris tenet
1 Bald. in l. si qua illustris. C. ad Orfi. vbi dicit† ꝙ quando Impe-
a rator legitimat spurium sufficit exprimere in genere [a] quod
sit illegitimè natus: nec oportet descẽdere ad speciem speciei,
puta quod sit natus ex monacha, vel ex incestu: nam clausula
non obstante, etiam de qua in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. fi.
cum glo. omnia supplet: & quia genus includit omnem suam
speciem maximè in fauorabilibus. ff. de lega. 3. l. si chorus. in
prin. l. si duo. ff. de admi. tu. C. de præscrip. 30. anno. l. omnes.
& dicit Bald. in d. l. si qua illustris. quod ista est opi. Io. And. &
voluit allega. Io. And. in loco in quo statim mentionem faciã.
Ad idem ꝙ no. Host. & Io. And. cum quibus alij communiter
2 transeunt in c. fi. de fi. presbyt. † vbi volunt quod in dispensa-
tione facta cum illegitimè natis non requiratur ꝙ nomina vel
circunstantiæ parentum exprimãtur, sed sufficit generalis mẽ
tio: quia stilus curiæ ita se habet a quo minime discedi opor-
tet, allegant. c. quam graui. de cri. fal. ad idem. l. fi. C. de iniur.
l. 2. C. quemadmodum testa. ape. & l. 3. §. fi. ff. de testa. & maxi-
mè ne aliàs frustarentur & deciperentur tales gratias obtinen
tes. extra de dona. c. per tuas. & istud idem ꝙ non requiratur
in legitimatione qualitatem exprimi spurietatis, secutus est
Bald. in c. naturales. in prin. si de feu. fue. contro. inter dom. &
agnat. & in l. eum qui aliter. incipit Pau. in fin. ff. de sta. hom.
3 ¶†Præterea dato ꝙ d. legitimatio non valuisset: tamẽ propter
clausulam illam de plenitudine potestatis, videntur omnes de
fectus sublati. c. illa quotidiana. de ele. & c. 2. de transac. cum
si. nec videtur prædictæ legitimationi obstare ꝙ de dicto statu
4 to non fuerit facta mentio in legitimatione: † quia tale statutũ
est idem ꝙ ius commune, in auth. ex complexu. C. de incest.
nupt. in aut. licèt in fi. C. de naturali. li. & in auth. qui. mo. na.
b effi. sui. §. fi. & l. si spurius. ff. vnde cog. ergo licet [b] non fiat mẽ
tio de statuto, continente idem ꝙ ius commune non reddatur
impetratio subreptitia, vt no. gl. & expressius Inno. & Host. &
doc. in c. 1. de præscrip. & glo. in ca. 1. de consti. in 6. quam se-
quitur Bart. in l. j. in prin. ff. ad l. Fal. & Bald. in l. 1. C. de seruis
reipublicæ manu. & in l. fi. C. quæ sit lon. consue. & doc. in ca.
5 cum dilectus. de cle. non resi. † Sed his non obstan. contrariæ
sententiæ velut de iure probabiliori adhæreo. & hoc primò re
perio tenuisse Old. consulendo in consilio suo 246. inci. factũ
est tale, quidam rex supplicationem cuiusdam nobilis &c. Nã
consultus an legitimatio filiorum facta ad instantiam nobilis
narrãtis habere duos filios ex ipso quod talis domina ex adul-
terio & dannato coitu & regiè maiestatis supplicantis, vt illa
de benignitate regia legitimare ac legitimis restituere fauori-
bus filios antedictos dignaretur: cuius supplicationi annuit
rex scribens in legitimatione, talis inquiens videlicet: nos igi-
tur ipsius supplicationibus benignis inclinati prædictos talẽ
& talem filios suos de plenitudine potestatis nostræ ex specia-
li gratia legitimamus: ita quod ad omnia iura successiones ex
testamento & quolibet alio modo delatas honoresq; publicos
& priuatos, & ad talia tanquam legitimi & de legitimo thoro
& matrimonio admittantur, obiectione natiuitatis illicitè in
posterum quiescente, lege aliqua non obstante, datum &c.
c ¶Oppo. contra legitimationem propter vitium subreptionis: [c]
quia nõ fuit narratum & expressum ꝙ pater habebat vxorem
& mater virum: & sic ꝙ essent nati ex bino dannato coitu.
¶Nam dicit de primò videndum legitimationem tenere, & ꝙ
non sit subreptitia quia expressum fuit ꝙ proles fuit suscepta
ex adulterio, ꝙ est propriè ad alterius thorum accessus. ff. ad
l. Iul. de adul. l. inter liberos. §. lex Iulia. ff. de verb. signi. l. tunc
stuprum. in contrarium allegatur: quia ex tali coitu & com-
plexu duplex prohibitio continetur, scilicet ex parte viri habẽ
tis mulierem de qua duplicitate impedimenti non fuit facta
mentio in impetratione legitimationis: quæ si facta fuisset nõ
6 sic facile concessa fuisset: quia † vinculum duplex difficilius
rumpitur, quàm simplex. C. de adop. l. pen. & in auth. de con-
sangui. & vte. fra. §. 1. & ff. de serui. vrba. prædi. l. si domus. pro
hoc etiam dicit ipse quod facit. ff. de adult. l. vim passam. §. p-
scriptione. & §. duos. & in l. 1. C. de rap. virg. in princip. ibi, &
oportet acerbius crimen adulterij ex hac adiectione putari.
impetratio ergo subreptitia est, & non tenet. ff. de pecu. leg. l.
cum dominus. ff. de re. d. l. magis puto. §. pe. & ff. ad Car. l. 3. §.
impuberi. & de excu. tut. l. idem Vlpianus. ff. de fideicom. lib.
l. cum vero. §. subuentum. & extra de præben. c. si motu. in 6.

& in c. non potest. cum simi. & ita residet Old. in præal. consi.
¶Ergo ex præmissis apparet consultationem istam vnam cum
quæstione Oldr. & per omnia esse conformem & in legitima-
tione prędicta & adiicta erat clausula de plenitudine potesta-
tis, & clausula non obstante, vt supra narraui. ¶Et in legitima-
tione regia eiusdem sententiæ fuit non minoris authoritatis
Io. An. in addi. Spe. in rubri. qui fi. sint legi. vbi quæsiuit, si na-
tus ex patre vxorato, & matre alteri nupta legitimationem &
dispensationem impetrans exprimat se natum de adulterio,
duplicitate prædicta tacita. an talis subreptio dispensationem
vel legitimationem vitiet. & quod vitiet probatur secundum
eum in c. si motu proprio. in 2. responso in prin. de præb. in 6.
7 † vbi subreptitia est impetratio benificij: vel dispensatio plura
litatis in qua tantum sit omissum beneficium vnum quantũ-
cumque modicum, multo fortius ergo vbi tacetur quid coæ-
quale. ¶Ad idem alle. text. ibidem in secundo responso de pb.
vbi non plena qualitatis expressio vitiat. hoc fortificat vero si-
militudine quę habet principem ecclesiasticum vel secularẽ
non tam dispensare facile in duplici, sicut in simplici dispen-
satione. facit etiam tex. in c. 2. de fil. presby. in 6. & in c. 1. §. 1.
de dec. eo. lib. in quibus verosimilitudines ponderantur, &
merito quia fortiora sunt duo vincula quàm vnum, cap. 1. de
treu. & pace. in auth. itaque, C. communia de succe. & d. l. pe-
nul. §. si nemo. ¶Patet secundum eum: quia interdum concur
rerunt adulterium cum incestu: & quodlibet de per se pœnã
meretur. ff. de adulte. l. si adulterium cum incestu. & sublata
prima præscriptione quinquennij, remanet accusatio secundi
dic. §. præscriptionem. ¶Ita in proposito dato ꝙ huius adulte-
rium per beneficium principis sublatum esset. remanet impe-
dimentum ex altero. facit de sen. excom. c. cum pro causa. vbi
* ex vno delicto duplici excommunicationem * ligatus, absolu-
tus ab vna, remanet ligatus ex altera, cui cõuenit. l. si domus.
& extra de pri. c. pastoralis. per hoc grauius peccat vxoratus
alterius coniugem agnoscendo, quàm cognoscendo solutam.
32. q. 7. §. sicut enim & constat grauius fore adulterium cum
raptu, quam sine raptu, d. l. 1. de ra. vir. circa princ. & 34. q. 1.
non afferamus. in fi. ¶Cum ergo vna ex rationibus prohibenti
bus illegitimos promoueri sit odium paterni criminis, vt no.
de filijs præsby. in c. fi. videtur ergo ex grauiori parentum vi-
tio strictius talis dispensatio seu legitimatio sumenda. & ita re
sidet Io. An. in d. rubri. referens ita disputãdo terminasse Old.
¶His consona est authoritas Bald. in l. eam quam. C. de fidei-
8 com. in 14. col. in versic. sed pone quidam. † vbi dubitauit,
* quispiam erat ex adulterio * & incestu natus, fuit legitimatus
tanquam spurius: tamen non fuerunt expressæ qualitates spu-
rietatis, nunquid legitimatio valeat, & respondet ꝙ non, sicut
quando quis est excommunicatus pluribus excommunicatio
nibus, & volens absolui exprimit aliquas causas excommu-
nicationis in impetratione absolutionis, non redditur absolu
tus extra de offic. ordi. c. ex parte. & ibi no. & in d. c. cum cau-
sa. & sic sequitur opi. Oldr. in d. consilio. ¶ Dicit Bald. ꝙ si ex
clausula non obstante &c. in legitimatione apposita possit ap
parere de mente legitimantis esse dispensatum super vtroque
defectu, vt quia est incerta clausula non obstante. l. qui con-
tra. de incest. nupt. & non obstante. §. fin. qui. mo. na. effi. sui.
valet talis legitimatio, quia licet per clausulam non obstante
non augeatur, vt in cle. 1. de præben. tamen declaratur inten-
tio circa confessum. arg. l. fi. in prin. C. de indi. vidui. & in c. 1.
de noua for. fide. Si autem clausula non obstante. &c. esset in
nube, & ille qui legitimatur esset plurimum odiosus vt quia
ex sacrilegio vel mon. non sufficerent verba generalia, quæ tã
odibiles non comprehendunt. ar. l. lucius. §. lucius Titius da-
ma. ff. de legat. 2. & c. 1. de fi. presby. ¶ Et sic concludit Bal. ꝙ
nedum ex generali narratione legitimationis redditur dispen
satio subreptitia, quoniam duplex defectus concurrebat. Sed
etiam quando simplex defectus, & plurimum odiosus. ¶Nec
à prædictis discrepat Ant. de But. in ca. per venerabilem. qui
fi. sint legiti. in 25. col. versic. nunc descendo ad secundum &
ibi dixit ꝙ in legitimatione oportet exprimere qualitatem il-
legitimitatis vniuersalem, an sit spurius vel incestuosus, quia
difficilius dispensant cum incestuoso vel spurio. quàm cũ illo
qui est naturalis tantum, vt patet ex tex. d. c. per venerabilem.
in fi. & in talibus nihil tacendum est 25. dist. per totum. l. vni-
uersa. C. de diuer. præscri. l. præscriptione. C. si contra ius vel

vti.

vti.pub.de rescrip.c.super literis. & patet ex his quæ no.in c. cum dilectus.eo.ti.& ꝙ habetur in c.2.& 3.de confir. vti.vel inutili.¶Et per hoc infertur ꝙ si impetrans legitimationem dicat se spurium.& sit spurius duplicatiuè:quia natus ex vxorato & vxorata,quod nisi hoc exprimatur non valet impetratio. alle.d.c.non potest. & quædam alia iura ex his quæ alle. Ioan.
9 An.in d.rub.¶†Accedit quod no.Host.Ioan.And.Ant.de Bu. in d.c.fi. de fi.presby.vbi quærunt, quid si Papa dispensat cũ genito ex coniugato & soluta, coniugatus erat comes, baro, vel magnus princeps, de quo in literis non fuit facta mentio, concludunt dispensationem nõ tenere: quia adulterium maius est crimen in principe 40. dist.homo. ideo si id fuisset expressum difficilius impetrasset.Ad idem. l.si qua illustris. C. ad Orficia.maximè cum tales legitimationes sunt odiosæ.c.j. in fi.de fi.presby.in 6.Et idem tenuit Bald. in l.cum qui.aliàs incip.Paulus.in fin.de statu.ho. ¶ Si ergo videmus quod propter omissam simplicem qualitatem dignitatis parentum legitimatio redditur subreptitia, quantomagis propter suppressũ duplicatum defectum illegitimitatis & spurietatis. ¶ Ad idẽ quod no.Bald.in c.naturales.ad fi.si de feu.fue.controu.inter do.& agn.vbi dicit si esset concessum militi vel comiti quòd possit legitimare certum genus spuriorum, alios qui laborant maiori spurietate legitimare non posset. nam specie non per modum generis est specificare,allegat de leg.3. l. hęres meus.
10 §.duæ statuæ. ¶ † Item quia difficilioribus princeps reddit se difficiliorem: vnde talia non videntur cõmissa, vt no.Io.And. in c.1.de fi.presby.in 6.& dicit etiam Bald. in d.c.naturales. ꝙ per matrimonium ex dispensatione Papæ contractum, non legitimantur incestuosi,nisi de eis fiat mentio,alleg.l.Paulus. cum ibi no.per Cy.ff.de sta.ho.& ibi no.Gui.& Bart.& Bald. in l.& si contra, C.de incest.nup. ¶Comprobantur ex his quæ no.Spe.in ti.de rescrip.præsentatione. vbi concludit ꝙ impetratio infringitur ex eo quod in genere facta fuit,& non in specie mentio de articulo pro quo fuit quis excommunicatus.d. c.cum pro causa.& c.officij.de sent. excom. ¶ Ad idem optimè facit * ꝙ scripsit Bal.in l.1.in antepe.col.C.de fur.in versi. vbi scias &c.Dicit enim ibi ꝙ vbi sunt plura obstantia, nõ sufficeret clausula generalis non obstante, sed opus est ꝙ de singulis defectibus faciat mentionem:quia qui remouet defectũ. inducit effectum secundum eum.¶Alleg.quod not.in l.si quãdo.ff.de inoffi.test.in prin.& in auth.omnes peregrini. C.cõmunia. de succes. & ff.de hære. insti. l.& si non lex.& not.per Iac.de Bel.in l.1.de do. promis.ꝙ dictum videtur recte in ꝓposito bene ponderandum.Nam vbi plures concurrunt defectus, vult aperte Bald. quod non sufficiat fieri in genere mentionem etiam a principe derogante. ¶ Quibus bene conuenit ꝙ no.Ioan.And.in c.1.de fi.presby.in 6.in nouella. ¶Ad prædicta bene facit,l.sed si hac.§.patronum.ff.de in ius voca.ibi, dum arrogetur per obreptionem. & ibi no.Ange.quod rescriptum principis non extendit se ad defectus tacitos & supressos.pro hoc allegat etiam.l.quidam consulebant.de re iudi.& d.l.cum dominus.in princ. ff.de pecu.lega.& no. per Inno.in c.cum olim.de re iud.Accedit quod dixit Bal.in l. Barbarius. in 6.col.ff.de offi.præto.vbi dixit quod in dispensatione prin
11 cipis † nõ præsumitur quod velit promouere odiosos & multipliciter criminosos. allega.in arg.l.Lucius. §.Lucius Titius dama.ff.de leg.2. ¶ Et quod subreptio vitiet legitimationem, ponit etiam Bald. in l.præscriptione.in 5.col. C. si contra ius vel vti.publ.vbi dicit.ꝙ si quidam a principe impetrauit se legitimari dicens se natum ex adulterio. Nam si natus est alio complexu,non tenet legitimatio:allega.l.1. ff.de natali.restit. & no.Ange.etiam in l.& si non lex.ff.de hære.insti.& Benedictus de Plumbi.no.in l.1.ff.de natali.resti. ¶ Ex alio etiam capite redditur subreptitia, & nulla dicta impetratio: eo quia nulla fuit facta mentio de statuto disponente quod spurij & illegitime nati exhæredantur. & quod spurij & incestuosi non possunt in hæreditate parentum succedere,nec de eiusdem cõfirmatione facta ab eodem legitimante mentio habita est in impetratione legitimationis ex quo redditur, vt dixi supra,
filius decedat cum liberis, poterunt nepotes effici hęredes aui
ſuccedendo patri ſuo abinteſtato, vel ex teſtamento ipſius pa-
tris. & ſic hæres hæredis primi teſtatoris hæres eſſe diceretur.
l. fi. C. de hæredit. inſti. l. 1. ff. de caſtren. pec. & pręſumit lex fi-
lium relinquere nepoti, & filio ſuo ex teſtamento vel ab inte-
ſtato. l. ſcripto. ff. vnde liber. l. ſi iſti quidem. ad fi. ff. ꝙ me. cau.
& illam. l. cum acutiſſimi. allegat Ray. in conſi. ſuo cum gl. in
l. Lucius. & tamen non obſtante illa lege concludit contrariũ
in ſuo conſi. vt refert Pet. de Anch. in d. ca. pręſentia. ibi tamẽ
non refert reſpõſionem quam dabat Ray. ad illam. l. ſed remit-
tit ſe ad reſponſionem datã in dicto conſi. ¶Sexto non ob. id ꝙ
dicebatur per dictam legem fideicommiſſa. §. cum eſſet, quia
14 reſponderi poteſt multipliciter. ¶†Nã illud eſt verum ꝙ abla
tiui abſoluti inducant diſpoſitionem, quando verba executi-
ua importata per ablatiuum referebãtur in eum qui vult age
re ex illa diſpoſitione ita loquitur text. in d. §. cum eſſet. aliter
ſecus ita dixit Bald. in rub. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fa.
ad fi. allega. id quod le. & no. in l. in ratione. la 2. & l. tam & ſi.
cum gl. ff. ad l. Falc. ſed in caſu noſtro illa verba dirigebantur
per teſtatorem ad liberos qui tunc agere volunt ex illa diſpo-
ſitione, ſed illa ad inſtitutos. ¶ Pręterea tex. in §. cum eſſet. lo-
quitur quando verba abſoluta importabant quandam execu-
tionem circa rem, in qua inducitur fideicommiſſum. Secus
quando important quandam de nominationem perſonę con-
ditionaliter prolatę, vt patet in d. l. ſi quis ita hęres inſtituatur
ſi legitimus. cũ gl. in d. l. ex facto. vt colligitur ex no. per Bart.
in l. a teſtatore. ff. de condi. & demon. Item illa verba ſi ſine li-
beris deceſſerit ſubſtituo proximiores, inferunt quod liberis
extantibus non ſubſtituo proximiores. & ſic non ſequitur: er-
go ſubſtituo liberos: quia potuit teſtator tunc velle matrem
intelligi eſſe ſubſtitutam caſu exiſtentium liberorum. ¶ Cir-
* ca ſecundum dubium conſulo in cauſa * quòd relictum iure
inſtitutionis agnoſcat cum proteſtatione, quod ſupplementũ
petere intendit, & res eſt ſine dubio quòd petere ſupplemen-
tum legitime, & relictum ſibi ex cauſa dotis ſuę poterit. hoc
dico vt effugiat oppoſitiones quę ſunt inter doctores in iſto
articulo. An repudians inſtitutionem poſſit petere legitimã:

& ſi

& si ita faciat, vt dixi cessat omnis dubitatio: & propterea nõ expedit super hoc scribere. & ita dico & consulo &c.

ADDITIONES.

a ¶Contrariam. latè s. eo. consi. 185. s. lib. 1. consi. 108.
b ¶Aduentitium. nisi detur pro dote quam debet filius Alex. infra lib. 4. consi. 31. nu. 5. adde Soci. consi. 91. lib. 1.
* In causa.] Nota istam cautelam, per quam effugiuntur opiniones, an filius repudians hæreditatem perdat legitimam. de quo habetur per Bart. & alios. in l. quia poterat, ff. ad Trebel. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Remedium cap. reintegranda & l. si coloni. cui competat. nu. 8.*
4 *Possessor præsumitur bonæ fidei nisi appareat antiquior.*
5 *Testis idoneus non est, qui tenetur de euictione.*
7 *Præsumitur bona fides ex possessione longi temporis.*
11 *Sententia iudicis delegati nõ valet nisi constet de delegatione.*
12 *Appellatione etiam deserta potest allegari nullitas.*

CONSILIVM CC.

Viso & discusso processu. inter Albertum de Bommer-
catis de Imola agentem, & magistrum Petrum de
Vallasina parolarium reum, puto partes domini iudicantis es-
se in declarando dictum Albertum esse reintegrandum, & re-
integrari debere ad possessionem dictæ petiæ terræ, & de quo
in libello: & subsequenter dictum magistrum Petrum occu-
pantem debere condemnari ad restitutionem & relaxationem
possessionis dictæ petiæ terræ. ¶Probatur: quia in libello nar-
rata sunt talia ex quibus comprehenditur congruè fuisse intẽ-
1 tatum remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. † quod competit cui
a libet[a] qui sine iusta causa cecidisset a possessione, vt plene per
docto. maximè per Inno. in c. querelam. de elec. & in Spec. de
resti. spo. per Ant. de But. in c. cum ad sedem. eo. ti. & Bart. in
2 l. si coloni. C. de Agric. & cen. lib. 10. ¶† Et etiam potest intelli-
gi esse intentatum remedium. d. l. si coloni. quæ remedia com-
petunt cuicunque qui probat se possedisse. & dantur contra il-
lum ad quem probatur pos. peruenisse dato ꝙ non probetur
aliter de violentia vel spoliatione possidentis, vt sing. no. Inn.
in cle. sæpe. Io. Cal. & Ant. de But. in d. c. cum ad sedem. & do-
minus Abbas ibi. & in ca. si diligenti. in quinta vel sexta col.
de præscrip. ¶ Et volui subiungere hoc ꝙ dixi de remedio d. l.
si coloni. vt tollatur materia disputandi an capitulum reinte-
granda competat laicis, & pro possessione rerum prophana-
rum: & stilus & cõmunis obseruantia est quòd sic, vt est satis
notorium, & ita etiam est de iure secundum quòd no. Bart. in
d. l. si coloni. & Angel. in suo consi. 157. inci. In prædicta quæ-
stione incipiente seu vertente inter commune &c. Ant. de Bu.
in d. c. cum ad sedem. de re. spo. Lu. Roma. in l. rem quæ no-
bis. ff. de acqui. posses. & dicit Io. de Imo. in d. ca. cum ad sedẽ.
quod ita communiter seruatur: & quod ita in practica serua-
ri debet, per l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de legi.
3 ¶† Et competit remedium d. c. reintegranda. etiam contra pos-
sidentem cum titulo seu bona fide, vt no. Io. Cal. & An. de Bu.
in d. c. cum ad sedem, & idem dicunt quantum ad hoc esse in
remedio d. l. si coloni. ita dicit An. de But. in versi. quoddam
est remedium magis latum. post Ioan. Cald. ibi. ¶Et licet And.
de Baru. in d. l. si coloni. dicat ꝙ non datur remedium illius. l.
nisi quando res cum vitio peruenit ad possidentem. tantum
secundum Bar. in d. l. si coloni. potest competere adhuc aliud
remedium contra illum ad quem possessio mea bona fide per-
uenit scilicet remedium d. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. vel
etiam triticaria, dummodo ille qui cecidit a possessione, bona
fide possederit: prout in casu nostro. Nam Albertus in libello
deducit se & authores suos possedisse dictã petiam terrę pro
sua, & tanquam sua, & disponendo de dicta re quemadmodũ
* veri domini, & sic dicitur esse deducta bona fides. * l. apud an-
tiquos. in verbo domini cogitatione. C. de fur. præsertim cum
verba libelli sint late interpretanda, prout est fauorabilius
actori. l. si quis intentione. & ibi no. ff. de iudi. Innoc. in c. exa-
minata. de iudi. & in c. conquerente. de offi. ord. & Bart. in l. j.
C. de vsufru. & l. si olei. C. locati. & in l. in insulam. ff. de præ-
scrip. versi. cum concord. ¶Item probata est bona fides Alber-
ti: quia possedit insolidum post tempus diuisionis factæ cum
fratribus vt apparet ex instrumento, & ex depositionibus ferè
omnium testium Alberti, sed ex tit. scilicet diuisionis præsu-
mitur bona fides. l. penul. C. de euic. no. gl. in ca. 1. §. si duo. de
4 pace tenen. ¶† Præterea in dubio quis præsumitur iustè & bo-
na fide possedisse, no. gl. & Inno. in c. si diligenti. versic. bona
fides, de præscrip. & glo. in cap. fin. eo. tit. Inno. in cap. vigilan-
ti. eod. titul. & Dyn. in l. 1. §. 1. ff. de iti. act. priua. & Bart. in l.
communi diui. §. inter prædones. ff. communi diui. & Bal. in
sua disputatione in cap. accusatus de vi tur. in pen. colum. &
5 Bart. in l. Celsus, ff. de vsu. † Nisi secundum eum alius anti-
quus possessor appareret, nam ille talis bene posset opponere
iuniore possessori quòd non habet bonam fidem per l. fin. C.
vnde vi. sed quo ad alium videretur tenere & possidere bona
fide: quia ius commune non contradicit. cap. 1. de præscri. in
6. vt per Bart. in d. l. fin. cum quo etiam transit Ant. de But. in
d. cap. diligenti. & Bald. in repe. l. 1. in 4. colum. C. vnde vi.
Sed magister Petrus non est antiquior possessor Alberto. & au-
thoribus Alberti qui fuit Mercatus & eius hæredes: vt depo-
nunt omnes testes etiam vtriusque partis. ¶ Quinimo & Cola
de Magetis, a quo prætendit magister Petrus titulum nõ erat
antiquior possessor Alberto & eius authoribus patet ex depo-
sione Sancti, qui deponit contenta in capitulis esse vera. & sic
probat possessionem Mercati a tempore quo distamus per l.
annos. & etiam ex depositione Sancti superbi, qui deponit de
possessione Mercati a tempore quo distamus per 37. ann. &
ex depositione Guidonis de Zigijs, qui deponit de possessione
Mercati a tempore quo distamus per 24. vel 25. annos. ¶Sed
pars aduersa non probat de possessione Colæ de Magetis, aut
magistri Petri de Vallasina per tantum temporis spatium. Nã
domina Blonda deponit per 18. ann. & nimis animosè depo-
nit quia dicit quòd vellet obtinere magistrum Petrum: eo q
emit a Cola fratre. & per hoc non dicit probare, vt no. Spe. in
tit. de testa. §. iam de interrogato. versi. interrogatorium autẽ.
6 bene facit text. in cap. quoties. extra de testa. ¶† Item dicta
causa etiam dicitur pertinere ad dictum Colam venditorem,
propter periculum euictionis, vt per glo. & doc. in l. omni-
bus. C. de testi. & in l. nullus. ff. eod. tit. per Spec. in tit. de teste.
§. 1. versicul. quid de venditore. per doc. in cap. insuper. de te-
sta. ideo soror non dicitur integer testis, per Bar. in l. qui testa-
mento. §. 1. ff. de testa. & in l. admonendi circa medium. ff. de
iureiu. per not. per glo. in l. etiam. ff. de proba. not. doc. in cap.
insinuante. de offic. delegat. in cap. cum oporteat. de accu. &
in l. parentes. C. de test. ¶Secũdus testis nihil probat. ¶Tertius
vero deponit de publica voce & fama, & tanquam singularis
& vnicus non probat. cap. in omni. de testi. l. vbi numerus. ff.
de testib. ¶ Et dato quòd aliquis præsumatur scire id de quo
est publica vox & fama, & iuxta no. p gl. ĩ l. si tutor petitus. C.
de peri. tuto. & glo. & ibi Bart. in l. 1. ff. de recepta. & glo. 16.
dist. quod dicitur plenè per Bart. in l. is potest. ff. de acq. hær.
& in l. si cui. §. hisdem. cum si. ff. de accus. & per consequens
si fuisset publica vox & fama quòd spectaret ad Colam. sequi-
tur quòd Albertus & authores sui viderentur possedisse mala
fide, sed vti dixi est singularis. denique testis iste dicit quòd
publica vox & fama de præsenti: non autem dicit quòd tem-
pore quo possedit Albertus & sui authores & seu tempore
quo Albertus cecidit a possessione esset tunc publica vox &
fama: & sic testis non arguit concludenter famam illius tem-
poris igitur non probat. l. matrem. C. de proba. l. eum actum,
ff. de neg. gest. in capit. in præsentia. de proba. in clement. fin.
cum ibi no. de rescrip. ¶ Alius scilicet Cecilius de Sorore iu-
rauit parte absente non citata: & sic non legitimè. l. si quan-
do, C. de testi. cap. 2. de testi. præterea post conclusum in cau-
sa sunt duo testes reprobatorij: præterea testes Alberti sunt
plures: ergo præferuntur. l. ob carnem. §. fin. ff. de testi. Vide-
tur etiam dicendum quòd possessio magistri Petri non possit
iungi cum possessione dicti Colæ, nec vnum tempus cum a-
lio, attento quòd possessio magistri Petri non fuit continuata
cum possessione dicti Colæ. l. Pomponius. §. quæsitum cum
ibi no. ff. de acq. possess. præsumitur etiam alia ratione possidere
7 re Albertus bona fide: † Quia saltem ex posse. longi tempo-
ris præsumitur bona fides. vt not. Inno. in ca. 2. de testi. in in-
tegrum. per l. 3. §. si seruus. ff. de acqui. pos. no. Arch. in c. 1. de
rescri. in 6. Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de testa. §. nunc vi-
dendum. in prima addi. mag. in ver. item opponunt. &c. Ang. in l.

cum ecclesia circa vlt. col. de causa poss.& in ca.peruenit.de
censi.Bald.in repeti.l.pe.in 4.col.C.vnde vi.d.Abb.in c.si di-
ligenti de præsc. ¶ Sed dictus Albertus possedit per se & eius
authores. nedum longo, sed longissimo tempore, vt probant
testes prout dixi supra ergo præsumitur bona fides. ¶ Et tem-
pus decem annorum in dubio dicitur esse longum, iuxta le-
gem fideicõmissa.§.Aristo.ff.qui & a quib.l.super longi.C.de
p̄sc.lon.temp.& plenè no.in rub.& C.q̄ sit lon. consue.& in l.
2.ff.si ager vecti.vel emp. ¶Ex prædictis videmus plura reme-
dia posse competere dicto Alberto quæ. s̄. fuerunt connume-
rata:& potest intelligi intentatum aliud quod fauorabilius est
actori maximè propter illam clausulam, super quibus omni-
bus & singulis petit sibi iustitiam ministri omni modo. ca.2.
cum ibi not.per doc.de or.cog.Spe.in tit.de lib.conceptio.§.
iam nunc videndum.ver.sed cum ex his. ¶ Et probata sunt ꝓ
parte Alberti extrema necessaria. scilicet quod possedit tem-
pore & authores sui quorum possessio iungitur cum poss. Al-
berti iuxta.l.Pomponius.§.cum quis.§.præterea.& §.quæsitũ.
ff.de acq.poss. ¶Item probatum est quod possessio peruenit ad
alium, scilicet magistrum Petrum absque facto Alberti, qui ꝑ
se vel alium protestatus est magistro Petro quod non ædifica-
ret molendinum in dicta petia terræ, vt deponunt dicti qua-
tuor vltimi testes: & per dictum ædificium dicitur ædificans
* spoliare priorem possessorem * sua possessione, etiam absen-
tem,& pos.eius interuertere vt not.declarat Cy.in l.2.in fine.
C.de rei ven.vbi ad hoc inducit text.in l. qui vniuersas. ff.de
acq.poss. & sic est probata etiam spoliatio. ¶ Et etiam proba-
tum est quod Albertus & alij a quibus habet titulum diui-
sionis, fuerunt hæredes Mercati vt patet ex positionibus rei
impositæ. 65. & etiam quod dictus magister Petrus occupat
8 petiam terræ,de qua in libello. vt fuit responsum interrogato-
rijs cum libello. ¶ † Nec prædictis obst. si diceretur quod re-
medium.c.integranda vel.d.l.si coloni.non videtur dari con-
tra iusto titulo possidentem & bona fide.per l.siue autem.§.si
duobus.ff.de pub.& per no.per Bar.in l.rem quæ nobis.ff.de
acquir.poss. & in l.manifestissimi. §. sed cum in secundo. C.
de fur.quia respondeo primo quod posito quod opi. Bart. es-
set vera de quo infra dicetur tamen Barto. in §.sed cum in se-
cundo.dicit quod vbi reus habuisset titulum à malæfidei pos
sessore, posset conueniri dictis remedijs,per auth.malæ fidei.
C.de præscrip.lon.temp. iuncta l. eum qui.in prin.alias est.l.
& si res.§.eum qui.ff.de pub.& d.§.si duobus.& ita etiam ex-
pressè tenet Ang. in d. §. si duobus.& in cõsi. 103.incipien.in
Dei nomine dictus libellus.& in d. consi. 154. ¶ Sed ita est ꝙ
dictus Cola præsumitur fuisse in mala fide, & clandestinus
possessor: eo quia apparet alium fuisse possessorem antiquio-
rem,scilicet Mercatum vt est probatum per dictos testes,vt su
pra retuli.hoc probatur in l.clam possidere.in prin.ff.de acq.
possess. & in l.fi. C. vnde vi. & in c.licet causam.de proba.&
not.Bar.in l.si duo.in prin.in 3.col. ff.vti.pos.& in l.j. C. vti
pos.cum simi. ¶ Nec potest probabiliter probari ꝙ Cola igno
rauerit Mercatum prius possidere,vt probatur in l.fina. C.vn
de vi.cum non sit probatum de titulo Colæ,vt not. hoc Bart.
in consi.96.inci. missus in possessionem. Pet.de Anch.& Do.
de sancto Gemi. in ca.fi. in fi.de elec.in 6. & Pet.de Anch.in
consi. 269. incipiente. In primò dubio quæritur. ¶Secundò
respondeo quod opi.Bat.reprehenditur inquantum voluit di
cta remedia non dari contra possidentem cum titulo & fide,
& contra opi.Bar.tenet Inno.in d.c.sepe.& Ioannes Calde. in
d.ca.cum ad sedem.& sequuntur magis communiter doc.in
dictis locis. ¶Vnde dicit Ant.de But.in d.c.sepe.circa pen.vel
antepenultimam columnam, quòd omnino obst.text.in d.§.
si duobus. quia in iudicio possessorio hoc operatur antiqui-
tas seu prioritas possessionis,quæ fuit apud agentem antequã
caderet à possessione, quę facit vt pręsumatur pro eo:per di-
ctum. c.licet causam.& idem tenet do. Abb.in c.si diligenti.
de pręscri. & Ro. in d.l.rem quę nobis. ¶ Etenim responder.
d.Abb.ad §.si duobus.quod ibi loquitur quando agitur peti
torio.& pro hoc etiam allegat no.per Inn.in c. post electionẽ.
de conces.pręben.de quo dicto infra proxim. mentionem fa-
ciam. ¶Et fortius dici Ant. de But. in d.c.sepe.circa penulti-
mam col.ꝙ remedium. d.ca.reintegranda.daretur ẽt malę fi-
9 dei.possessori propter generalitatem illius canonis. & hoc ẽt
sequitur Ro.in præalle.l.rem quæ nobis. ¶ †Ad pędictorum

in l.pen.C.qui non obst.lon.temp.pręscrip.Ant.de Butr.in c.
confirmationem bene facit, quia sicut contra agentem inter-
dicto vnde vi. non admittuntur probationes & exceptiones
super dominio rei conuenti.l.si quis a se fundum. C. ad.l.Iu-
liam de vi. & l. si maritus. C. de dona.inter virum & vxorem
plenè not.in l.si de vi. ff.de iud.ita nec contra agentem reme-
dio dicti c.integranda vel dictę.l.si coloni.vt no.Inno.in præ-
alleg. c.post electionem de conces.præb.Anto.de But.in d.ca.
sepe.in vlt. col. & Bart.in d.l.si coloni.in versic.vl.patet. ¶Et
ideo caute fecit intercessor dicti Alberti, qui in hoc iudicio
semper contradicit productionibus instrumentorum,& posi-
tionibus productis per reum ad probationem dominij vel
quasi: & etiam iudex parte præsente die 24. Nouembris prõ-
nunciauit non esse respondendum positionibus concernenti
bus petitorium. Et sic non obst.id quod habetur in c.1.de re
sti.spoliato.vbi quando actor spoliatus agit recuperandæ, &
consentit cognosci de dominio pronunciatur super vtroque.
¶Et per pędicta etiam patet non obstare instrumentum factũ
inter do.Bar.de la Bordella, & ser Zanem Rogogliosi habẽtes
communionem seu societatem in molendino dicto falconel-
lo,quod asserunt se conducere a communi.imo & d.Bar.ven-
didit sua iura dicto Zanni, vt apparet ex dicto instrumento:
quia respondetur quod illud instrumentum non probat do-
minium ser Zannis quia conductor simplex non est dominus
nec possessor. l.certe.§.is qui. ff. de præcario.l.si quis ante.ff.
de acquiren.pos.l.non solet.ff.loca.& habebant scientiam rei
10 alie. ¶ †Nec obst.quędam asserta sententia, vt dicitur, lata per
d.Ioan.quia dicta sententia non fuit lata in possessorio:& la-
ta in petitorio non facit fidem.no. Dyn.in c.qui ad agendum
de reg. iu.lib.6.& Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune. in 3.
colum. ff. de acqui.po. & saltem quando iudicium intentatũ
super possessorio esset fundatum in priuatione possessionis se
cuta post dictam sententiam, vt not.Io.Andr.post Inno.in ca.
cum dilectus. de causa poss. ar.ca.cum teneamur. de appella.
¶ Vnde autem tempore dictę latæ sententiæ nondum erat fa-
cta diuisio: & sic nondum erat priuatus Albertus possessio-
ne:quia Albert.post diuisionem possedit prout deponunt te-
stes,& solum apparet eum fuisse priuatum possessione quan-
do magister Petrus. ædificauit, vt not. Cyn. in l.2. in fi.C.de
rei vend. & dixi. s̄. Et aut tempore dictę latę sententiæ non-
dum erat ædificatum: & sic si tunc ceciderat Albertus a pos-
sessione, talis sententia non nocet præsenti iudicio intẽtato in
possessorio occasione priuationis postea secutę de possessione
Alberti,vt no. Io.An.in d.c.cũ dilectus. ¶ Aut tempore dictæ
latæ snīæ erat facta diuisio inter Albertum & fratres: & tunc
constat quod illa snīa lata contra Antonium non præiudicat
Alberto,q tunc insolidum possidebat,vt d.l.1.& 2.C.qui.res
11 iu.non no. ¶ †Præterea dicta snīa est nulla:quia lata a iudice
tanquã delegato de cuius mandato non constat nec præsumit̃
pro delegatione:nisi probetur ẽt si a tali iudice sit lata snīa. vt
no.glo.& Inno.in c.cum in iure offi.deleg.Ang.& Io.de Imo.
in l.sciendum. ff.de ver.ob.& Bald.in l.quęcunque.§.fi.ff.de
pub. & in l. ea quidem.in 5.col. C. de accu.& in l.licet.in 4.
col. C. de procu. ¶ Quinimo nec etiam præsumitur qđ inter-
uenerint alia acta substantialia iudicij:attento qđ non fuit la-
ta præsente Antonio & consentiente.l.j.cum ibi not.per Bar.
C.de relatio. & not.Bar.in l.acta. ff.de re iudi.& in authen.si
12 quis in aliquo. C. de eden. & in l.fin. ff.qñ appel. sit ¶ † Et li-
cet fuerit appellatum simpliciter per Ant.a dicta sententia ẽt
si deserta esset illa appellatio:tamen potest adhuc dici de nul
litate dictę snīæ & processus, sicut in replicationibus actoris
est deductum, vt no.Bar.& alij in l.si expressim.per illum tex.
in fin. de appel. in versic. quæro qñ ista duo iudicia sunt si-
mul &c. Bal.in c.sancimus.in tit.quo tem.miles.& in l.1.C.
qñ prouo.in ver.3. quęro.& Pet.de Anch.in cle.1.de dolo &
contu. canonistę. in ca.dilecto.& in c.sepe.de appel. ¶ Et per
prædicta apparet non obstaret si diceretur, quod ante diuisio
nem factam inter Albe.& Ant.& Carolum quondam Merca-
ti, dictus Ant.regebat, absque eo quod dicti eius fratres con-
tradicerent: & ꝙ dicti eius fratres ratam habebant:quia re-
spondeo quod non est deductum specificè ꝙ tempore dictæ
late sententiæ dictus Ant. tacitè vel expressè haberet dictam
potestatem a dictis suis fratribus, & sic non sufficeret qđ Al-
bertus ita simpliciter confessus fuisset quod ante diuisionem

ratum haberet illud quod faciebat dictus Anto. per not. per Bar in l. Celsus. in pen. vel vlt. colum. ff. de vsuca.& Host. & Ioan. Andreas in capitulo, licet causam.de probatio.& posito etiam quod Antonius habuisset potestatem etiam est nulla, vt supra deduxi. Ex quibus concluditur partes domini iudicantis esse debere in condemnando dictum reum: prout in petitione continetur, & victum victori in expensis.

ADDITIONES.

a ¶Cuilibet.infra lib.3.consil.6.

* Bonafides.] Et sic sufficit deducere bonam fidem tacitè, secundum Dec.consi.267.colum.penul.vbi vult allegari posse etiam post conclusum in causa. Et vide etiam Dec. in l. non hoc, C. vnde legiti. Natta.

* Possessorem.] Istud dictum Cyn.quòd per ædificium, perdatur soli possessio, refert & sequitur Alex.in l.5. §.Labeo, in 1.notab. ff.de acq.poss.& in l.si de eo.§.si forte, in fi.eod.tit.Aduerte tamen quomodo hoc dictum Cyni procedat. quia, si ædifico in fundo a te possesso, potes propria auctoritate occupare ędificium, quod cedit solo: Et, si videur, illud destruere, vt per Barto.in l.1.§.nunciationem, ff.de ope.no.nuncia.Et ibidem Alex.latè.Ergo secundum hoc possessio non amittitur. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum est in causis loco libelli summarijs.*
2 *Nuncius quod confusè referat se citasse, non sufficit.*

CONSILIVM CCI.

In causa & lite vertente inter magistrum Petrum de Valsanna agentem, & Albertum quondam Mercati, seu nunc eius hæredes se defendentes. ¶ Actor produxit supplicationem cum rescripto absque alia formali petitione, & petijt fieri, prout in supplicatione conti-
1 netur & verum est † ꝙ in causis saltem summarijs sufficit producere rescriptum * petitionis loco, vt not. Inn. in c. dudum. el 2.in fi.de elec.Spec.de lib.concep.§ nunc dicendum. versi. 6.& in tit. de proba.§.1.ad fi.& Bald.& Io.de Imo. in l.si quis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de iniu.rup.& irri.testa.not. do.maximè Ant. de But. in ca. præterea.de dila.bene facit id quod habetur in clem.sepe.de verb.signi. ¶ Et in d.supplicatione concluditur quod fiat ius dicto supplicanti contra d. Albertum, super damno sibi illato, & omni alio suo interesse qđ passus esset d.mag.Petrus ab Alberto prædicto in destruendo certum ædificium malei pro maleando ramum, & discooperiendo certam domunculam ibi positam in loco nuncupato, el molino dal falconello, & quod compellatur d. Albertus ad refectionem dicti ædificij malei cum d. domuncula, sicut erat ante d.destructionem. ¶ Verum, quia non probauit actor fundamentum intentionis suæ, dico reum absolui debere: iuxta.l.qui accusare.C.de eden.c.vnico.vt ecc.benefi.¶Quòd autem non probauerit patet: quia per instrumenta clarum est non esse probatam d.destructionem factam per d.Albertum, vt d. supplicatione continetur. ¶ Non est etiam legitimè probatum per testes, quod ostendo discurrendo per testes magistri Petri qui sunt sex. ¶ Primus est mag.Laurentius:& iste nõ deponit de destructione. ¶Secundus testis est Marcus, qui dicit quod ipse testis destruxit seraglium de mandato Alberti, vnde aut dicta destructio licitè per Albertum fieri potuisset, & non est tractandum de pœna vel iactura ex hoc inferenda: quia ꝙ licitè fit, pœnam non meretur.l.Grachus. C. de adult. l.nec in ea. fi. ff. eo.tit.aut licitè fieri non poterat:& tunc aut dictus testis sciebat d.Albertum non habere ius destruendi d. seraglium: & tunc cum fuerit socius criminis, ei non creditur.l.quoniam liberi.C.de testa.no.glo.& doc.in l.filium. C. de libe.cau.& in c. mediatores. de testa.in 6.¶ Aut dictus testis ignorabat non competere d.Alber. ius destruendi d.seraglium.Si ergo testis deponit se destruxisse ex mandato Alber. deponit pro sua excusatione, qui propter mandatum tale excusatur, vt est glo.not.in l.in rem. §.tignum.ff.de rei vend.& ibi do. & per consequens non debet ei credi cum deponat ad exonerationem suam.l.omnibus. C. de test. l.deferre. §.idem decreuerunt.iunctis ibi no.per Bar.ff.de iure fis.¶ Item nõ apparet ꝙ iste testis iurauerit plente vel citato Alberto, vel eius procuratore: ergo non valuit eius despon.l.si quando. C.de te
2 sta.c.2.de test. ¶ † Et licet in actis appareat quod nuncius habuit mandatum citandi testes, vt venirent ad iurandum:& et citandi procuratorem hæredum Alberti,& retulit nuncius se personaliter citasse dictos testes. & fecisse quantum habuerit in mandatis: tñ non sufficiunt dicta verba, vt comprehendant & probent ꝙ nuncius dicatur legitimè citasse dictum procu
a ratorem, quare debuit etiam exprimere [a] an citauerit procuratorem domi vel personaliter: & sic dicta confusa relatio non videtur sufficere per not. per Bart.in l.4.§.prætor.in 3.col. ff. de dam.infect.vt not.Ant.de But.in c.causam de dolo & contu. tamen iste testis nihil dicit de destructione edificij d. Malei, de quibus in dicta supplicatione.Item est singularis & nõ dicitur probare.l.iusiurandi.C.de test.c.licet causam.de proba.¶Nec ob.si dicatur quod concordat cum Io.quia dico qđ non: quia iste Marcus deponit quod destruxit de mandato Alberti, sed d. Io.deponit se vidisse Albertũ frangere seraglias. ¶Tertius testis est Andreas, qui nihil dicit:& similiter reliqui qui iurauerunt parte absente: nisi quod vnus dicit se vidisse Albertum frangentem canale malei. quia respondeo qđ non est probatum qualiter tunc temporis se haberet dictum canale:& sic non posset ferri certa sententia, scilicet in quem statũ & formam pristinam debeat reduci dictum canale, cum nihil probatum sit. & sic dictę probationes tanquam incertæ sunt nullæ. c.in pręsentia.de proba.l.non solum.§.sed vt probari. de oper.no.nunc.iuncto.§.curare.instit.de actio.& l.2. C.de sen.quæ sine cer.quanti. ¶Sed solũ duo testes deponunt mag. Pet.fuisse damnificatum propter deteriorationem malei in li. 300. & sic nõ loquuntur simpliciter de deuastatione canalis: & sic oportet qđ ex probationibus testium vnũ esset separatũ ab alio: per no. per Bar.in l.cum emptor.§.fi. ff. de dam.inf.& in l. facienda per illum text.ff.arbo.fur.cæ. ¶Præterea est probatum per testes Alberti productos, quod aqua dicti canalis vadit, vt erat cõsueta antiquitus:& sic est standum antiquitati in tit.de pa. cõ.in verbo, sicut ab antiquo.& ibi Bal. & l.1. §.fi.cum l.seq.in prin.ff.de aqua. plu.arc.& sic nullum est interesse mag.Petri, cum indebitè ea vtatur. ¶ Nec obst.instrumentum rogatum per ser Iacobũ vestri, in quo d.mag. Pet.& Albertus & alij domini molendinorum clusæ & canalis conduxerunt operas Paduani pro cõstructione clusę: quia respõdeo ꝙ in d. instrumento non dicitur ibi ꝙ aqua canalis pręd icti versus dictum maleum debeat discurrere potius eo modo quo vellet magister Petrus quàm alij. ¶ Nec ob. etiam instrumentum emptionis certę postę molendini a Cola de Magetis per d.mag Petrum: quia ibi de isto canali nihil venditur: nec ibi dicitur per quam partem seu per quem locum habet discurrere dicta aqua: imo canale ponitur pro confinio ad dictã rem emptam & sic non venit in venditione l. fundi.in princ. ff.de actio.emp.l.4.§.hoc iudicium.ff.fin.re. ¶ Nec ob.etiam sententia quędam lata de ann. 1455. per d. Io.de Calchetis: quia per illam declaratur mag.Pet.habere in posta molendini de falconello ius ædificandi:& habere in ea meliora iura Anto.Mercati.& in ea sententia nihil dicitur de dicto canali, aut in qua parte ibi fluere debeat aqua. & sic nihil facit illa sententia, cum de ea non loquatur.l.cum quæritur. & l.cum de hoc.ff.de except.rei.iu.¶Item rñdeo quod dicta sñia lata cum Ant.mercati non videtur lata cũ Alberto:& post diuisionem inter eos factam, q̃ fuit de ann. 1453.& sic lata inter diuersas personas. C.res inter alios acta per totum.l.sepe.cum simi.de re iud.ff.item non constat de delegatione. ideo non valet not. in c.cum in iure.de offi.delega.aliàs scripsi super quadam sententia lata contra d.mag.Petr.quæ transiuit in rem iud.& respondi plenè super illis attestationibus nunc reproductis qa in illis fundamentum mag. Petri & super illis fuit pronunciatum per sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam.

ADDITIO.

a ¶Exprimere infrà lib.3.consil.2.

SVMMARIVM.

2 *Quasi proprietas vt quasi dominium.*
3 *Enunciatiua non probatur nisi ad effectum principalis.*
4 *Verba in iudicijs, in fauorem proferentis interpretantur.*

6 Senten-

4 *Sententia, quod quis sit procurator, nonnocet domino absenti.*

CONSILIVM CCII.

Super causa & lite vertente inter magistrum Petrum de Valsasina agentem & hæredes Alberti de mercatis se defendentes : in qua aliàs scripsi, [a] quia post compertum est ꝙ in actis mihi transmissis deficiebat vna particula supplicationis in qua petebatur iustitiam ministrari sibi contra d. Albertum, prout apparet ex emendatione postea facta in margine dictæ scripturæ : ideo occurrit aliqua addere, & discutere vltra alias allegata. Vnde primo videndum erit, an super dicta proprietate obtinere debeat mag. Pet. super quo scripsit aduocatus dictorum hæredum. videtur vera conclusio quod non sit probatum de dicta proprietate: & per consequens in ea non possit obtinere, ergo actore nõ probante &c. ¶Nec obst. si dicatur quod probauerit de dominio per productionem instrumenti & tituli emptionis a Cola de Magetis: quia respondeo quod dictus agens intentauit directam rei vendicationem, vt ipsemet affirmat, & declarat in pręsenti causa appellationis in scriptura contra libellum appellatorium, patet etiam ex scriptura supplicationis & petitionis iunctis his quæ statim subiungam. 1 † sed per instrumentum emptionis, quis non probat emptoris dominium, quare etiam non dominus potest vendere rem alienam. l. rem alienam. de contrahen. emp. not. gloss. & doc. in l. cum res. C. de prob. Nec etiam ob. si diceretur saltem probauit de quasi dominio. quid quidem acquiritur quando res est acquisita per aliquem a non domino cum titulo habili ad acquisitionẽ dominij cum traditione possessionis c. Abbate sane. cum ibi no. 2 in glo. de re iu. in 6. † Et sicut est dare dominium & quasi dominium, ita est dare proprietatem & quasi proprietatem, vt est glo. reputata sing. in l. quædam. in versi. de liberis. ff. de interdi. secundum Bald. in c. 1. §. 1. de inuesti. de re ali. fac. pro qua allegat tex. in c. fi. de iudi. ¶Et ideo licet in dicta supplicatione & petitione sit facta mentio de proprietate, & non de quasi proprietate, vel de quasi dominio tamen videretur prima facie dici posse quòd appellatione proprietatis vel dominij veniret etiam quasi dominium vel quasi proprietas. argu. l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiu. & l. si quis intentione. de iudi. ¶Tamen dico quod veritas est in contrariũ, vt in terminis nostris, scilicet in libello & probatione facta per libellantem decidit. Bart. in l. si mater. §. eandem. ff. de exceptio. rei iud. in versi. quæro quando ago rei vendicatione. in quæstio. ibi proximè sequenti. & Barto. in l. 1. ff. de act. & obl. in 6. colum. in versi. quæro si aliquis proponit directam Ant. de But. in ca. examinata. in antepenul. col. de iudi. & colligitur ex not. per glo. & Bart. in l. minor. §. seruus. ff. de eui. & per glos. magnam in §. aliç. insti. de actio. & in d. cap. Abbate sane. in gloss. magna. nec mirum, quoniam habere dominium pro quo datur rei vendicatio, & habere quasi dñium eiusdem rei pro qua datur ei publiciana, sunt contraria, vt not. in l. 1. ff. de public. & in d. c. Abbate sanè. ¶ Et etiam alio modo potest responderi ad dictum instrumentum emptionis, prout dixi in alijs allegatis. Non obst. etiam quoddam instrumentum rogatum per ser Ia. vestri in quo d. mag. Petrus & Albertus vt domini molendinorum clusæ & canalis pro rata ipsos tãgente, vna cum quibusdam alijs vt dominis molendinorum conduxerunt operas cuiusdam magistri vocati el Paduano. Quia respondeo quòd ibi non specificatur quòd proprietas vel dominium istius ædificij seu postæ molendini, de quo est quæstio, spectaret ad d. magistrum P. in totum: nec pro parte aliqua saltem determinata: nec ibi dicitur quòd aqua dicti ædificij debeat discurrere, modo quo prætendit magister Pe. po-
3 tius quam alter. ¶ † Posset etiam responderi ad d. instrumentum ꝙ illa verba enunciatiua prolata inter ipsas partes non [b] probãt, nisi quatenus [b] necesse esset ad validitatem actus principaliter gesti in ipso instrumento. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. Sed quantum ad probationem veritatis illius enunciati, quando contingat principaliter de illo enunciato tractari, vt in casu nostro tunc secus. ca. illud & ibi hoc not. Anto. de But. & alij post eum. de prob. & not. Bald. in l. ad probationem. C. locati. vlt. colum. in versi. quæro si instrumẽtum &c. & est de mente Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 52. not. Anto. de But. in c. fi. de succes. ab intest. ¶ Præterea etiam si. d. magister Pet. habuisset millesimam partem, vt ita dixerim, in illo ædificio vel alio, essent verificata verba instrumenti dum dicunt pro rata sibi tangente. & sic dicta verba tãquam obscura non probant. c. in præsentia. de proba. l. 2. ff. de his quę pro non scrip. hab. l. in ambiguo. ff. de re. dub. Nec etiam obst. si diceretur quòd per alias scripturas processus declaratur, quòd contrahentes in d. instrumento intellexerunt de dicto ædificio malei, qualiter in aliquibus actis apparet, ꝙ vnus tanquam procurator. d. Alberti. pro suo molendino de la gaulcheria., & tanquam procurator d. mag. Petri pro quodam ædificio dicti el Maglio sepius comparuit in iudicio vt seriosius deductum est per aduocatum dictorum hæredum Alberti: quia respondeo quòd illam assertionem de d. ædificio malei, facit ille assertus procurator non tanquam procurator Albe. sed tanquam procurator d. mag. Pet. ideo non habet nocere Alberto cum suo nomine hoc non dicat. debet enim attendi cuius nomine procura. facit l. 3. §. pri. versic. sed & si quid tutor. ff. iud. sol. Nec etiam possumus dicere agentem iuuari posse ex pręscriptione: quia non probauit de possessione legitimi temporis, scilicet quod possederit inter præsentes per 10. ann. inchoatos tali tempore, & finitos tali tempore ante litem motam : & absque interruptione, & nõ apparet quòd testes de initio temporis possessionis mag. P. sint contestes, vt requiritur prout notabiliter declarat Bart. in l. Celsus. in fi. ff. de vsuca. & Bald. in l. fi. in 15. opp. C. de edic. diui. & Anto. de But. in ca. licet causam. de proba. ¶Ex his apparet ꝙ non debuit iudex pronunciare d. mag. Per. habere meliora & potiora iura in dicta postea, vbi olim erat molendinum dicto, el molino dal falconello, & in dicta petiola terræ quàm hęredes Alberti, attento quòd videtur pronunciasse in petitorio, vt ostendunt illa verba, scilicet dicta posta vbi olim erat molendinum, dicto, el falconello, non autem dixit in possessione dictę postę, prout debebat si nolebat in possessorio pronunciare. l. si duo. § fi. ff. vti pos. Io. An. post Spec. in tit. de actio. & peti. in §. sequitur. versi. sed quàm vocatus. not. doc. in c. cum ad sedem. de rest. spolia. ¶ Omitto quod etiam non sit probatum d. Albertum tẽpore inchoati iudicij in petitorio per d. mag. Petrum possedisse dictum ædificium, & dictam petiam prout regulariter requiritur in iudicio petitorio. l. 1. C. de alien. iud. mu. causa fa. & in l. sinautem. §. 1. de rei vindica. ¶ Et per hoc non videtur dicendum an Albertus ceciderit in pœnam. l. meminerint. C. vnde vi. quasi sibi ius propria auth. dixerit pro executione sententiæ in eius fauorem latæ, & per consequentes debuerint cadere ab omni iure quod ipsi Alberto cõpetebat vigore suæ sententiæ prius latę in possessorio: quia vt dixi iudex in hac causa pronunciauit in petitorio : & tamen de proprietate seu dominio mag. Pet. non est probatum quòd Albertus sibi ius dixerit contentorum in sententia in eius fauorem. ¶ Nec obstat quòd eius procurator videatur confiteri in scriptura prima contra scriptum dum dicit tamen etiam non est verum quòd d. Albertus tetigit aliquid de rebus existentibus in asserto ędificio facto per mag. Petrum nec illud deuastauit, sed solum misit canale per locum solitum & cursum : nec aliud fecit contra formam iuris. Nam per hoc non apparet quòd procurator confiteatur Albertum parte non citata fecisse executionem sententię prolatæ in possessorio, attento quòd in dicta sententia solum erat pronunciatum dictum Alber. reintegrãdum esse & reintegrari debere ad actualem possessionem dictæ petię terrę confinatę iuxta canale, vt in petitione continebatur : pręterea dictus procurator asserit quod Albertus immisit canale iuxta cursum solitum : & non dicit quod hoc fecerit in re pertinente ad d. mag. Petrum.
4 ¶ † Et verba prolata a patre in iudicio debent interpretari in fauorem proferentis. l. si quis intentione. ff. de iudi. l. inter stipulantem. §. 1. de verbo. obliga. & sic non debet interpretari quod Albertus fecerit dictam immissionem aquæ in loco pertinente ad mag. Petrum, & contra ius. ¶Insuper tempore comparitionis factæ per ser Thomam de Mongardis, non apparet quod adhuc sit procurator constitutus ab Alberto, vel eius hrdibus : p consequens confessio fuisset nulla. ¶Nec ob. etiam testes magistri Petri, qui non probant legitimè quod d. Albertus fuerit executus sententiam propria authoritate, si bene inspiciatur : nec probant ea quòd d. Albertus potuisset condemnari ad summam, librorum 300. attento quòd

deterioratio non ascenderit ad illam summam quia nullus testium aliquid deponit de d. Alberto: adeo quòd iudex fecit iustitiam dictis hęredibus Alberti. Et sic dicta sententia iniusta, & per consequens partes iudicis sunt in pronunciando bene appellatum & malè iudicatum, & saltem iudicare pro parte dictorum hęredum bene de nullitate dictum qui erant pupilli tempore prosecutionis dictę causæ, cum instantia causæ principalis non constituerunt procuratorum cum authori
5 tate tutoris: iuxta. l. neque. C. de procura. † neque in prosecutione causæ fuerunt citati dicti pupilli igitur sententia nulla, cum pro eorum parte non fuerit legitimus administrator. l. si tutor. C. in qb. cau. in integ. resti. non est necessa. & l. acta. in fi. ff. de re iud. l. pen. C. si aduer. rem iud. l. neque impuberes. ff. de in ius vocand. ¶ Nec eis obesset si fuisset pronunciatum ser
6 Thomam fuisse eius legitimum procuratorem: † quia talis pronunciatio non noceret pupillis, qui non erant in iudicio l. cum non iusto. ff. de collusio. deleg. no. Inno. in ca. cum super literis. de rescri. Spec. in tit. de syndico. §. 1. versi. quid si iudex. & Bart. & omnes in l. licet. C. de procur. & in l. Pomp. §. rati. de procu. ¶ Et si ad omnes actus fuerint, citati: non fuerunt tamen citati ad audiendam sententiam: & ideo actus & sententia non valuerunt. l. 3. §. Stichus annua. & ibi not. Bart. ff. de statu lib. no. in c. 2. de do. & contu. lib. 6. & per Inno. in c. consuluit. de offic. deleg. & in ca. cum olim. de test. ¶ Et per consequens tales actus non valuerunt contra eos ipsis non legitimè citatis. l. si quando. C. de test. l. iudices. C. de fide instr. c. in nomine domini. de testib. ¶ Apparet igitur dictam sententiam nullam. & sic non potest reformari: tum etiā est nulla ex probatione facta per ser Thomam in dominum Ia. vice potestatem cum ser Tho. non esset procurator a pupillis constitutus cum authoritate tut. & constat ꝙ absque prorogatione d. do. Iac. nō potuisset de causa cognoscere: quia dicta causa fuerat delegata prius d. Gas. de Vezano. & fuit propositum in delegatione nomen proprium: non autem magistratus seu officij: quo casu videtur delegatio facta personæ non officio, vt not. Bar. in l. more. in fi. ff. de iurisd. om. iud. per l. si communis seruus ita. ff. de stip. ser. ¶ Item fuit nulla dicta sentētia quatenus condemnauit hæredes Alberti ad remittendum aquam ad d. Maglium. & in li. 300. Bono. qui hæredes non fuerunt in iudicio nec cum eis fuerat lis contestata. vnde verba sententiæ debent referri ad procuratorem qui in causa litigauerat & tamen iudex non condemnauit procuratorem qui in causa litigauerat, merito sentētia nulla. l. 1. & ibi plenè not. C. de sen. & interlo. om. iud. Ex quibus patet quod de nullitate fuit benedictum, & de iniquitate prouocatum pro parte dictorum hæredum. Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Scripsi. in consi. præcedenti.
b ¶ Quatenus. supra lib. 1. consi. 21.

SVMMARIVM.

1 *Filius si patrem vocat proditorem, potest exhæredari.*
3 *Iniuria dicitur leuis vel grauis pro more regionis.*
6 *Filius potest exhæredari ob causas similes vel grauiores expressas.*
7 *Testes quando possunt examinari ad perpetuā rei memoriam.*

CONSILIVM CCIII.

Super themate & dubijs suprascriptis ab excellentissimis doctoribus tot scripta & deducta sunt, & fortasse vltra quam oporteret, ꝙ vix dimidium operis legere potui, quin fessus fuerim. Propterea paucissimis vtar. Et primo circa dubium quo quæritur ex narratis in themate, an deprehēdatur aliqua iusta causa condemnandi: concludo ꝙ sic. nam text. in §. causas. in authen. vt cum de app. cog. enumerat inter alias causas iustas exhæredationis, illam videlicet, ꝙ si quis parētibus suis manus intulerit, si grauem & inhonestam iniuriam eis ingesserit &c. attento ꝙ in primis facit mentionem de filio inferente manus in patrem: & postea pro alia causa enumerat si grauem & in-
1 honestam iniuriam ingesserit &c. † sufficit verbalem iniu-
* riam * grauem & inhonestam inferre. ita dicit. Ioan. And. in c. fi. de do. quem ibi sequuntur super intellectu dicti. c. fi. dum dicit litera, si forte in eum impias manus iniecerit aut atroces iniurias &c. Nam illa vltima verba debent secundum Io. And. & alios ibi exemplificari si graui iniuria verbali non autē in actu vulnerandi, vel fustib. cedendi: quia hæc comprehenditur sub illis verbis, impias manus iniecerunt. & ex hoc est responsum ad ca. cum illorum. de sen. excommu. ad l. prætor. §. actorem. cū §. seq. & duab. ll. seq. ff. de iniurijs. & l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius voc. Et ibi not. Guil. de Cu. & Ange. vbi ponunt quæ dicatur grauis, vel grauissima iniuria per Host. in sum. de sen. excom. §. si quis possit ab hac. & per Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & Bald. in l. si magnum. C. qui accusare. & Andr. de Iser. in c. 1. §. similiter. in tit. quib. mo. feu. amit. & Spec. in titu. de lega. §. nunc dicamus, vbi di-
2 xit ꝙ præter homicidium & membri mutilationem † committitur iudicantis arbitrio quæ dicatur grauis offensa, vt ēt dixit Inno. d. ca. cum illorum. sed in casu nostro certum est ꝙ etiam si nō interuenerit actualis percussio, dicitur grauis iniuria, vt probatur in d. §. causas. iuncta decisio. Io. Andr. in d. c. fi. si ergo potest verificari tex. in d. §. causas. in verbali iniuria, & sine dubio ista iniuria verbalis nō potuit quasi esse grauior iniuria quàm dicere ꝙ pater erat proditor. & sic erat decapitandus. Nam quid censetur esse graue vel leue ex qualitate pœnæ. l. 2. ff. de pu. iud. l. auxilium. ff. de mino. not. glo. in l. adeo. ff. de reg. iur. & not. Bart. in d. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & l. leua. ff. de accus. & dicit not. Ang. in d. l. leuia. quòd si communis opinio est in regione aliquod delictū esse leue, vt est Florentiæ, percutere cum pugno, reputabitur leue, & pari ratione contra si reputaretur graue, censebitur graue. bene facit licet ipse non alleget. l. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crim. vbi delicta debent puniri secūdum morem prouinciarum: & est melior tex. qui sit in iure secundum Bal. in l. 2. in fine. C. de noxa. Quinimo vtile esset in proposito probare quod communi opinione in regione illa dicta iniuria in persona patris reputatur grauis, & inhonesta: pa-
3 tet ex l. turpia. in princ. cum ibi not. ff. de leg. 1. † Diceretur etiam grauis iniuria, ex eo quod prædictum crimen iniuriarum commissum fuisset in foro vel in theatro, vt in §. atrox. insti. de iniur. l. sed quæstionis. ff. eo. tit. Est enim sufficiēs causa exhæredationis, quod cum viris maleficis conuersatus, est, & ab eis didicerit venena facere, & ea fecerunt vt præsupponitur in themate. & in d. §. causas. vbi dum dicit si cum maleficis conuersatur &c. Nam venena mala facere est quod flagitiosum. & de genere prohibitorum & punibile, vt l. quod sepe. §. venena in versi. flagitiose. ff. de ꝯhen. em. l. capitalē. §. ve-
4 nen. cū gl. ff. de pœnis. & sit cautus aduocatus qa† oportet capitulare, & probare de veneno malo: qa q̄dā sunt venena bo- an q̄dam medicamenta sunt. l. qui venenū. ff. de ver. sig. & d. l. quod sepe. §. venena. dictum testis non concluderet: & non probaret c. in præsentia. de proba. l. neque natales. C. de proba. cum vulga. ¶ Quinimo dato quod causæ expressæ in dicto
5 themate non essent illæ quæ sunt expressæ in d. §. causas. † Si
a tamen sint similes illis a eandem vel maiorem rationē habentes sufficere ad exhæredationem, & signanter decidit Guiliel. de Cug. in authen. non licet. C. de lib. præte. alleg. text. in c. 1. §. porro cum seq. in titu. quæ fuerit pri. cau. benefi. hoc idem fuit de mente Bal. in l. solo. C. de lib. causa. dum per illum tex. in d. §. 1. dicit æquiparari filium posse exhęredari, & vasallum posse priuari feudo. Vñ sicut in priuando vasallū fit extēsio ex identitate rationis ad alias causas vt ibi: ita videtur fieri posse in exhęredatione filij, bene facit glo. in l. fi. C. de reuocando na. quam ibi reputant singula. docto. quę vult quod etiam ex alia causa ingratitudinis non specificata in dicta l. fi. possit reuocari donatio, dummodo illa alia causa sit similis. & multa similia in iure adduci possent quod potius laboriosum esset quam subtile & vtile. ideo prętermitto: cò maximè, quia non puto esse oportunum recurrere ad causas, & similes, cum causę de quibus in themate saltem aliquę sint de
7 specificatis in dicto §. causas. † quantum autem ad fidem attestationum dico verum esse quòd d. comes florius potuit facere dictos testes recipi ad æternam rei memoriam: quia ad dictum comitem Florium non spectat agere cōtra dictos eius filios: quinimo quando esset casus in quo posset illud negotiū deduci

deduci per viam actionis,& per viam exceptionis tunc poteſt
quis facere examinari teſtes ad ęternam rei memoriam, ſicut
eſſet ipſe reus, vt probatur in cap. Albericus extra de teſti.&
ibi hoc no. Ant.de But.in notabilibus ſuper illo text.& Barr.
Bal.& Ang. in auth.ſi quis. C.de teſt.& Io.de Imo. in l.ſi fini-
ta.§.eleganter.verſus fi.ff.de damno infe.vbi hoc reputat bene
notandum.& Abbas ſic in c. ſignificauit.de teſti. Sed in caſu
iſto poſſet per viam etiam exceptionis deduci veritas iſtarum
cauſarum exhæredationis. nam poſſent petere alimenta a pa-
tre, ſi tales cauſæ exhæredationis non ſint veræ, ſi autem ſint
veræ poſſet eos pater exceptione repellere, vt not.glo.& do.in
l.ſi quis a liberis. §.ex his ſeu in ſequenti.§. ff. de libe.agno.&
in l. fi. C. d.alend.lib.& Ioan.And.in c.quintauallis.de iurei.
8 † ad idem quia ſicut quando volo adire non poſſum niſi ſim
certus de viribus teſtamenti. l. hæres inſtitutus cum duabus
ſequentibus. & l.cum falſum. ff. de acq. hære. poſſum petere
examinari teſtes ad æternam rei memoriam. vt ex illis atteſta-
tionibus certior. efficiar de viribus teſtamenti, vt firmat Bar.
& alij doc. in d. auth. ſi quis. ita ergo pari ratione debet hoc
poſſe facere dictus comes Florius, vt certus reddatur an di-
ctos eius filios exhæredare poſſit vel non: & ex quibus cauſis
quas habet recte exprimere, vt in d.auth.vt cum de app.cog.
9 §.aliud.vel ſequenti. ¶ † Confirmo vt in caſu noſtro: quia quo
tieſcunque eſt negotium tale ꝙ de facili poteſt tradi obliuio-
ni: tunc teſtes poſſunt indiſtincte etiam lite non conteſtata re
cipi ad æternam rei memoriam, vt not. Bart.in l. 3.in §.duæ.ff.
de Carbo. edict. vbi ad hoc allegat. c.quoniam frequenter.in
prin.in verſi.ſubtrahuntur.extra, vt lite non conteſtata. ¶ Sed
ita eſt quòd licèt teſtator exhæredans filios non teneatur ex-
primere locum & tempus * commiſſę ingratitudinis, vel deli
cti per filium quia hoc non reperit expreſſum in iure: tamen
hæres bene debet probare locum & tempus. ar. l.item exigit.
ff.de dolo.& l.prætor.in prin.ff.de iniurijs. & c.præſentium.
de teſt.in 6.& c.pia.de ſucceſ. eo. l.6.inquit Bal.conſulendo
in conſi. incip. in Chriſti nomine poſitò quod Marcellus &c.
10 ¶ † Sed ita eſt quod tempus eſt vnum de his quod facile fluit
a memoria, vt inquit Inn.c.qualiter & quando el 2.de acc.&
11 & Bald.in l. cum a te.in vlt.col. C.de proba.cum ſi. † vtrum
9 do decisionem Io.Cald.in dicta disputatio. † quia ex hoc quòd contractus, de quo agitur, fuit celebratus post clericatum nõ dicitur statutum iniecisse vinculum ante clericatum. & ita etiam est expressum, de mente do.Ant.de But.in d.c.quod clericis. ¶Nam ius primogenituræ, de quo loquitur Io.in d.c.sine culpa.etiam viuente patre producit effectum; vt not.7.q.1. quòd periculosum.non mirum si in casu illo potest dici quòd procedit d.Io.And. quia ante clericatũ secundogeniti ius primogenitureę erat radicatum & acquisitum primo, aliàs secus: vt est etiam de mente Sal.in d.auth.cassa.in penul.col.ibi, dũ dicit ex his infert ad statuta cansarũ merita concernentia quibus cauetur, quod filijs masculis extantibus fœminæ non succedant patri ab intestato, vt statutum illud nõ vendicet sibi locum si tempore mortis patris filia concurrens cum masculo sit monacha. ecce quòd Sal. vult quòd sufficit ipsam esse monacham tempore quo acquiritur ius: & licèt tale statutum esset factum ante clericatum, tamen non ligabit, & idem consuluit Petr.de Anch.in consi.incip. In Christi nomine amen. in paucis verbis tacitum est. & ita etiam vult Bal.in magna repetitione, l.cunctos populos.in 14.col. versi.nec videmus quando statutum vetat per viam exclusionis: vt doct.maximè Dominicus de sancto Gemin.in ca.1.de except.in 6. ¶Nec etiam obst. prædictis si diceretur quod quando factum, de quo agitur, habet originem à facto clerici: tunc etiam in decisorijs seruari debeat statutum laicorum, si causa agatur in foro sęculari: vt voluit Ant.de But.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.argu.l.si fundus. de euict.& quia si clericus contrahendo in loco sortitur forum in eo loco c.dilecti. & c.fi.de foro compet.sic videatur quòd subiiciatur statutis illius loci: quia ad hoc respondeo quod vbi causa tractaretur in foro ecclesiastico, prout venit tractanda causa ista mouenda cõtra clericum possidentem.c.si quis contra clericum, de foro competen.non procedit d.Anto.de Bu.possidebat enim per d. Matthæum cõductorem, & soluentem pensionem.l.qui vniuersas.§.per colloquium. cum ibi not. ff.de acqui.poss.l.liribus. C.de agri.& censi.lib.11. ¶Secundò respondeo ꝙ illud d.Anto.de But. non tenetur: vt per Ioan.de Imo.in d.c.ecclesia S.Mariæ. quia si esset verum, sequeretur ꝙ si statutum laicorum disponeret ꝙ contractus non posset probari, nisi per quatuor testes, & clericus in tali loco contraxit cum laico, & postea agit in foro seculari contra laicum non possit obtineri nisi probaret contractum per quatuor testes contra not. per Io.Cal.in dicta disputatione cum suis concor. Et respondet Ioan.de Imo. in d.l.si fundus.ꝙ bene sortitur forum in loco contractus: vt in illo loco possit

possit conueniri vel agere c.dilecti.de foro competenti. ¶Sed hoc non sequitur ꝙ causa debeat decidi secundum statuta laicorum: vt concludit Io.Cal.in disp.præallega.cum concord. ¶Præterea etiam in casu quando factum ex quo agitur oritur a facto clerici, s.facti per Ant.& Matthæum: quia statutũ vult ꝙ alienatio facta per ipsum qui postea cessat, præsumatur simulata, si inueniatur possedisse post alienationem: sed ita est ꝙ dictus cessans non alienauit in d.dominum Pandulphum clericum: sed in Antonium non clericum: quia incontinenti non alienauit in clericum & tempore alienationis factæ per Antonium in clericum acquisitio seu titulus Antonij nõ erat simul actus: quia nondum erat Mattheus factus cessans. ¶Et si diceremus quod secuta cessatione fingitur alienationem factam in Antonium fuisse simulatã, istud esset auferre ius clerici: iuxta tex.c.quamuis.de rescr.in 6.& melius no.in l.Gal. §.quid si tantum ff.de libe.& posth.quod quidem non potest
10 fieri per statutum laicorum directè nec indirectè.¶†Ad hoc
* bene facit quod no.Pet.de Anch.* in rep.c.canonum statuta. de const.in 1 1.q.principali.in ver.ego quæro in quæstione in qua consului &c. ibi dixit quod accidit quæstio ꝙ archiepiscopus Spoletanus habebat extra ciuitatem aliqua molendina ex largitione regis Vngarię: & commune Spoleti habebat etiã alia molendina extra dictam ciuitatem, omnes spoletani poterant ire quo volebant ad molendina, vel ad alia, & soluebant certam mensuram ad molendinum: cõe Spoleti statuit ꝙ oẽs ciues qui causa molendi irent extra ciuitatem tenerentur soluere in ingressu portæ mensuram de qua supra.& ꝙ volentes accedere ad molendina dicti communis non tenerentur soluere in ingressu portæ de qua vadunt. omnes ibant ad molendina communis, vbi aliquam mensuram soluere non tenentur: & non ibant ad molendinum archiepiscopi archiepiscopus dicit statutum non valere inquantum sibi præiudicat: & videtur ꝙ valeret quia arctat suos subditos in suo territorio: arg.l.fi.ff.de decr. ab or.fa. cuilibet est licitum circa rem suã conditionem meliorem cum alterius detrimẽto. l. Proculus. ff.de dam.infe. tamen ipse contrarium decidit referẽs ita consuluisse: quia licèt verba statuti dirigantur ad subditos, tamẽ
11 ex eo grauatur archiepiscopus.¶† Vnde nõ est curandum cũ quo quis loquatur: sed in quem intentio dirigatur.l.cum pater.§.donationis.ff.de leg.2.multoties.n.contingit ꝙ in dispositione vnum exprimitur, ad aliud verò effectus dirigitur: & hoc debet considerari.l.3.§.nunc de effectu.& l.si quis reũ.§. 1.de lib.leg.& l.cum dotem.ff.ad l.Fal. ¶Vnde dictum statutum generale debuit intelligi de euntib.ad alia molendina, ꝗ communis Spoleti dummodo essent molendina laicorum.l. ꝙ illi teneantur soluere, vt ibi plenius per eum. & idem tenet do.Abb.in repe.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.& Pet.de Anch.in consi.13.quod incipit, In dei nomine amen.super dubio trãsmisso.& ita consuluit tunc totum collegium iuris ciuilis Bonon.vt apparet in d.consi.Pet.de Anch.& ponit etiam in cõs. 145.quod incip.In Dei nomine amen optimis rationibus, & in simili no.Albe.de Rosa.in 2.parte statutorum.q.2.ꝙ stantib.prædictis, non potest adduci & fundari ex præmissis allegata simulatio.vbi causa hæc agitetur in foro ecclesiastico.ad quod curandum suadeo præfato do.Pandulfo, vt pro virib.laboret ꝙ in eo foro causa eius securius procedet per no.maximè in præalle.c.quod clericis.cum concordantijs.

ADDITIONES.

a ¶Clerico.Latè de hoc And.Tiraq.in consu.picto.titu.retra.§.1.glo. 3,nu.2.cum seq.Cor.cõnsi.114.lib.2.Soc.consi.292.lib.2.dixi decisiuè in procemi.consu.Pari.gl.5.
Clerico.] Item vbi agitur de hæreditate clerici. Rui.consil.195.libro 2. Natta.
b ¶Laicorum.Ant.But.consi.40.Phil.Franc.c.fin.de immu.eccle.in 6. Cur.Senio.consi.62.in fi.consi.72.in fi.Soci.consil.14.consil.71.lib.4. Franc.Rip.trac.de pest.fol.99.& respon.2.lib.j.de legib.
Pet.de Anch.] Istud cõnsi.Pet.de Anch.inducit Ias.consil.161.col. fin.lib.2.contra rusticos, qui ordinauerunt, ne quis iret ad torcularia, nisi cõmunitatis soluta certa mercede; & si quis alio iret, nihilominus solueret, concludit talem ordinatiouem fieri non potuisse in prçiudicium torcularium, quæ dominus loci ibi habebat. Et de dictis Alex.hic, vide Gram.decis.100.col.4. Et Petrum de Anch.sequitur Ias.in l.quominus.nu.151.Io.Baptista de San.Seueri.in l.omnes populi.col.36.Paris de Put. in tract.syndi. in titu.de excessibus Baronum col.4.fol.5.& est elegans consi.Sigño.de Homodeis inter consi.Bal.consi.71.lib.1.Et bene facit Bald.consi.463.lib.4.dum adducit tex.in l.j.§.si quis in mari.ff.de ope.no.nunc. Et incipit d.consilium.Quatuor sunt.Soci.plene consi.262.lib.2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in actione iniuriarum debet esse specificus.*
2 *Agere non potest qui ex parte sua non impleuit.*
3 *Testis dicens audiuisse publicè dici, non probat famam.*
4 *Causa omnis colorata excusat a dolo.*
5 *Probatio, quòd scriptura sit de manu talis, est periculosa.*
6 *Renunciare sponsalibus est liberum ex causa probabili.*

CONSILIVM CCXII.

Visis & discussis scripturis mihi exhibitis in causa & lite vertente inter Fortitolum de Albergatis, & dominam Geneueram eius filiam ex parte vna agentes & Leonellũ de Forano ex alia se defendentem: videtur mihi nullo modo se qui posse condemnatoriam sentẽtiam, sed absolutoriam ex in-
1 frascriptis.¶†Et primò, quia in libello actionis iniuriarum: de quo in themate pro parte dictorum agentium requiritur inter cætera specificatio mensis, anni, loci illatæ iniuriæ, cum demonstratione confinium ipsius loci. prout requiritur in criminalibus iuxta.l.libellorum.cum ibi not.maximè per Barto.ff. de accusa.iuncta.l.forma.in princ.de censi. hoc probatur per tex.in c.tuæ.de procu.& ibi doct.per l.prætor.edixit. in prin. & ibi hoc firmat Ray.Barto.& Ange. ff.de iniu. & per l. item exigit. ff.de dolo.cum glo. & hoc tenet ibi Bald.& not.Barto. in l.& an eandẽ.§.actione. ff.de excep.rei iudi.circa.3.co.& in l.per procuratorem. ff.de obsequijs præstan.& in l. viro atque vxore.ff.solut.mar.& in l.1.§.interdictũ. in 3. col. ff. vti possidetis.& in l.inde Neratius.ff.ad l.Aquil.& not.Barto.in l.si ex dolo.§.in hac actione. de iniurijs.saltem quia condemnatio in actione iniuriarum infamat.l.pen.ff.de his qui no.infa.& in l. iniuriarum. ff.ex quib. cau.infa.irrog. Et est de mente.Specu. in titu. de iniu. in princi.& ita se habet magis communis opi. qua in iudicando non est recedendum: vt habetur in locis vulgaribus. ¶Sed in proposito nostro libellus non habet omnia ista requisita, quia in libello dum narratur locus commissę iniuriæ: non fit mentio nisi de ciuitate Bononien.Sed vltra ciuitatem debet apponi locus particularis: vt in l. libellorum.in prin.Et ponit Specu.in titu.de iniurijs: ergo &c. ¶Secundò moueor, quia non fuit, vt debuit, in libello expressum tempus illatæ iniuriæ: s.mensis Maij anni millesimi quadringentesimi sexagesimi quarti: in quo tempore narratur quod Leonellus in ciuitate Bononiæ contraxit matrimonium per verba de præsenti cum vna muliere Bononiensi: & istud copula confirmauit animo iniuriandi prædictos agentes: nec etiam dato quod istud tempus fuerit positum in libello, inuenio probatũ quod Leonellus prędictum matrimonium contraxerit, & confirmauerit de dicto mẽse Maij. ergo si hoc tempus deductum quod certum esse debet: dicta l.libellorum.& d.l.prętor.non est probatum per testes, non est possibille agentem obtinere.l.denunciasse.§. quid tamen. cum ibi not. per Barto. ff. de adulter.l. prætor.§.docere.ff.vi bono.rapto.& l.habebat. ff.de instito.& patet ex not.per Barto.in l.is qui reus.circa antep.colum.ff.de publi. iudi.& hoc non habet dubium est verum quòd mihi non sunt exhibitæ positiones agentium cum responsionibus rei conuenti.sed verbo fertur, in prædictis responsionibus cõfitetur. ¶Tertiò moueor. quia vt apparet in responsionibus factis per aduersarium positionibus Leonelli Fortitolus promiserat tempore sponsalium dare Leonello in festo Paschatis resurrectionis anni milesimi sexagesimi quarti libras ducentas pro parte dotis dictæ Geneueræ vsque ad festum Paschatis Pentacostes.habitando etiam in ciuitate Mutinæ tempore dicti festi Paschatis resurrectionis & non probatur quòd Fortitolus soluerit dictas libras ducentas tempore debito prout in veritate non soluit & ipsi Fortitolo incumberet onus probandi se soluisse. l. 1. C. de probatio. & not. glo. & doct. in l.2. C. de iure emphy. & Barto. in l. in illa stipulatione si calendis. ff. de verbo.obligatio. ergo non fuerunt seruata promissa posito ꝙ appareret de sponsalibus cum parte Geneuerę contractis nõ
2 possunt dicti agentes conqueri.¶† Nam nunquam potest quis

mihi imputare & sibi promissa non seruari quando ipse prius
non seruauit. l.quæro. §. inter locatorem.ff. locati. l.cum pro-
ponas.la 2.C. de pactis. & hæc regula militat in omni contra-
ctu etiam nominato vt no. Bald.in l.in ciuile. C. de rei ven.&
probatur in l.si ita quis.§.seia.ff.de ver.ob.& in l.si conueniat.
5 ff.pro socio.¶ † Et dicit expresse Bal.in ca. 1.qualiter dominus
proprietate priuetur.in vsibus feudorum: ꝙ ista est natura pœ-
narum siue legalium, siue conuentionalium ꝙ nisi petens pœ-
nam probet ex parte sua impleuisse contractum repellitur a
petitione pęnæ quia liquida debet esse causa vt pœna petatur.
allegat.d.l.quæro.§.inter locatorem.& ꝙ no.in l.si non fuit.ff.
iureiu.¶Sed dictus Fortitolus non probat se obseruasse promis
sa.i.partem dotis soluisse in festo Paschatis resurrectionis por
tando eam ad domum dicti Leonelli, iuxta.l.item illa.cum ibi
no.ff.de const.pec.& l.magnam. C.de contrahen. & commit.
stipu. ergo non potest ipse agere ad pœnam nec alius qui age-
ret ex contractu & promissione celebrata cum Fortitolo: quia
ex qua persona quis lucrum sentit eius factum præstare debet.
l.ex qua persona.cum simi.ff.de reg.iur.¶ † Et agendo actione
4 iniuriarum ad quingentos ducatos, quos agentes dicuntur po
tius velle perdere quàm pati talem iniuriam dicitur agi ad vin
dictam & pœnam, non autem actione rei persecutoria l.cum
emancipati. §.emancipatus.& ibi not. ff. de colla.bono.l.præ-
tor edicit.§.1.cum ibi not.per Barto.ff.de iureiuran.l.pro hæ-
re.§.fina.& ibi not.doct. maximè Ioan. de Imo.ff.de acqui.hæ-
re.& not. Barto.in l. 1. C.quando ciuilis actio præiudi.crimi.
¶Non obst. adhuc si diceretur Fortitolum non soluisse in festo
Paschali: quia sibi innotuit ꝙ Leonellus desponsauerat aliam:
quia respondeo ꝙ hoc dici non potest nec est illud probatum:
nam Damianus testis productus super hoc pro parte Fortitoli
dicit ꝙ sponsalia contracta Mutinæ cum Fortitolo fuerunt cõ
tracta de mense Martij 1464. & ꝙ inde ad vnum mensem vel
duos superuenit rumor ꝙ Leonellus in ciuitate Bonon. pro-
miserat aliam vxorem ducere. vnde dies Paschalis, & sic termi
nus solutionis superuenit antequàm ille rumor. ¶Ad hoc etiã
probandum fuit Benedictus de Beliardis qui etiam non pro-
bat: quia deponit quod in quadragesimali tempore contracta
erant sponsalia cum Fortitolo Mutinæ, & ꝙ postea ante com-
pletum vnum mensem audiuit publicè dici quòd Leonellus
deflorauerat vnam mulierem Bono. quam pollicitus fuit du-
cere in vxorem & sic non probat quòd ante diem primũ Apri
lis publicè audiuerit dici de dicta promissione facta per Leo-
5 nellum illi mulieri Bono.¶ † Prædictus testis dicit quod audi-
uit publicè dici & per hoc non dicitur probari famam quia
poterat audire vnum tantum hoc publicè dicentem: vt decla-
rat Barto.in l.de minore. §.si plurimum. ff.de quæst. & in l.2.
§.eius. ff. de test. & Bald.in addit.Specu. in titu.de sen.in 23.
col.& Ange.in l.3.ff.ad Mac.& Ioan.de Imo. in l.hæredes pa-
lam.in princ.ff.de testamen. vbi dicit quod ista est communis
opin. & sic si non probat famam non erit dicto vnius creden-
dum.l.3.§.& si sic non accepit. ff.de in rem verso.l.1.§.1.cum
ibi not.ff.de eo per quem factum erit.l.decuriornum. C.de pę
nis.& etiam dictus alius testis, scilicet Damianus non probat
sufficienter famam secundum tradita per Barto. in d.l.de mi-
nore.cum concor.¶Et etiam super hoc inductus dominus Ga
spar de Fontana nepos dicti Fortitoli vel eius vxoris qui depo-
nit de mense Maij anni millesimi quadringentesimi sexagesi-
miquarti seu post superuenit rumor & fama de secunda de-
sponsatione facta per Leonellum, & sic non deponit quòd an-
te festum Paschatis superuenerit, nec aliquos testes hincinde
productos reperio probantes concludenter quod ante dictum
festum Paschatis Leonellus discesserit a sponsalibus vt dicitur
contractis cum Fortitolo, & ipsemet Fortitolus & Geneuera fa
tentur, respondendo positionibus & sic dici non potest quod
aliqua probabilis causa excusauerit d. Fortitolum quominus
debuisset in festo Paschatis soluere. ¶Non obst.etiam id quod
deponit Andreas de la Manzola, qui videtur deponere quod
Leonellus sibi dixit quod promiserat & dederat fidem vni Bo-
non.de accipiendo eam in vxorem quia sibi inferebantur ma-
ximæ minæ ex parte attinentium illius mulieris, & vitæ amis-
sionis & bonorum: ob quod necesse erat ipsi Leonello desere-
re d.Geneueram: quia ad hoc respondeo quod iste testis est in
dicto suo vnicus & singularis, & sic non probat.ca.licet cau-
sam.de proba.c.bonæ el 1.de elec.l.iureiu.C.de testib. ¶Item
dato quod Leonellus promisisset illi mulieri Bononiensi du-
cere eam in vxorem, & sic per verba de futuro: tamen poterat
contrahere matrimonium per verba de præsenti cum alia, &
valuisset matrimonium.c.sicut ex literis.cum simi.de sponsa.
¶Item iste testis deponit quod Leonellus dicebat quod pro-
pter illas minas necesse habet deserere Geneueram: ergo appa-
ret ꝙ nõ tantum animo & affectu iniuriandi deseruit eam, &
actio iniuriarum non nascitur nisi interuenerit animus & affe
ctus iniuriandi.l.illud.ff.de iniurijs.& in l.si non conuicij.&
ibi not.Cyn.in princ.C.eo.titu. ¶Accedit ad confirmationem
6 prædictorum, † quia omnis colorata causa etiam non legiti-
ma excusat à dolo.l.igit.§.põt.ff.de lib. cau.leg. 1.in fi.cũ glo.
ff.de abigeis.l.plagij.cum glo.C.ad l.Flau.de Plagiarijs. Ani-
mus autem iniuriãdi requiritur ad hoc vt quis teneatur actio-
ne iniuriarum, vt dixi, & non videtur dubium ꝙ præsumi de-
bet ꝙ potius dicta causa.s.quod Fortitolus non seruauerit pro
missa fuerit illa quæ induxerit Leonellum ad deserendam Ge-
neueram quam animus aut propositum iniuriandi.facit.l.me
rito.ff.pro soc.& l.si præses.& l.interpretatione. ff.de pęnis.&
quod no.in l.hoc enim in prin.ff.de suspec.tu. ¶ Et per prædi-
cta etiam non obst. quod d. Andreas & Lanfrancus deponant
quod quædam scripturella producta, vt dicitur, erat de manu
Leonelli supradicti. Primò quia vt verbo fertur, in dicta scri-
pturella non est noïatus Leonellus tanquam ille qui promise-
rat aliquam desponsare antequam sponsalia contraheret cum
Fortitolo. & dato quod promisisset tamen poterat desponsare
per verba de præsenti Geneueram, & valuisset matrimonium.
7 † Prætereà dicta probatio dictorum testium absque vlla com-
paratione literarum, non sufficit ad probandum illam schedu
lam manu Leonelli: quia talis probatio quod scriptura sit de
manu talis, est periculosa. in auth. de fide instrumen. per totũ.
& ita not.Barto.in authen.& si contractus.per illum tex.C.de
fide instrumen.cum ibi not.& Barto.in l.scripturas.in princ.
C.qui potio.in pig.hab.& Bald.in auth.nouo iure.in 10.col.
8 C.si cert.peta.¶ † Quartò moueor quia à sponsalib. contractis
per verba de futuro, potest quis licitè discedere si probabilis
causa subest.c.ex literis.de sponsa.& causa probabilis commit
titur arbitrio iudicantis. vnde si speratur propter matrimo-
nium contrahendum debere sequi homicidium, vel guerram,
licitum promittenti est deijcere sponsalia. Sed ita est ꝙ pro-
batum est per plures testes, & maximè per Ioan.Baptistam, &
per Ioan. de Lenatis contestes.quod Leonellus a d.Io. Baptista
nomine suo & aliorum attinentium valde fuit comminatus ꝙ
ipsum occideret, vt est probatum per testes productos pro par
te Leonelli. & quod dicti attinentes sunt homines consueti
mandare executioni ea quæ minantur: & quod sunt & erant
potentes, & animosi: ergo apparet quod licitè potuit reijcere
d. Leonellus sponsalia primo facta per verba de futuro cum
ser Fortitolo.¶ Apparet etiam quod non animo iniurandi d.
ser Fortitolum & eius filiam factum est hoc, sed causa vitandi
periculum mortis. ¶ Nec obst. si diceretur ꝙ d.Ioannes Bapti-
sta testis productus per Leonellum est affinis Leonelli. quia re-
spondeo quod tales non repelluntur in testimonio ferendo in
causa ciuili, etiã si oriatur ex crimine: dummodo tali, ex quo
non inferatur iniuria testi producto. ita concludunt doc. in c.
cum oportet. vbi Anto.de But.de accu. ¶ Colligitur etiam ex
9 not.maximè per Bald.in l.parentes. C. de testi. † dum dicunt
ꝙ etiam frater possit esse testis pro fratre ad defendẽdum eum
a pœna: & an sibi ex toto credendum sit sicut alteri testi, com-
mittitur iudicantis arbitrio inspecta qualitate personę, secun-
dum doct.in dictis locis & clarè ponit Ioan. de Imo. in l. qui
testamento.§.fina.ff.de test. ¶ Sed attento quod hoc casu con-
currat dictum aliorum testium ad idem tendentium supplet
numerus defectum alterius idoneitatis.l.3.§.eijsdem.not.ibi.
in ver.numerus.& ibi not. Iaco. But.ff.de test.& Iaco.de Are.
de testa.in l.qui in testamento. imò & etiam nonnulli ex testi.
ser Fortitoli hoc deponunt, & maximè Damianus, & domi-
10 nus Gaspar de Bulgola.¶ † Prætereà in his in quib. a commu-
niter accidẽtib.difficilis est probatio, toleratur ẽt probatio per
testes minus idoneus.c.veniens.el 2.de testi.l.consensu. C.de
repu.c.fi.cum ibi not.de test.cog.l.2.cum ibi no.C.de testi.&
ꝙ no.Io.An.in add.Spe.in ti.de test.§.1.in ver.item excipitur.
in ver.item quod est mulier.sed tales res ob similes causas quę
sigillant pudorem attinentiũ virginib.nubẽdis non consueue-
runt

runt fieri nisi occultè. vt experientia docet quæ est efficax magistra rerum c. quam sit. de elec. in 6. ergo tolerari debet probatio, etiam per testes qui aliàs non essent omnino integri. Ex quib. concluditur quod absque eo quod sit necesse deuenire ad aliquam restitutionem in integrum, d. Leonellus est omnino absoluendus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præscriptionis impedit litis ingressum.*
2 *Bona fides requiritur in præscriptione actionum.*
3 *Consentire non videtur qui non comparet.*
4 *Testes non debent iurare die feriato.*
5 *Examinatio testium non potest delegari priuato.*
6 *Notarius non potest facere instrumentum commissionis suæ.*
7 *Actis notarij non statur extra officium suum.*
8 *Actus factus alia quàm præfinita hora, non valet.*
10 *Delegatus archidiaconi si dicat se delegatum episcopi, non valet sententia.*
11 *Socius præsumitur reliquis partibus vti iure familiaritatis.*
12 *Coniunctorum & vicinorum facta quis scire præsumitur.*
14 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
17 *Testes quando post publicationem producere licet.*

CONSILIVM CCXIII.

Viso & opportune discusso processu inter Nolum Rētij
de monte Oliuo agentem communi diuidundo cō
tra Ioannem Martinum. & do. Bart. fratres & filios quondam
Matthęi Sath. de monte Oliuo se defendentes. ¶ Omissis superfluis,
primò videndū erit vtrum stante exceptione pręscriptionis
opposita in vim declinatoriæ ante litem contestatā & stantib.
probationib. super eo factis pro parte dictorum reorū, partes
iudicis sint in pronunciando exceptionem præscriptionis
impedire litis ingressum vel non. ¶ Secundò principaliter an si
Nolus instaret primò recipi testes super quibusdam capitulis
per eum vltimo loco productis, ad reprobationem testium &
attestationum iam publicatorum & publicatarum possint &
1 debeant reis contradicentibus. ¶ † Quò ad primum videtur
prima consideratione dicendum, pronunciandum esse exce-
a ptionem præscriptionis impedire litis ingressum: [a] quia exce-
ptio præscriptionis, si opponatur, est de impedientibus ingres-
sum litis. l. fi. & ibi Bar. & Ange. ff. pro suo. l. omnes. & ibi not.
doct. C. de præscr. 30. anno. & in l. 1. in fi. C. ad Terty. & in au-
then. nisi per Bald. C. de bo. mater. ¶ Et licet rei conuenti non
se in continenti obtulerunt probare dictam exceptionem, pro-
ut tenebātur ad hoc vt impedirent litis ingressum. l. nam & po
stea. in prin. ff. de iureiu. & no. Bar. & doc. in locis supra allega-
tis. tamen ex quo actore & iudice patiente fuerunt factæ pro-
bationes super dicta exceptione præscriptionis, debent tales ꝓ
bationes opitulari per no. per Inno. & do. in c. cum Bertoldus.
de re iu. & in c. fraternitatis. de frigi. Et facit text. in c. 1. de re-
stitu. spolia. Sed ita est ꝙ probatum est per plures testes produ-
ctos pro parte eorum ꝙ bona de quib. in libello actoris saltem
in tempore 30. annorum dictorum fuerunt tenta & possessa
per d. Rentium & Fochum auum dictorum reorum. & succes
siue per Matthæum patrem dictorum reorum: & deinde per
dictos reos communiter & æqualiter pro indiuiso. vnde vide-
tur quod tacite tempore sit sublata omnis actio, quæ compe-
tere potuisset pro illa parte quæ per dictos Fochum & succes-
sores pos. fuit. l. sicut. & l. omnes. C. de præscri. 30. anno. & in l.
2. C. de consti. pec. ¶ Et licet non appareat de aliquo titulo Ro-
chi & successoris: tamen nō est necessarius tit ad præscriptio-
nem 30. annorum de iure canonico, quando ius commune nō
a resistebat possidenti seu præscribenti. ca. 1. de præscrip. in 6. &
b plenè not. in c. si diligenti. eo. tit. in antiquis. ¶ † Et licet sit ne-
cessaria bona fides [b] & c. in præscriptione actionum secūdum
verā sniam, iuxta ea quæ plenè leguntur & notantur in c. fi. de
præscri. & in regula possessor, & per legista. l. sequitur. §. si viā.
ff. de vsucap. & in l. 1. C. de serui. ¶ Tamen ista bona fides vide-
tur præsumenda in casu isto propter possessionem longi & lō-
gissimi temporis: vt no. Inn. & alij in c. 2. de in integ. rest. per l.
3. §. si seruus. ff. de acquiren. pos. & no. Arch. in c. 2. de præscri.
in 6. & Io. And. in addi. Spe. titu. de teste. §. nunc videndum. in
prin. addi. magnæ in versic. item opponunt. & Ange. in l. 2. C.
quibus non obst. lon. tempo. præscri. & in l. eum qui. §. fi. ff. de
pu. & Ant. de But. in c. cum ecclesia. circa vlti. col. de cau. poss.
& do. Abb. Modernus in d. c. si diligenti. & dixit Bar. in l. fi. C.
vnde vi. per illum tex. ꝙ mala fides non potest contra præscri-
bentem opponi, nisi a veteri possessore, & nisi intra 30. annos.
& per Bart. etiam in l. Celsus. ff. de vsucap. ¶ Sed præmissis non
obstantibus, contrariam sententiam de iure probabiliorem ex
infrascriptis esse puto. Primò quia testes producti per reos iu-
rati & examinati in ciuitate Cesenæ per eximiū doctorem do-
minum Philippum de Mātua, seu dominum Iulianum de san-
ctis, non fuerunt legitimè iurati. nam iurarunt die septima mē
sis Septembris 1458. quod tempus erat feriatum propter vin-
demias ex forma statuti Cesenæ sub rubrica, de feri. quo caue-
tur ꝙ dicto tempore inter ciues Cesenæ vel inter ciuem & fo-
rensem non reddatur ius aliquod, nisi quatenus de ambarum
partium voluntate processit, vel nisi per partem tacitè vel ex-
presè esset illis renunciatum. & istud est etiam de iure cōmu-
ni. l. 1. & per totum. ff. de ferijs. ¶ Nec potest dici ꝙ interuenerit
consensus seu voluntas saltem tacita dicti Noli, vel Antonij
3 eius procuratoris: † quia tunc demum tacitè videtur quis fe-
* rijs renunciare * & consentire, ꝙ procedatur quando ille qui
est citatus ad actum comparuit, & non opposuit exceptionem
feriarum. secus autem si non comparuerit: vt probatur in pręalle.
l. 1. ff. de ferijs. & maximè cum Nolus sit ciuis Cęsenæ, vt
apparet in actis productis. Sed ita est quod Antonius qui fuit
citatus pro die 7. ad videndum testes iurare in ciuitate Cesenę,
non comparuit dicta die ad videndum iurare: ergo iuramen-
4 tum dictorum testium non fuit solenniter præstitum. † Testes
enim die feriato iurare non debent: vt not. Spe. in tit. de ferijs.
§. sequitur. versi. quid si tunc. & Guido in l. iurisiurandi. C. de
testi. vbi ad hoc allegat. l. dies festos. C. de ferijs. & refert Ioan.
And. super d. versi. quid si tunc. & not. in cle. 1. de offi. de lega.
¶ Præterea testes isti non probant alia ratione: quia examinatio
ipsorum testium fuit commissa d. dño Philippo per vicarium
5 Ghiazo. & dominus Philippus † subdelegauit examinationē
cuidam priuato, scilicet domino Iuliano, quod fieri videtur
non potuisse, per not. per Bar. in d. auth. apud eloquentissimū.
de fide instrumen. & sequitur Ange. in l. iudices. eod. titu. vbi
voluit ꝙ priuato sine consensu partium non possit fieri dicta
subdelegatio. ¶ Ac etiam quia de dictis testium nō constat, nisi
ex actis ser Ludouici quondam Iuliani, qui non erat notarius
ad acta deputata secundum formam statuti Cesenæ. Vnde non
potest actus etiam confici, nisi per notarium ad hoc deputatū.
6 l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. ¶ † Quinimo de aliqua
commissione facta per iudicem dicto notario, qui scribit di-
ctam examinationem, non apparet quod apparere requiritur
per fidem alterius scripturę secundum magis communem opi
nio. quam tenet Host. & Ioan. And. in d. c. quoniam contra. de
proba. & ibi sequitur Ant. de Bu. in 3. col. per l. 1. C. de mand.
prin. & l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. & sequitur Ioan.
And. in c. cum quid de reg. iur. in 6. in mercu. & Fed. de Senis
in consi. 199. inci. quæritur an dicta Margarita. & Bald. in l. iu
reiuran. C. de test. & in l. iudices. C. de fide instrumen. & domi
7 nus Abb. in d. c. quoniam contra. ¶ † Et ꝙ dictus ser Domini-
cus non fuerit notarius ad acta deputatus, patet ex fide & atte-
statione cancellarij, de quo in actis, quæ fidem facit iuxta. l.
si publicanus. §. de rebus. & quod ibi doc. ff. de publi. l. diuus.
ff. de custo. reo. cum similibus. ¶ Ergo actis suis, si facta es-
* sent de consensu partium, fides adhibenda non est: * vt not.
Guil. de Cu. & Bald. in l. repetita. de epis. & cleri. & Bald. in l.
testamento. C. de test. per d. §. quoties. & Ioan. And. in addi.
Specu. in titu. de instrumen. edi. §. restat super quid de his. &
Bald. in l. 1. in fi. ff. de iudi. Anto. de But. in c. pen. de offic. de
lega. ¶ Pari ratione etiam non probant alij tres testes, vide-
licet Bartolus, Antonius, & Siluester iurati & recepti per vica-
rium die 14. Septembris, quę fuit dies feriata in honorem Dei
propter festum sanctæ Crucis, secundum formam constitu-
tionis. ¶ Præterea isti tres testes non fuerunt legitimè recepti
alia ratione; quia vt apparet ex literis commissionis factæ a
dicto vicario Liuorij per vicarium Ghiazo, consuetus pro-
curator fuerat monitus vt compareret coram dicto vicario Li
uorij die 15. Septembris, ad videndum iurare testes, & illi te-
stes iurarunt die 14. ergo cum necessaria fuerit de iure citatio
ad videndum iurare testes. l. si quando. C. de testi. c. in nomine
8 domini. de testi. † & actus fuerit factus alia hora quam hora

præfixa in citatione,non valet.l.fi.§.si is qui.& ibi no.Bart.ff. quod vi aut clam.& in l.aut qui aliter.in prin. & ibi per eundem eo.tit.& c.consuluit.cum ibi no.de offi.de leg. ¶Omnes etiam alij testes dictorum reorum fuerũt recepti & examinati per d.vicarium Liuorij sine aliqua commissione:nam, vt apparet in examinatione facta de Nicolao Alberti,in testem asseritur,ꝙ ille testis est examinatus per dictum vicarium Liuorij vigore commissionis sibi factæ per magnificum comitem Nicolaum de Malatestis,de Ghuosoli pro examinatione illius te-
9 stis, & aliorum postea receptorum. † Et de ista commissione nihil apparet.& per consequẽs quòd ibi testes fuerunt recepti absque commissione,& sic illigitimè, cum per illa verba proculdubio non probetur commissum,vt in auth. si quis in aliquo.C.de eden.& in c.cum in iure.de offi.de leg.& in c.quoniam contra.de proba. ¶ Nec obst.si dicatur ꝙ dato ꝙ examinatio ipsorum testium,quamuis fieri non potuerit per vicariũ Liuorij vigore alicuius cõmissionis sibi factæ per d. Nicolaũ. tamen potuit fieri vigore commissionis sibi factæ primò per vicarium Ghuosoli:quia respondeo hoc de iure nõ posse subsistere,attento ꝙ d. vicarius Liuorij asserit se examinare vigore commissionis sibi factæ per comitem Nicolaum.hoc deci-
10 dit Io. An.in titu.de sent.prola.§.quoniam versi. † quid si dixerit se esse delegatum episcopi,cum esset delegatus archidiaconi,an valebit sententia: & concludit ꝙ non* etiam qui per ignorantiam dixerit.alleg.l.pen.ff.de eo qui pro tuto.Et idem in effectu voluit Inn.& Host.alij in c.cum ex officij.de præscr. arg.c.cum super.de offi.de le.quia quod potui nolui &c.vt in l. multum vult.C.si quis alteri vel sibi. & hoc etiam in effectu voluit Pe.Cy.& Sal.in l.1.C.qui pro sua iurif.¶Præterea dato ꝙ videretur dicta examinatio facta vigore dictæ commissionis factæ sibi per vicarium Ghuosoli,tamen non posset sustineri:quia omnes testes fuerũt iurati die 14. Septembris pro qua non fuerat citatus seu monitus d.Nolus, seu eius procurator ad videndum iurare testes. ¶ Secundo principaliter vltra prædicta ostendo ꝙ dicti testes non probant allegatam præscriptionem concludenter. Nam præsuppono ꝙ de omnibus fere bonis petitis in libello Blonetus de monte Oliuo habebat titulum in dictis rebus pro dimidia,& d.Rentius pro vna quarta parte,& d.Rochus ꝓ vna alia quarta parte,vnde si cõsideremus tẽpus quo isti prædicti testes vixerunt & possiderunt non posset dici ꝙ possiderunt pro iure spectante ad d. Blonetum & Rentium.Sed tantum pro sua quarta parte: † quia reliquis
11 partibus etiam si vsus esset possessione dictorum præsumeretur vsum fuisse iure familiaritatis non autem suo nomine possedisse: vt l.qui iure.& ibi hoc no.Bar.& alij ff.de acqu.pos.l. generaliter.eo.titu.& l.si mulier.ff.quib.mo.vsusfr. amit.l.& habet.§.hospes.ff.de preca.& no.Inn.in c.cũ ecclesia.in fi. primæ glo. de cau. pos.ergo dici non potest ꝙ Rochus inceperit præscribere, cum præscriptio non possit esse sine possessione & animo possidendi.l.fine pos.ff.de vsusc. ¶Impeditus fuit ẽt Rochus tempore suæ vitæ præscriptionem inchoare:quia partem dictarum rerum emit pro dimidia nomine suo, pro alia dimidia nomine Blondi & Rentij vt in dictis duob.instrumẽtis apud acta productis continetur. ex quo apparet ꝙ intentio fuit acquirere Rentio & Blõdo pro dictis partibus & non sibi quandocunque Blondus & Rentius seu eorum hæredes haberent ratum.l.si ego.ff.de neg.gest.& plenè in l.qui mihi donatum. & heres possit ratum habere.l. si fine.§.si procurator.ff. rem ra.hab.no.Dy.in d.c.ratum.de re.iu.lib.6.& Bal.in l.bonorum.ff.rem ra.haberi. Et sic cum mala fide Rochi non poterit Rochus inchoare pręscriptionem, vt in regula,possessor. ¶Pręsumeretur etiam ꝙ Rochus fuerit in mala fide contra titulum quem habebat Blondus in dictis rebus aliàs acquisitis
12 pro dimidia: † quia coniunctus præsumitur scire facta coniunctorum vel vicinorum. ff. vnde cog.l.octaui.l.de tutela.cũ ibi not.per Bart.post glo. C.de in integ.resti.& per Bart, in l. de ætate.in 2.q.prin.ff.de min.& per Bart.& doc. in c.literis. de præsum.pręsertim cum familiariter simul haberent* vt cõfitentur rei conuenti in positionib.suis. ad hoc c.quosdam.c. quanto.de præsum.& Barto. in d.l.1. & in l.si cui.§.his.ff. de accusa.& l.is potest ff.de acqui.hære. ¶Stante ergo quod Rochus non potuit præscriptionem inchoare sequitur quòd nec etiam Matthæus eius filius & hæres d. Rochi vel Matthæi nõ potuerunt præscribere & præscriptionem complere pluribus

ex causis, Primò cum ipsi nullum haberent titulum non poterant præscribere minori spatio quam 30. annorum.l. sicut. & l.omnes.& l. si quis emptionis. C. de præscrip.30.anno.& no.in c.fi.de præscri.Sed temporis triginta annorum non trãsiuerat a tempore mortis dicti Rochi vsque ad tempus litis inchoatæ, vt patet ex inspectione testamenti conditi de anno. 1429.& rei videntur hoc fateri respondendo positionibus actoris. ¶Nec posset dici Matthęus filius & hęres Rochi, vel quod rei conuenti filij & hæredes d. Matthæi præscripserunt
13 spatio longi temporis,s.10.annorum pro hærede.† Quia filio
* succedente patri * non cadit titulus pro hærede. l.nihil.& ibi no.C.pro here.& l.2.§.filium.ff.pro hęrede. ¶Secunda ratione non possent se tueri præscriptione:quia ex quo pręsumitur d.Rochum fuisse in mala fide, vt supra dixi, sequit quod nec etiam hęres Rochi potuit præscribere ex persona ipsiusmet:
14 † quia hęres tenetur exonerare conscientiam defuncti, vt c. fi. de sepul. quare alium exonerare non potest nisi id quod alienum est domino consignet.& ita in proposito firmat Anto.de Bur.& Io.de Imo.in c.si diligẽti.de pręscri.& per hoc d.Abb. ibi allegat.l.cum hæres.ff.de diuer. & tem.præscri.& l.sequitur.§.his.ff.de vsuca. quæ iura de iure cano. non reperiuntur correcta.¶Ergo dispositioni dictarum legum standum est tam in foro canonico quam ciuili:per no.in c.1.de noui.ope.nun. Idem videtur fuisse de mente Io.And.in addi. Spec.in titu.de pręscri.§.fi.cum ver.quid si debitor.& Bal. in auth.ad hęc.C. de vsu.in versic.sed quid dicemus de hęrede pręscribentis. Et firmat Pau.de Cast.in d.§.hæres.in l.3. eo.titu. & Rodul.in l. Pompo.§.cum quis.ff.de acq.pos.& l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucapio.Et propter hoc doc.in dictis locis reprehẽdunt opi. Dy.contrarium tenentem in c.possessor.de reg.iur. lib.6. Vel secundum Io.de Imo. in c.fi.de præscri. possent opiniones ad concordiam sic reduci : quia aut loquimur in successore vniuersali, qui non succedit ratione iuris hęreditarij si aliter habet titulum a superiore habente potestatem conferendi, vt cõtingit in prælato & alio beneficio,qui succedit alteri in prælatura vel beneficio:quia in illis non habet locum successio hęreditaria.c.ad extirpandas.de fil.presby.habet locum opi.Dy. & sequacium per no.per gl.in c. cura.de iure patro.aut nos loquimur in successore qui succedit ratione iuris hęreditarij & in nullo procedat opi.contraria.¶Pręterea fatetur d.Barto.respondendo vltimis positionibus actoris, & pręsertim responsioni incip.& quod post mortẽ d.Blondi Rochus & Rentius: & post eorum mortem Matthęus & Nolus, & post mortem eorum dicti hęredes Minimus & Barth.tenuerunt & possiderunt bona descripta in libello d. Nol.pro partibus tantum ad vnumquenque eorum spectantibus in dictis bonis,& per consequens confitentur ꝙ non possiderunt nisi pro partibus, & de quib.in libello & in dictis instrumentis videtur facta men-
15 tio. † & nulla potest esse efficatior probatio,quam illa quę resultat ex confessione.l.cum te.C.de transa.l.fi. C.de fideicom. ¶ Et quo ad d. Martinum alia ratione constat non habere locũ exceptionem pręscriptionis: quia Martinus respondẽdo positionibus vltimis,& maximè positioni incip.Item quod quando Matthęus &c.& positioni incipienti.Item quod nihilominus &c.confitetur quod post mortem d.Matthęi dicti rei conuenti & hęredes d.Matthęi remanserunt infantes seu infantię proximi,& semper dicta bona fuerunt tenta & possessa per aliquem,modo sic certum est ꝙ dicti infantes non potuerunt possessionem apprehendere per se sine tutore: & cum non appareat eos habere tutorem , acquirere non possunt sed oportet quod sit pupillus aut pubertati proximus. l.sequitur.§.pupillus.cum glo.in verbo.possederit.ff.de vsuca. & in l.1.§.adipiscimur.ff.de acqui.poss.& ibi Bart.ad fi. & clarius not. ibi Io. de Imo.& Pau.de Cast.in l.quamuis.eo.titu.¶Ergo apparet ꝙ possessio Matthęi post mortem occupata fuit per aliũ, primo quam per hęredes & per consequens si fuit inchoata pręscriptio per Matthęum adeo quod non potest ad complen.pręscriptionem iungi possessio Matthęi cum possessione hęredum Matthęi.l.possessio.ff.de vsucap.l.Pomponius. §.quęsitum.in prin.ff.de vsuc.¶ Pręterea si quis rectè inspexerit dicta testium receptorum pro parte dictorum reorum, constabit ꝙ in pluribus peccant propter quę eorum probatio redditur insufficiens. verum quia in hoc diligentissime laborauit dominus aduocatus actoris: ideo dicta eius non referam, & hoc facile potest

potest dominus iudex indagare. cuius conscientiæ committitur quanta fides sit adhibenda.l.3.§.1.ff.de test. ¶Et ex his patet euidens responsio ad allegata in contrarium. quia non est probatum per testes id quod requirebatur ad esse præscriptionis 30.ann.tum quia testes non fuerunt examinati, nec iurati vt supra est ostensum: tum quia non est probatum de continua possessione 30.annorum eo modo quo necesse erat: vt latius ex supra deductis constat.

16 ¶†Quo ad secundum dubium principale.s.an debeat recipi testes super c. nuper productis. per d.Nolum, videtur prima consideratione dicendum quòd non, propter publicationem attestationum partis aduersæ. & quia didicita sunt testificata c.testibus.& c.constitutus.& c. intimauit.de testi.& in auth.qui semel.de proba. ¶Tamen in proposito puto contrarium esse verius, tum quia omnia capitula producta per Nolum excepto.4.c. si bene ponderentur, non videtur contradicere capitulis reorum : & est certum φ super separatis & super diuersis capitulis non impeditur fieri probatio noua testium post publicationem aliorum testium, quamuis didicita sint testificata. in cap. causam quæ de test. ¶Quinimo etiam si essent capitula ista contraria capitulis partis

17 aduersæ, tamen possent produci testes, † quia vbicunq; testes sunt minus solenniter recepti, tunc publicatio attestationum non impedit nouam probationem testium: vt no.in cle. testib.de testi.& no.Bart.& alij in d.auth.qui semel & Bar.in l.qui per salutem.ff.de iureiur. & Nico. de Ma.& Bal.in l.per hanc. C.de temp.ap. Sed ita est φ prædicti testes non fuerunt recepti legitimè, vt circa primum dubium principale proba-

18 tum est ergo &c.¶† Præterea etiam post publicatas attestationes possunt produci testes quando producuntur vna cum instrumentis confitentibus, & consonantibus ad id super quo testes producuntur: vt in c.series.& ibi no. Ant.extra de testi. Postremò ad vltimum quæsitum, an si opponatur quod actor non est socius & possessor pro illis partibus quib.egit cómuni diuidundo, procedat iudicium in actione communi diuidundo.& quid faciendum sit: videtur φ nõ procedat iudiciũ si opponatur: per ea quæ habentur & no. in l.1.& l.cum putarem.ff.fam.erc.& l.2.C.communi.diui.& in l.si mancipiũ.

19 §.1.ff.de euic. † Contrarium est verum: quia non sufficit opponere φ actor non habeat possessionem vel communionem nisi opponatur φ præpostere agitur: quia primo debet agi* rei vendicatione vel publiciana, ne per iudicium cómuni diuidundo fiat præiudicium rei vendicationi:& sic oportet opponi exceptionẽ præposterationis d gl.in l.2.in gl.fi.C.cómuni diuidun.Et hoc clarè videtur velle Sal.colligens ex illa gl. φ non sufficit dictam oppositionem facere, nisi in forma opponatur exceptio præposterationis. & hoc probatur in d.l.1. ff.fami.erci.cum gl.in ver.excep.& ibi Bal.Si autem opponetur exceptio præposterationis, tunc pronũtiabitur esse procedendum prius super rei vẽdicatione vel publiciana, suspenso iudicio communi diui.& probatur in l.ordinarij. C.de rei vendi.& in l.si de vi.ff.de iudi. & in l.incerti. C.de interd.& declarat Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.maximè in prima conclusione.ff.de acq.pos.facit l.ordinata.ff. de lib.cau.& l.si quis libertatem.cum ibi no.ff.de pet. hære.Alex.

ADDITIONES.

Hoc consi.est duplicatum lib.6.consi.46. Natta.

a ¶Ingressum deci.thol.67. Phili.c.1.de lib.conte.in 6. Cępo.cau.crı. consil.71.in 2.dubio.Iaso.l.ait prætor.1.col.2.l.nam post ea quàm §. sed.& si quis.col.fi.de iureiur.consi.166.col.1.lib.2.

b ¶Bona fides.dixi.infra lib.4.consi 99.

* Renuntiare.] Adde, quòd etiam si comparet in vno actu non opponens de ferijs, potest in sequenti actu opponere.Imo.in c.fi.in fi.extra de fer. Natta.

* Fides adhibenda non est.] Idem tradit Alex.consil.1.col.4.lib.4.& ponit Felin.vbi limitat in c.quoniam contra.col.24.extra de probat. Dec.in l.2.col.j.C.de eden.& facit tex.in d.l.in fraudem.§. quoties, quem superius Alex.adduxit.Et de prædictis Gramma.consi.1.num. 14.posito post decisiones. Natta.

* Et concludit quòd non.] In oppositum facit Bar.in l.habebat.ff.de inst:.Sed generaliter quando actus factus ex capite inhabili, sustineatur ex habili vide Fel.in c.nonnulli.§.fi.col.17.de rescrip. Natta.

* Habitarent.] Nota quòd præsumitur coniunctus scire facta coniuncti, vbi simul habitant. Quod etiam Soci.tradit consil.264.colum.6. lib.2. Natta.

c ¶Alterius.Inn.Phi.Fran.c.cum quid vna.de regu.iur.in 6.Alex.infra lib.5.consi.104.in fi.Cor.consi.79.(vbi limitatur)lib.3.Gui.Pap.Dec. delph.404.Iaf.consi.155.num.5.lib.4.And.Alci.de præsump.reg.3. præsum.14.nu.3.

* Patri.] Limita, nisi filius vellet succedere ex capite vnde legitimi, Alex.in l.in suis, col.2.ff.de libe.& posthu. Cuius contrarium tenet Soci.in l.si filius, qui patri, col.12.ff.de vulg.& pup. Natta.

* Debet agi.] Vide Dec.declarantem consi.22.col.fi.Et sequitur Alex. consi.48.infra lib.6.col.pen. Natta.

d ¶Præposterationis supra lib.j.consi.46.nu.10. Rug.de Mo.rep.l.traditionibus.nu.76.C.de pac.

CONSILIVM CCXIIII.

VIDE supra lib.j.consi.48.quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Omissum per errorem non vitiat, etiam, vbi scriptura est de forma: sed potest probari post testes.nu.3.*

2 *Ignorantia præsumitur in officiali ob multitudinem negotiorũ.*

CONSILIVM CCXV.

Visis probationibus inductis contra ser Laurentium & ser Iulianum ex vna parte: & ex opposito probationibus inductis in fauorem dicti ser Laurentij ex altera, & viso statuto sub rub.de offi.authoritate, & iurisdictione iudicis seu superioris officialis gabellarum, & datiorum ciuitatis Cesenæ, & statuto posito sub rubrica, de rebus & mercantijs, quę extrahuntur de ciuitate Cesenæ.¶Videtur mihi concludendũ φ dictæ ballæ, & mercantiæ illius hæbrei de Arimino non inciderunt in commissum ratione defectus dictæ bullæ: & φ in casu prædicto non vendicat sibi locum pęna inducta a statuto super rubrica, de rebus & mercantijs &c. & consequenter, φ licet dictus ser Laurentius licentiauerit dictum hebræum seu dictas ballas: tamen non per hoc dicitur fraudem commisisse, vel tale quid propter quod ex eo in aliquo teneatur.¶Moueor & primo, quia dato φ statutum sub rubrica de rebus & mercantijs dicat φ volentes extrahere mercantias debeant ab officialibus gabellæ recipere bullam de ipsis rebus extrahendis, & si repertum fuerit res vel mercantias non facta publicatione dictis officialib.de dictis rebus & habita bulla extrahere, & habita licentia sine bulla vel cum bulla extrahant post terminum in bulla constitutum, tunc ipsas res vel mercantias perdant & veniant in communi. Et bulla imperfecta non debeat censeri proprie bulla, vt lege polla.in fi.C.de his quibus

e vt indignis.inst.quemadmodum testa.infir.§.pen.* ¶Tamen dico φ in casu nostro, attento φ bulla facta est, sed non eo modo prout promissum fuit: sed scribens per errorem, mentionẽ non fecit de pannis laneis: nam simpliciter dixit in bulla: lassa passare Antonio quattro balle di panno de lino. & in commissione, dictum fuerit φ bulleta fieret de quatuor ballis pan

1 ni de lino, & de lana. † vnde quod est per errorem omissum non vitiat actum etiam requirentem scripturam prout requirebat dicta bulla. hoc probatur per l.quoties.in prin.& §.j.ff. de hæred.insti. ¶Et ad hoc illum textum ponderat ibi Angel. vbi distinguit, φ in actu requirente scripturam, aut nulla est penitus facta scriptura: & tũc peccat in forma ex quo scriptura est de substantia, ideo vitiatur dispositio c.j.de fide instru. Quandoq; scriptura est facta, sed erronea vt quia fieri debuit de ducentis & facta est de centum &c.& tunc probato isto errore tenet dispositio, ita probatur in testamento in scriptis.&

* hoc reputat valde notandum Ang.* ad intellectum & limita

2 tionem dictæ legis contractus.¶Et ex hoc infert † φ si sententia est in scriptis redacta, sed per errorem, tunc errore probato valebit sententia secundum quod fuit in veritate, sed secus si non fuerit scripta, sed voce nuncupata fuerit: quia tũc non valeret cum scriptura requiratur.l.fin. C.de sent.ex breuicu. recitan.c.fi.de re iudi.lib.6.Illud etiam consequenter sequuntur Moder.in d.l.quoties.¶Hoc voluit Pet.& doc.l.errore.C.

3 de test. † vbi dixit φ vbi requiritur scriptura, sufficit probare per testes de errore: & ita dicit velle Imo.in c.quoniam contra.de probationibus.bene facit d.l.error.cum ibi no.nõ violando tex.& per l.cum proponeretur. cum ibi no.ff.de leg.2. & ita etiam tenuit Ang.in l.fin.ff.de condi. ¶Et φ commissio facta fuerat ab officialib.de facienda bulla quatuor ballarum pannorum tam de lino, quàm de pãno, videtur probatam saltem per Frãciscum Seueri, & Michaelem Beleti, & etiam Salomonem.

4 lomonem. † & licet ex dictis testibus quidam deponant plus quam alius: vt quia vnus dicat, ꝙ Franciscus & ser Iacobus, & ser Laurentius commiserunt dictam bullam fieri, alius vero dicat ꝙ per Franciscum & per Iacobum fuit facta commissio: tamen isti testes non dicũtur singulares neque varij, adeo ꝙ omnes non probent Franciscum & Iacobum commisisse. l. cum furti. ff. de in lit. iuran. c. 1. de arbi. in 6. vbi hoc specifice not. Archidia. & in c. nihilominus. 3. q. 9. & Spe. in ti. de teste. §. post quid si plu. & Pau. de Leaza. in sua disputatione incipiente, contra instrumentum debiti. & no. Bal. in leg. j. in pen. col. C. de testa. & est de mente Bart. in l. fin. in fi. de leg. 2. dum allegat d. l. cum furti. & hoc tenent moderni, vt Io. de Fant. & Dom. in c. 1. de arbi. in 6. & in d. c. nihilominus. & Io. de Imo. in l. inter partes. ff. de re iudic. & in l. 1. §. stipulanti. ff. de verb. obli. & in c. cum oporteat. circa pen. & vlti. col. de accus. licet enim vnus testis dicat vnum alter plus, non dicuntur contrarij: vt probatur in c. 1. cum glo. prima secundum Ant. de But. ibi, de offi. delega. ¶Nec prædictis obstat, ꝙ dictus ser Laurentius confessus fuit quod cum Veronensis dixisset ser Laurentio & Ioanni Tinctori ista verba videlicet non saueti voi che questi Zudei hanno portati fuori due some de robe haueteli anchora fatta la bolleta. & dictus ser Laurentius respondit ei hoc modo videlicet. ma de no va tu Martino & retienegli la roba, & hoc quia credebat ser Laurentius dictos Hebræos nõ habere bullas, & non habuisse licentiam a dictis datiarijs. ita in effectu se habent verba confessionis suæ: ergo ista confessio videtur refragari dictis testium deponentium, ꝙ ser Laurentius vna cum alijs fecerat commissionem de bulla tradenda, & nulla est magis efficax probatio quàm confessio. l. cum tex. de transact. l. fin. C. de fideicom. l. 1. ff. de inter. act. Quia respõdeo ꝙ posito ꝙ d. Veronensius & ser Laurentius intellexerũt & expresserunt in verbis suis de illo Hebręo & bullis de quib. est quæstio, quando tamen verba confessionis ser Laurentij nõ
5 important † quod in officiali per multitudinem & varietatẽ negotiorum in officio, præsumitur eum non habere memoriiam, & sciẽtiam eorum quę ab ipsomet in officio gesta sunt: vt no. Bart. & alij in l. quod iussit. in vlt. q. ff. de re iudi. per ca. cum olim. de re iudi. standum erit sacramento ipsius ser Laurentij c. pastoralis. de excep. c. si vero de sent. excom. c. præsentium. de resti. no. gl. & doc. in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa. & insti. de act. §. aliæ. & in ca. 2. de temp. ordi. in 6. saltem stante dicta præsumptione, de qua proximè dixi allegando allegata per Bart. in d. l. quod iussit. & ita mihi iuramento attestatur præfatus ser Laurentius. ¶Et per hoc etiam eodem modo poterit esse responsum ad testimonium Veronensij, qui deponit ꝙ ser Laurentius dixit, ꝙ non fecit bullam de dictis ballis. & si quam bullam habebant dicti Iudæi erat falsa. nam potuit hoc procedere ex eo ꝙ non recordaretur dictus ser Laurentius. & istud est tolerabile in officiali, vt proximè dixi. ¶Præterea poterat ignorare ser Laurentius, an Christophorus fecisset bullam.
6 † Nam in facto alterius est probabilis ignorantia d. l. fi. ff. pro suo. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. l. verius. ff. de probatio. ¶Præterea iste testis in dicto suo est vnicus & singularis: ergo non probat. l. vbi numerus. ff. de testi. l. iusiurandi. C. de test. c. in omni. de test. ¶Alij duo testes, scilicet Martinus & Abrahã nihil deponunt, & repugnãt prædictis. nec etiam Christophorus si bene inspiciatur. tamen quia verba Christophori non videntur bene clara, scilicet quo ad hoc an commissum sibi fuerat quòd faceret bullam de ballis quatuor pannorum tam lanæ quàm lini, tenetur: ideo commodius est si iudex ex officio dictum testem repetat: vt patet in d. c. cum clamor. & ibi no. de testi. no. glo. in auth. de test. §. quia vero nulli. cum seq. vbi autem non fuisset probatum de errore prædicto ser Laurentij respectu pannorum lanæ: tamen si de eorum quantitate constaret, non sibi imputari posset culpa pro alijs pannis lineis: quia licite portabuntur. l. si publicanus. §. pen. in §. quia amplius. ff. de publica. & no. Bart. in l. cotem. §. dominus. eo. ti. & Cyn. & Bald. in l. cum proponas. C. de nau. fœno. & sic concludo dictas mercantias non incidisse in commissum.

ADDITIONES.

* §. penul.] Restitue sic. ff. quemadmo. testa. aperian. §. pen. inst. qui. mo. testa. infirmen. Natta.

* Ange. &c.] Facit, quia licet priuilegium Papæ non possit probari testibus, potest tamen eius interpretatio. Abb. in c. auditis, in princ. de resti. in integ. 2. notab. Et in simi. nota per glo. in c. duobus, in verbo. appareat, de rescrip. in 6. & facit tex. in l. 1. §. si autem, & ibi Ange. ff de hæred. insti. Vbi testamentum dicitur in scriptis, licet aliquid suppleatur absque scriptura. Et dicit ibi Bart. quod in sententia, quæ fertur in scriptis, si deest verbum, Condemno suppletur. Sequitur Alecon si. 126. col. 2. lib. 6. Et dictum Ange. in d. l. quoties, sequitur Are. in l. hæredes palam. §. si quid post, innotabil. ff. de testa. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Imperator & Papa habent limitatam potestatem, vnde licet de ea disputare.*

3 *Emptio data causa remunerationis, vel per contractum, nõ potest reuocari.*

11 *Vniuersitas vitiat in appellatione personarum. 34.*

14 *Princeps sine causa, & sine clausula non obstante, potest in modico ledere.*

18 *Princeps potest ex causa totum ius tertij auferre, & priuilegium reuocare.*

26 *Derogatio generalis sufficit.*

CONSILIVM CCXVI.

1 Nec arguendi sumus interdum † si de Principis potestate prout in consultatione præsenti accidit disputare contingat, cum & Imperatori & Pontifici a Deo potestates limitatæ tributæ sint: vt plura sint in quibus eorum authoritas versari non potest patet in c. literas. de resti. spol. & in ca. cum ad monaster. in fi. de stat. mona. 25. q. 1. sunt quædam. & quod legitur & no. in c. ex publico. de conuers. coniuga. & plenè Spec. in tit. de leg. §. nunc breuiter dicendum, & gl. & doc. in præalle. c. cum ad monasterium. & in l. fi. si contra ius. per glo. doct. & per Bald. in l. eam quam. in 12. col. C. de fideic. Videtur igitur in consultatione præmissa, prima consideratione dicendum d. 4. decreta. & priuilegia immunitatum concessa terrę communi Gregni, & Cassigni, Insiglolę, & Beluideris, & Capugnani. inuiolabiliter obseruari debere, non obstante apostolica suspensione & contractu venditionis, & capitulis antedictis: quod probari potest ex pluribus. ¶Et primò: nam decretum concessum terræ & hominibus Gugli emanauit in remunerationem damnorum quæ passi fuerunt homines prædicti pro conseruatione obedientiæ ad statutum communis Bononiæ & in decreto fit mentio & similiter concesio facta omnibus communis Beluideris, fuit concesio in remunera-
2 tionem alias per eos concessam communi Bonon. † Sed ita est ꝙ concesio in remunerationem non dicitur mera liberalitas, vel donatio propriè. ita dicit Bar. in proœmio ffor um. allegat. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hær. & in l. Aquilius. & l. si pater. ff. de don. & cano. & maxime domi. Abb. in rub. extra. de dona. per l. 1. ibi, & propter nullam causam. & c. ff. de don. ¶Et ideo non eget insinuatione: vt no. in pręalleg. l. Aquilius. vbi per gl. & doc. & not. Gui. de Cu. in l. illud. & ibi per Bald. C. de sacrosan. eccle. & Bald. in l. 2. ad fi. C. ne liceat potentiori. & in l. 4. C. qui bo. ced. pos. & Guil. de Cu. & Bald. in l. sic mortis. in fi. C. ad l. fal. in l. fi. ff. de exerci. in lec. antiqua. & per Io. And. in addit. Spec. de instru. edi. §. porro. in addi. mag. & Old. in consilio 219. incip. ad habendam aliqualem notitiam &c. & in consil. 5. incipien. titius dèdit duobus coniugibus.
* ¶Et ideo talis cõcesio ob merita, est omnino irreuocabilis * et si ingratitudo superueniat: allega. l. si pater. §. fin. C. de reuoca.
3 dona. ¶ † Et ideo licet alias priuilegium exemptionis possit reuocari propter ingratitudinem vt not. Bald. in l. 2. C. de liber. & eorum liber. tamen videtur quod vbi esset concessum in re-
* munerationem per ingratitudinem reuocari non posset * per prædicta, quod expresè firmat Bald. in l. si cum mihi. ff. de dolo. vt infra referam. ¶Secundò probatur: nam concessæ fuerũt
4 immunitates † per modum contractus vltro citroque obligatorij, patet maximè in decreto concesso communi omnib. terræ Cassigni & Mulioni, quibus immunitas concessa est cũ hoc ꝙ teneantur suis laboribus & custodijs saluare & custodire arcem terræ rustę, & similiter concesio immunitatis hominibus Beluideris facta fuit cum hoc quod ipsi teneantur continuò ad reparationem castri & etiam ne habeant deserere castrum. Vnde cum pro parte sua homines prædicti adimpleant ea ad

ea ad quæ secundum formam prædictæ concessionis tenen-
tur, non videtur decretum posse per superiorem reuocari : vt
* no.in l.quod semel.per Dy.& Bart.* post gl. ff.de decre.ab or-
di.faci.& no.Bar.in l.oẽs populi.in 3.questione principali.in
vers.supra quæritur vtrum liceat.ff.de iust.& iur.l.item eorũ.
§.ꝙ sicut actor . in gl.& in §.ex his.cũ ibi not.ff.quod cuiusq;
5 vniuer.no.¶† Tertiò confirmatur authoritate Bald.in l.qui se
patris.in 10.col.in ver. hoc scias &c. C.vnde liberi.vbi dicit
ꝙ Imperator non potest feudum auferre sine causa nisi sit pre
cario concessum : quia speciale est in principe vt possit reuo-
care suum priuilegium sine causa cum sit alteri ius quæsitum
secundum Nico.Mat.vbi refert alleg.l.qui fundus.C.de om-
ni agr.deser.li. 11.reprobata opi.Gui.de Suza.& Bald.ibi ple-
nius recitat nisi concedatur priuilegium prætextu concessio-
nis factæ a suscipiente quæ continet aliquam dationem vel fa
ctum, quæ habet perpetuam commensurationem cũ conces-
sa,tunc.n.reuocare non potest : quia dolum committeret.ff.
de dolo.l.si mihi.secundum Nico.de Mat.reassumpsit Bal.in
6 præall.l.qui se patris. ¶† Quartò p id quod dixit Bal.in d.l.si
cum mihi.ff.de do.vbi dicit ꝙ per illã.l.decidit Nic.de Mata.
quod si statuto ciuitatis cauetur, ꝙ quicunque venerit ibi ad
habitandum & steterit ibi per certum tempus sit exemptus a
collectis.ꝙ si postea ciuitas facit statutum in contrarium, in
præiudicium illorum qui iam venerunt, poterunt illi iuuari
per exceptionem vel actionem de dolo.¶Per illam.l.subdit ẽt
Bal.ibi ꝙ priuilegium concessum quod nõ pendet ex sola au-
thoritate concedentis, sed ex iure acquisito alteri, propter qđ
factum cui concessio facta est,reuocari non potest.¶Et p hoc
dicit se consuluisse in ciuitate Senarum, ꝙ priuilegium datũ
quibusdam bannitis, vt possint secure morari in ciuitate,eo ꝙ
eorum opera occupauerunt quoddam castrum, est irreuoca-
bile,per dictam.l.si cum.& per gl.in l.decurionibus.C.de si-
lent.& decur.li.12.quam gl.per singulari alleg. Bal.in c.fi.in
prin.quo temp.miles.& Bal.in l.si quando in prin.C.de inof.
test.& l.fi.C.si ꝯ ius. C.de Iustiniano cod. confirman.in prin.
& in l.non plures.in fi.C.de sac.san.eccle. ¶Et pro hoc etiam
alleg.Bal.in preallegata.l.si cum mihi.ꝙ donatio facta ob me
rita non potest reuocari,nec eget insinuatione:allegat dictam
7 leg.Aquilius,& l.si pater.in fi.de don.¶† Quintò per id quod
dixit Inn.& doc.in c.nouit.de iudi.& Archi.11.q.1.quicun
que.& c.licet canon.de elect.in 6.vbi dicunt ꝙ vbicunq; lex,
vel statutum, vel priuilegium transit in contractum,vel priui
uilegium non potest reuocari sicut nec contractus l. sicut.C.
de actio.& oblig.l.perfecta.C.de dona.quæ sub modo.l.2. C.
ne lic.ab emp.disce alleg.no.c.constitutus.de religi.domi.&
sequitur do.Ant.in c.quæ in ecclesiarum.de consti. ¶Idem ẽt
dicit Bald.in l.fi.C.de consti.ob.cau.vbi dicit quod si statuto
cauetur,ꝙ quicunq; doctor legat medicinam de mandato,ha
beat a communi centum aureos pro salario . Et quidam post
8 statutum incipit legere ꝙ non potuerit sine causa cassari:quia
transiuit in contractum.alleg.no.in d.l.semel. ¶† Sextò con-
firmatur quia cum vltro citroque obligatoria emanauerunt
præcedente supplicatione impetrantium, videtur contractus
initi per epistolam iuxta.l.consensu.ff.de acti.& obli.l.j.in fi.
ff.de contrahen.emp.l.qui autem.cum l.seq.ff.de consti.pec.
Sed princeps suum contractum seruare tenetur. c. 1. de nat.
feu.& in c.infra de proba.& ibi not.Io. And.in l.digna vxor.
vbi hoc not.Guid.de Suza.& Bal.C.de leg.& Bal.in l.ex im-
perfecto.C.de testi.& Bal.in l.penult. C.de dona.inter vir.&
9 vxor.& ibi dicit quod priuilegium ciuitatis cõcessum comi-
tatensibus, aliquo dato reuocari non potest . ¶† Idem voluit
Gui.de Suza. in quæstionibus suis.in q.incipiente, statutum
est quod quicunq; venerit ad habitandum Regij , habeat im-
munitatem vsq; ad 4. annos. aliqui iuerunt eo modo. ciuitas
a vult reuocare, quæritur an possit. arguit quod non , [a] per l.2.
C.de indic.vidui.ibi dum dicit,augere &c.& ff.de bon.dam
nat.l.cum ratio.ibi.ampliorum imperium allegat:quia ciui-
tas nobilissima dicitur quæ pacta obseruat. ff. de inced.ruin.
nau.leg.j.in princi. In contrarium allegat quod non valeat.&
reuocari possit:per l.vacuatis.C.de decur.lib.10.Soluit quod
prima oppositio sit verior quia l. vacuatis.intelligitur quãdo
immunitas datur omnibus ex quibus propter hoc ciuitas nõ
augetur.& ita respondet ipse.& idem tenuit Io. And.in addi.
Spe.in tit.de censi.§.nunc dicendum.in addi.incip.per hanc
legem &c.vbi refert Guid.de Suza. ita tenuisse per l.fin.ff.de
pact.& per l.si post mortem.§. fi.ff.de bono.pos.contra tabu.
10 ¶† Septimò princeps non potest sine causa auferre ius quæsi-
tum iam alteri : ita dixit gl.22.dist.c.j.in gl.quæ incipit,nec
Papa &c.& Io.And.in addi. Spec.in tit.de lega.§.nunc osten-
di.super ver.57.& no.Inn.& Io.And.in c.Innotuit.de elec.&
in c.quæ in ecclesiarũ.de consti. & dato quod sine causa pos-
sit ius alterius auferri de plenitudine potestatis: vt no.gl.in c.
constitutus.de relig.domi.& Spe.in d.§.nunc ostendendum.
ver.89.& no.gl.15.q.j.ecclesiæ.& Bal.post Cy.in l.rescripta.
C.de preci.impera.offer. & Bal.in l.fi.in 2.col.ff.de constitu.
princip.vbi ad hoc allegatæ l.qui fundo.C.de omni agro de-
serto.lib.11. tamen princeps non videtur velle vti plenitudi-
ne potestatis: vt no.Inn.in d.c.innotuit.de electio.& Ange.in
l.bene à Zenone.de quadrien.præscri.facit.l.bonorum.& ibi
Bal.C.qui admit.& l.quanquam.C.de testa.milit.& Bal.in l.
2.C.de communi re. alienatio. & probatur in l. si quando.in
prin.C.de inoffi.testa.¶Octauò:nam suspensio sanctissimi do
mini concernit tantummodo immunitates concessas eccle-
sijs,seu priuatis tam clericis quàm laicis:ergo non cõprehen
dit communitates & vniuersitates hominum prædictorum
11 † cum appellatione personarum [b] non cõprehendantur pro-
b priè etiam strictè sumpto vocabulo vniuersitates. in auth.itẽ
quemcunq;.C.de episc.& cle.& ibi no.Bal.facit tex.in c.Ro-
ma.§.vniuersitatem.de sentent.excom.in 6.& l.mortuo.ff.de
fideius.& no Io.And.c.cum in illis.de præben.in 6.in nouel.
¶Et ideo statutum faciens mentionem de persona. non com-
prehẽdit ciuitatem, castrum, vel aliam vniuersitatem quæ est
persona ficta: ita dixit Bal.in l.omnes populi.in pen. col.ff.de
iust.& iure & sequitur Pet.de Anch.in repe.c.canonum statu
ta de consti.circa fi.ver.circa tertium membrum vtrum statu
tum extendatur ad casum fictum &c. ¶Et si constituo te pro-
curatorem ad agendum contra omnem personam mundi nõ
videor te constituisse ad agendum contra collegium, vniuer-
sitatem vel rempublicam.ita dixit Bald.in rub. C.ad Trebel.
neq; contra communitates cum nõ veniant appellatione per-
sonarum cum dicantur habere rempublicam saltem large.l.
sed & his.circa princ.ff.de publicia.not. in auth.de hæred.&
fal.in prin.& in l.cum vectigal.de verb.sig.no.do.in l.res. pu
blica.C.quib. ex cau.ma.& in rub.C.de iure fis.lib. 10.& Cy.
12 & Bal.in l.j.§.etiam per proc.de in integ.resti.¶Nonò † quia
princeps per generalem illam suspensionem decretorum im-
munitatum non debet præsumi præiudicare illis quibus iam
ex causa onerosa , id est per priuilegium transiens in contra-
ctum ex quo erat ius iam quæsitum, sicut videmus in genera-
li dispositione vel arbitrio non venit ꝙ quis ius alteri acquisi
tum auferat vt determinat gl.no.in d.cle.sepe.in ver.defensio
nes.de verb.sig.quam summè no.doc.in l.filiusfa.ff.de dona.
& Bal.in l.cum antea.C.de arb.& in l.milites.C.de test.mili.
not.per Bart.in l.ambitiosa.ff.de decre.ab ord.fac.in 3.col.&
Bar.in procemio.C.in 2.col.& ibi per Bal.in fi.& Bald.in l.1.
ff.de mili.testa.& in l.si quis maior.in prin. C.de transa.& in
l.si post tres.in lectura in 21. col. ff. si quis cau.facit.l. liber-
tus.ff.de oper.liber.c.quintaual.de iureiur.l. quam Tubero-
nis.§.alia.& l.qui pec.ff.de pecu.¶Vnde videtur ꝙ decreta im
munitatum de quibus specialiter est facta mentio, illa reman
serunt & teneant maximè cum in his sit apposita clausula nõ
obstante, quia licet non teneat præstatio & concessio immu-
nitatis à datijs & gabellis.l.omnium.C.de vectig.& com.l.va
cuatis. C.de decur. l. 10. tamen fallit nisi inserta sit Clausula
13 non obstante: vt probatur in præall.l.vacuatis.¶†Decimò &
vltimò videtur ꝙ debeat in prædictis recurri ad interpreta-
tionem domini Legati & magnificorum dominorum sexde-
cim reformatorum status , nam dictus Titius emit datia ad
pacta & capitula noui campionis , in quibus capitulis conti-
netur ꝙ omnia decreta immunitatum sint suspensa pro certo
tempore : & in fi. dictorum capitulorum continetur ꝙ circa
capitula prædicta cõtingat in aliquo dubitari, stari debet in-
terpretationi & declarationi dictorum reuerendissimi Lega-
ti,& dominorum sexdecim & ad statuentes spectat suum sta
tutum interpretari.c.ex parte vestra de verb.sig.& ibi no.ple
nè:& no. Bar.in l.omnes populi in 6.q.prin.in pri.ff. de iust.
& iur.& Bal.& Ang.in l.ex facto.in prin.ff. de vulg.& pupil.
¶Et sic ad concedentem priuilegium suum interpretari.c.cũ
venis-

venissent.de iud.c.cum tempore.de arb.l.2.& l.fin.C.de leg.
¶Et ad iudicantem spectat suam sententiam interpretari.l.ab
executore.& ibi plenè no.in prin.ff.de app.l.j.in fi.ff.de pręto.stipu.& in l.in prætoris.eod.titu.¶Eius.n.est interpretari,
cuius est condere.c.inter alia.de sen. excom. 11.q.1.ex his &
probatur in c.1.de post.præl. ¶Et ex his præmissis itaq; videtur prima facie hanc consultationem retineri posse. ¶Sed eis
non obstantibus arbitror ex pluribus contrariam sententiam
14 de iure probabiliorem esse,† & primò quia princeps etiã sine
causa modice potest lædere etiam sine clausula non obstante
d.l.quoties.C.de præci.imp.offe.& ibi no.facit ca.pastoralis.
de app.in c.ex parte. el 2.de offic.delega.cum ibi no.& plenè
15 no.Inno.in præalle.c.quę in ecclesiarum.¶†Vnde potest prin
ceps differre exactionẽ.& sol. & interim non current vsuræ &
exactiones: vt d.l.quoties.cum ibi no.per Cyn. in 5.q.Sed hic
differtur seu suspenditur vsque ad biennium tantum executio dictorum decretorum ꝙ biennium dicitur esse tempus
modicum non autem longum.l.fideicommissa.§.aristo.ff.qui
& a quibus.l.1.§.quod ait.& ibi no.ff.de superfi.patet in rub.
C.de præscr. lon.tempo.no.per gl. in rub. C.quæ sit lon.consue.& in l.si filius.C.de pet.hære. & in l.cum de in rem. verso.ff.de vsu.& ha.ff.si ager vecti. vel emphy.pet.in l.licet.C.
de acqui.poss.& in l.furtum.§.fundum.ff.de vsu.& gl.& doc.
in clemen.1.de reb.eccle. non alie. & sic cesset disputatio. de
qua per Petr. & Cyn. in d. l. quoties. qui dubitat an illa lex
16 locum habeat in dilatione decem annorum. ¶ † Secundò, nã
princeps potest ea quæ sunt inducta de iure diuino, naturali,
vel gentium tollere etiam sine causa cum clausula non obstante,etiam si agatur de alterius graui præiudicio: vt firmat glo.
& doc.in l.fi.C.si contra ius.& in d.l.quoties. & in l.1.de cõsti.pri.d.l.rescripta.& Inno. & Can. in c.quæ in ecclesiarum.
de consti.& in c.quia plerique.de immu.eccl. Et priuilegium
a se concessum reuocare potest: vt no.in gl.fin.in ca. decet.de
reg.iu.in 6. & Ange. in l.Antiochensium. ff.de priuile.cred.
vbi dicit quòd etiam sine aliqua causa hoc reuocari potest.
17 ¶†Tertiò soli principi reseruatum est in priuilegium vt ius
alterius etiam sine causa auferre põt: vt no. glo. in c.constitutus.in versi.a quocunque iudi.de reli.domi.& gl.6.q.1.ecclesiæ.& gl.pen.9.q.3.cõquestus.per tex.11.q.1.frater Adrianus.
no.Spe.& Io.An.ti.de leg.§.nunc ostendendum. versic.48.&
versic.89.& Bald.in l.fi.in 3.col.ff.de consti. prin.& in d.l.re
18 scripta.¶†Quartò princeps ea quæ concessit potest ex causa reuocare. cum reuocatio tendat ad præiudicium subditi. text.
est secundum intellectum Inno.ibi in c.cum nostra. de iniur.
& dam.da. & ibi hoc apertè firmat Anto. de But. qui dicit ꝙ
opi.Bart. in l.omnes populi. ff.de iust. & iur.tenentis ꝙ non
possit reuocari statutum quando transiuit in contractum, debet intelligi in non subdito.Sed dictum Inn.in d.c. in nostra.
procedit in subdito per illum tex.& idem tenet An.de But.&
do.Card.& Io.de Imo.in præalle.c.nouit. de iudi. & c.quæ in
ecclesiarum de consti.sed illa suspensio decretorum.& immunitatum facta fuit inter subditos ex causa concernente vtilitatem publicam, vt patet in eodem: ergo potest dici suspendi
potuisse ea quæ transiuerunt in contractum.¶Pro hoc, quia licet princeps non potest auferre dominium acquisitum ex contractu iuris gentium, secundum magis communem sententiam:†tamẽ ex causa illud tollere potest: & maximę si sit cau
19 sa publicam vtilitatem respiciens.l.item si verberatum. §.j.ff.
de rei vendi.l.Lucius.ff.de euic.l.venditor.§.si constat. ff.cõmunia prædio.probatur in l.2. & ibi Ange. & l.bene a Zenone.C.de quadri.præscrip.& firmat Inno.in præalleg. cap.quæ
in ecclesiarum.& in c.quia plerique. de immu. eccle.& Bart.
in prœmio.fforum in princ.& in l.fi.C.si contra ius. Pe.Cyn.
in d.l.rescripta.& ibi Bald.¶Et ideo dicunt Bal. & Ange. in l.
Antiochensium.ff.de priui.credi.& in d.§.si constat.& in d.l.
bene a Zenone. quòd superior propter publicam vtilitatem,
puta propter concordiam & pacem ineundam potest remittere iniurias & damna subditis illata: allegat text. cum ibi not.
per Inno.in præalleg. c.in nostra. & per text. in l.si quis in li-
20 bello.in fi.ff.de capt.¶†Et pro hoc optimè text. in l. quod semel.ff.de decre.ab.or.fa.vbi etiam inferior. puta decuriones,
licet suum decretum reuocare non possint, tamen fallit propter causam reipublicæ expedientem vt ibi. & intelligitur illa,l.decreto.quòd transiuit in contractum, vt ibi per gl.in verbo item speciale.& ibi clarius hoc tenet Dyn.& Bart.ita & ibi
est casus coniuncta glo. & dicunt doc. quòd decretum quòd
transiuit in contractum, potest reuocari ex causa respiciente
publicam vtilitatem & ita nullum tex. ad hoc præcisè allegat
Ang.in l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris. ¶Accedit quartò ꝙ no.glo.in c.constitutus.in verbo,quæcunque. de reli.domi. quę firmat quòd etiam inferior cum causa potest ius suũ
alteri auferrè: dato quòd non potest sine causa. & no.per glo.
25.q.2.in summa.& per Bart.in prœmio fforum, in prin.&
21 statim confirmabo.¶†Quintò ad idem quod not.Bar.in l.quicunque.in fin.C.de fide instru.& iure hastę fisc.lib.10.vbi dixit quòd per illam. l.videbatur quõd illi qui emerunt a communi Perusij vendente res bannitorum, non cogantur reddére ex bannitis ex forma capitulorum pacis hoc dicẽtium. sed
in contrarium dicit esse veritatem. quæstio prædicta loquitur
quando Imperator rescribit propter publicam vtilitatem, q̃a
tunc potest res priuatorum auferre,eodem modo ciuitas: allegat.l.certa forma.C.de iure fisci. lib.10.& d. l.idem si verberatum.& d.l.Lucius.& d.§.consuluit.¶Et secundum hanc decisionem debet intelligi id quod no. Cy & Bald. post eum in
l.Gallus.§.& quid si tantum.in vlt.col.in versi.3. q.est &c. ff.
de libe.& posthu.vbi dicit quòd si ex forma statuti bona occidentis applicantur hęredibus interfecti,& Titius occidit seruum Seij & propter hoc fuit bannitus,& bona eius applicata
hęredibus Seij, quod non poterit ciuitas per statutum vel reformationem restituere bannitum ad dicta bona. allegat ad
hoc Cyn.& Bald.text.in l.1.ff.de doli exce.& l.toties. de pollicita.& quòd no.in l.fi.C.si contra ius. & ita refert fuisse determinatum per legatum Bono.Nam istud procedit in præiudicium tertij quod non potest fieri sine causa. aliàs secus, vt
proximè dixi.¶Et ita etiam no.Bald.de pace constan. in versi.
priuilegia.cum seq.Bald. etiam in l.fin.in princ. ff.de senato.
in princ. decidit principem ex causa posse ius acquisitum ex
contractu inito auferre.allegat.l.qui fundos. C.de omni agro
de lib.10.& Bald.in l.pen.C.de dona.inter vir. ¶Causa autem
propter quam fuit facta Romano Pontifi. dicta decretorum
suspensio,est in apostolicis literis expressa, scilicet quod redditus & prouentus propter dictas immunitas sunt adeo dimi
* nuti, vt nequeat incumbentia reipublicæ supportare: *quæ
causa dicitur esse satis probata per verba illa narratiua vt in
clemen.1.cum glo.in verbo,fecisse narramus.de proba. & gl.
penul.in c.nonnulli.de rescrip. ¶Facit quod habetur in ca.cũ
a nobis.& ibi doct.de test. & maximè cum Papa in dictis literis asserat se de prædictis plenam notitiam habere ad hoc, vt
no.in cle.2.in fin.de rescrip.& in c.statutum.in ver. literarũ.
22 eo.tit. lib.6. † nam vbi princeps aliquid ex certa scientia facit: credendum est illud esse verum. nec debet in dubio rescricari, ita dicit Bart.in l.conficiuntur.ff.de iure codicil. per l.2.
C.de litig.& cap.1.& 2.de confir.vti.no. Bald.in l.fin. C.senten.rescin. non pos. ¶†Quinimo etiam si nulla esset expressa,
23 c tamen in principe [c] semper præsumitur causa. ita tenuit Cyn.
& Bald.in l.rescripta.de preci.impe. offe.& Iac.But.in l.fina.
C.si contra ius.Anto.de But.& Ioannes. de Imo.in c.cum inter.de renuncia.& allegat. c.quæ in ecclesiarum & Bal. in l.si
testamentum.C.de test.& dom.Abb.in d.ca.cum olim. in 8.
col.de re iud.facit c.in præsentia.de renuncia. cap.cum inter
cap.sicut.de re iudi.& quod no.glo.fin.in l.relegati.ff.de pœnis.& sequitur Ant.de But.in cap.constitutus.de reli.domi.
24 ¶†Sextò confirmatur vbicunque princeps apponit clausulã,
ex certa scientia.videtur vti plenitudine potestatis, vt no.glo.
in cap.ad hęc.de rescrip.& in c.ex parte. el 3.de offic.delega.
& Old.in consi.256.incip.factum tale est. & Bald.in l.eos q.
in prin.C.de appe.& Imo.in l.quidam consulebant.de re iud.
& l.Barbarius Philippus.in fi.ff.de officio prætoris. ¶Sed ita
est ꝙ vbi dubitatur an princeps voluerit ius alterius auferri,
inspicitur an vti voluerit plenitudine potestatis, puta adijciẽdi clausulam non obstante, aut aliud simile; quo casu præsumitur voluisse auferre ius alteri quæsitum quomodocunque
etiam si tractetur de graui præiudicio. ita concludit do.Ant.
& expressius Ioan.de Imo.in cap.quæ in ecclesiarum. & allegat no.per Cyn. post gl.in l.fi. C.si contra ius. ¶Subdit etiam
quod semper præsumitur etiam princeps velle ius tertij ledere, vbicunque modicè ledit per d.l.quoties. ¶Sed ita est quòd
dictis literis apostolicis est adiecta clausula, ex certa scientia:
seu

seu de prædictis plenam notitiam habentes &c. Et etiam agi-
tur de modico præiudicio, vt ostensum est supra, ergo præsu-
mitur Principem voluisse dictas immunitates quomodocun-
que quæsitas suspendere. ¶ Pro hoc etim facit, quia Princeps
adiecit se hoc facere ex causa tendente in vtilitatem reipubli-
cæ; quæ verba non est præsumēdum sine ministerio & iuris ef-
fectu fuisse adiecta. c. si Papa. de priui. in 6.& l. si quando. in
prin. ff. de leg. 1. quoniam prçsumitur habere omnia in scrinio
pectoris. l. omnium. C. de testa. c. 1. de consti. in 6.& quod pri-
uilegia quæ in contractum non transiuissent, poterat reuocare
& sine aliqua causa, vt no. glo. in præalleg. c. constitutus. & di-
xi supra in secundo & tertio argu. vnde cum causam expressit,
indistinctè omnia priuilegia suspenduntur etiam quæ in con-
25 tractum transiuissent. † Septimò confirmantur prædicta per
verba apposita in suspensione prædicta dicentia, suspendimus
omnes & quascunque indulgentias, & concessiones, & immu
nitates, & priuilegia seu decreta huiusmodi &c. illa enim ver-
ba geminata omnes & quascunque indulgentias &c. debent
aliquid operari vltra illud quod operantur verba simplicia:
hoc probatur in tex. valde singulari secundum omnes in l. ba-
lista. ff. ad Treb. ꝙ verba geminata quantacunque pecunia ex
hæreditate mea ad te peruenerit restituat Titio, operantur vt
omnes veniant in restitutionem fideicommissi, & etiam quæ
aliàs non veniunt si fideicommissum esset iniunctum per ver-
ba simplicia, puta fructus. ¶ Ad idem glo. not. in ca. vt circa. in
verbo, omnia & singula. de elec. in 6. vbi ratione verbi gemina
ti, s. omnia & singula exprimant &c. operatur vt non sufficiat
exprimere factum simpliciter, sed requiratur expressio qualita
tum. ¶ Vnde dicit Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in 9. q. ꝙ
nedum clausulæ, sed etiam minimum verbum non debet esse
sine virtute ad aliquid operandum si potest. allegat. l. hac lege.
26 ff. de contrahen. emp. ¶ † Octauo fortificantur, nam genera-
lis derogatio sufficit absque eo ꝙ ad speciem deueniatur, etiā
dato ꝙ specialia priuilegia de quorum derogatione agitur ha-
berent speciales clausulas derogatorias. ita dicit Fede. de Senis
in consi. 47. inci. habito super casu prædicto collatione &c. &
deliberatione conuenienti. & etiam allegat. c. quia sæpe. de ele.
in 6.& in c. vt officium. §. concedentes. de homi. eo. titu. & c.
alma. ad. fi. de sent. excom. in 6.& cle. 1.& ibi no. in d. cle. 2. in
fine. de sepul. cum concor. tex. in cle. ex frequentibus. & in ca.
cum ex eo, de senten. excom. & ꝙ no. in glo. in ver. rescripto. in
l. 1. C. de natu. libe. & in auth. de non alie. §. ad hoc autem &.
tabellionem. in ver. participans. & quod habetur in c. 1. de ex-
cess. præla. in 6. cum ibi plenè no. per Io. And. in nouella. Et no.
Bart. in extrauaganti, ad reprimendum. in versi. non obstanti-
bus. & in l. fi. C. si contra ius. & Bal. de pace constan. in verbo,
libellorum alias est in ver. non obstante. & per Canonistas in c.
1.& in c. nonnulli. de rescrip. & in c. 1. de consti. lib. 6. cum si.
¶ Sed Pontifex in dicta suspensione derogat generaliter omni-
bus indulgentijs, concessionibus, & immunitatibus quibuscū
que ergo &c. absque eo ꝙ specificet quas immunitates intelli-
gitur sufficienter omnibus derogasse pro hoc, quia etiam dato
ꝙ dictæ immunitates transiuissent in contractum: tamen non
potest negari quin immunitates dicantur: ergo cum deroga-
tur omnibus & quibuscunque immunitatibus, nulla censetur
immunitas excepta. l. Iulianus. in prin. ff. de leg. 3. l. a procura-
tore. C. mandati. c. solitæ. de maiorita. & obedien. 19. distin. si
27 Romanorum. ¶ † Nonò dicta suspensio decretorum & immu
nitatum emanauit ob magnam reipublicæ vtilitatem, s. ex eo
quia redditus cameræ ciuitatis Bononiæ non suppetebant ad
onera reipublicç deportanda, vt narratur in dictis literis Apo-
stolicis, quibus in hoc standum est vt dixi superius. Sed ita est
ꝙ nullus ratione immunitatis potest se excusare a necessitati-
bus reipublicæ de nouo superuenientibus, vt voluit Bald. per
illum tex. in l. 1. C. de sac. san. eccle. vbi dicit not. ex hac lege ar
gumentum quod a necessitatibus imminentibus ecclesię Ro-
manę propter guerram, nullus potest se excusare ex ratione pri
uilegij siue concessum sit personæ; siue dignitati suæ personæ:
quia vtilitas publica est cuilibet priuilegio præferenda. secun-
28 dum eum. ¶ † Ad idem quod no. Dy. & Bald. in l. si ex toto. in
prin. ff. de leg. 1. vbi dicunt quod si fuit concessa immunitas a
collectis ꝙ non intelligitur cōcessa immunitas a collectis quæ
imponerentur ratione guerræ postea superuenientis. l. 1. cum
gl. vt nemini lice. in emp. Spe. lib. 10.& no. Ioan. And. in titu.
de censi. §. 2. ver. erat alia quæstio &c. in addi. Spe. per do. Ant.
in c. peruenit. de immu. eccle. per hoc quod notat. Barto. in l.
29 quod ad præsens. de murile. lib. 11. in fi. ¶ † Et per illam l. di-
xit quod licet ex forma statuti tenentes lacum Perusinum non
teneantur ponere in platea tali die, nisi certam quantitatem pi
scium: tamen si ex causa multitudo gentium superuenit, po-
terunt tenentes lacum cogi ad portandum plus, s. tantū quod
sufficiat pro repletione corporis. non est ergo absurdum dice-
re quod per dictam necessitatem prædictæ communitatis, im-
munitatibus non gaudeant: quia etiam concedentes non vidē
tur sustulisse in hoc casu immunitatem concessam, vt patet ex
prædictis. ¶ Decimò considero ꝙ Pontifex in fine dictæ suspen
sionis seu in literis Apostolicis excipit a dicta suspensione om
nes immunitates, quæ concessæ essent forensibus ad habitan-
dum in ciuitate Romana. & sic ad forenses excipit priuilegia
immunitatis quæ concedunt, vt aliquis de nouo veniat ad ha-
bitandum quam primum ille ad habitandum veniret transit
in contractum. nota. Barto. in præalleg. l. omnes populi. in 3. q.
prin. Et alij quos allegaui modo sic exceptio declarat regulam
tex. est in l. nam quod liquidæ. in fi. ff. de pen. leg. & l. si ita lega
tum. in prin. ff. de leg. 1. secundum intellectum. Ioan. de Imo.
ibi. ¶ Et dato quod dicta suspensio profectò in specie non com
prehendat immunitates quæ transiuissent in contractum: ta-
men negari non potest quin dicta verba generalia non osten-
dant omnimodam mentē ipsius disponentis. l. si quis in prin.
testa. ff. de leg. 3. l. fina. C. quod cum eo. ca. qui ad agendum. de
proc. in 6. l. quam tuberonis supra alleg. ff. de pecu. leg. l. apud.
§. hoc edictum. ff. de iniu. ¶ Ergo per dictam exceptionem de-
claratur quæ fuit dubia intentio Pontificis generaliter loquen
tis & suspendentis omnes immunitates: aliàs enim si Pontifex
noluisset suam suspensionem trahi * ad immunitates quæ tran
siuissent in contractum; non erat opus excipere immunitates
concessas forensibus venientibus ad habitandum. & hæc ra-
tio me vrget & in hanc sententiam traxit. ¶ Pro hoc quia ex-
ceptio firmat regulam in non exceptuatis. l. in his. cum ibi no.
ff. de legib. & in authen. de non alien. §. vt autem. ergo in alijs
immunitatibus præterquam in his quæ concessæ sunt foren-
sibus venientibus ad habitandum firma manet suspensio. ¶ Re
liquum est vt ad allegata in contrarium respondeatur. ¶ Ex pri
mò non obstant argu. supra primo loco facta quæ ad id tendāt
scilicet quod dicta decreta fuerunt concessa non ob meram li-
bertatem, seu propter remunerationem. ¶ Et aliqua decreta ex
eis fuerunt concessa ob causas vltro citroque obligatorias, &
transierunt in contractum. & sic videantur irreuocabilia, per
30 plenius allegata in dictis argumentis. ¶ † Quia respondeo pri
mò quod est verum ꝙ concessio vel donatio remuneratoria
non posset reuocari per priuatum etiam respectu ingratitudi-
nis, sed per Principem vel superiorem potest etiam sine causa
in casu modici prçiudicij ei cui ius acquisitum esset vel etiam
cum graui præiudicio lædere potest & reuocare concessiones
quæ in contractum transiuerunt dummodo ex causa faciat,
& subditus sit ille cui præiudicium infertur, vt plenè probaui
in quinque primis argumentis huius vltimæ partis: vbi etiam
ostendi dictam suspensionem suam fuisse cum causa factam.
¶ Non obstat septimum argu. quod princeps in dubio videtur
velle vti plenitudine potestatis: & sic in dubio nō videtur vo
luisse auferre ius alteri quæsitum: quia respondeo ꝙ dato ꝙ
Pontifex Romanus in suspensione prædicta voluisset vti pleni
tudine potestatis: tamen de potestate ordinaria, & sine clausu-
31 la non obstante. l. &c. † potuit pro modico tempore suspen-
dere executionem dictorum decre. quia modice præiudicari
potest sine plenitudine potestatis, & sine clausula non obstan-
te præalleg. l. quoties. cum ibi nota. ¶ Item respondeo quod
princeps dictam suspensionem fecit cum causa tendēte ad vti
litatem reipubli. quo casu etiam absque eo ꝙ vtatur plenitu-
dine, potest ius alteri quæsitum auferre, patet quia etiam infe-
rior a Principe ex causa ius alteri quæsitum auferre potest. l.
venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. c. nostra. & ibi
no. de iniu. & dam. da. not. glo. in c. constitutus. de relig. do. &
glo. 25. q. 2. in summa. & Barto. in l. quæcunque. C. de fide in-
strumen. & iur. hast. fis. lib. 10.& Barto. in procemio. ff. in prin
cip. & in l. antiochensium. per illum text. ff. de priuile. credi-
to. & ibi expresè Ang. & dixi supra maximè in quarto & quin
to argumen. vltimæ partis. ¶ Item respondeo quod datò quod
necesse

necesse fuisset principem vti plenitudine potestatis, apparet
quod voluit ea vti:& patet per clausulam ex certa scientia, vt
probaui in sexto articulo vltimę partis.¶Accedit quod dixi in
decimo arg. vltimę partis in qua probaui mentem Pontificis.
omnino fuisse derogari immunitatibus ét quę in 9ctum tran-
sijssent. ¶Ad octauum argumentum ꝙ tantummodo sit facta
suspensio immunitatum concessarũ ecclesijs seu priuatis per-
sonis tam clericis, quàm laicis, & per consequens non com-
prehendentur vniuersitates seu communitates quæ propriè
non veniunt appellatione personarum priuatarum &c. Re-
spondeo pluribus modis: & primò per doctrinam gloss.not.
in l.tale pactum.§.fi.in glo.fi.ff.de pact.quæ not. voluit quòd
32 † dispositio etiam stricti iuris semper extendatur ad casum &
personas in quibus verosimile est idem statutum fuisse per di-
sponentem si de hoc interrogatus fuisset. Et habet locum glo.
illa tam in conuentionibus, quàm in rescriptis & statutis, vt
ibi not.Bar.ad hoc.& illam gl.not. Bal.in l.2.C.quę res pign.
oblig.poss.pro qua gl.bene facit.l.Titius.§.Lucius Titius. se-
cundùm Pau.de Cast.ibi.ff.de libe.& posth. Sicut Pontifex su
spendit decreta concessa ecclesiæ, & ecclesiasticis personis cũ
quibus mitius est agendum.c.1. de dolo & contu.12.q.2.reli
giosum.ff.de relig.sunt personæ.ergo verosimile est Pontificẽ
velle statuisse in vniuersitatibus prædictis, postquam hoc sta-
33 tuit in vniuersitatibus ecclesiasticis. ¶†Secũdò pro hoc facit:
quia vbicunque est expressa ratio in dispositione aliqua,etiam
strictissimè intelligenda: tunc fit extensio ad causas similes
quas identitas rationis pariter associat.gl.est in clem.1.in ver-
bo eligatur.de elect.quam sequitur ibi Io.de Imo. & ibi refert
Ant.de But. & ita not.gl.& doct.in clem.1.in ver.collatione.
de rerum permut.in 6. & in clem.1.in glo.pen.de rerum per-
mut.& in clem.auditor.in verbo beneficio.de rescrip.& gl.in
auth.vt hi qui oblig.perhibent res minorum. in princ.in ver.
ad curationem.& ibi Angel.in ver.quomodo an possidens. &
gl.in authen.minoris debitor.C.qui dari tu.pol.& Bar.in l.li-
ber.circa fin.1.q.quam ponit ibi.Bal.& Io.de Imo.in fin.ff.de
34 hæred.instit.& Sal.in l.si serui nostri. C.de noxa. ¶†Et potis-
simè vbicunq; fit extẽsio ad personam siue ad casum qui sub-
lata[c] significatione vocabuli poterat comprehẽdi sub expres-
so per not.per glo.in d.clem.auditor. & in d.clem.1.de elect.
iunctis ibi not.per Pau.de probat. secundùm Io.de Imo.in l.si
verò.§.de viro.ff.sol.mat.dum tractat de extensione circa cor-
rectoria:& ita etiã ipse dicit in consilio suo incipiente, Petrus
filij Antonij Caroli.probatur etiam in l.filiũ habeo. ff.ad Ma-
ced.& in l.Senatusconsultus. ff.de ritu nupt.iuxta l.liberorũ.
& l.iusta.de verb.sign.& in l.quòd si nepotes.de testam.tutel.
35 † Sed ita est quod sublata significatione,appellatione personę
comprehenditur etiam vniuersitas.l.metum.§.animaduerten
dum.& ibi hoc not.Bar.ff.quod me.cau. & ideo dicit Bald.in
d.l.metum.ꝙ si constituo te procuratorem cõtra homines, vi-
deor etiam te constituisse contra vniuersitatem & collegium
vniuersale.& Bal.in l.quicunq;.in 4.col.C.de ser.fug.vbi for-
tius dixit quod statutum,in quo dicitur, quæcunque persona
36 etiam comprehendit vniuersitem. ¶†Bal.in c.1.in prin.de no
ua forma fidel. dicit quod si iuro me tibi fidelem contra om-
nem hominem,videor etiam tibi iurasse fidelitatem contra v-
niuersitatem;per dictam l.metum.quia sublata significatione,
appellatione personæ comprehenditur vniuersitas. videtur ét
tenere Io.And.& doct.in d.c.cum illis.§.1.de præben.in 6. &
similiter castra,& villæ potius accedũt rei priuatæ quàm Rei-
publicæ,maximè propriè sumpto vocabulo.& not.gl.& Iaco.
de Bel.in auth.de hære.& falc.in princ.& sic possunt compre-
hendi sub appellatione personarum priuatarũ. ¶Vnde in pro-
posito ratio suspensionis immunitatum videtur fuisse expres-
sa in dictis apostolicis literis: quia per illas immunitates erant
diminuti redditus cameræ,qui ad onera incumbentia nõ sup-
petebant:sed ista ratio habet locum etiam in immunitatibus:
37 ergo ad illos est referenda extensio. ¶Item respon.ꝙ † etiam
vbi strictissima debet fieri interpretatio,tamen fit extensio vbi
cunque non facta extẽsione,resultaret absurdum ita colligitur
ex not.per gl.in d.clem.1. de elect. quam ita declarat Ioan.de
Imo.in d.§.de viro. dum tractat de extensione in correctorijs.
arg.l.scire.§.aliud.ff.de excu.tut.& not.Bar.in l.omnes popu-
li.in 6.q.princ.ff.de iust.& iu.in ver.iuxta præmissa quæro q̃d
si in statuto est aliquod verbum &c.¶Sed si non fieret extensio
suspensionis ad immunitates dictorum castrorum, sequeretur
absurdum quod durius ageretur cum ecclesijs vel ecclesiasti-
cis personis quàm cum laicis, contra tex.in d.ca.1.de dolo &
contum.cum concord.supra alleg.facit l.non solum.ff.de no-
38 xal.& l.seruus.ff.quod vi aut clam. ¶†Fit etiam extensio vbi
agitur de fauore publicæ vtilitatis: vt not.l.2.§.exercitum.&
ibi not.Barto. ff.de insa.& l.cætera.§.sed si quis. ff.de legat.2.
inducendo vt ibi per Io.de Imo. & Dy.in c.odia. de reg.iur.in
6.& Bar.in l.quemadmodum.de agric.& censi.& per not.per
gl.& Bar.in l.si inter.in prin.in 9.q.primæ partis.ff.sol.mat.&
Dy.in l.cum quædam.ff.de libe.& posthu. ¶Sed hic agebatur
de fauore Reipublicæ, vt patet in dictis apostolicis literis: er-
go debet magis extendi fauor Reipublicæ dictæ ciuitatis, quã
fauor dictorum castrorum,tanquam minor.argu.l.priuilegia.
cum ibi not.ff.de priuileg.cred.l.quæritur.ff.de statu homin.
& c.quòd in dubijs. cum ibi not.per gl.fi.de consec.eccle.vel
alta.¶Quinimò dato quòd dicta suspensio non comprehende-
ret vniuersitatem,& communitates prædictas:tamen commu
ne Bononiæ obligaretur dicto cõductori ad interesse: quia in-
tentio elicitur in pactis vel capitulis dicti campioni, contine-
tur ꝙ nedum fuerint suspensa decreta concessa priuatis perso-
nis,sed etiam communitatibus vnde si ibi sit contractus loca-
39 tionis † tenetur locator ex capite non præstitæ patientiæ, iux-
ta l.ex conducto.in prin.& l.sed ad eos.§.1.& l.si fundus quẽ.
ff.locati.siue fuit emptio.l.si nomen.cum l.seq.ff.de act.vel hę
red.vendi.& in §.1.ff.de act.empt.& l.ea quæ commendandi.
ff.de contrah.empt. iunctis his quæ not.Barto.in l.cotẽ ferro.
§.qui maximos.in 5.q.ff.de pub. & idem Moder.& Pet.de An
cha.in ca.propter sterilitatem.de loca.¶Ad nouum argumen-
tum,ꝙ per generalem suspensionem decretorum, & immuni-
tatum non debet in dubio præsumi Romanum Põtificem vo-
luisse præiudicare illis quibus ex causa onerosa per priuilegiũ
transiens in contractum ius acquisitum erat: quia in disposi-
tione generali non venit quòd auferatur ius alterius. Respon-
deo quòd indubitáter patet principem voluisse auferre ius al-
teri quæsitum: quia expresè suspendit immunitates per quas
iam alteri quæsitum erat ius emptionis sine dubio.& in tantũ
dicitur esse quæsitum ius per talem concessionem priuilegij
& immunitatis quòd Guido de Suza. de vectig.& commis.in
ver.ratus,dicebat argum.illius literæ quòd Imperator non po-
terat reudcare priuilegium per suum prædecessorem conces-
sum.allegabat etiam.l.qui à patre.de confir.tut.l.1.& l.vendi
trici.C.de reb.alie.non alie. ¶Et similiter dicebat,quòd si ciui
tas concessit, alicui priuilegium non poterit illud reuocare.
Nec obstat secundùm eum.l.si quis in prin.testa.de leg.3.per
quam l.videtur quod possit reuocare statuta sua: quia respon-
debat illud verum si non fiat iniuria in iure quæsito. allega-
bat.l.is potest.ff.de reg.iur. ¶Tamen inquantum ipse tenebat
ꝙ non possit reuocari tenet contrarium,maximè quando reuo
catio fit cum causa & cum subdito,vt plenè probaui supra.Et
not.Bal.in d.l.qui se patris.ita quod Põtifex in casu nostro de-
rogauit iuri alteri iam quæsito,vt probatur ex his q̃ dicta sunt
maximè in septimo,& decimo argumẽto vltimæ partis.¶Item
ad contrarium potest responderi etiã quod illud procedit vbi
tractaretur de graui pręiudicio inferendo.secus si de modico,
vt probaui in sexto articulo vltimę partis.¶Ad decimum & vl
timum argum.ꝙ stare debeat interpretationi dñi legati,& do-
minorum sexdecim reformatorum.ca.ex parte vestra.de verb.
sig.cum concor.Respondeo ꝙ locus esset interpretationi præ-
dictę quotiescũq; occurreret aliqua digna dubitatio, secus vbi
res esset certa. Ita voluit Iaco.de Are.& Bart.in l.ille aut ille.§.
cum in verbis.per illum tex.ff.de leg.3.not.etiam Guil.de Cu.
& Bal.in l.placet.in prin. C.de sac.san.eccl. & Bal.in l.quæ ex
relatione.ad fi. C.de leg.& in l.1. C.de relat. ¶Facit quod not.
Bald.in l.ancillæ.in princ.per illum text.C.de furt.& Ioan.de
Imo.in l.si sic stipulatus.ff.de verb.obl.& in terminis no.Bar.
in l.executore.in prin. ff.de appel.in ver.quæro secundò iuxta
quam interpretationem.& c.in fine dictę quęstionis, vt in spe-
cie not.Bal.in l.voluntatis. C.de fideicom.in ver.quęro si sta-
tutum ciuitatis &c.& certum est de iure ꝙ dictus Titius non
tenetur seruare decreta immunitatum, tum inspectis capitu-
lis campionis & instrumento cõditionis, tum etiam inspectis
literis Rom.Pontificis:ergo nõ est locus interpretationi.& ita
breuiter in fauorem d.Titij concludendum arbitror. Alex.

ADDI-

ADDITIONES.

* Irreuocabilis.] In exemptione remuneratoria non dari reuocationem Ias.in l.ex hoc iure colum. 11.ff.de iusti.& iure Fel.in c.nouit, col.12.de iudi. Natta.

* Non posset.] Quòd non reuocetur propter ingratitudinem, Roma. consi.26.col.2.Sed φ princeps propter ingratitudinem posiit priuilegium reuocare, fac.tex.in l.Titius puerũ ff.de obseq.libert.& sentit hoc idem Pau.de Cast. in l.digna vox. C.de ll.Fel.in c.nouit col. 10.de iudi. Natta.

* Per Dynum & Bar.] Idem tenet Roma.consil.251.quod incipit pro decisione propositæ consultationis.Rui.consi.105.col.3.lib.5. Nat.

a ¶Quod non infra.lib.4.consi.fi.nu.18.

b ¶Personarum Ias.l.fi.colum.2.C.de pac.l.si quis maior. C.de transf. consi.118.col.5.lib.j.Fel.c.eam.col.10.de rescri. Soci.consi.175.col. 5.lib.2.

* Supportare.] Quòd quando vires aliorum non suppetunt, posiit priuilegium immunitatis reuocari Aret. & Soci. in l.si ex toto.ff.de leg.j.Cuius oppositum vult Pau.de Cast.consi.317.col.fi.li.j.Natta.

c ¶Principe supra lib.j.consi.2.in fi.

d ¶Generalis infra lib.4.consi.7.

* Trahi.] Alex hic sentit quòd exceptio firmat regulam in non exceptis, vbi facta est exceptio de casibus, qui sub regula non fuissent comprehensi.quia, ne exceptio sit inutilis,& superflua, oportet intelligere regulam secundum terminos exceptionis,& ita Alex.hic ponderat Dec.in l.j.col. pen.ff.de reg.iur. Natta.

e ¶Lata infra lib.7.consi.40.col.fi.Bal. Pau.auth.item quæcunq;.C.de sacrosan.eccl.Bal.in rub.C.ad Treb.Anch.repe.c.j.col.94.de consti. Rom.consi.400.consi.436.

CONSILIVM CCXVII.

¶Vide supra lib.j.consi.50.quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula.si tibi constiterit, vel, si ita repereris in rescripto, facit conditionem. secus in clausula, si est dignus vel idoneus. & processus præcipitanter factus est nullus.*

CONSILIVM CCXVIII.

Visis Verbis dicti Grinoldi, & literis apostolicis & processu episcopi Rhegini,& alijs de quib.in themate fit mentio. ¶Puto de iure concludendum, φ dicta electio massarij facta per capitulum maioris ecclesiæ Rheginæ, non valeat sed valeat prima electio facta per deputatos a testatore prædicto. Quod quidem ostenditur principaliter ex eo quòd processus factus per episcopum commissarium apostolicum
1 fuit nullus. ¶† Nam quotiescunq; in commissione seu delegatione facta per Romanum pontificem adijcitur clausula conditionalis, si tibi constiterit [a] seu talia verba repereris ita facias &c.tunc si tractatur de præiuditio alterius, puta illius ad quem de iure spectasset talis prouisio commissa per sedẽ apostolicam est nullum φ factum est vigore dictæ cõmissionis* nisi commissarius præmittat cognitionem, & vocet illos de quorum præiudicio agitur, vt no.Inn.& alij doct.magis communiter in c.dudum.de præsum.& gl. & doc.in cle.j.in glo. magna.de offi.deleg.per id quod habetur in c.cum dilecti.de rescri.& 25.q.2.c.si non cognitio.& tex.cum glo.in cle.præsente.in ver.constiterit.& ibi not.doct.de censi.& no.Pau.de Leaza.in cle.j.de conces.præben.Ant.& Io.de Imo.in l.in illa stipulatione.ff.de verb.sig.¶Sed ita est φ huiusmodi clausulæ sunt appositæ in dictis literis apostolicis. & tamen dictus cõmissarius processit non citatis illis ad quos de iure mediante dispositione testa. debebat spectare dicta prouisio seu electio massarij. & quamuis eo tempore nondum venisset conditio fideicommissarij sub qua vocabantur dictus Archidiaconus & Grisantus & alij antiquiores dictarum familiarum in testamento nominatarum ad prouisionem & electionẽ dicti Massarij, non dicebantur ei quæsitum saltem in spe considerabi-
2 li:¶ quia ius pendens a futuro euentu substitutionis fideicõmissario dicitur mortuo testa. esse in spe probabili & considerabili, vt no.declarat Bar.in l.is potest. ff.de acqui.hære.circa quartam col.per id quod habetur in auth. contra rogatos. C. ad Treb.& l.inter omnes.ff.qui satisda. cogan.cum simi.& ille qui habet proximam spem successionis citandus est, vt dicit tex.in l.j.§.pen.ff.de ven.insp.¶Accedit, quia etiam inspectis narratis in supplicationem,& in literis agebatur de preiudicio inferendo dicto Grisanto circa famam & notam sibi inferendam, cuius iactura non est leuis.l.id quidem.l.pen.ff.qđ metus cau.l.j.in prin.glo. & ibi no.doc.ff.de his qui no.infa. ¶Nec prædictis ob.si diceretur quod istud posset esse verum, si esset adiecta illa clausula super quo tuam vel suam cõscientiam oneramus: nam tunc videtur φ non requiratur citatio, per id quod Bald.not.in l.certum.2.vel 3.col.C.vnde cogna.
3 vbi † dixit φ si Papa mandat aliquẽ examinari, si est dignus, non est citandus aliquis cum sufficiat probationem concludere soli examinatori: nam talis commissio secundum Bald.potius est conscentialis quàm iudicialis si tamen secundum eũ pars citaretur, deberet audiri a quo posset appellari: allegat ea quæ habentur in cle.j.de offi.deleg.quia respondeo φ Bal.loquitur quando fuit adiecta clausula, quæ sonat monitionem,
* vt est illa si est idoneus, * seu si est dignus ille qui est eligendus non autem facit conditionem vt not.gl.in d.cle.j.vt probatur in l.mutuo.§.sub condi.& ibi expresè no.Bar. ff.de tute.& tunc non requiritur citatio vt no.in c.dudum.& in cle. j.nam per talia verba monetur commissarius, vt faciat quod alias de iure faciendum erat.¶Illa.n.clausula si est dignus, ille qui debet eligi, vel ille cui debet prouideri, inerat tacite etiã si non fuisset expressum, vt in c.cum adeo.cum gl.in ver.si dignus.de rescri.& in c.causam.& ibi no. de ele.secus autẽ vbi clausula continet id quod tacite non inerat, & sic non denotat monitionem, sed conditionem: sed tũc debet citari ille de cuius preiudicio tractari potest.ita no.in præalleg. clem.j.de
4 offi.deleg.alle.per Bal. † debet ergo intelligi dictum Bald.secundum φ habetur in loco prælle.per eum.¶Et inquit in simili Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff.de libe.lega. dum dicit quòd gl. ibi posita debet intelligi secundum legem quã
b allegat [b] sed in casu nostro clausula illa, mandamus tibi quatenus de premissis omnibus & singulis & eorum circunstantijs te informes: & si ita esse repereris &c.facit conditionem quo ad expeditionem actus commissi: quia refertur ad omnia narrata, & narratum aliud quàm id φ cõcerneret idoneitatem personę vel personarum quibus dictus cõmissarius haberet prouidere; ergo fuit necessaria probatio per supradicta. vnde Lud.Ro.in d.l.certum.in fi.C.vnde cognati.dicit φ dictum Bal. ibi non procederet quando extaret alias pars de cuius præiudicio ageretur, per id quod no.gl.j.l.fi.C.de bo.pos. secundum tab. quia ad hoc vt iudex recte determinet necesse est informare suam conscientiam vt in gl.proximè alleg.merito requiritur citatio, qua mediante pars compareat ad iudicẽ informandum, arg.l.fi.C.si per vim vel alio modo. ¶Pro hoc vltimo etiam bene facit, quia, vt inquit Bal.in sua dispu.inci.
5 statuto cauetur φ fœnerator &c.in vlti.col.† vbi dicit quòd
* ille cuius conscientiæ committitur, * non potest leges trãsgre
c di: quia intelligitur de cõscientia lege munita [c] non de ea quã pars sibi fabricat.ar.l.codicillis.§.fi.ff.de leg.2.¶Item bene facit quia hoc verbum conscientia.importat arbitrium boni viri non autem liberam voluntatem, vt no. Bar.in l.fi.ad fi.C.de iure do.itupe.& patet ex no.per gl.& doc. in cle.j.in ver.oneramus.de iure patro.& per Bal.in l.nulli. C.de epis.& cle.circa 3.vel 4.col.in ver. ex prædictis sequitur determinatio duarum quæstionum &c. Et Ant.de But.& doct.maximè Domi. in c.statu.§.assessorem.de rescrip.& in c.2.de iura.calum.lib. 6.& per Ant.& Io.de Imo.in l.ab executore.in prin.ff.de app.
6 cum sim.facit.c.constitutus.de purga.cano.¶†Sed constat φ quando committitur aliquid per verba importantia arbitriũ boni viri, debet commissarius partes requirere. declarat Bar. in extrauag.ad reprimendum, in ver.sine figura.& in versi.vi debitur.& clarè Bal.in l.captatorias.in 3.q. C.de testa.milit. ¶Et præsertim vbi agitur de alteranda voluntate testatoris, vt
7 in casu nostro.l.legatum ciuitatis.ff.de vsufruc.lega.¶†Vnde facit quod dicimus de arbitratore: quia licet non habet iudicialiter procedere, tamen debet partes vocare, vt l.si quis arbitratu.cum ibi plenè no.per Bar. & alios. ff.de verbo.oblig.& no.Cy.& alij in l.si.C.de contrah.empt.& Bar.in cons.incip. Ant.de Spo.in l.theopompus.de dote præle. & in l.alio.ff.de alimen.& cib.leg.& Bal.in auth. ei qui. C.de temp.app.& in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.procon.& Sal.in l. si societatem arbitrorum.ff.pro soc.& nouissimi.in c.quintaualis.de iureiur.cum suis concor.¶†Ad prædictorum confir
8 mationem bene facit quod no. Pau.de Cast.in l.de pupillo.§. quisquis.ff.de noui.ope.nun. vbi sequendo Ang.ibi dixit qđ vbi

vbi aliquid committitur conscientiæ alicuius per legem, vel per principem si vult factum suum robur sortiri ex virtute illorum verborum conscientiæ adeo vt nõ possit infringi illud quod per eum factum est, requiritur quod quando declarat, iuret ꝙ ita dictat sibi conscientia, aliter non est standũ dicto suo.& ita dicit probari per dictum.§. opus. & per d.l. Theopompus.Et ita dicit debere limitari id quod no.gl.singularis in d.c.statutum.§.assessorem.de rescrip.in 6.¶Istud autem nõ fuit seruatum per præfatum commissarium, vnde suum processum non potest sustinere ex eo quòd ibi non fuerit seruatus ordo iuris regulariter requisitus vt est dictum. facit clem.pastoralis. de re iud. & etiam non potest processum suum sustinere,ex eo quia suæ conscientiæ fuerat commissum:quod bene facit ad id quod tenetur ille cuius conscientiæ committitur in citando.dic vt supra dixi.¶Nec prædictis obstant verba posita in literis apostolicis dicentia. diligenter informes per teipsum &c.quia respondeo quod nõ habemus quòd illa verba important ꝙ non requiratur citatio eorum de quorum piudicio agitur,sed important quod debeat per se facere,non per alium substitutum loco eius, & sic non possit alteri subdele-
* gare, vt in c.fi.de offi. dele.* c.cum dilecta.& ibi no.de rescr. l.vnica.§.non autem. C.de cadu.toll.nam important illa verba ac si dictum fuisset,personaliter te informes &c. vt l.fideicommissa.§.fi.in vers.per ipsum id fieri &c.ff.de leg.3. ¶Confirmantur prædicta:quia dicitur quod eodem instanti & eadẽ hora,qua præsentatæ fuerunt literæ domino episcopo fuit fulminatus dictus processus, seu facta executio dictarum litera-
9 rum † vnde propter breuitatem temporis apparet non potuisse interuenire cognitionem quam interuenire mandabat Pontifex in literis. & ideo redditur actus episcopi nullus, vt l.ex stipulatione.cum ibi no.per Bar. C.de sen.c.cum ex literis.de in integrum resti.& quod no. Bar.in l.prolatã.in fi.C.de sent. & not.Spec.in tit.de sen.prola.§. quomodo.ver.item oppo.ꝙ iudex.& not. Ant.de But.in c.iurgantium de re iudi.& c.vestra.de coha.cle.& mulier.& c.post electionẽ de concess.prẽb. & dicit expresse Bal.post Cy. in procemio. ff.in §.itaque in fi. Deinde video ꝙ episcopus, & c.ꝙ vno die non potest fieri totius processus iudicium.& si fiat non valeret:allegat.not.per dictam gl.in l.sed si per prætorem.§.quoties.in gl.qui.ex cau.maio.cum non possit esse præmeditatum quod nimis est festinatum. ¶Vnde Per.de Ancha.consil.83.incip.visis diligenter
10 actis &c. † consuluit quòd si eodem momento[d] temporis,
d quo quis fuit designatus curator minorum per decretum iudicis fuit præstita authoritas incerta obligatione minoris, & interpositum decretum iudicis in dicta alienatione,non valebit actus: quia authoritas vel decretum iudicis requirit causæ cognitionem.l.magis puto.§.ne passim. & l.qui neq;.ff.de reb.eo.& l.fi.de curat.furio. & in l.actus.cum ibi no.per Cy. C.de ser.& l.nec quicquam.§.vbi decretũ.ff.de offi.proconsu. & ex temporis breuitate non fuisse causæ cognitionem adhibitam.allegat.d.c.cum ex literis. & id quod no. Bar.in d.l.ꝓ-
11 latam. ¶ † Alius fuit defectus in electione facta per dictũ capitulum:quia in electione legitima debent vocari omnes qui habent ius eligendi.c.bonæ memoriæ.el 2. de elect.l. item si vnus.§.fi.in fi.ff.de arb.sed dicri de c.posito quod habuissent aliquod ius eligendi,debẽt facere legitimè vocari dictum dominum Archidiaconum Grisanum. & dictos alios antiquiores in qua vocatione requirebatur ꝙ certos redderet ipsos de iure eligendi competente dictis de capi. attento quod dictus Archidiaconus & Grisantus,& dicti alij antiquiores habebãt præsumptam causam, & probabilem ignorãdi dictis de capi. competere aliquod ius,merito debuerunt certiorari per ostensionem dictæ declarationis, seu processus domini episcopi,vt in cle.causam.de elec.& l.si quis inficiatus. & quod ibi notat Bar.ff.depositi.& l.qui in alterius. cum ibi no.per gl.& doct. ff.de reg.iur.l.nomen.C.quæ res pigno.& expresse.in c.cum in iure.& ibi Inn.de offi. deleg.& in c.præterea.cum ibi not. per Io.And.& Hos.de dilatio.& no.Arch.3.q.2.si episcopus. & quod no.Bar.in l.2.ff. si quis in ius voca.non ierit. cum si. quibus omnibus concludo processum esse nullum. Et ita dico & consulo ego Alexander.

ADDITIONES.

a ¶Constiterit.hæc.clausula conditionem facit Old.q.41.Bal.Feli.c.fi. de præsum.adde Egi.Bellame.deci.68.85.& deci.668. Ia.l.fi.C.vnde leg.sed Lap.alleg.45.& alle.61.facit differentiam inter verba si tibi constiterit,& si ita inueneris & malè.

* Idem tradit Alex.consi.101.col.pen.infra lib.6. Natta.

* Commissionis.] Clausula vocatis vocandis operatur,vt non possit opponi vitium subreptionis, & iudicialis forma seruari debet, Dec. consi.233.col.j.& consi. 173.col.2.& de hac clausula, si constiterit. item de clausula, Vocatis vocandis.vide Alex.consi. 101.col.3.infra libro 6. Natta.

* Idoneus.]Quòd isto casu non requiratur citatio,Ias.tenet in l.nec quicquam,§.vbi,col.8.vbi transcribit Alex.in hoc consilio. Et vide in similibus terminis omnino Alex.consi.2.col.j.supra hoc eo.lib.2. Vide etiam de istis latè Iaso.in d.l. certum col.7. cum pluribus sequentib. Natta.

b ¶Allegat.Sal.l.si ex cautione.col.10.C.de non nu.pec. Io.An.c.cum nuntius.de testi.Cu. Senior.consil.56.col.4.Ias.in rub. C.vnde lib.l. seruum.filij.§.si areæ.de leg.j.

* Committitur.] Facit quod dicit Bal.in l.nemo.C.de sen.ꝙ si cõmittitur causa sola facti veritate inspecta,intelligitur de veritate,cui ius patrocinatur. Ideo talis delegatus non posset ex pacto nudo condemnare.Sequitur rep.cle.sæpe super prin.in vlt.car.de verb.signi. Et de hoc verbo,committimus conscientiæ suæ,vide Alex.in l.si sic. ff.de leg.j. Natta.

c ¶Munita.Bald.l.j.col.4.C.si plu.consi.298.lib.j.consi.184.in fi.lib.5. Cor.consi.157 lib.2.adde Ias.§.sed istæ char.fi.insti.de actio.

* Vt in c.fi.de offi.deleg.] De hac dictione,ipse,ponit Fel.in d.c.fi.de offi.deleg.col.j.vbi vult, ꝙ denotet quandam personalitatem Vide latè Ias.in l.j §.adipiscimur,in j.notab.ff.de acqui.pos.

d ¶Momento.Anch.consi.36.col.j.consi.188.cons.j.Lanfr.trac.de arb. col.27.q.22.Pau.consi.68.consi.434.lib.j. Cor.consi.89.lib.j.Bald.in proœ.ff.§.itaq;.in fi.quem sequitur Lan.de dec.l.eum qui de iurisd. omn.iudi.adde Cur.Seniorem consi.46.col.3.deci.consi.295. Ias.l. iudices.C.de iu.consi.21.col.2.lib.j.consil.44.in fi.lib.4.Alcia.trac. præsump.reg.3.præsump.9.nu.2.Alex.sup.consi.33.nu.6.lib.j.

CONSILIVM CCXIX.

Viso Testamento codicillis, & themate suprascripto et his quæ eleganter & copiosè scripta sunt per excellentissimos consultores,& aduocatos dicti Anto.hæredũ. ¶Superest vt paucis agam cum superioribus appareat, quod fuerit mens dicti testatoris expresse per verba aliqualiter ambigua. ¶Dico igitur quòd illa particula testamenti dum dicit quòd præmortuorum filios legitimos & naturales in stirpes, & non in capita &c.non debet aliquo modo referri ad primã partem substitutionis factæ filijs testa. sed ad primam præcedentem substitutionem reciprocam factam de nepotibus test. quia dicta particula testamẽti dicens qđ præmortuorum &c. non est clarè per se principaliter posita. & hoc dicitur supra in vltimis allegatio. & colligitur ex notatis per Bart.in l.fi.ff. de rebus dub.& per Bal.in l.j.C.de legiti.hære. ¶Et si diceretur quòd dato quod talis particula intelligeretur solum quod filij dictorum nepotum testa.videantur adinuicem substituti vulgariter,& per fideicommissum,tamen de necessitate videtur quod etiam intelligantur subtituti filijs testatoris, co casu quo contingeret patrem vel patres dictorum nepotum nõ
1 admitti ad substitutionem filiorũ testatoris,alias † enim non posset fieri substitutio illa reciproca filijs dictorum nepotũ continens vulgarem & fideicommissariam,nisi intelligerẽtur vocati ad prædicta a testatore.l.ab eo.C.de fideicom.l.planè 2.§.fi ff.de leg.j.l.3.C.de hęre.inst.& optimè probatur in l. sed & si sint.§.j.ff.de leg.3.¶Et per illa apparet dici non posse, quod intentio testa. fuerit dictam substitutionem reciprocã filijs nepotum in hęreditate ipsius testa.si & in quantum contingeret nepotes esse hęredes ex substitutione facta filio testa. & postea dictos nepotes relinquere hęreditatem prędictã suis descendentibus,non tamen filij nepotum consequentur dictã hęreditatem iussu testatoris, nec eius iuditio:sed casu & fortuna & prętereà inuicem fideicommisso grauari non potuissent.¶Prętereà inquit Bar.in l.Centurio. ff.de vulg.& pup.in ver.quęro vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis vel eorũ filij &c.& etiam Bar. in d.l.sed & si sint. tenuit quod per dictam substitutionem fideicommissariam per quam aliquis grauatur fideicommisso, intelligatur ipsum grauatum esse vocatum per substitutionem ad ipsam hęreditatem,in qua est grauatus:non autem intelligatur grauatus eatenus quatenus casu contigerit, quòd hęreditas ipsa
2 ab alio sibi expresse vel tacitè relinquatur. ¶ † Tamen ad hoc potest responderi quod in hoc damnata est sententia Bar.nam & Rayne.& Richa.Mal.contrarium tenuerunt, scilicet quòd non

non intelligantur aliquo modo propter dictum grauamen sub
stitutionis eis iniunctum, vocati ad hæreditatem, vt ipsemet
Bart.refert in d.l.Centurio.& eorum opinio. secutus est Bald.
in l.ab eo. C.de fideicommis. vbi hoc probatur per illam.l.&
per aliàs not.rationes.& idem tenet Bal. in d.l.sed & si sint.li-
cet ipsemet Bal.indecisum reliquerat in l.vnica.§.pro secũdo.
C.de cadu. tol. & in hanc partem inclinare videtur ipsemet
Bar.in consi.7.incip. Andreas.si bene verba eius inspiciantur
Et expresse Io.de Imo.in l. Centurio. dum tractat de substitu-
tione facta pauperibus Christi, & etiã Io.de Imo.in ca.cũ tibi.
& in c.Ray.de testa. ¶Et respondet ad iura allegata per Barto.
& primò ad l.denique.§.interdum.ff.de pe.leg. quod quando
aliquis grauatur per fideicommis. a testa. de eo quod consue-
uit alias ipsum honoratum tacite sequi in certo casu, & tunc
bene per tale grauamen videtur tacite relinqui, in quo gradu
loquatur,& quia loquitur quando is cui relicta est libertas gra
uatur de dando ex peculio hær.nam peculium tacitè sequitur
seruum,cui datur libertas inter viuos,iuxta.l.1.cum ibi no.C.
de pecu.eius qui lib.meru.& ideo non mirum si nõ consequa-
tur peculium ipsum seruum quando datur libertas in testamẽ
to simpliciter,nil tamen consequitur quando grauatur seruus
aliquid dare ex peculio.secus si grauatur in eo quod aliquo ca
su non consueuit consequi. aliàs enim nunquam haberet lo-
cum regula. d. l. ab eo. ¶ Bene facit text. in l. cum quasi.§. si
plures. ff.de fideicommis.lib. vbi si vnus ex hæredibus graua-
tur in re hæreditaria illa non videtur sibi prælegata. ¶ Non
obstat etiam text.in l.si ita sequi.ff.de oper.lib.allegata.quia se
cundum Ioan. de Imo. loquitur ille text. a contrario & est ca-
sus diuersus & specialis,in quo id quod apponitur in vim con
ditionis inducit dispositionem & obligationem:quia illud qđ
erat ibi deductum in dispositione,non poterat peti quodã spe-
ciali iure tanquam appositum causa honorandæ libertatis. &
etiam declarat Salyc.in l. si pacto quo pœnam. C. de pact.vbi
etiam illud quod est appositum in conditione, non inducit di
spositionem.l.ex facto etiam.ff.de hær.instit. l.si quis sub con-
ditione.ff.si quis omis.cau.testa.& not.in l.Lucius,la 2.de hę-
3 re.instituen. ¶ † Non obst. etiam.l.alio. iuncta. glo. 1. de ali-
& ciba.lega.alleg.per Barto.in d.l.Centurio. quia illud est ibi
quando grauatur executor datus in testamento: nam tunc gra
uamen videtur relictum ab hærede, sicut quando est datus tu
tor in testamento,& grauatur tutor de aliquid dando.nam vi-
detur in effectu grauatus ipse filius institutus. l.peto. §.fratre.
ff.de lega.2.& in l.si seruus.§.margaritam.ff.de leg.1.& ita est
de mente Barto.in d.l.alio.& Ioan.de Imo. vbi supra. ¶ Euadi
potest etiam obiectio prædicta, & id quod dici posset de illa
declaratione facta in codicillis, considerato quod dicta Alex.
& Berta.non erant natæ,nec etiam conceptæ tempore conditi
testamenti, vnde non videntur comprehensæ in dicta substitu
4 tione & dispositione testatoris, † quia quando in aliqua dispo
sitione testatoris vocantur liberi vel agnati, vel familia testa.
per nomina collectiua,solum comprehenduntur qui erunt de
agnatione, liberis, genere, vel familia tempore mortis testa.
l.cognatis, cum ibi no.per Bar. ff.de rebus dub. & l.cũ ita.§.
in fideicommisso. ff. de lega. 2. etiam quando talis dispositio
non erat pura, sed in certum euentum vel conditionem colla-
ta. l. fina. versicu. hoc eodem volente. & ibi not. per Cyn. C.
de verbo.significa. & l. peto. §. fratre. cum glo.ff. de lega.2.
¶Et quòd illud quod dicitur in d.l.cum ita.§.in fideicommis
so.in eo qui aliquid reliquit cognatis vel familiæ,etiã qñ testa-
tor vtitur verbo liberorum, vel quocunque alio nomine col-
lectiuo. Tenuit expresse Petr. de Ancha. & Ioan. de Imo.ca.
iudicante. de testamen. Et Ange. in consilio 38. incip. qui-
dem Ioan. decessit &c. cum sequen. Et ita dico, & consulo
ego Alexander.

CONSILIVM CCXX.

Vide supra lib. 1.consi. 57.quod hic duplabatur.

EPITOME.

QVI prædium ab alio conduxerat sub pacto ꝙ sol
uendo centum haberet prædium emptum: si illa cen-
tum tertio mutuet cum pacto quòd donec sortem re-
stitueret soluat annuatim dictam mercedem quam
debet mutuans locatori suo, valet pactum: nec est
vsurarium.

CONSILIVM CCXXI.

Super Titulo quæstionis trãsmissæ, egregiè ac copiosè
alleg. est per clarissimum dominum aduocatum
Pergamensem,adeo quod additione opus non esset. Tamen vt
petenti morem geram, infrascrip. subijciam arbitratus veram
esse conclusionem, quod Gabriel dictas pecunias solutas non
possit licite à Pergamensibus receptas repetere. Nam Gabriel
debitor Pergamensis in certa quantitate, promisit Pergamensi
bus,quod ipse solueret dictam quantitatem ipsis Pergamensi-
bus pro eorum interesse,& omne id quod ipsi soluebant in sin
gulo anno pro affictu dictæ petiæ terræ, quam conducebant
ad liuellum ex pacto expresso in conditione quod quoties ipsi
exbursarẽt libras.8.ꝓ bubulca dictæ terræ deberet sibi fieri li-
bera vend.de dictis terris,& liberari a dicto affictu.¶Cum igi-
tur appareat,vt præsupponitur dictos Pergamenses fuisse obli
ga.ad dictum affictum,& potuisse se ab eo lib.sol.li.8.pro bu.
non potest dici quod istud quòd loco interesse promissum &
solutum est, & per dictum Ga. dictis Perga. sit illicite aut in
1 fraudem vsurarum promissum: † quia vsura pro concurrenti
quantitate ipsius interesse est omni iure permissa ei qui inter-
* esse passus est * capit.peruenit. & ibi glo.in verbo. seruent in-
demnem.de fideius.capitu.conquestus. cum ibi plenè not. &
in cap.salubriter. de vsur. 14.quæst.4.in cap.quoniam multi.
cum ibi not.l.2.C.de vsur.l.si mandato meo.l.si fideiussor.cũ
glo.ff.man.& in l.si socius ff.pro soc.& not.Host.in summa de
vsuris.§.in aliquo casu.præsertim in ver.7.cum seq.¶Declarat
Cyn.in authen.ad hoc. pen.q. C.de vsur. vbi hoc vult esse ve-
rum, etiam si esset interesse ratione lucri cessantis: vt ibi per
* eum, & etiam per Bald.ibidem. ¶ Et not.per glo. * in l.cum
allega.in fi.eod.titu. quam ibi reputat Bald. not.in penul.col.
2 † dicens quod in quocunque contractu de mundo potest fieri
vsura,quatenus interest: vbi autem cessaret interesse: licet de-
bitor promiserit ratione cessionis factæ in reddenda pecunia
soluere creditori decem pro interesse,quòd confitetur debitor
* tempore promissionis se scire * quod ascendit ad decem,quod
non sufficeret: vt declarat Bald.in l.rogasti.§.si ibi.ff.si cer.pe-
ta.& in l.cunctos populos.circa.4.col.C.de sum.Trin.& fue-
runt verba Cyn.& l.si seruus.ea.l.ff.de ser.fugi.& Pet. de An-
cha. in regula peccati. in 3.q. de regu.iuris in 6.ponit etiam.
Bald. in l.vnica. C. de sen. quæ pro eo quod interest. circa. 3.
col. & Petr.de Ancha. in consil. 150. incip. in quæstione quæ
5 vertitur. † Comprobantur prædicta per id quod voluit Inno.*
* & alij post eum in c.1.de vsur.vbi dixit quod si tu teneris mi-
hi soluere ad certũ diem:& quia non soluis capio ab alio vsu-
ras quod licitè peto a te ipsas vsuras. ¶ Fortificantur prædicta
per id quod not.Archi.14.q.3.in c.vsura.& Ioan.Calde.Petr.
de Ancha.& dominus Card. Floren. in capitu. nauiganti. de
vsuris.& Petr.de Ancha.in regula peccati.in 9.q.de regu.iur.
in 6.& Saly.in auth.ad hæc.16. quæstio. C. de vsuris. & Lau-
rentius in repetitione.c.consuluit.in 24. q.de vsuris.vbi con-
4 cludunt † quod si alicui scholari,qui sub vsuris debet fœnera-
tori pacuniam portentur de domo multæ pecuniæ quas alius
scholaris accipiat mutuo ab eo antequã soluatur pecunia de-
bita sub vsuris, & accipiat sub hac conditione quod ipsemet
soluet sortem & vsur. deinde soluat creditori illius scholaris
cui pecunia portata erat. non dicetur vsurarius ille scholaris
cui pecunia de domo portata est: quia dicta stipulatio facta
inter dictos scholares non tendit vt vsura extorqueatur, sed
vt damnum euitetur: per dictum capitu.peruenit. & capitu.
constitutus. eod. titu. ¶ Et saltem hoc est verum secundum
Ioan.Cald.in dicto.c.nauiganti. & alij scribentes post eum.&
Per.de Ancha. Saly. in locis supra allegatis, si scholaris cuius
erat pecunia volebat vsurario satisfacere: nam non tenebitur
cum suo damno subuenire socio.23.q.5.si non licet.& l.natu-
ralis.ff. de præscriptis verbis & sic pecunia nihil germinat.
¶ Vnde cessant omnes rationes prohibitionis vsurarũ, de qui-
bus rationibus per Innocen. in rubrica extra de vsuris. & per
Hostien. in capitu. 2. eodem titu. & per Ioan Calde.in dicto.
capitu. nauiganti. & per Bald. in dicta. l. cunctos populos.
& in l. si nauis. ff. de rei vendicatio. in rubrica. C. de vsuris.
& per Petrus de Anchara. in regula peccati. ¶ Ergo ita di-

eam in propoſito, quod ſi dicti Pergamenſes erant ſoliti dictis
locatoribus ſoluere dictam quantitatem pecuniæ debitam a
Gabriele, adeo quod dicti locatores non potuiſſent recuſare
eum recipere, vel ſaltem eam non recuſaſſent potuerunt eo ca
5 ſu Pergamenſes petere dictam quantitatem † & ſtandum erit
dicto ſacramento dictorum Pergamenſium, cum ab eorum
animo pendeat, c. ſi vero. el ij. de ſen. excom. c. præſentium. de
teſti. c. paſtoralis. de exce. c. circa. de electio. in 6. & not. in c. ſi
gnificaſti. el j. de homi. & in §. aliæ. inſti. de act. & quod voluit
glo. no. in clemen. præſenti. de cenſi. in verbo. negotiandum.
6 ¶† Accedit etiam quia dubius actus non debet iudicari vſura
* rius,* ut inquit Bal. in dicto §. ſi tibi. in fin. per l. ſi ea pactione.
cum ibi no. C. de vſuris. ¶Confirmantur prædicta per id quod
ſentit gl. in l. petens. C. de pac. per quam dicit ibi Bal. Rich. &
Sal. & Bart. de Salice. in iiij. q. in fine, quod licet vſuræ hodie
ſint illicitæ: ſunt tamen permiſſæ iſto caſu: & hoc reputat no
tandum. ¶Facit quod no. Bal. in l. cunctos populos. in iiij. col.
C. de ſumma tri. fortius dixit Bald. in l. fin. ob tur. cau. per il-
7 lum tex. † quod ſi quis promiſit mihi vſuras ſine iuramento:
& ſic non cogebatur ſoluere: & ſic liberaliter ſoluit quod non
repetet: quia ſpontanea ſolutio purgat vitium: ſ. quando ſol-
uere erat in libera poteſtate eius qui ſoluit. ſecus ſi ſoluiſſet
metu maiorum, in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio
non datur. ¶Nec ſecundum eum obſtat ſi dicatur, quod alie-
num vſurpanti non dimittitur peccatum niſi reſtituatur abla
* tum, vt in c. cum tu. de vſu & in regula peccatum. li. 6.* Quia
reſpondet Bald. quod iſtud non eſt ablatum ſed donatum: ſe-
cus tamen dicit. ſi iſtud eſſet donum coniunctum cum con-
tractu mutui, per dictam l. rogaſti. §. ſi tibi cum ibi notat. Ex
coniunctione actuum præſumitur illicitum, argu. l. ſi ventri.
§. fin. ff. de priuileg. cred. tamen hoc dicit Bald. in d. l. ob tur-
pem. pro modo non pono pro conſtanti in caſu in quo quæri-
tur. ¶Nec prædictis habet obſtare id quod ſentio allegari: ui-
delicet id quod notat Ant. de But. in c. ſalubriter. de vſur. poſt
Ioan. And. ibi, vbi voluit quod ſi actum eſt quod pecunia pro
dote ſoluatur per ſocerum genero ad certum terminum: &
tunc nihil interim durante dilatione poteſt percipere gener á
ſocero, uel ex fructibus rei date in pignus, uel aliter ex con-
uentione: quia cum interim non fuerit ſocer in mora, non po-
* teſt dici eum teneri ad intereſſe* ad quod tenetur propter mo-
a ram:[a] vt in caſu noſtro: quia videtur dilatio. Ga. argu. l. qui in
futurum. in prin. ff. de pac. l. ij. §. non male. ff. de doli exceptio.
vbi ille qui recepit vſuras pro tempore futuro, videtur data
feciſſe pactum de non petendo durante illo tempore: ergo
idem videtur dicendum in caſu noſtro, quo Gabriel promiſit
Pergamenſibus ſoluere dictum intereſſe aſſictus, quo ad ſolue
rent ſortem: nam id quod operatur ſolutio in caſu. d. l. qui in
futurum. id operari debet promiſſio in caſu noſtro: quia pro-
mittere & ſoluere a pari procedunt. l. fin. C. ad l. fal. & l. ſi pa-
tronus. ff. de dona. quia reſpondeo primò quod ille caſus non
pertinet ad caſum noſtrum ſi bene inſpiciatur: quia illi debe-
batur quantitas pecuniæ pro dote: & non apparet ibi quod ge
ner ſi non habuiſſet pecuniam illam in caſu illo alicui ſoluiſ-
ſet vſuras. vel aliud intereſſe ob quantitatem non ſolutam: vn
de non poteſt proſequi pro pecunia non ſoluta aliquid vltra
ſortem, cum alteri non ſoluerit aliquid ſimile. Secus eſt in quę
ſtione noſtra: quia Pergamenſes non ſoluerunt alteri, ſicut
8 etiam in quęſtione de ſcholari, vt dictum eſt ſupra. ¶† Vnde di
cit dominus Abba. in d. c. ſalubriter: quod poteſt conuenire
gener cum ſocero de conſequendo aliquid annuum vſque ad
ſolutionem dotis, dummodo maritus ſit ſolitus mercari, vel
deponere pecuniam apud mercatorem ad honeſtam partem
lucri, cum tale quid annuum non capiat pro mutuo nec pro
dilatione data: ſed vt ſuſtineat onera matrimonialia: & ſic po
tius capit pro intereſſe. ¶Pro hoc facit quia, vt dixi ſecundum
Cyn. & doct. in d. auth. ad hæc. in hac materia habetur etiam
ratio intereſſe cõſiſtẽtis in lucro ceſſante: vt no. doc. in d. c. cõ
queſtus. & Bal. in d. l. cunctos populos. & Pet. de Anch. in d. re
gula, peccati. cum ergo in caſu noſtro appareat euidenter de
intereſſe dictorum Pergamenſium, potuerunt ipſi licitè reci-
pere ſiue ſit data dilatio, ſiue non: quia dictum interuſurium
acceperunt non pro dilatione, ſed pro intereſſe, vt apparet: &
vt expreſſe dicit domi. Abb. in d. capit. ſalubriter. ¶Præterea &
etiam poteſt reſponderi ſecundum Io. de Imo. in l. in inſulam.
§. vſuras. ff. ſolu. matri. quod imo ſi ſocer promiſit genero ſoluere
certum quid pro alimentis mulieris donec ſoluat pecuniam
dotalem, valebit promiſſio tanquàm facta ob cauſam honeſtá.
argumen. l. ſi is, qui. §. quod dicitur. cum ſim. ff. de iure do. ſi
alimenta ad eum tantummodo aſcendebant. alleg. etiam not.
9 per Iac. But. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. ¶† Hoc etiam in
effectu voluit Pau. de Caſt. in d. §. vſuras. concludens quòd ſi
pecunia erat promiſſa pro dote genero, & quæratur an poſſit
gener petere vſuras promiſſas puta, tantum pro centenario, &
non poterit: quia peteret vt vſuras. Aut quærimus an poſſit
* petere quantum impendit in vxorem,* & poteſt per not. in d. l.
ſocium qui in eo. vt ibi plenius per eum: & ita dicit poſſe con
cordari op. canoniſtarum in d. c. ſalubriter. quòd ab initio poſ
ſit fieri conuentio inter generum & ſocerum de dando ali-
quid donec ſocer in ſolutione dotis ceſſaret. Et refert ibi. do.
Flo. & etiam tenebat Pau. de Leaza. facit pro hoc tex. in c. quia
fruſtra. de vſur. iuncto. c. ſalubriter. ¶Et poteſt reſponderi quia
etiam, vt optimè dictum fuit per dictum aduocatum perga-
menſium. Anto. de Butr. ſe fundat ex eo quia fuit conceſſa de-
bitori certa dilatio, quæ in caſu noſtro non poteſt dici conceſ-
ſa: quia ſi actum erat inter creditorem & debitorem quòd de-
bitor certum quid ſoluat pro tempore in tempus quo ad ſolui
tur debitum principale, non per hoc dicitur ſibi conceſſa dila
tio ad ſoluendum: ſed illud videtur eſſe promiſſum pro ceſſa-
tione ſolutionis. l. lecta. ff. ſi cer. peta. l. acceptam. C. de vſu. ita
vult Bal. & alij in l. qui Romæ. in prin. ff. de verbo. oblig. imo
tunc ſecundum eum debitor quandocunque poteſt ſoluere de
bitum principale. d. l. acceptam. quod quidem facere non poſ
ſet ſi verum eſſet quod intelligeretur præfixa dilatio: quia ante
dilationem finitam ſoluere non poſſet inuito creditore: ut d. l.
qui Romæ. in prin. & l. qui pecuniam. cum glo. ff. de ſi cer. pe.
¶Concluditur ergo, aut vſuræ perceptæ ſunt pro certo tempo-
re futuro ad hoc vt vſque ad illud tempus videatur promiſ-
ſum non petere, aut conuentum ſit, inter creditorem & debito
rem, quod pecunia ſortis nunquàm repeti poſſit donec vſuræ ſol-
uantur vſque ad tale tempus: & dic vt in l. item quia. §. fi. ff. de
pa. vel ſi creditor vult petere poteſt ſortem dato quòd debitor
velit ſoluere vſuras per prædicta. facit. l. fi. in fi. C. de iur. do. &
ſic cum non fuerit facta dicta conuentio pro certo tempore fu
turo: non facit ad propoſitum argumentum deductum in cõ-
trarium de d. l. fin. C. ad l. fal. cum ſi. Ex quibus concludo pro
dictis Pergamenſibus.

ADDITIONES.

* Paſſus eſt.] Idem tenet Iaſ. conſi. 151. in fin. lib. 4. Sed contra Alexan.
hic tenet Rui. conſi. 104. lib. 4. Nat.

* Et not. per glo.] Nota iſtam glo. in l. cum allegas. C. de vſu. Nat.

* Se ſcire.] Idem Bald. conſi. 396. incip. Committere. lib. 5. bona glo. in
l. ſi fratres. §. item ex facto. ff. pro ſoc. Nat.

* Inno.] Iſtud dictum ſequitur ibi Abb. quod valde not. contra debi-
tores ceſſantes ſoluere, poſsit creditor egens capere pecuniam ab
hæbreis ſub vſuris, & tenetur debitor vſuras ſoluere. ſequitur Iaſ. in
l. nummis. in 4. nota. ff. de in lit. iuran. Alex. conſi. 141. colu. 1. lib. 5. vbi
idem dicit ſi pecuniarum defectu pœnam incurriſſet. Idem dicit
Roma. conſi. 101. per totum. Lancellotus in l. Iulianus. §. fructus, col.
3. ff. de leg. 1. Nat.

* Vſurarius.] Crauetta conſi. 48. col. fin. Abb. in c. fin. hæres. in ea. glo.
de Vſur. Nat.

* Sed donatum] Creditor licitè recipit vſuras donatas ſi non prece-
dat pactio, nec ſequatur exactio. Io. de Ana. in rubri. de vſur. Bal. in l.
1. q. 10. C. pro ſocio. Nat.

* Ad intereſſe.] Not. quòd vbi data eſt dilatio ad ſoluendum, nihil pe-
titur. Idem ſcribit Alexan. conſi. 27. infrà lib. 4. Latè ſcribit Soc. conſi.
76. lib. 2. Dec. etiam ſcribit conſi. 111. col. penul. & conſi. 119. dub. 2. &
conſi. 116. col. 2. Rul. conſi. 73. per totum, lib. 1. Et de donatioue data
ad ſoluendum, vide Dec. in c. cum venerabilis col. 6. de exce. Aymo.
Craue. latè conſi. 189. col. 2. Nat.

a ¶Moram. imo cum ſubſit iuſta cauſa dilatio non impedit quin licet
percipi poſsit ut dixi in conſu. Pariſi. §. j. glo. ix. nume. 20. & latius ſu-
per l. eos. C. de uſuris.

* In vxorem.] Sequitur Dec. conſi. 39. col. pe. & conſi. 322. col. 2. Nat.

SVMMARIVM.

2 *Iuramentum excludit minorem etiam non certioratum a reſti-
tutione in integrum.*

5 *Abſolutio non poteſt peti niſi creditor ſit in peccato.*

8 *Diſpenſatio iuramenti non poteſt dari niſi parte vocata.*

9 *Abſolui non debet qui prius contrauenit.*

10 *Inferior a Papa non poteſt abſoluere quando eſt dubium.*

11 *Minores*

11 *Minores vt restituantur aduersus transactionem quarta læsio requiritur.*
13 *Testium dicto solenni statur iudicio ex nō prius dicto extra ius.*
15 *Permittere aliud est & aliud permittere habere.*
16 *Confessio curatoris non nocet nec potest diuidi.*
17 *Interpellatio quando requirit certificationem.*
18 *Pœnam petere non potest qui non probat se omnia impleuisse ex parte sua.*
19 *Iuramentum validat stipulationem alteri factam.*

CONSILIVM CCXXII.

Visa facti narratione mihi exhibita, vna cū actis & pro-
cessibus actitatis inter filias, quondam Artusij de la
Mirandula, & dominam Serenzam vxorem quondam Artusij
agentes, & Gal. & Bar. fratres & filios quondam Ni. de Fante se
defendentes, & etiam in effectu reconueniētes. Omnis fere vis
huius causę principaliter deducitur ad hoc, videlicet an d. Ber
nardi. & Galasius teneantur ad obseruantiam instrumenti tran
sactionis celebratæ, & iuratæ inter dictas partes adeo quod ab
illo resilire non possint nec prætextu allegatæ læsionis. nec sub
prætextu quod non fuerunt eis obseruata promissa, vt ipsi asse-
runt. ¶In quo dico quod ex actitatis nullo modo constare vide
tur dictos Bernardi. & Galasium posse a dicta transactione re-
cedere, quod ostenditur sic. In dicta trāsactione interuenit au-
thoritas curatorum dictorum contrahentium, & decretum iu
dicis, iuramentum ipsarum partium, & omnes erant adulti:
ergo standum est ipsi contractui trāsactionis, & vallatæ etiam
stipulatione. l. si quis maior. C. de transactionibus. l. ex placito.
& l. cum precib. C. de rerum permuta. iuncta. l. non solum. C.
de prædijs mino. & auth. sacramenta puberum. C. si aduersus
1 vendi. † & licet Bar. & quidam alij in d. l. si quis maior. tenue
rint certas speciales pœnas venienti contra trāsactionem iura-
tam non habere locum in adulto minore 25. annis iurante. cu-
ius non est leuis authoritas. Tamen Pet. & Iac. But. & quidam
alij tenuerunt quod habeat locum etiam in adulto iurante eo
modo, quo fuit iuratum: tamen quia in casu nostro tantum
omnes fatentur contractum transactionis iuratæ, & omnia in
eo promissa esse seruanda, ēt ab adulto & iurante: & ideo non
multum curaui insistere super illo dubio an pœna. d. l. si quis
maior. habeat locum in adulto iurante. ¶ Sed insistam super
principali negotio; s. an necesse habeāt d. Bernardi. & Gala. sta-
re contractui, & etiam certam pęnam soluere conuetionalem:
vt infra dicam: vnde pręsupposito prout est de iure, ꝙ dicto cō
tractui standum sit regulariter & iuramentum seruari debeat,
vbi seruari potest sine interitu salutis eternæ. c. si vero. & c. cū
2 contingat, de iureiur. & c. quamuis. de pac. in 6. ¶† Videamus
an non obst. dicto iuramento possit petere restitutionem in in-
tegrum d. Gala. & Bernar. vt petunt: & prout dicitur fuisse iu-
dicatum per sententiam in causa principali? & dico ꝙ nō quia
a tale iuramētum excludit[a] a beneficio restitutionis in integrū,
etiam absque eo quod aliter appareat eum fuisse certioratum
de beneficio restitutionis in integ. vt no. Bar. in l. si duo patro-
ni. §. idem Iulianus per illum tex. de iureiu. & in l. sciēdum. ff.
de ver. ob. & ita refert se ita consuluisse. & ita etiam tenet Bar.
in l. 2. de rescinden. ven. & etiam Pet. & ibi Bar. in d. auth. sacra
menta. per illum tex. ad hoc tenet Ange. in repe. d. l. sciendum.
& d. auth. sacramenta. quia iuramētum facit ipsum maiorem.
vt not. glo. in d. l. 2. de rescin. ven. ¶ Et ita etiam per rationem
istam tenet Raph. Cu. in d. l. sciendum. & dicit Io. de Imo. ibi
quod licet Dy. & quidam alij tenuerūt contrarium: tamen cō-
munis practica & obseruantia videtur approbare opi. Bart. &
ideo ab eo non est discedendum. l. minime. ff. de leg. ¶Ita etiam
dicit Io. de Imo. in repe. c. cū contingat. de iureiu. in tertio mē-
bro prin. vbi ēt dicit ꝙ ista opi. vr̄ etiam esse de mente Arch. &
Io. An. in c. 2. de pac. in 6. ¶Et cum d. op. Bart. & sequacium cō
cordat. & Bal. in l. 2. C. de resci. ven. q. 9. saltem quò ad casum
nostrum qn̄ minor interueniēte authoritate curatoris iurauit
non venire contra contractum. Nam in casu nostro dicti adul-
ti expresse cum iuramento promiserant non petere restitutio-
nem aliquam ꝯ contractum, prætextu minoris ætatis: vel occa
sione alicuius cuiuscunque: & non venire contra contenta in
instr̄o aliqua ratione vel causa: vt latius in instrumento & in-
teruenit curatoris authoritas cuius scientia supplet scientiam
adulti vt dicit Bald. in d. l. 2. arg. l. pupillus. ff. de acqui. hære.

¶Cum dicta conclusione videtur etiam concordare Bal. in l. j.
3 in fi. si aduersus vend. † vbi dicit ꝙ si minor iurat super cōtra-
ctu, nō potest petere restitutionem in inte. ex eo. ꝙ fuerit lęsus
sui facilitate. sed si esset læsus dolo aduersarij: tūc dicit ꝙ prius
esset obtinenda absolutio a iuramēto, alias non procederet pe
titio restitutionis in integ. ar. c. 1. de iureiu. & etiam ꝙ no. Inn.
in c. venerabilem. de elec. sed in proposito nostro pro parte di-
cti Bernardi. & Gala. petita est in integ. resti. de eo quod dicūt
se lesos sui facilitate: non autem deducunt, nec probāt dolum
aduersarij: ergo non possunt obtinere. ¶ Et ponderanda sunt
verba Bald. in l. 1. quia apertè sentit quando est iuratum & re-
nunciatum per minorem vt in proposito non possit peti resti-
stitutio vel absolutio iuramenti quando lęsio interuenit facili-
tate læsi, de quo etiam veniet infra dicēdum Bal. etiam in l. 1.
in fi. C. de reb. credi. tenet & dicit se consuluisse ꝙ quando mi-
nor contractu iurato renunciauit beneficio resti. excludatur
à restitutione in inte. absque eo ꝙ apparet eum fuisse aliter cer
tioratum: quia eo ipso quod facit mentionem de beneficio re-
stitutionis: apparet de scientia. l. 1. C. si cer. pet. & ita dicit fuis
se approbatum a collegio Mediolanensi. idem tenet Ange. in l.
qui iure militari. ff. de re mili. & in d. l. 2. C. de resc. ven. vbi di
cit ꝙ ita seruat consuetudo. ita etiam tenet Ful. & Pau. de Cast.
in d. l. si duo patroni. §. idem Iul. & etiam Lu. Ro. in d. l. scien-
4 dum. maximè per c. ex rescripto. de iureiu. † vbi iuramentum
excludit mulierem a beneficio Velleiani, absque eo quod appa
b reat mulerem aliter fuisse certioratam de beneficio Velleiani.[b]
¶Et etiam expresè Ant. de Bu. in c. si diligenti de foro compe.
alleg. no. per Archid. in d. c. quamuis. de pac. in 6. & not. etiam
Ant. de But. & d. Abb. in d. ca. ex rescripto. ¶Et cum opi. etiam
Bart. transit. d. Abb. in c. pen. de emp. & ven. per not. per Arch.
in d. c. fi. & quia iuramentum est de iure diuino, & nititur iuri
naturali: vt no. glo. 15. q. 6. authoritatem. per id quod habetur
in c. & si Christus. de iureiuran. & talis iur. ignorantia neminē
excusat 38. dist. si ea l. 2. C. de in ius voc. ex quibus videtur sal
c tem in practica tenenda dicta opi. consuetudine approbata,[c]
vt do. dicunt in dictis locis, quicquid voluerit Dy. vt refet Cy.
& quidam alij in d. l. 2. C. de rescin. ven. ¶Nec ob. si diceretur,
dato ꝙ directa via non possunt petere restitutionem in integ.
virtute iuramenti, tamen attento ꝙ fuerunt habilitati a vica-
rio. d. episcopi Rhegini, vt non ob. d. iuramento possint exce-
ptiones contra dictum instrumentum & contenta in eo propo
nere coram iudice competenti, & probare dolum & machina-
tionem quibus inducti fuerunt ad d. transactionem, & se cir-
cunuentos fuisse, & alia dicere & facere quæ sibi incumberent
pro prædictis inde pēdentib. ab eisdem vt publicè constat pu
5 blico instrumento in actis producto. † quia respondeo primò
ꝙ quando minor contraxit & iurauit super contractu prout in
proposito nostro. tunc ratione læsionis & præiudicij nō potest
concedi absolutio a iuramento, sed omnino teneretur in iura-
mentum obseruare confirmans contractum: vt firmat Ang. in
l. si quis pro eo. in prin. ff. de fideius. versi. item adde ꝙ iuramē
tum cōfirmat &c. nisi esset extortum metu vel dolo: vt ibi per
eum. qui non est casus noster quia non est probatum quod fuit
extortum dolo & metu. ¶Bene facit quod no. Arch. in d. c. quā
uis. de pac. vbi voluit ꝙ etiam in casu illius. c. & d. c. cum con
tingat. de iureiu. non possit peti absolutio a iur̄o ratione læsio-
6 nis. & etiam est de mente Bald. in l. fi. ff. qui satisd. cog. † vbi vo
luit ꝙ licet qn̄ vertitur peccatum creditoris possit debitor iu-
rans petere absolutionem a iur̄o: vt patet in causa vsuraria in
c. 1. de iureiu. tn̄ vbi non vertitur peccatum creditoris: licet
iurans enormiter ledatur, non potest peti relaxatio, patet in d.
c. 2. de pac. in 6. & c. licet mulieres. de iureiu. eo. li. ¶Sed in pro-
posito nostro non agitur de peccato dictarū mulierū de qua-
rum dolo ex proposito non docetur. ¶Et posito ꝙ aliquod dā-
num sentiunt dicti Ber. & frater & in ea transa. fuissent melio-
ris conditionis dictę mulieres tn̄ per hoc non dicuntur esse in
peccato, attento ꝙ ad d. contractum transactionis non deuene
runt d. Ber. & Gala. occasione alicuius necessitatis, nec fuit do
lo mulieris commis. nec fuit cōtractus quæstuariæ negotiatio-
nis: vt patet ex latè not. per Pet. de Anch. in regula peccatum,
in 6. dum tractat an peccet qui vendit carius & emit vilius. &
idem Saly. in auth. ad hæc. in 21. q. C. de vsu. & Lauren. de Ro
dul. in repetitio. c. consuluit. de vsu. in 43. q. hoc in proposito.
tamen vult clare Inno. in c. quia plerique. de immuni. eccle. in

7 versi.sed quid dices &c.† vbi vult ꝙ si aliquis potest a te pete
te per restitutionem in intergrum aliquid eo quia lesus est ex
contractu , an tu tenearis in conscientia reddere ante restitu-
tionem in integ.& concludit quod non,nisi per malitiam tuã
lesus esset . & quod minor qui iurauit super contractu prout
in casu nostro non possit petere restitutionem in integ.nec ab-
solutionem a iuramento, firmant latè post alios Io.de Imol.in
repe.c.cum contingat.in 3.membro.de iureiu.& in c.quinta-
ual.circa pen.char.eod.tit.quia aliàs dispositio illius auth.sa-
cramenta.esset imposita verbis,& non rebus, contra. l.2.C.cõ
munia de leg.& c.commissa.de elec.in 6.& ideo reprehendit
Pet.de Anch.qui videtur tenuisse contrarium:& ita etiam vi-
detur de mente Io.de Imo.in l.cum vir.ff.de vsuc. circa 15.co
lum. & expresè tenet Lu.Ro.in l.qui superstitis . ff.de acqui.
hære.& Ioan.de Imo. & Domi. de sancto Gem. c.quamuis.de
pact.in 6.¶Pro ista parte consuluit Pe.de Anch.in consi.382.
inci.retento ordine.vbi pro hoc alleg. tex.in auth. sacramen-
ta.in versi.inuiolabiliter obseruari.Nam si deberet fieri relaxa
tio a iuramento sequeretur ꝙ non obseruaretur inuiolabiliter
iuramentum: vt vult ille tex. qui tollit restitutionem in integ.
secundum communem intellectum. Nam restitutio in integ.
præsupponit lesionem non modicam. l.Seio.ff.de in inte.rest.
d ¶Ita etiam consuluit Pau.[d] de Cast.in consi.306.quod incip.
orta lite inter spectabilem militem do.Ia.&c.per plures ratio-
nes.hoc videt etiam fuisse de mente Bart.in l.si quis pro eo.in
4.&5.membro. inquantum facit differentiam an contractus
sit prohibitus in odium creditoris . & tunc vult ꝙ possit peti
absolutio a iuramento: an vero sit prohibitus principaliter fa
uore personæ prohibitæ : vt in d.auth.sacramenta puberum .
& tunc sentit quòd non possit peti absolutio: & hoc etiam est
de mente Bald.in l.1. C. si aduer. ven. nisi interuenerit dolus
8 aduersatij , ¶†Pręterea respondeo & aliter scilicet quòd dicta
habilitatio non potuit concedi prout concessa fuit parte ad-
uersa non vocata: quia regulariter ad absolutionem a iuramẽ
to confirmatorio contractus seu obligatorio partis, requiritur
partis aduersæ citatio. concludit Ant.de Bu. & Io.de Imo.quo
ad casum nostrum in c.debitores. de iureiur. Fede.de Senis in
consi.300.inci.factum proponitur esse tale, secundum quòd
refert etiam An.de But.in d.c.debitores.ita etiam tenet dom.
Car.flo.in d.ca.debitores. dicens sępius ita consuluisse quòd
* non valeat absolutio a iuramento * facta non citata parte de
cuius pręiudicio agitur: iuxta c.1.de cau.pos.& proprie.& c.
inter quatuor. de maio.& obe.& l.de vnoquoque . ff.de re iu.
& l.nam ita diuus.ff.de ado.¶Et in solutione a iuramento re-
quiritur causę cognitio: vt not.Inno. in c.ad aures quod met.
cau.& Spe.in tit.de iud.deleg.§.nunc ostendendum.vers.24.
cum duobus versi.sequentibus.ergo requiritur partis citatio.
l.in causę.§.causa cognita. ff.de min. l.si deserta . C.si propter
publicas pensi.l.fi.C.si per vim vel alio modo.Et etiam latè te
nuit d.Abb.in c.1.de iureiu. & consuluit Pe.de Anch.consil.
198.inci.prędictis subtiliter ad plenum deductis &c.& dicit
e Io.de Imo. in d.c.debitores. quòd etiam simplex habilitatio[e]
personę iurantis ne incurrat periurium fieri oportet pręceden
te citatione : quia si pars citabitur poterit esse quòd ostendet
quòd per calumniam petitur talis habilitatio : argu. l.2. ad l.
Cor. de Fal. & ita dicit probari per no.per Fed. in consi.supe-
9 rius alleg. ¶†Et sic sine dubiò non sunt nec erunt audiendi su
per absolutione, & habilitatione dicti Bern. & Gala. scilicet
f eo tẽpore quo habilitari petierunt, contrauenerunt [f] instrumẽ
to transactionis. & sic veniunt contra iuramentum vt notabi
* liter consuluit Fed.in d.cons.300.quia frustra*legis auxilium
inuocat,qui in legem committit.c.quia frustra. de vsur.& ar.
c.1.de iureiu.lib.6. Et ita etiam consuluit Pet. de Anch.in d.
consi.198.allega.in fi. & do.Abb.in c.1.de iureiu. & Ioan.de
Imo.in c.debitores. eo.tit.vbi reprehendunt Ant. de But.nec
respondet ad narrationem Fed. & ratio domini An.non refert
quòd debeat absolui quando iam inciderat in periurium : &
ita tenet Lauren.de Rodul.in repe.d.c.consuluit. q.123.alias
122.¶Denique negari potest saltem quòd nõ sit probabile du-
* bium an dictis minoribus * solum ratione allegatę lesionis es-
set remittendum iuramentum vel non : vt patet ex authorita-
tibus plurimorum ita tenentium: quos supra retuli . & ex ra-
10 tionibus supra deductis.† & opi.doc.faciunt rem ambiguã:
vt no.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verb.obli.in 6.

opp.per no. ff.de leg. in l.ideo . C.de leg.l.cum de nouo.& in
prima const.cod.in §.quibus.in glo.super versi.& ita.¶Sed ita
* est ꝙ vbi est probabile dubium * an quis sit ligatus iuramen-
to,illam absolutionem non potest concedere inferior a Papa ,
nec hoc potest delegare : sed solus Papa debet hoc facere : vt
fuit de mente Inno.in ca.venerabilem . de elec.ꝙ firmat clarè
& sequitur Io.de Imo.in d.c.cum contingat. in 3.membro in
finalibus verbis illius tertij membri, vbi reputat hoc esse men
ti tenendum,& hoc idem est de mente Spec.in ti.de leg.§.nũc
ostendendum.versi.24.& melius in versi.item Papa . maximè
in fi. sed vbi probabilis est certum ꝙ dari debet absolutio a iu
ramento: vt quando per metum vel vim est præstitum : & tũc
potest episcopus absoluere.per not.per Inno.in d.c.debitores.
& in d.c.ad aures.¶Insuper posito ꝙ ex causa lesionis enormis
verum esset ꝙ concedi posset habilitatio vel absolutio a iura-
mento , & quod non fuisset necessaria citatio partis . & quod
non excluderentur propter iuramentum dicti minores a bene
ficio restitutionis in integ.tamen ad hoc vt debeant prædicta
fieri oportet de enormi lesione probari quæ sui facilitate pro-
cesserit, postquam dolus mulierum non probatur nec deduci
tur.in l.verum.§.sciendum.& ibi no.Bar.ff.de mi.l.fi.cum ibi
no.per Batt.C.de in integ.resti.iunc.l.Seio. ff.de rest.in integ.
11 ¶†Et ad hoc vt probetur quem fuisse lesum ex contractu trã-
g sactionis [g] oportet deducere & probare ꝙ enormiter fuerunt
lesi Bern. & Gala. habito respectu ad dubium litis euentum
i quam potuisse habere causa impugnationis dicti testamenti,
seu substitutionis factæ in testamento , super qua fuerunt reco
pti plurimi testes : & plures erant testes contra scripturam te-
stamenti,quàm pro scriptura testamẽti : quo casu reprobatur
scriptura testamenti: vt no.glo.magna insti. de inuti.stip.in §.
item verborum.& no.do.maximè Ang.in l.1.§.si quis neget.
ff.quemadmo.test.ape.& can.in c.cum Ioannes . de fide instr.
ita enim oportet probari quando agitur de probanda lesione
circa contractum transactionis: vt no.Ray.Bart.Ang.& Mod.
in l.Lucius.ff.ad Trebel.in l.si quis,cum aliter.ff.de verb.obli.
&c.& Iac.de Are.Bar.& Ange. in l.2.C.de rescin. ven.d.Car.
flo.& Io.de Imo.& d.Abba.in d.c.pen.de emp. & vendi. bene
facit quod not.glo.in l.per diuersas.C.mandati. & ꝙ no.Bart.
in l.si societatem . §.arbitrorum . pro socio. cum si.vnde dici-
mus ꝙ attendi debet dubius euentus litis. l.quod debetur . ff.
de pac. ¶ Sed in proposito nostro non est probatum quod in-
specto dicto dubio euenti lesi sunt enormiter . stant enim ista
simul ꝙ in contractu transactionis fuerit conuentum , quod
Bernar.& Gala.habere deberent solum quartam partem patri-
monij d.Artusij testatoris, & tamen non sunt enormiter lesi.
¶ Et si dicatur ꝙ producatur scriptura testamenti in quo ipsi
fratres fuerunt substituti filio dicti testatoris hæredi instituto
vniuersaliter : quia potuit esse quod dicta scriptura substitu-
tionis potest impugnari & infringi, vt ostendunt dictæ attesta
tiones.¶Accedit quod no.dixit Ant.de But.in c.pen.de empt.
12 & ven.& dixit per id quod ibi no.in glo.† quod eo ipso quod
a lite disceditur, dicitur quis habere commodum & vtilitaté
ex actu per quem disceditur . Ex quo infertur ꝙ transactio fa-
cta per ecclesiam seu pro ipsa ecclesia, etiam alia vtilitate non
probata in dubio sit valida : quia in dubio præsumitur esse
vtilis ecclesiæ : & quo ad effectum transactionis paria sunt li
tem prius esse motam: vel sperari litem moueri. l.2.vbi Bart.
C.de transac.& not.Bart.in l.causas.eod.tit. ¶Et per hoc appa
ret non oportere insistere super nonnullis probationibus fa-
ctis circa valorem dictarum terrarum : nec sequitur quod sit
probatum de enormi lesione, eo modo quo in proposito no-
13 stro requiritur: vt est supra ostensum.¶†Et dicti testes qui de-
ponunt contra dictum instrumẽtum licet ptius extra iudiciũ
aliter dixisset vel scripsisset, tamen præferri debeat dictũ eorũ
h iuratũ,& in scriptis solẽnitur [h] receptum secundũ veras & ma
gis cõmunes conclusiones d.§.si enim dño.& ibi no.Bal.in ti.
quid sit inuestitura.in gl.doc.in c.cum causam.de test.& Spe.
& Io.An.in ti.de teste.§.1.versi.quid si idẽ testis . & consuluit
Bal.consi.inci.licet assessores.& Ange.consi.inci. Christopho
rus Petri conductor &c.& Bald.& Sal.in l.nullum. C.de test.
& Bal.in l.gesta.circa 2.col.per illum tex. C.de re iud. ¶ †Et
14 quantitas numeri dictorum testium est etiam apta supplere de
fectum , si quis subesset.iuxta not. per glo. valde not. in l.3.§.
eiusdẽ.in vers.numerus.& ibi Ia.Bu.ff.de test.& facit l.si quis
ex

ex argentarijs.in prin.cum ibi not.& Bald.& Ang.ff.de eden.
no.Io.de Imo.in l.qui testamento.in prin.ff.de testa.¶Non ob.
etiam prædictis si diceretur ꝙ dictæ mulieres non seruauerũt
promissa in contractu transactionis, quia non assignauerunt
dictam quartam partem dictis Bern.& Gala.vt erat conuentũ
in contractu transactionis:iuxta.l. cum proponas. la 2. C. de
pac.l.si quis maior.C.de transac.l. quæro.§. inter locatorem.
ff.loc.c.3.de iureiur.quia ad hoc respondeo ꝙ in d.instrumen
15 to transac.† non dicitur quod dictæ mulieres promittant da-
re vel tradere dictam quartam partem terrarum dictis fratri-
bus: sed dicitur in instrumento, prędictæ mulieres ex causa
trans.contentæ fuerunt, ꝙ dicti fratres habeant & habere de-
beant dictam quartam partem omnium terrarum dicti quon
dam Artusij, quas idem Artusius tenebat & possidebat tem-
pore vitæ. ita tamen quod dicti fratres dictam quartam partẽ
incontinenti habeant & habere debeant.¶Nec in dicto instru
mento dicitur ꝙ dictæ filiæ Artusij tempore dictæ transactio
nis haberent penes se dictas terras:nec inuenio probatum, ꝙ
dictæ filiæ Artusij fecerint quominus dicti fratres haberẽt di-
ctam quartam partem:ergo non dicuntur non cõfecisse dictæ
conuentioni.l.stipulatio ista.§.si quis.cum ibi no.ff.de verbo.
obl.& in l.vbi pactum.C.de trans. ¶Nam ad hoc non ob.ꝙ in
terra Mirandulæ pro parte dictorum Berna. & Gala.fuerit ꝓ-
testatum curatoribus dictarum mulierum ꝙ obseruarent di-
ctis Berna.& Gala.contenta in instrumento transa. vt patet in
actis transmissis:quia ad hoc respondeo ꝙ cum non sit proba
tum ꝙ tempore d.prodest.d.filiæ. Artusij haberent pęnes se,
seu possiderent.d.quartam partem terræ,nõ potest dici ꝙ ipsi
non seruauerint contenta in instrumento transac.maximè cũ
in instrumento non dicatur ꝙ promiserint dictæ filiæ Artusij
tradere vel dare dictam quartam partem:sed solum ꝙ conten
tæ erant ꝙ d.Ber.& Gala.incontinenti haberent dictam quar-
tam partem, & transactio. operatur * ꝙ illam quartam habe-
rent, acsi eis relicta fuisset in testamento.l. controuersia.cum
ibi no.ff.de trans. ¶Nec ad hoc ob.ꝙ ante dictam protestatio-
nem factam pro parte d.Ber.& Gala.quidam vt curatores di-
ctarum filiarum Artusij asseruerunt ꝙ filiæ dicti Artusij erãt
paratæ consignare dictis Ber.& Gala.dictam quartam partem
terrarum d. Ber. Gala.dummodo. d. Ber.& Gala. præstent fi-
deiussionem seu promissionem de soluendo affictum iuxta te
norem instrumenti transactionis. per quæ verba videntur cu-
ratores dictarum mulierum tacitè fuisse confessi ꝙ dictæ filiæ
habebant pęnes se dicta bona : quia respondeo primò quod
16 posito quòd ex dictis verbis resultaret dicta confessio : † ta-
men confessio curatoris præiudicat adulto quando dicta con
fessio sit sponte,* aut non vocatus aut iussus a iudice per mo-
dum contentiosæ iurisd.l.certum.§. sed an ipsos. & ibi plenè
no.Bar.post glo.ff.de confes. & Bar.in l.Lucius.§.tutelæ.ff.de
admi.tut.¶Præterea dicta tacita confessio cum sit connexa cũ
illa parte in qua dicitur dummodo.d.Ber.& Gala.pręstent fi-
deiussionem de affi.& c.non potest pro parte acceptari,& pro
parte refutari: vt no.Pet.Cyn.& alij.in l.vnica.C.de confes.&
in l.2.C.de dona.& Bar.in l.Aurel.§.idem quæsiuit.ff.de lib.
leg.& canonistæ in c.ex parte decani.de rescrip.& in c.bonæ.
el 2.de post.pręl.cum si.¶Item respondeo quòd ad hoc vt per
dictam protestationem factam curatoribus dictarum mulie-
rum constituerentur dicti curatores mulierum, vel ipsæ mu-
lieres in mora tradendi dictam quartam terræ . oportebat qđ
dictæ mulieres & curatores certiorarentur quæ essent istæ pe-
tiæ terræ, quas asserit de antiquo patrimonio & de domo sua
& quas ipse Artus. possederat : aliàs cum ipsæ mulieres non
promiserint aliquam quartam partem tradere , non fuerunt
in mora nisi certiores factæ fuerunt , qđ illæ petiæ terræ quas
ipse habebant essent de antiquo patrimonio d.Artusij,vt pro-
batur ex his quæ declarat Bar.& do.in pluribus locis, & ma-
ximè in l.non solum.§.morte.ff.de ope.no.nun.in 3.q.princ.
17 circa princ.ibi.dum dicit † quod quando protestor alicui vt
faciat aliquid ad quod est obligatus facto suo mediante euen
tu alicuius conditionis,vel aliquo facto extrinseco:& tũc de-
bet fieri certus per expressionem & notificationem illius facti
per exhibitionem scripturarum,vel per relationem personarũ
quibus merito credere debeat : alle.l.fi.C.de bonis auth.iud.
possi.& l.si quis inficiatus.ff.deposi.& d.l.qui in alterius.sed
in proposito non tenebantur tradere dictæ mulieres dictam
quartam partem petiarum terrę,ex eo quòd in contractu pro-
miserint illam tradere:quia hoc non promiserunt vt dixi,vn
de si qua ratione tenebantur tradere solum teneri poterant ex
eo quòd dictæ petiæ terræ antiqui patrimonij Artusij postea
peruenissent ad d.filias Artusij , & sic ex hoc facto extrinseco
iunctis verbis instrumenti poterat resultare quòd dictæ mu-
lieres tenerentur ad relaxandum d.quartam partem petiarum
terræ dictis fratribus, & nullam eis petentibus cõtrouersiam
facere.d.l.stipulatio habere licere.§.si quis forte,cum ibi not.
¶Non ob.ad hoc illa oblatio verbalis curatoris dictarum mu
lierum de dicta quarta parte: quia vt dixi illa tacita confessio
curatoris resultans ex illa tacita oblatione, non nocet dictis
mulierib. Item dicti Gala.& Bern.dictis filiabus Artusij pro-
miserunt in instrumento transactionis pręstare bonam & ido
neam fideiussionem dominæ Serenæ earum matri de soluen-
do donec domina Serena vixerit:affictum congruentem arbi
trio bonorum virorum in l.de fructibns percipiendis ex dicta
quarta parte terrarum: quam quidem fideiussionem minimè
18 præstiterunt dictæ dominæ Serenæ. ¶† Constat autem quòd
ad hoc vt aduersarius meus possit dicere me sibi non obserua
re promissa,& incidisse in aliquam pœnam vel priuationem,
semper requiritur quod ipse liquidissimè probet se mihi ad-
i impleuisse [i] omnia pro parte sua promissa:vt l.quæro.§.inter
locatorem.ff.locati.l.si fuerit.cum gl.de iureiur.per quæ iura
ita inquit Bal.in c.j.in 2.vel 3.col.in ti.qualiter.de a proprie.
priue.in vsi.feu.Et pro hoc etiam alle.l.Iul.§.offerri.ff.de act.
emp.& l.ediles.§.fin.ff.de edil.edic.& no.Bart.in l.si solutu-
rus.ff.de solutionib. ¶Cum ergo dicti fratres non præstiterũt
dictam fideiussionem,non possunt dicere seruasse conuenta:
imò ipsi incurrebant in pœnam sit legitimè interpellati a di-
ctis filiabus Artusij non pręstent dictam fideiussionem , etiã
dato quod illa fideiussio non esset pręstanda dictis filiab. sed
matri.text.est in l.stipulatio ita §.alteri.de verb.obli.& decla-
rat Bar.in l.si ita stipulatus.in 6.opp. 5.partis.eod.titu. ¶Nec
ob.quòd alteri stipulari nemo potest etiam matri.l.debitor.§.
fi.ff.de neg.gest.& plenè per doc.in l.quod dicitur ff.de verb.
ob.quia respõdeo quod vbi est adiecta pena, vt in casu nostro
19 non valeat stipulatio: vt in d.§.alteri. ¶† Secundò respondeo
quod vbi est pręstitum iuramẽtum obligatur efficaciter pro-
missor, qui promisit mihi quod daret alteri, vt firmat Bar.in
l.si quis pro eo.in 6.membro.ff. de fideius.& Anto.de But.&
20 Io.de Imo.in c.cum contingat.de iureiur.¶† Attento ꝙ natu-
ralis obligatio aquiritur stipulanti dari alteri , etiam quando
iuramentum non interuenisset: vt no.glo.& doc.in d.§.alteri.
& no.Bar.& alij in l.cum lex.ff.de fideiusso.& Bar.in l.si non
sortem.in prin.ff.de condi.indeb.& Ange.in l.j.C.de pac.&
Ang.& Moder.in l.stipulatio ista.§.si stipuler. ¶Et dato quòd
nondum recepissent terras dicti fratres,tẽpore quo debebant
fideiubere,quas etiã non promiserunt dictæ mulieres eis con-
signare,vt est dictum quamuis non esset adhuc taxatus dictus
affictus, hoc tamen non excusat dictos fratres: qui si volebant
dictas mulieres in mora constituere poterant & debebant of-
21 ferre non verbo,† sed accipere fideiussorem,qui se offerret pa
ratum obligare ad affictum soluendum arbitrio boni viri. &
hoc modo fieri debet oblatio quando res non est liquidata. l.
statuliber rationem. & l.seruus si hæredi. §.fin. ff. de statuli-
ber.per quæ iura sic inquit Ric. & clarius Angel. & alij post
eum in l.4.§. ait prætor.ff. de re iudic. & Ange. & Mod. in l.
prætor.§.si quis paratus.ff.de ope.no. nunc.& in l.si mora.ff.
so.mat.& in l.si insulam.ff.de ver.ob.¶Nec etiã in instrumen-
to dicitur ꝙ prius debeat taxari dictus affictus, quã præsta-
ri fideiussio de soluendo affictum arbitrio Boni viri: imo ver-
ba instrumenti apertè dicunt potius contrarium : nec etiam
ibi dicitur ꝙ dictæ filiæ Artusij promittant prius consignare
terras quàm pręstetur dicta fideiussio.¶Quinimo producti &
examinati sunt duo testes Antonius Bonolaril, & Antonius
Franzoni qui videntur deponere quòd procurator dictarum
mulierum voluit consignare dictam quartam partem dictis
fratribus, sed remanserunt discordes eò quia dictus curator
dicebat se nolle consignare aliquid de certis terris quas ipse
dicebat non esse de antiquo patrimonio dicti Artusij, & sic
non comprehendi in dicto instrumento.nec est probatum qđ
sint de dicto patrimonio dicti Artusij: & sic non comprehen
ditur in dicto instrumento:& sic culpa dictorum fratrum nõ
fuit

fuit facta consignatio: & per eos stetit: imo perfecta habetur quantum ad hoc vt non dicantur mulieres fuisse in mora. l. in executione. §. 1. ff. de verbo. obliga. & l. Labeo scribit si mihi Bibliothecam. ff. de contrahen. empti. l. iure ciuili. ff. de con-
2 di. & demon. † Poterit etiam ad cautelam procurator dictarum mulierum incidenter petere restitutionem in integ. aduersus omissionem consignationis dictæ quartæ partis terrarum, & lesionem inde secutam, & incursum pœnæ quatenus verum esset dictas mulieres vel eorum curatores culpabiliter omisisse consignare dictam quartam partem. l. Aemil. largianus. l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de min. no. in l. si cum militaribus. C. de resti. mil. & in l. 2. * C. si aduer. ven. pi. ¶Et de lesione satis appareret propter pœnam insertam in instrumento transactionis. non dico quòd petatur pro parte mulierum restitutio in integ. aduersus contractum transac. ob. iuramento & alijs de quibus supra sed aduersus omissionem consignationis * dictæ quartæ partis terrarum, quatenus verum esset dictas mulieres aut eorum curatores culpabiliter omisisse consignare. ¶ Ex quibus omnibus apparet nullo modo debuisse iudicem restituere in integr. dictos Galat. & Bernard. aduersus contractum transactionis. nec debuisse consequenter pronunciare d. Gala. & Bernar. immittendos in possessione bonorum hæreditatis, quinimo dicta sententia retractanda est cum supportatione dicti domini iudicantis. vt mihi intrepidè videtur. ¶ Quantum aut ad pœnam conuentionalem & non nullos fructus petitos non curaui insistere, quia clientulus dicit apud suos causidicos de hoc non fieri dubium. & vis principalis consistit circa robur transactionis quæ firmissima iudicio meo psistere debet vt ex prædictis liquere puto.

ADDITIONES.

Hoc consi. est duplicatum infra lib. 6. consi. 66. Natta.

a ¶Excludit. Falsum est & contrarium practicatur vt dixi supra. lib. 1. consilio 27.

b ¶Velleiani. Idem Pau. consi. 8. lib. 2. Antho. de Patru. tra. de iur. effectu. 10. sed est falsum.

c ¶Approbata. Imo. communis obseruantia est in contrarium vt sæpe dixi.

d ¶Pau. Non inuenio hoc consi. sed bene inuenio contrarium in cons. 259. circa primum. col. pe. lib. 2.

* A iuramento.] Idem tenet Feli. in c. 2. col. 10. de sponsa. Sed aliud sentit idem Fel. in c. 1. de iureiu. q. 4. Natta.

¶Habilitatio. Io. And. in Spec. de iureiu. in rub. Anch. consi. 198. consilio 388. Maria. Soc. trac. de cita. arti. 7. nu. 29. decisi. Tholo. 62. Cœpol. caute. 61. Imo. c. debitores. de vsu. Cur. senior cons. 43. nu. 18. nu. 28. & in fi. consi. 65. in fi. Hyp. Marsi. in rep. l. de vnoquoque, nu. 202. cum seq. de re iud. Ste. Bern. consi. 104. relaxatio, lib. 2. consi. 186. vidi processum vbi dicit ita iudicasse parlamentum delphinale & in consilio 193. dispensat. lib. 2. sed veritas est. in contrarium vt tenet Oldr. q. 120. ad duplicem, Albe. in rub. C. de vsur. in fin. Bald. consi. 474. libro 5. alleg. 10. Ant. But. c. debitores. de iurei. Anch. (sibi contrarius) consi. 18. col. fin. & inter, consi. Cal. consi. j. sub tit. de fer. Fa. Cald. consilio 7. de iureiu. do. de Ro. dec. 768. sciendum. in anti. Guid. Pa. deci. delph. 140. dec. 225. Pau. consi. 259. circa primum. col. pen. lib. 2. Fel. c. 1. col. fin. de iureiu. Ias. l. nec quicquam, §. vbi decretum, col. 8. de offi. procons. & leg & ita seruatur vt refert Steph. Auffr. in d. decisi. Thol. 62. vbi hoc sequitur & Bened. repe. ca. Raynutius. verbo duas habens filias. col. fin. de testa. Alcia. l. si quis maior recitauerit. C. de tran. Matth. Afflict. deci. Neap. 230. col. 3. vbi limitat nisi quando taceretur quòd iurauit non petere absolutionem a iuramento, quam limitationem non puto veram quia subsistēte causa relaxandi licet iuramentum non valet hæc huiusmodi relaxatio vitiat per susceptionem: quia non emanat per viam iustitiæ. igitur vt no. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pu.

f ¶Contrauenerunt. j. lib. 3. consilio 17. nume. 3. Alber. Bru. consil. 46. pan. disp. 2.

* Quia frustra.] Idem tenet Felin. in c. 2. col. pen. de sponsa. Alex. consi. 17. col. 1. lib. 3. & consi. 118. in fin lib. 7. & Fel. latè in c. 1. de iureiura. col. 12. Deci. consi. 452. col. 2. in fin. & Adde quòd idem tenet Matth. Afflict. deci. 30. addens ꝙ pendente lite super absolutione, Si aduenit terminus, fienda est solutio. Natta.

* Minoribus.] Isto argumento vtitur etiam Soc. consi. 115. lib. 1. Natta.

* Dubium.] Vide notabiliter Fel. in c. 2. col. 10. de sponsa. vbi plura adducit in oppositum. & dicit Carol. in apostil. ad Alex. consi. 83. li. 5. ꝙ de hoc dicto parum curatur in praxi, ratione de qua ibi per eum, & data enormi lesione, iuramentum non ligat, & sic quis non potest incidere in periurium Dec. consi. 180. Cur. iunior consi. 53. dub. 2. Craue. consi. 142. nu. 28. Natta.

g ¶Transactionis. dixi supra, lib. 1. consi. 42. nu. 11.

h ¶Solemniter. Bald. consi. 486. l. assessores, li. 3. secundum nouam impressionem, Bart. consi. 86. Rom. consi. 505. Phil. Fran. cap. j. in fin. de elec. in 6. Petr. de Ferra. inter oppo. contra testes. versic. ac etiam varij. Card. clem. j. de test. Cœpo. cau. cri. consi. 61. Alexan. supra, consi. 63. l. 1. Fran. Are. consi. 71. Pau. Felin. c. per tuas. de testi. Steph. Aufri. ad decisi. Tholo. 281.

* Operatur.] Quando transactio fit de hæreditate inter scriptum, & legitimum hæredem, quem conuenient legatarij, vel creditores, vide in l. controuersia, ff. de transact. & in l. 3. ff. eo. tit. Quando autem hæreditas est in controuersia, quid agendum sit illis, habet text. in l. fi. C. de peti. hære. Natta.

* Sponte.] Nota ꝙ procuratoris confessio facta in iudicio sponte non præiudicat domino, sed requiritur, ꝙ iussus a iudice respondeat libello, vel positionibus, quod tenet Pau. de Castr. in l. non solum, in prin. ff. de procurato. Ant. de But. Abb. & Imo. & ibidem Fel. in c. 1. vt lite non cnntesta. Natta.

i ¶Adimpleuisse. supra eod. consi. 49. nu. 4. supra lib. 1. consi. 119. consilio 2. & fin.

* In l. 2.] Doctores in d. l. 2. volunt, ꝙ propter omissionem restituatur minor, nisi contractus gestus fuisset cum maiore, & nihil gestum cū minore. facit tex. in l. minor. 25. annis omissam, ff. de minori. Aduerte tamen. quia Docto. in l. si cum militaribus. C. de resti. mili. volunt, ꝙ aduersus negligentiam, quæ descendit ex inobseruantia contractus, non detur restitutio ratione ætatis. Quod facit ad quæstionem, Vtrum minor non soluens censum emphyteuticum, cadat. de quo ponit Bald. in d. l. 2. C. si aduer. vendi. pign. & in l. si tutoris, C. de admi. tuto. Specula. in tit. loca. §. nunc dicendum, versi. Decimoquarto. Vide bonum text. in l. pen. C. de in integer. restit. mino. & in l. 3. §. si quid minori, in fin. ff. de mino. Et quòd sic, tenet Ias. in l. 2. nu. 53. C. de iu. emphy. Et Alexan. consi. 141. colum. fi. lib. 5. vult. ꝙ minor ob non restitutionem dotis læsus ex cursu vsurarum, restituatur, vide plenè Curt. seniorem consi. 59. Ruinum consi. 54. col. 1. lib. 5. Adde Pau. de Cast in l. cum filius. §. in hac. & ibi Soc. col. 3. ff. de verb. obli. Rui. consi. 119. incip. Et maximè, col. fi. lib. 5. Natta.

* Consignationis.] Istud etiam probat tex. in l. 3. §. si hæres & ibi Bart. ff. de mino. Bald. in l. pupillorum, in fi. C. de repu. hæredi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Legata domo veniūt apothecæ horti & cenacula illi deputata.*
4 *Modus attenditur qui erat tempore mortis testatoris.*
5 *Legato facto ad vsum, videtur legata proprietas.*

CONSILIVM CCXXIII.

Visis verbis dicti testamenti, & his quæ narrātur in the-
1 mate omissis argumentis non necessarijs. † Breuiter puto quòd in dicto legato relicto contemplatione sacerdotis comprehendatur domus habitationis dicti testatoris cum
a his [a] quæ erant ad vsum domus, vt erat pars existens supra apothecas qua vtebatur testator pro lignis ibi conseruandis causa ignis optimi & camerula qua vtebatur testator pro famulo vel famula. Si vltimo loco testator camerulam ad similem vsum retinebat. hæc probantur principaliter per tex. in l. Olimpico. aliàs fin. in prin. ff. de serui. vrba. præd. cum glo. sua in verbo legatum. vbi probatur ꝙ etiam quando testator non legat domum, quo ad proprietatem, sed quo ad habitationem tantum, venit hortus & cenaculum si talia erant ad vsum domus, secus si non essent ad vsum domus. & sic illud quod dicitur in l. prædijs. §. pen. in fin. ff. de leg. 3. vbi habetur quòd si legata sit domus, venit etiam hortus qui causa domus fuit cōparatus, & aditum per domum habebat, vendicat sibi locum etiam quando non legatur sibi domus sed habitatio. ¶ Bene facit etiam d. l. prædijs. §. fin. vbi vendita domo comprehenditur etiam domuncula parua, & si illi iuncta sit vno pretio cum domo quæ fuit comparata, & de ea domuncula disponebatur prout fiebat de domo magna. ¶Quinimo dixit Bald. in d. l. Olimpico. in princ. quòd si maritus legat vxori domum
* ad habitationem, venit hortus * accessorius domui. per illam. ꝙ l. prædijs. §. balneas. Et dicit Pau. de Cast. in d. l. Olimpico. & ipse audiuit pluries Bald. all. d. l. Olimpico. & d. l. prædijs. & l. arbiter. §. de vestibulo. ff. communi diu. ad hoc videlicet ꝙ si venditur vel legatur domus. venit stabulum vel hortus coniūctus vel contiguus domui legatæ vel venditæ, si ad illud non erat aditus nisi per domum legatam vel venditam, vel etiam si erat aliunde, tamen emptus fuerat simul cum domo, & eiusdem pretij. Et dicit Iac. de Are. & Bartol. in d. l. prædijs. §. balneas. per illum text. quòd si consuetudo est quòd primus natus habeat domum principaliorem, habebit etiam omnia ap-
2 pendentia domus. ¶ † Et dicit etiam Nico. de Neap. post antiquos

quos in d.§.pe.per illum text.deciditur ꝙ si duo erunt fratres
diuidentes inter se domos cões, & in medio erat hortus ꝙ ce-
dat domui ad quam testator vtebatur illo horto, & si testator
non deputauerat eũ ad vsum alicuius domus cedit illi domui
per quã habebatur intrinsecus aditus ad hortũ illum.¶Ad prę
dicta facit tex.in l.creditor.§.ante domum.ff.de act.emp.¶Ad
idem quod no.Io.And.in c.Ray.de test.Nã ex eo quod ibi di-
cit tex.domũ & hortum relinquens probatur,qđ qui legat do
mum non vr̃ tñ legare ortum.& dicit Io.And. qđ illud est ve-
rum,nisi hortus esset cõtiguus per d.l.prædijs.¶Bene facit qđ
no.gl.13.q.2.c.fi.& qđ ibi Arch.vbi not.ꝙ qui dat domũ vel
aliam rem, vr̃ dare quæ annexa sunt per iura quæ ibi allegaui
in fi.gl.¶Pro quo Arch.ẽt ibi alle.l.si qñ. C.de bon.vac.li.10.
& bene facit.l.Iul.§.ædilib.cũ seq.leg.quę secum cõtinuatur.
3 ff.de act.emp.¶† Ad idẽ text.in l.qđ conclaue.cum gl.2.in fi.
& qđ ibi no.Bal.ff.de dam.infe.vbi vendita vna domo,vr̃ ven
ditum conclaue seu clausura quæ erat ad vsum illius domus,
conuersa ẽt si erat paries in medio duarũ domorum:vt ibi.&
in l.si cui hæredes.ff. de leg.3. ¶Et fortius vr̃ decidere Pet.de
a Anch.* in cons.291.inci.super plurib.articulis &c.Vbi dicit
ꝙ in donatione domus vẽdit apotheca, quæ erat subtus dictã
domũ si apotheca eadem consignatione & fundamento refere
batur, & fuerat eadẽ emptione per donãtem acquisita domus
& apotheca.alle.d.l.prędij.§.qui domũ.& d.l.quod cõclaue.
& d.l.creditor.§.fi.¶Accedit ẽt secundum eum,quia apothe-
ca & domus erat sub eisdẽ finibus:argumentum eorũ quæ ha
bentur in c.cũ ad sedem.de resti.spol.per Inn.& pręsertim se-
cundũ eum hęc in qua est larga interpretatio. c. cũ dilecti.de
don. ¶Et eadem vr̃ procedere debere in casu nostro in vltima
voluntate & legato:quia sicut in dona.est latè interpretandũ.
l.legatũ.de leg.2.l.in testi.de reg.iu.¶Fortasse dño iudicãti vr̃
ẽt in casu nostro, qđ in dicto legato habitationis domus ve-
niant dictæ apothecæ, quæ in domo erant, prout in casu suo
consuluit Pet.de Anc. & tunc rñderem ad d.§.balneas.vbi di
stinguit an habeant aditus similia ædificia intrinsecus per do
mum,vel non,quia iste text.loquitur in aditis quæ aliqñ fue-
runt seorsum de domo seu erunt extra parietes domus:vt rñ-
dit eximius aduocatus sacerdotis.¶Pro hoc ẽt vr̃ gl.fi.in l.qđ
conclaue.de dam.infec.iuncto text.ibi, quam gl.ibi expresse
insequitur Dy.An.& Mod.tñ in casu nostro non pono hoc ꝑ
constanti quo ad dictas apothecas.¶Sed bene pono pro cõstan
te quò ad partes superiores, & quò ad dictã camerulam si eo
vltimo tpe vtebatur testator pro vsu & habitatione sua seu fa-
miliæ licet eam aliqñ locasset cum apotheca. hic probatur ꝑ
ca quæ hñt in l. Mela.§.j.ver.si alimenta.ff.de ali.& ciba.leg.
4 vbi † qñ contingat dubitatio circa rem legatã attenditur tem
pus mortis testatoris, seu qualitas vsus testatoris tpe mortis.
non potuit ergo factũ hęredis diuidentis apothecas cũ parte
superiora reliqua parte domus legatũ ipsum diminuere aut
aliqua parte extinguere.l.cętera.§.fi.ff.de le.j.¶Et si quęratur,
an dictus sacerdos dictã domũ alteri locare põt pendet ab illo
dubio,an dicat sibi legata habitatio,quo casu sine dubio loca
re posset.l.cũ antiquitas.C.de vsufr.& instit.de vsu & habi.§.
sed si.an vero dicatur sibi legatus vsus, quo casu nõ ita posset
altere locare seorsum ab vsurario habitanti sed cohabitanti se
cum pro pensione & mercede sic l.2. iuncta.l.cęterum.circa
prin.& l.sed neq;.in prin.ff.loca.¶Et dubiũ fuerat,quia testa-
tor in testõ instituit dictũ cõsortium ecclesiæ maioris hęredẽ:
quẽ hęredẽ grauauit capellã construere in eadem ecclesia, &
capellæ dotẽ certam legauit,& ad ipsam capellã mandauit eli
gi vnũ sacerdotem,adijciẽs hęc verba formalia videlicet, qui
sacerdos sit vt s̃.alleg notorium, vt deputatus est, & in futu-
rum continget deputandus possit, ac debeat,& valeat stare &
habitare in domo habitationis ipsius testatoris posita in dicta
vicinia, & q̃ domus vendi & alienari aliqualiter non possit,
adeo qđ semper deputata sit & stet pro vsu sacerdotis siue sa-
cerdotũ,qui celebrabũt & beneficiabunt in dicta capella &c.
¶Et sic dato ꝙ testator videtetur per p̃cedentia verba legasse
habitationẽ: tñ videbatur illud legatũ restrinxisse ad vsum ꝑ
illa verba sequentia,dum dixit adeo ꝙ semper sit deputata,&
stet pro vsu sacerdotis:quia cã legati limitat & restringit lega
tum.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2. & l.epistolã.in prin.
5 ff.ad Treb.† & tñ istud non põt obstare: quia vbicunq; mo-
dus* vel cã adiectus respicit cõmodũ legatarij, nunq̃ restrin-
git legatũ.l.Titio centũ.in prin. ff.de cond.& dem.l.2.§.fi.ff.
de do.& bonus tex.in l.4.in prin.ff. de alimen.& ciba.leg.vñ
in proposito dicũt ibi Iac.de Are.& Bar.qđ si testator dixerit:
lego vxori domũ ad habitandũ,vel fundum, vel vsumfructũ,
b vel ad vsum [b] quod plena proprietas vr̃ relicta & non transit
ad hęredes.l.donationes §.species.& ibi not. Bart.ff.de do.&
in l.species.ff.de auro & arg.leg.& not.expresse gl.Cy.& Bal.
in l.si mulier.in j.gl.C.de iur.do.quę dicit qđ si donatur reli-
giosis prędiũ ad vsum, vr̃ cõcessa proprietas. & no.ẽt per Bal.
in l.2.in vlt.col. C.de inof.do.& in rub.C.de iu.emphy.& in
l.3.in 2.col.de fructib.& litium expen. & in l. & epistola. C.
de fideicom. ¶Nec ad hoc obstat text.in l.si habitatio.§.sed si
iste.ff.de vsu & habitatione.Nam rñdendum esset vt per Bar.
in d.l.3. Attamen attento quod testator adiecit in legato ista
verba,videlicet:qui sacerdos possit & debeat stare & habitare
& in dicta domo &c.Quæ verba,s.possit & debeat, simul iun-
* cta * importãt necessitatẽ.c.j.in verbo,possimus & debemus.
extra vt ecclesiasti.beneficia.facit l.p̃tor.in prin.ff.de eden.&
c in cle.2.cũ gl.in verbo, debẽt [c] de statu monac. cũ cõcor.ibi
allegatis. & sic testator vr̃ voluisse qđ dictũ legatũ censeatur
habere naturã vsus,potius q̃ habitationis.& in hac conclusio
ne cõsulo, quo casu qualiter alteri locari possit iã dixi supra.

ADDITIONES.

a ¶Cum his.j̃.lib.3.consi.54.& lib.6.consi.26.& lib.6.cõs.204.latè dixi in consue.Parisi.§.8.glo.5.q.3.adde Cęp.tract.de serui.vrb præd.consi.44.de claustro.

* Ortus.] Vide etiam Fal.in c.Rodulphus,col.15.de rescri.versi.Cæterum ad euitandam nimiam prolixitatem,& vide Pau.de Cast.cõsi.92.incipien.Notandum est.in antiquis.Adde Iaso.in l.fin.col.3.ff.de constitu.princip.& de orto, ad quem habeatur aditus è domo Alex.consi.54.col.j.lib.3.

* Pet.de Anch.] Habeo consi.201.Et vide Alex.in l.pleriq;,ff.de in ius voc.& consi.204.vbi meminit de hoc consil.Pet.de Anch.Vide etiã Pau.de Cast.consi.211.lib.j.Cor.consi.206.nu.11.lib.3. Ias.in l.fi.col.3.ff.de consti.prin.Adde ꝙ quandoq; appellatione domus venit statutum,iuxta illud Vergilij.Item domum Statutæ &c.Vide Crauettã consi.234.Vide etiam Pau.de Cast.consi.453. Incip.de eo quod lib.j.Corn.consi.203.lib.j. Natta.

* Modus.] Nota ꝙ verba adiecta in fauorem legatarij,nunquam restringunt legatum.facit.l.quod fauore,C. de ll. Natta.

b ¶Ad vsum.Idem Alb.Bar.Ang.Pau.Ale.Ias.l. cũ hi.§.si vni.de transf.Bar.l.4.de ali.& cib.leg.Bal.in l.si habitatio.de vsu & habitatione.l.Titia cum testamento.§.fi.de leg.2.l.j.C.de fruct.& lit.ex.Fran.Cre.sing.33.Corn.consi.19.li.j.Lancel.Decius.l.plane.j.§.fi.no.j.de leg.j.Pau.Picus rep.§.Titia cum nuberet.in d.l.Titia. Ias.l.fi.C.de leg. & consi.27.l.j.& in prælu.feu.col.29.Tho. Ferra.caute.2.Ia.tra.feudo.verbo in feudum.col.3.Hyp. Mar.no.414.in tantum Bar.cons.233.li.2.vt si cui relictus sit fundus ad vsumfructũ vel ad alimenta teneatur legatam esse perpetuam proprietatem de quo dubitat Ang.Are.§.fi.insti.de vsu & habitatione.& contra facit quod no. Bal.in prælu.col 13. Ego vero puto in his vltimis exemplis non esse legatã proprietatem sed vsumfru.vel alimenta tantum per tex.in d.l.si habitatio.§.j.nec obstat.d.l.4.de ali.leg.quia ibi constat in verbis dispositionis ꝙ voluit simpliciter legare proprietatem ibi dari volo prædia mea & similiter quoties pręcedit dispositio donationis totius rei nõ puto per verba sequentia executiue addita eam limitari nisi aliter de mente appareat & ita limitanda est sententia communis.plenius dixi in consue.Parisi.§.93.

* Simul iuncta.] Vide de istis verbis possit, & debeat, Iaso.latè in l.Gallus in prin.col.5.ff.de lib.& posth. Natta.

c ¶Debent. Quod verbum necessitatem importat de se nisi ex materia subiecta,vt si dirigatur ad personam cuius fauor profertur.Sali.l.creditores.col.2.C.de pig.latè And.Tiraq.in consu.Picto.tit.retra.§.j.glo.15.

SVMMARIVM.

1 *Nisi probetur qualitas requisita in inquisitione posita debet absolui.*

CONSILIVM CCXXIIII.

Viso processu inquisitionis formato contra Peregrinũ & alios de Butrio.Et his, quæ scripta sunt in superiori consi. celeberrimi domini consul. & mihi patris obseruandi.¶Dico verũ esse de iure dictos inquisitos non posse pro andata,de qua in inquisitione fit mẽtio cõdẽnari.¶Ad qđ oñdendũ p̃suppono qđ statutũ sub rub.de pęna facientis guarnimẽtũ andatã seu caualcatã,in quo statuto principaliter fundata est p̃sens inq̃sitio accipit vt diuersa ista duo facere andatã.

10.viro-

10.virorum armatorum, vel abinde s̄.Et istud est vnũ,& ipsam
an datam.& istud est aliud. similiter in eodem statuto accipiũ
tur vt diuersa facere guarnimentum, id est, congregationẽ 20.
hominum armatorum , vel vltra , & ire seu segregare in dictũ
1 guarnimentum . † nam inter prædicta posita est disiunctiua
vel,quæ ponitur inter diuersa.l.hæc verba ille . ff.de ver.si.l.si
quis ita stipulatus fue.siue malus. ff.de verb.obli.glo.in rubr.
2 de iur.& fac.ign.facit.l.si idem codicilli.C.de codic. ¶†Secũ-
dò etiam præsuppono quod quando vnum est in inquisione
deductum,si illud nõ probatur, sed probatur aliud diuersum
non potest sequi condemnatoria.l.habebat. in princ. ff.vi.bo-
no.rap.Et no.glo.in l.1,§.diuus.in versi.absolui posse.ff.de si-
ca.& Inno.in c.ex parte abbatissæ. de priuile. & Bart. in l.1.in
prin.ff.de eden.& in l.hęc verba.§.1.de his qui no.infa.vbi di
xit ꝙ si quis inquisitus est quod mandauit delictum commit-
* ti,& probatum est quod instigauit vt delictum * committere-
3 tur non poterit condemnari. ¶ † Et vbicunque profertur a le-
ge vel statuto verbum aliquod cum aliqua qualitate, debet v-
trumque probari.l.1.§.ait prætor. & no.Bart.in princ.illius le
gis.ff.ne quid in flu.pu.& habetur in d.§.docere. vnde Io.An.
in c.1.de homi.lib.6.in nouel.refert.se euasisse quendam præ
latum a pœna illius. c.1.quod capitulum punit acriter facien
tes assassinari aliquem Christianum . Nam modo erat proba-
tum.contra prælatum ꝙ fecerat assassinari quendam hominẽ,
& non fuit deductum & probatum quod ille assassinatus fuis
set Christianus : propter quod euasit prælatus pœnam illius .
c.& istud dictum assumpsit.Bald.in l.si quis non dicam rape-
re.in 3.col. C.de epis. & cler. ¶ Modo redeundo ad propositũ
formata est inquisitio contra d.Peregrinum,& alios ꝙ fecerũt
andatam in curia Butrij, prout in inquisitione latius contine-
tur:quæ verba,scilicet quod fecerunt andatam importãt.hoc,
scilicet ꝙ fecerunt congregationem hominum decem armato
rum,seu abinde supra ita accipitur in statuto præalleg.istud fa
cere andatam.Testes autem recepti pro parte curiæ ad hoc ꝓ-
bandũ si bene inspiciant̃: non probant ꝙ dicti inquisiti cõgre-
gati fuerint in ipsa andata: sed quis fuerit ille qui fecerit anda
tam,id est qui fecerit seu ordinauerit congregationẽ pro anda
ta, hoc non dicunt dicti testes ergo non est probatum illud de
quo sunt inquisiti,scilicet quod fecerunt andatam.quæ verba
significant illum qui fecit eam seu actor congregationis arma
torum pro andata:& per consequens non posset condemnari:
quia non est probatum illud de quo in inquisitione : vt patet
ex præsuppositis,de quibus supra.¶Et licèt aliqui ex dictis te-
stibus videantur dicere ꝙ dicti inquisiti congregati & armati
fecerunt:tamen si in hoc diligenter cõsiderent̃ verba pręcedẽ
tia & sequentia testium , quia manifestè ex illis patet ꝙ testes
non accipiunt facientem andatam pro authore congregatio-
nis : sed pro eunte in andatam , quia quando testes deponunt
quod inquisiti fecerunt andatam, secundum multitudinẽ per
sonarum congregatarum: vt in eo euidenter patet.Et sic testes
posito ꝙ probarent aliquid , dicerentur probare dictos inqui-
sitos fuisse in andatam:non aũt fecisse andatam,id est congre-
gationem. ¶Modo in veritate non probatum est nec potuisset
probari:quia verũ non fuit,scilicet quod vnquam aliquis fece
rit istam congregationem in iniuriam & dãnum alterius . Sed
dicti homines existentes in varijs locis tamen propinqui au-
dientes vnum ex dictis inquisitis acclamãtẽ & vociferãtẽ, ac-
currerunt ad eũ. ¶Secũdò principaliter dico inquisitos prędi-
ctos non posse cõdẽnari ex eo quia statutũ punit facientes an-
datam hominũ armatorũ per ciuitatem vel districtum Bono-
niæ de loco ad locũ in iniuriam vel damnũ alterius.sed si dili-
genter cõsideratur , non videt̃ probata illa qualitas requisita a
statuto , s.ꝙ facta fuerit illa andata ꝑ pręedictos ad damnum &
iniuriã alicuius: vt infra proxime ostendã: & per cõsequẽs nõ
pñt condẽnari non probata dicta qualitate statuti,d.§.ait præ-
tor.cũ ibi no.per Bar.cũ alijs.s̄.alle. ¶Quòd aũt testes nõ pro-
bãt illã qualitatem , apparet . nam primus testis non deponit
quod vidit dictos inquisitos cõgregatos & armatos facere an-
datã in curia Butrij ad domum illorum de Casonib. de dicta
terra Butrij,& vidit eos: vt s̄.armatos & cõgregatos facere in-
sultum,impetum,& aggressurã ꝯ Bart. ¶Nã aduertatur qđ iste
testis pro vero dicit quod dicti inquisiti fecerunt andatã in dã
4 num & iniuriã alterius . † nã quia andata accipitur in statuto
pro actu in quo cõgregatio est facta, & ordinata fuerit ad dã-
num,& iniuriã alterius vt dicit,& clarè patet ex statuto, opor
tebat probari quod ipsa congregatio facta fuerit & ordinata
in dãnum & iniuriã alterius: qđ quidẽ non deponit iste testis,
nec alius . ¶ Licèt iste testis subdat ꝙ ẽt vidit eos vt supra etiã
armatos & congregatos facere insultum: impetum & aggres-
suram cõtra Bart. & sic incontinenti dicti inquisiti post cõgre
gationes fecerunt insultum in Bart.& sic debet pręsumi quod
actus congregationis proximè præcedentis fuerit ob hoc or-
dinatus.l.si ventri.§.fi.de priui.cred.ca.officij. de ele.& quod
elegãter no.Bal.in l.1.in 4.col. C.de ser.fugi.& in l.multum.
in 2.col.C.si quis alteri vel si.facit.l.lecta. vers.dicebam . ff.si
cer.pe.& quod no.in l.1.C.de op.lib.cum simi. ¶Quia respon
deo ad hoc primò quod nec iste testis nec alius dicit ꝙ incon-
tinenti post congregationem sequutus fuerit d.excessus . ¶Be-
ne facit quod singulariter dixit Bal.in l.si vnus.§.pactus ne pe
5 teret.in pen.col.ff.de pac.† vbi voluit probare per solẽnem sti
pulationem aliquid fuisse promissum per Titium Seio , depo-
nat quod Titius interrogauit primò Seium , an si promitteret
centum,& quod Titius respondit quod promittebat dicta cẽ-
tum:qđ certè per hoc non erat probatũ ꝙ promissio facta fue-
rit per stipulationem : quia testis non dixit ꝙ incontinẽti post
interrogationem secuta fuerit responsio ad hoc vt illa promis
sio valeat vt stipulatio, requiritur ꝙ probetur quod post inter
rogationẽ incontinenti secuta est responsio: vt l.j. §.j.& l.cõti-
nuus. in principio.ff.de verb.obli. & istud quod voluit Bal.in
d.§.pactus. fuit ẽt de mente Bar. ibidem prope fi.pe.col.Præte
rea dato ꝙ iste testis dicat quod isti inquisiti fecerũt insultum
ꝯ Bar. tñ potuit esse quod congregatio non fuit ordinata & fa
cta ad hoc vt de se patet prout in veritate fuit probatũ s̄.retuli
quod iste testis non concludit necessariò quod in iniuriam al-
terius facta fuerit andata , quæ accipitur pro congregatione,
vt est declaratum in superioribus. vnde cum probatio debeat
de necessitate concludere in c.in præsentia . de proba.l.neque
natales.C.de proba.sequitur quod iste testis non probat. ¶ Se-
cundus testis,scilicet Io.Martinus non probat quod non depo
nit quod inquisiti fecerint andatam,id est fuerint authores cõ
gregationis. nec etiam dicit ꝙ facta & ordinata fuerit in dam-
nũ & iniuriã alterius , ita quod responsiones datæ ad primum
testem , a maioritate rationis tollunt obstaculum istius secun-
di testis,qui non dicit plus quàm faciat primus. ¶Quartus ve-
ro testis minus probat quàm aliquis alius: non solum non de-
ponit qui fuerunt illi quos vidit congregatos, & insequi Bart.
Quintus dicit quod nõ cognouit tunc eos , & non deponit de
numero decem armatorum & congregatorum qui insequebã
tur Bart. etiam licet dicat testis qñ postquam in domo sua ab-
scondidit Bart. & exiuit foras vidit & cognouit socios Iacobi
inquisiti, qui erant omnes illi qui sunt descripti in inquisitio-
ne nã iste testis non probat : quia potuit esse quod intra tem-
pus quo abscondebat Bart.& stetit in domo antequam exiuit
foras aliquis ex his qui insequuti fuerant Bar. superuenerant,
6 & eos postea ibi viderit testis, cum exiuit domum foras. ¶†Pre
sertim cum illa dictio postea , prolata a dicto teste dũ dicit ꝙ
postquam abscondit Bart. exiuit domum &c. põt referri etiã
* ad longum interuallum.*l.nam & postea.ff.de iureiu.& l.post
diem . ff.ad l.corne. ¶Et dictum testis debet interpretari con-
tra producentẽ.d.c.in præsentia.l.inter stipulantem. §.1.cum
ibi no.per Bar.ff.de verb.obl.& per eundem. l.si quis intentio
ne. ff.de iud.& in proposito nostro not. Bald. in l.quoties.§.si
quis ita.el 2.ff.de hęre.insti.¶Ex quibus concludo quod dicti
inquisiti non possunt condemnari ex quod fecerint andatam,
nec etiam de verbis iniuriosis: quia non est sufficienter proba
tum . ¶De insulto nunc non scribo : quia non sum interroga-
tus,nec videtur latior videndi facultas. Alex.

ADDITIONES.

* Vt delictum.]Facit;quia vbi delictũ cũ certa qualitate intentatum sit,
si qualitas non probetur,absolutio.sequitur , quia non videtur pro-
bari delictum deductum,Vt notat Cyn.in l.2. C.de probatio.versic.
Et hoc arguit Iac.de Are.Bart.in l.denunciasse.§.quid tamen,per il-
lum tex.ff.de adulte.& idem Bart.in l.diuus col.1. ff.de re iudica.Et
dictum Bal.in d.l.hæc verba,sequitur Alex. consi.128.in princ.infra
lib.4.Et vide Bart.consi.117.Accusatio. Natta.

* Interuallum.]Vide de dictione,Mox,& postea , prolata per testem,
Bart.in l.fructus,ff.solu.matrimo. Natta.

Finis secundi Libri consiliorum Alexand.